

A
0
0
4
0
4
8
6
3
3



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



REESE LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Received *Mar. 27* 1893.

Accessions No. *50764*. Class No. *1232*.

PA
6105
V24
87

**Southern Branch
of the
University of California
Los Angeles**

Form L 1

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8,'26



Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

T. LIVII PATAVINI
HISTORiarUM
LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. XXI.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

540 EAST 57TH STREET

CHICAGO, ILL.

UNIVERSITY OF CALIFORNIA
S. J. BERRY 1894
T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

75908


VOLUMEN VIGESIMUM PRIMUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1828.



HOWARD BENTON
MONTAGUE HILL 5

1910-1911

50764-0000

XXXIX. 13. § 8. *In statulum diem Ber.* et edd. priscæ. Male. Vide notata ad c. 16. § 16.

Itaque ipse primus ita vorit] Optimi *Is ipse primus*, relegato τῶ *itaque*, longe magis ad meum gustum. Vossianus quoque *ipse primus*. J. F. Gron. *Ipse primus ita vorit* Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii D. Neque aliter se in Put. invenisse, Crevier. testatur. *Ita primus ipse vorit* Hearnii N. *Ipse primus vorit* Hearnii L. 1. *Itaque* additum est ab illis qui putabant orationem Livii non bene cohærere. Vide ad vi. 16. § 8. xxxvii. 60. § 2. et alibi. Similiter ergo addi, vidimus ad xxi. 9. § 1.

Ante diem III. Nonas Quintiles] Scripsimus ad III. Non. Quint. Rhenan. Sallustius etiam ita loquitur Cat. c. 30. 'Ante diem vi. Calendas Novembreis.' Et Cic. or. 1. in Catil. c. 3. 'Ante diem xii. Calendas Novembreis.' Et paulo post, 'Qui dies futurus esset in ante diem viii. Calendas Novembres.' Rursus paulo post, 'In ante diem v. Calendas Novembres.' Nisi codd. omnes fallant. Sed dubium est, certumne diem significare voluerint, et quemnam, præsertim cum præpositio in adjicitur: id quod lectori judicandum relinquitur. Nam hoc loco quidam ad III. Nonas legunt. Glar. Scribe ex omnium librorum veterum auctoritate *ante diem tertium Nonas Quintiles*, cujus locutionis vim non intelligens Rhenanus mutavit, et depravavit. Est ante *ante diem III. Nonas*, idem atque III. Nonas, id est, tertio die ante Nonas. Integram hanc fuisse Latinam dicendi formam, indicat etiam Plut. in Numa p. 61. qui scribit Romam conditam πρὸ δέκα μίαις Καλανδῶν Μαίων, id est, *ante diem undecimum Kalendas Maías*; et in Poplic. p. 101. pugnatum cum Tarquiniiis esse πρὸ μίαις Καλανδῶν Μαρτίου, id est, *ante unum Kalendas Martii*, id est,

Delph. et Var. Clas.

pridie K. Martii. Et Dionys. lib. vi. p. 410. τετάρτη πρὸ τῶν Εἰδῶν Δεκεμβρίων, quod post Livius xxxix. 52. ait, 'ante diem quartum Idus Decembres.' Itaque quum dicimus ad III. ad IIII. puto mendose dici, dividendasque literas esse ita A. D. id est, *ante diem*. Sigon. Recte hic arguit depravati loci Rhenanum Sigonium: quippe libb. omnes *fecitque ante diem tertium Nonas Quintiles*, id est, tertio die ante Nonas. Gebh. Idem, quod Sigonius, de hac locutione sentiunt plerique docti. Vide Bosium ad Cic. ad Att. 1. 1. Noris. Cenot. Pis. diss. 11. c. 17. et interpretes Juris Civ. ad l. 132. D. de Verb. Sign. Sic Justin. xvii. 3. 'Navibus appulsi Tyron urbem ante annum Trojanæ cladis condiderunt: id est, anno ante Trojanam cladem. Vide ibi Vorst. Sed quem hic Liv. *ante diem III. Nonas Quintiles*, eum xxxvii. 4. *ante diem V. Idus Quintiles* dicit. De quo ad eundem sunt Noris. Cenot. Pis. diss. 11. cap. 6. Dodwell. de Cyclis diss. 1v. Sect. 16. et in App. Præl. Camden. pag. 758. Duker. Locutionem hanc, passim depravatam in Livio, sæpissime Sigonius restituit. Vide ad vi. 1. § 11. xxxix. 52. § 4. et xli. 16. § 4. Vide insuper quæ notavi ad priorem locum Liv. præterea ad xxxvi. 3. § 16. et xxxvii. 4. § 4. Adde Syllog. Epist. a Burm. editarum tom. 11. ep. 313.

CAP. XXIV. § 1 *Obsides ab Arretinis accipere: et, cui traderet Romam deducendos*] Scripsimus, *accipere. Cui traderet, non et cui traderet*. Rhenan. Pall. 1. 3. *et cui traderet. Vet. ed. et cui traderet Romam adducendos*. Gebh. Sic [*accipere. Cui traderet*] Rhenanus. At nostri omnes Gall. Voss. Pall. *accipere: et cui traderet*. J. F. Gron. Copulativam etiam omnes nostri, et Oxonn. Hearnii agnoscunt. Deinde *adducendos Ber. et ed. Rom. princeps Aler. teste Hearnio, nec non Rom. 1472. ac Parm.* Illæ vero, quas pri-

Livius.

28 U

oribus ætate proximas vidi, legunt *abducendos*, pro quo Ald. dedit *deducendos*. Et ita reliqui scripti. Mox hoc cap. 'Traditque C. Terentio Romanam deducendi.'

Varro imperio missus] *Castiga cum imperio*. Sigon. In una ed. Bas. 1554. sine dubio operarum lapsu, omittitur præpositio *cum*, quam omnes scripti et reliqui editi constanter servant.

§ 2 *Qui ut advenit*] *Cum qui ut venit* habet exaratum Pal. 1. at Pal. 3. *qui ut venit*. Gebh. *Cum qui ut venit* Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. ac 2. *cum qui ut advenit* Lov. 4. *cumq; ut venit* Hav. *qui ut venit* Lov. 3. et Harl. Mox *disponit* legit Flor.

Tum in foro citatis senatoribus obsides imperavit] *In foro* quidem jungi potest verbo *imperavit*, sed potius puto scribendum *in forum*, ut paullo post, 'quum senatus in forum citari cæptus esset.' 1. 45. 'Patres in curiam citari jussit.' Sic III. 38. et 'in curiam vocare' *ibid.* Duk.

§ 3 *Biduum ad considerandum peteret tempus*] Vide num legendum sit *biduanum ad considerandum*. Hoc enim magis placet, quam *bidui*. Et vetus codex *biduum* habet. *Rhënan.* Vel *bidui* legendum, vel *tempus* pro glossa delendum arbitror. xxvi. 35. 'Spacium deinde his tridni ad considerandum dare dixerunt.' xxiv. 38. 'Noctem unam ægre ad consultandum sumsi.' xxviii. 45. 'Consul diem ad colloquendum cum collega petiit.' His nemo ferat addi *tempus*. Sed, si eam vocem hic habent libri, non movenda; sed, ut dixi, *bidui* scribendum est. Duk. Omnes codd. et *biduum* et *tempus* legunt. Ordine tamen mutato *tempus peterent* Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et prisca edd. *biduanum* Rhënan, non videtur esse ævi Liviani. Si igitur vulgatum servandum est, *biduum tempus*, pro *bidui*, accipiendum

ut 'jussa magistra,' pro 'magistri,' et similia plura, de quibus egi ad Sillii III. 387. Ab his autem locutionibus non plane alienum Livium esse, docent, quæ de 'terra Italia' dicta sunt ad xxv. 7. § 4. et 'domus marita' hoc lib. c. 31. § 5. Vel in hac locutione abundat τὸ *tempus*, quum *biduum* per se notet tempus duorum dierum, quemadmodum τὸ 'mulier' apud Ter. in locutione 'vidua mulier,' in Heant. v. 1. 82.

Portas custodire jussit tribunis militum, præfectisque socium, et centurionibus] Castigavimus *tribunos militum, præfectosque, et centuriones*. Rhënan. Ab Rhënano hæc est lectio [*tribunos militum, &c.*] ut consuleret syntaxi: nam 'jubeo tibi facere' solæcum censent omnes docti. Vulgata olim, quam servant omnes Mss. Gall. et Pall. ab nobis consulti, excepto solo antiquissimo, *custodire jussit tribunis militum, præfectisque socium, et centurionibus*. Videtur etiam ita loqui Curtius v. 6. 'Tandem suis rex corporibus et cultu fæminarum abstinere jussit.' Acidalius suos, sed et sic remanet nodus in illo *abstinere corporibus*, ut vidit Freinshemius. Scribe *abstineri*: et *sua corpora* intellige sui juris, libera. Sic Marcellus, capta parte Syracusarum, 'edixit militibus, ne quis liberum corpus violaret, cætera prædæ futura,' xxv. 25. Plautus Pers. iv. 3. 'Ita ancilla mea quæ fuit hodie, sua nunc est.' Videbatur et Tacitus xii. 11. sed correxit e Ms. Pichena. An Julius Paullus Jctus? Certe ei attribuitur in l. 26. De Adq. vel Omitt. Hæredit. 'Si ego et servus meus vel filius hæres institutus sit, si jussero filio vel servo adire; statim et ex mea institutione me hæredem esse, Pomponius scribit.' Dubito: mallet tamen *filium vel servum adire*. Quum et apud Justinianum π. 1. Instit. de Fidicomm. Hæred. 'Jussit consiliibus auctoritatem suam interponere:'

librariorum puto, quum debuissent *consules*. Nam apud Nason. Met. viii. 752. ‘Famulosque jubet succidere sacrum Robur:’ *ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων* ᾧ φιλότης; qui famulisque cum uno malis. At potuisset eximius Rhenanus mitius quoque curare Livium, supposito *jussis* pro *jussit*, nulla labe vel sententiæ vel orationis. Sed in antiquissimo omnium plane ac perspicue *tribuni militum, præfectique socium et centurioncs*. Unica litera præter hæc superflua est; qua inducta habet germanum: *Inde portas custodire jussi tribuni militum, præfectique socium, et centuriones, ne quis nocte urbe exiret.* J. F. Gron. Non convenit inter doctos, an ‘jubeo tibi’ probatæ Latinitatis sit. Scaliger ad Catull. Carm. lxxv. vs. 140. pro vulgata scriptura, *non hoc miseram sperare jubebas*, ex Mss. reponit *mihî non hoc miseræ sperare jubebas*: et sic ibi ed. Is. Vossii. Sed non placet Ach. Statio, qui ita prave in scriptis legi pronunciat. Nec tamen quidquam vetat eam scripturam retineri, et per ellipsin accusativi *me* explicari, ‘non jubebas me hoc sperare mihî miseræ.’ Sanctius Min. ii. 4. ibique Scioppins et Perizon. contendunt, recte dici *jubeo tibi*. Ego Gronovio ad h. l. et Burmanno ad Petron. c. 71. et ad Suet. Vesp. c. 23. adsentior. ‘Jubeo te hoc facere’ sine controversia in optimis quibusque auctoribus linguæ Latinæ legitur, non *jubeo tibi*. Nam pleraque loca veterum, quæ pro eo adferuntur, vel controversa sunt et varie leguntur, vel *ἀπροσδιόνοσα*; veluti, quod ex Sallust. Jug. c. 84. post Barthium ad Claud. in Rufin. ii. 155. habet Perizon. ‘Postquam ei provinciam Numidiam populus jussit.’ Nam apertum est, in eo desiderari infinitivum *dari*, ut Burm. ad Petron. vel esse, ut in Liv. xxvi. 18. et xxx. 41. Duk. Lectio, quæ ante Rhenanum vulgo exstabat, superest in Voss. Lov.

1.4.5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Doujatii Colbert. et Hearnii L. 1. Contra, ut Rhenanus emendabat, præferunt Rec. Doujatii Reg. et Hearnii D. *portas custodiri jussit tribunis militum, præfectisque socium, et centurionibus*, pro a tribunis, Lov. 2. et 3. a m. sec. *portas custodire jussit tribuni militum præfectique socium et centuriones* Puteaneo consentiens Flor. pro quo, una litera inducta, cum Gronov. lego *jussi*. Locutionem *jubeo tibi vindicare conatus est Davis*. ad Cæs. Civ. iii. 98. Verum, ibi hunc Livii locum laudans, nimis properanter notas Gronovii consuluit: eum enim fateri perperam monet, omnes codd. *jussit tribunis* exhibere. Reliqua vero testimonia, quibus phrasin firmare nititur, petita sunt ex scriptoribus ejus ævi, unde ratio loquendi tempore Livii probari nequit. Varia apud Livium loca occurrunt, ubi locutio illa in uno vel altero Msto superest. Vide ad vii. 19. § 17. x. 33. § 9. xxii. 42. § 5. xxiii. 35. § 12. xxvii. 41. § 6. xxxv. 4. § 6. c. 30. § 7. et xxxvii. 20. § 9. Verum plures aliæ, et inter eas optimæ, membranæ omnesque edd. eos a librariis corruptos esse evincunt. Sunt etiam contra, ubi in edd. reperitur, sed quæ emendanda esse, auctoritate codd. Gronovius aliique docuerunt. Vide ad xxx. 15. § 4. et xl. 27. § 4. Sunt præterea, quibus ita locutus esse videtur, sed quæ commode alio modo exponi possunt. Huc refero loca, quibus datus pendet ex infinitivo subintellecto. Ita ‘imperium jubere alicui,’ pro jubere dari alicui; de quo vide Duker. ad xxvi. 41. § 18. Item quibus occurrat ‘bellum jubere alicui’ pro jubere fieri alicui. Vide ad xlii. 33. § 4. Similiter xxxvii. 37. ‘Tradito frumento, quibus jusserat consul, in stativa rediit:’ pro quibus tradi jusserat. Huc etiam refero illa loca, quibus, quos viri docti dativos esse crediderunt, a que pro ablativis

accipi possunt. Ita XLIV. 2. 'Convocatis itinerum ducibus, quum, exponerent in consilio, jussisset, qua quisque ducturus esset:' ubi vide quæ notantur. Huc insuper refero locum XLII. 43. 'Queis legati, nullo in præsentia responso dato, Chalcidem se sequi jusserunt.' Verum ibi τὸ *queis* potius ex *dato*, quam *jusserunt*, pendet. Vide quæ ibi etiam dicam. Duo tamen observavi loca apud Nostrium, locutioni illi faventia, alterum XXVII. 16. 'Interroganti scribæ, quid signis fieri vellet, Deos iratos Tarentinis reliqui jussit:' alterum XLII. 28. 'Cui primo quoque tempore magistratus creare jussum erat.' In ultimum hunc mendam inrepsisse, eo facilius concedi potest, quod illa pars Livii ex unico tantum cod. evulgata sit; ei deinde mederi conabor, ubi eo pervenero: in priori autem loco, quamvis nullum sit in scriptis præsidium, tamen *interroganti vel interrogante scriba* legendum esse dixi. Optimo enim ævo locutionem illam *jubere alicui* in usu non fuisse, multis docuerunt Burmann. ad Ovid. Met. VIII. 752. Cort. ad Sall. Jug. c. 84. Oudend. ad Front. iv. 1. 43. et Snaakenb. ad Curtii v. 6. § 8. Adde quæ olim notavi ad Sillii XII. 607.

Ne quis nocte urbe exiret] *Urbem exiret* Lov. 2. 5. et Gaertn. quod se etiam Gebhard. in Pal. 2. invenisse, monuit ad XXIII. 16. § 10. Plerique tamen et optimi vulgatum, quod passim apud Livium obvium est, servant. *Noctu* Harl. Mox *Sed segnius*, pro *Id segnius*, Flor. et Harl.

§ 6 *Legionem alteram ex urbanis*] *Legionem unam alteram* Flor. Lov. 1. 2. 4. et Hav. quod in quatuor codd. etiam invenit Jac. Gronov. ut testatur ad XXVIII. 41. § 10. et Crevier. in Victor. qui ita exponit *legionem unam*, nempe *alteram ex urbanis*. Duker. vero ad l. laud. suspicatur, τὸ *unam* adscriptum esse ab aliquo, qui significare voluerit *alteram* pro una ex

duabus poni; *unam alteram* autem eo sensu, quo Crevier. cepit, numquam poni adfirmat.

§ 7 *Placet totam provinciam peragrare*] Ita Gronov. ex auctoritate codd. edidit. Vide eum ad § 9. Et ita legunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. antea circumferrebat *placuit*. Mox *volentibus*, pro *cupientibus*, Lov. 2.

§ 8 *Cavite cum cura, ut omnia in potestate sua essent*] Dnas voces *cum cura* expunximus, quod non essent in exemplari Spirensi. *Rhenan.* Illud *cum cura*, expunctum Rhenano, licet quoque removeant Pall. 2. ac 3. defendunt tamen atque vindicant Pal. 1. et vet. impressio. Amplius Pal. 1. *in potestate essent sua*. Gebh. Unus e meis Harl. voces *cum cura* ignorant. Reliqui constanter tuentur. Supra XXII. 42. 'Speculatusque omnia cum cura renunciat, insidias profecto esse.' XXV. 22. 'Reliquias duorum exercituum cum cura colligerent.' XXXVIII. 18. 'Cum cura coacto agmine procedebat:' ubi alia vide. Insuper τὸ *sua* non adparet in Voss. Lov. 1. 2. et Hav.

§ 9 *Hostilium intensius monuit*] Scripsimus *intentius*. *Rhenan.* Excepto solo Ber. scripturæ primarum edd. adhærent, reliqui codd. Rhenano adsentiuntur. Et hac forma passim occurrit. III. 32. 'Intentius instabant.' v. 49. 'Tribunis rem intentius agentibus.' VIII. 17. 'Quum delectus intentius haberetur.' XXVII. 28. 'Custodias vigiliasque intentius instruunt.' c. 35. 'Acrius et intentius omnia gesturos.' c. 38. 'Delectum habebat acrius intentiusque.' XXXIV. 29. 'Intentiusque ab uno urbs defendebatur.' Ita 'intenta cura' XXV. 9. ubi etiam vide.

Si, ne quid movere possent, præcavisset] Pal. 1. *si, ne quid moveri posset, cavisset*. Gebh. Omnes Gall. et Pal. unus, *si, ne quid moveri posset, cavisset*. Quod cur spernerem, causas

nihil erat. Sic supra *placet totam, non placuit*. J. F. Gron. *Moveri possit* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. et Hav. cum Hearnii L. 1. et N. Similiter Victor. apud Crevier. Errori igitur operarum tribuendum, quod in edd. Gronovii et aliorum *possit* legatur. Verum quum ita jam a. 1664. vulgaret, ipsum postea hunc errorem non deprehendisse miror. *Cavisset* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. quinque; Harl. et Hav.

CAP. XXV. § 1 *Aliis infensis*] Pal. 2. *aliis invisis*. Gebh.

§ 2 *In sententiam M. Acilii*] *M. Acilii*, ut supra de eodem admonui. *Signon*. Vide Sigonium ad c. 4. § 10. *Passim Marci et Manii* prænomena ob notarum, quibus scribuntur, similitudinem, commiscentur in scriptis. Vide ad II. 18. § 6. c. 19. § 1. c. 30. § 5. IV. 12. § 1. c. 53. § 1. c. 61. § 1. V. 1. § 2. c. 8. § 1. IX. 17. § 8. XXIV. 44. § 3. et ita sæpe. Adde Jac. Gron. ad Cic. de Orat. I. 39.

§ 3 *Aliis sententiis notantibus præfectum*] *Mendæ*, postquam semel fuerint in libros receptæ, sic germanæ lectioni immixtæ latent, ut etiam a doctis vix sentiantur. Quis putaret, in istis verbis aliquid esse vitii? Et tamen est hic erratum prodigiosum. Quum hunc locum legerem primum, non placebat vocabulum *sententiis*, quod tamen septimo casu dictum videri poterat, pro *per sententias*. Sed quid opus erat voce pluraliva? Inspexi exemplar Spirense, et reperi scriptum *aliis sociis notantibus*. Videbam et hoc mendosum esse, sed sperabam ex aperto mendo germanam lectionem facilius me addivinatorum. Deprehendi itaque a Livio *ocii* fuisse scriptum, quod primum, ascita proxime præcedentis dictionis ultima litera *s*, depravatum esset in *socii*, mox ob convenientiam casuum utriusque adhiærentium in *sociis* foret mutatum. Id postea castigator non considerans, sed alio propæraus, ac

nimum fidens ingenio suo, vertit in *sententiis*. Sic accrescunt in monumentis auctorum mendæ. Facilius autem sit ex primis librariorum erratis sinceram lectionem reperire, quam ex posterioribus nonnunquam ernditorum castigationibus. Proinde sic leges hæc Livii verba *aliis ociis notantibus præfectum*. Ita legendum quoque docet sequens statim clausula, 'quod ejus socordia Tarentum proditum hosti esset.' Nam 'otium' progignit 'socordiam,' hoc est, 'desidiam' et 'ignaviam.' Coniungitur autem eleganter 'notare' cum genitivo, quum reprehendere significat. *Rhenan*. Vox *sententiis* sine dubio mendosa est. *Rhenanus*, quia libros veteres *sociis*, pro *sententiis*, habere legit, in eam opinionem venit, ut *ocii* putavit esse legendum, quam lectionem adeo probavit, ut ejus etiam in Taciti castigationibus meminerit. Nos autem, quia sæpe mendose *sociis* pro *SC*. id est *senatusconsulto*, esse invenimus, et quia librum etiam unum *senatusconsulto* aperte habere comperimus, *senatusconsulto* reponimus. Nam et sensus est optimus, et locutio Livio usitata: ut XXV. 3. 'Ac per eum delata ad senatum, nec ullo *senatusconsulto* notata.' *Signon*. Multis venditat logis nobis correctionem suam *Rhenanus aliis ociis notantibus*; quam tamen futilem esse, alii libri convincunt. Nam Pal. 1. *aliis senatusconsulto S. C. notantibus*. Pal. 2. *aliis senatoribus notantibus*. Pal. 3. Spirensi exemplari convenit, *aliis sociis* præferens. Vulgata lectionem ab antiq. ed. subfultam delere nolui. *Gebh*. Optimus *Rhenan*, multum moliendo nihil emolitur, sed vitiosus deceptus cod. qui pro *sententiis* habebat *sociis*, ut et fuit in uno ex Pall. vitium vitio mutat, *aliis ociis notantibus præfectum*. Præclare vero *Sigonius*, *aliis senatusconsulto notantibus præfectum*, id est, notandum censentibus. Atque ea scrip-

tura partim notis evidentibus, partim integra, comparet in Put. Pet. meliore, Reg. Men. Pal. uno, Flor. optimo, Voss. Barber. Quid autem cunctati sunt editores credere Sigoniano codici in optima lectione, qui mendas ejus omnes pœne adoptarunt? Equidem quorum stomachus, hac obvia, vulgatam concoquere, eorum dentes vel silicem comesse possunt. Cicero ad Att. lib. vii. ep. 9. 'Aut addita causa, si forte tribunus plebis senatum impediens, aut populum incitans, notatus aut SC. circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit.' Philipp. iii. 8. 'Si igitur Cæsar hostis, cur consul nihil refert ad senatum? sin ille a senatu notandus non fuit, quid potest dicere,' &c. In Pison. c. 18. 'Quæ est igitur pœna? quod supplicium? id, mea sententia, quod accidere nemini potest, nisi nocenti: suscepta fraus, impedita et oppressa mens, bonorum odium, nota justa senatus, amissio dignitatis.' De Provinc. Consul. c. 7. 'Itaque hanc ejus temeritatem senatus supplicatione negata notavit.' Adversus competitores: 'Nec se jam tum respexit, quum gravissimis vestris decretis absens notatus est.' Famil. xii. 25. 'Factum de te est senatusconsultum honorificum. Postulabatur, ut etiam illi notarentur: sed Pansa clementior.' Noster xxv. 3. de fraude publicanorum: 'Ea fraus indicata M. Æmilio prætori priori anno fuerat, ac per eum ad senatum delata, nec tamen ullo senatusconsulto notata.' Emporius rhetor in demonstrativæ materiæ præcepto pag. 284. 'Intendetur, et quæsturam cruentam, et præturam habuisse turbulentam, adeo ut senatusconsultis notaretur.' Hoc sic effert Cic. de Harusp. Resp. c. 5. 'Etiam sua concio risit hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis confixum senatusconsultis.' Tacitus Ann. iii. 31. 'Exempla majorum, qui juventutis inre-

rentiam gravibus decretis notavissent.' Plinius Ep. ii. 12. 'Præterea quid publice minus aut congruens, aut decorum, quam notatum a senatu in senatu sedere? ipsisque illis, a quibus sit notatus, æquari?' J. F. Gron. *Aliis sentiis notantibus*, prioribus excusis, ut solet, adbærens, Ber. *aliis sociis notantibus* Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Donjatii Reg. *aliis sociis noxantibus* Rec. *aliis se notantibus* Doujatii Colbert. *aliis notantibus* Hearnii N. Reliqui sive totidem literis perscribunt, sive per notas indicant *aliis senatusconsulto notantibus*, quod recte viri docti probarunt. Erroris itaque causa fuit, quod librarii adsecuti non sint notam SC. vel *Sen. cons.* vel *SOC*, et ex eo vel *se*, vel *sentiis*, vel *sociis* effinxerint, quod in scriptis admodum frequens est. Vide ad iv. 43. § 8. vi. 4. § 5. viii. 16. § 11. ix. 43. § 7. x. 22. § 9. xxv. 5. § 9. xxx. 26. § 12. Cortium ad Sall. Cat. c. 42. § 3. et alibi. Quin et, variis aliis modis in reddendis his notis peccasse scribas, dictum est ad xxii. 10. § 1. Recte autem Gronov. *notantibus* exponit 'notandum consentibus.' Supra iv. 50. 'Tribunis militum de morte collegæ per senatum quæstiones decernentibus:' pro decernendas consentibus. Hoc lib. cap. 20. 'Romam rediret ad purganda ea, quæ inimici decernerent:' ubi vide Gronov. Lib. xli. cap. 1. 'Vicis sententia, quæ diem non proferebat.' xlv. 20. 'An locum, lautia, senatumque darent:' id est, danda censerent. Cic. ad Att. i. 14. 'Homines ad quindecim Curioni, nullum senatusconsultum facienti, adenserunt:' pro faciendum censi. Vide Gronov. ad Liv. lib. xxxiv. c. 1. § 7. xxxvii. 17. § 6. xlv. 35. § 5. Mox *secordia* Lov. 3. Gaertn. et Hav. Vide ad vi. 37. § 8. Deinde § seq. *Tarentum receptum* Flor.

§ 5 *Notationem de eo pertinere dicentibus*] Antiqua lectio *notationem*.

Arbitror scribendum *cognitionem*. Hoc enim magis placeret, quam *notationem*. Rhen. Infeliciter Beatus. Et obliiti erant posteriores, *notionem* censoribus æque fuisse, ac notas: immo ante illas. Cic. de Provinc. Cons. c. 19. 'Censurium iudicium ac *notionem* et illud morum severissimum magistratum non esse nefariis legibus de civitate sublatum.' Sequentem in Pison. c. 5. 'Centum prope annos legem Æliam et Fusiam tenueramus, quadringentos iudicium *notionem*que censoriam.' Pro Sextio c. 25. 'Ut censoria notio et gravissimum iudicium sanctissimi magistratus de republica tolleretur.' Pro Cluent. c. 46. 'Ad *notiones* auctoritatemque censoriam exemplum illos a consuetudine militari transtulisse.' De Off. III. 31. 'Indicant rationes animadversionesque censorum, qui nulla de re diligentius, quam de iurejurando, iudicabant.' Quorum plerisque in locis *notationem* et *notationes* habent corrupti codd. sed illud recte a viris doctis substitutum existimo, et simul observandam prudentiam principis oratorum. Quia enim 'noscere' et 'notare' est censorum, promptissimaque confusio horum vocabulorum 'notio' et 'notatio,' vitandæ ambiguitatis causa, etsi 'notas censorum' et 'notatos ab censoribus' crebro diceret, tamen, quum rem explicare vellet, verbo abstinnit, et potius 'subscriptionem censoriam,' 'subscriptionesque,' quam 'notationem notationesque' dixit. Ut imprimis patet ex illa pro Cluentio. At ubi dubiæ lectionis periculum nullum est, non refugit eodem uti, in eadem orat. cap. 47. 'Etenim paucis postea mensibus alia vehemens erat in iudiciis ex notatione tabularum invidia versata.' Gellius XVII. 18. 'In cuius historia *notiones* censorias fieri atque exerceri videmus: ' ubi frustra, locum corruptum in omnibus exemplaribus quod *censoria notio* nusquam dicatur, præfati, *notationes* supponunt

Ranchinus Var. I. 5. et Gonsal. ad Petron. Quod autem *cognitionem* maluit Rhenanus, quam *notionem*, næ ille in libris juris parum fuit versatus. Unum addam Ulpian. in l. 5. D. de Re Judic. 'Ait prætor: cuius de ea re iurisdictio est. Melius scripsisset, cuius de ea re notio est. Etenim *notionis* nomen etiam ad eos pertinet, qui iurisditionem non habent, sed habent de quavis alia causa *notionem*.' Aliud est *cognitio*, neque ad censores pertinet. Eandem *cognitionem* pro *notione* perperam impingit Ciceroni ad Att. II. 20. Fulv. Ursinus. Quam probavimus lectionem, habent Put. Reg. Men. Pal. Pet. melior, quatuor Flor. Voss. Barber. J. F. Gron. *Notitionem* Voss. et Lov. I. *notionem* reliqui nostri, et Oxonn. Hearnii, cum omnibus edd. usque ad Curionem, qui Rhenani conjecturam adoptavit. Eam autem omnes secuti editores servarunt usque ad Gronov. recte pro ea *notionem* substituentem: de qua voce vide Græv. ad Cic. in Pis. c. 5.

Adjecit tamen, fateri se, opera Livii Tarentum] Cicero idem scribit in Catone c. 4. prave tamen M. Livium Salinatorem hunc vocat. Idem Plut. in Fabio p. 187. Sigon. Vide etiam Cic. de Orat. II. 67. In verbis seqq. priscam scripturam amici ejus vulgo revocavi, ut etiam Crevier. fecit. Jac. Gronovius ejecerat mediam vocem, quam tantum non omnes mei, omnesque Crevier. codd. servant.

Neque enim recipiendum fuisse] Pal. 2. quod amici ejus vulgo in senatum jactassent, neque ei recipiendum fuisset, nisi ei amissum foret. Gebh. Optimi neque enim recipiendum fuisse. J. F. Gron. Ita etiam Flor. Vide ad XXVI. 36. § 11.

§ 6 T. Quinctius Crispinus] Prænomen deest in Flor. Voss. Lov. I. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Haverk. Hearnii L. I. multisque edd. antiqq. Sed primum id recepit Froben. 1535. Mox

etiam Flacci prænomen Q. deest in Lov. 2. *T. Fulvius Flaccus* vocatur in Lov. 4. *Quintius Flaccus* in Hav. Q. *Fabius Flaccus* in Lov. 5. Vide ad IX. 44. § 15.

§ 7 *Quumbello Gallico ad Clastidium adem Honori et Virtuti, &c.*] De bello Gallico et prælio, a Marcello ad Clastidium in primo ejus consulatu commissio, scribit Polyb. II. 34. et Plut. in Marcello p. 300. De ædibus autem his idem Plut. pag. 314. sic: Ἐπειτα γὰρ ἐκ τῶν Σικελικῶν λαφύρων ἕκδομημένον ὑπ' αὐτοῦ Δόξης καὶ Ἀρετῆς καθιεῖν βουλόμενος, καὶ κωλυθεὶς ὑπὸ τῶν ἱερέων, οὐκ ἀξιούντων ἐνὶ ναφῶ δύο θεοὺς περιέχεσθαι, πάλιν ἤρξατο προσοικοδομεῖν ἕτερον. *Sigon. Clastrorum Lov. 1. Clastidium Lov. 2. Clastigium Hav. Clascium Hearnii L. 1.*

§ 8 *Quod negabant, unam cellam duobus recte dedicari*] Restituimus ex cod. scripto, *quod neg. unam cellam amplius quam uni Deo recte dedicari*. Rhenan. Vet. lib. *rite*. *Sigon. Unam cellam amplius quam uni Deo rite dedicari* est scriptura Pal. 3. cum in cæteris sit omnibus *unam cellam recte duobus dedicari*. Tertius tamen ille, ne quid dissimulem, *dicari*. Gebh. Ab Rheno est, cui modo Pal. unus, et recentior Pet. subscribunt. Sed Pnt. Reg. Men. duo Pall. Voss. perinde ut vet. edd. *unam cellam duobus recte dedicari*. J. F. Gron. Si non obstaret auctoritas horum librorum, non dubitarem præferre *rite*, quod quum omnium sacrorum, tum dedicationum vocabulum est. Ovid. Fast. I. 610. 'Templa sacerdotum rite dicata manu: ubi Ciofanus etiam ex suo Ms. Livii probat *rite*, quod Hearniani etiam videntur habere. Cicero pro Domino c. 52. de dedicatione: 'Nihil rite, nihil caste, nihil more institutoque perfecit.' Idem tamen c. 53. etiam 'recte dedicare' dicit. *Duk. Rite Hearnii* invenit in L. 1. Id autem de saceris et sacrificiis passim a Livio usurpatur. Exempla vide lib. I. capp. 8.

et 31. et 45. v. 17. VII. capp. 20. 27. 38. I. XXXI. capp. 5. et 9. XLI. 18. I. XLII. capp. 28. et 30. et 55. I. XLIV. capp. 19. et 37. Omnes tamen mei, et Hearnii N. hic servant *recte*. Infra XXXIV. 44. 'Id quum P. Licinius pontifex non esse recte factum renunciasset: ubi Pighius etiam male *rite* conjicit. XLI. 16. 'Quia non recte factæ Latinæ essent: ubi Sigon. conjicit *rite*. XLII. 32. 'Jurasse, se stato loco statisque diebus sacrificia habere, quæ absente se recte fieri non possent: quæ non magis consule, quam prætore, absente recte fieri possent.' Quin et mox *rite* sequitur. Solent autem *recte* et *rite* sæpe commutari. Vide ad XXII. 9. § 9. XXXI. 5. § 7. c. 8. § 4. et Torren. ad Val. Max. II. 6. 13. Insuper *unam cellam duobus recte dedicari*, ut ante Rhenum edebatur, Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et L. 1. nisi quod posterior *rite* præferat, et omnes Crevier. codd. quod eorum fide revocavi, quamvis unus Reg. Rheno faveat. Similiter Val. Max. I. 1. 8. 'A collegio pontificum impeditus est, negante unam cellam duobus Diis recte dicari.' Mox aut si prodigii aliquid Lov. 5. Livium quidem ita particulam si repetiisse, vidimus ad III. 17. § 3. uni tamen testi hand tuto creditur. Tum § seq. utri Deorum Lov. 3. Hinc res divina, transpositis vocibus, edidit Jac. Gronov. consentientibus Hearnii L. 1. et omnibus meis, præter Ber. et Gaertn. qui ordinem priorem divina res servant.

§ 11 *Magnam famam attulisse Fabio Tarentum ferebatur*] Pnt. *quia magnam famam attulisse Fabio Tarentum rebatur: nempe Crispinus ipse. J. F. Gron.* Recte Gronov. eam lectionem in contextum admisit. Certe Livio τὸ rebatur admodum frequens est. I. 26. 'Se absolvere non rebatur ea lege ne innoxium quidem posse.' III. 41. 'Tribunicia potestatis

desiderium plebi multo acrius rebantur esse.' IV. 1. 'Contaminari sanguinem suum Patres rebantur.' Vide lib. VI. capp. 3. et 33. VIII. 25. IX. 3. X. 21. XXII. 57. XXIII. 13. I. XXIV. capp. 18. et 20. et 39. XXV. 15. Adde quæ notantur ad XXXVII. 39. § 11. et XL. 5. § 13. Solet autem varie hoc verbum in Mss. corrumpi. Vide XXII. 57. § 7.

§ 12 *Eduxisse jam ab Venusia exercitum*] *Eduxisse jam ad Venusiam* Flor. Lov. 2. 3. 4. et Harl. *jam eduxisse ad Venusiam* Hav. *adduxisse jam ad Venusiam* Voss. et Lov. 1. Voces cui conjungi volebat desunt in Lov. 5.

§ 13 *In Apuliam ex Brutiis reditum est*] *Expunximus est*, quod non sit in veteri libro. *Rhenan.* Consentit Flor. Sed reliqui mei cum *Hearnii L. 1. τὸ ἐστ* servant.

Inter Venusiam Brutiamque] *Vet. lib. Bauriamque*: ego *Bantium*. Sic enim Plut. in Marc. p. 314. μεταξὺ Βαυτίας πόλεως καὶ Βενυσίας. Et Stephanus: Βαυτία πόλις Ἰταλίας, τὸ ἐθνικὸν Βαυτιανός. *Sigon.* Bene ex Plut. emendaverat *Sigonius inter Venusiam Bantiumque*: et ita diserte manuss. *Plinius III. 11. Bantinos* collocat in *Lucanis. Lipsius, Ep. Quæst. IV. 4. Ed. nostra Mog. inter Venusiam Bantiumque. Modius.* Immo ita omnes edd. usque ad *Curion.* qui *Brutiamque* substituit, quod recte *Sigon.* mutat in *Bantiumque*. Ita enim Flor. et plerique reliqui codd. Nam soli *Ber. et Haverk.* priscis editis; at *Gaertn.* lectioni *Curionis* adhærent.

§ 14 *In eandem regionem et Hannibal rediit*] In veteri libro *Annibal redit* legitur, non *rediit*. *Rhen. Pall. 2. ac 3. In eadem regione et Annibal redit.* *Gebh. In eadem regione etiam Flor. Voss. et Lov. 3. In eadem regione Cant. Tum redit Lov. 4. Vide ad XXXVI. 35. § 11. Mox adverso ab Loeris bello, pro arerso, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Gaertn. Vide ad II. 31. § 6. Præterea ambo consu-*

les edidit Jac. Gronov. consentientibus plerisque scriptis, et edd. prioribus. Pro eo Frob. 1535. et cum secuti reliqui dederant consules ambo; quibuscum facit Flor.

Prope quotidie milites in aciem excire] Non est sanum, tum ob ipsam phrasim, tum quod meliores scripti longe aliter. *Pnt. quotidie in acieheare,* omisso τῶν *milites*, quod nec ulli alii paullo vetustiores agnoscunt. *Reg. cotidie in acta re. Men. cottidie in mactecare. Voss. cotidie in acte heare.* Nihil venit propius sub acumen stili, quam *quotidie in aciem exire.* Nam τὸ m *Pnt.* habet mutatum in h, *litteram vero x in a,* frequentissimo more, de quo *Obs. IV. 4. Lib. XXIII. cap. 29. 'Nec sine levibus præliis, nec ut in aciem exirent.' XXV. 21. 'Ut injussu prætoris in aciem exirent.' XXXV. 4. 'Consul in aciem exibat, hostes pugnam detrectabant.' J. F. Gron. Prope quotidie mactæ,* reliquis omissis, *Hav. quotidie milites in aciem exciere Gaertn. et Lov. 5. quotidie in aciem hesire Lovel. 2. quotidie in acte hcare Lov. 1. et Cant. quotidie in acieheare Flor. De Oxonn. nihil Hearnii monet, nisi L. 1. exire præferre. Quotidie in acie exire legit Harl. quotidie in aciem exire, ut Gronov. conjecit, Lovel. 3. et 4. quod se quoque in Victor. reperisse, Crevier. testatur. Horum igitur fide ita edi jussi, quod et Crevierius, unum suum secutus, fecerat.*

Haud dubia spe, si duobus exercitibus consularibus junctis commisisset sese hostis] *Pal. 1. commisissent sese hostes, debellare posse. Gebh. Haud dubie spei Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Deinde vox exercitibus exsulat a Voss. et Lov. 1. Tum commisissent sese hostes Lov. 2. 5. Ber. et Hearnii L. 1. cum iisdem excusis. Similiter fluctuarunt scribæ v. 50. § 2. et alibi.*

CAP. XXVI. § 1 *Nec spem, nec metum ex vano haberet*] *Forte habebat.*

J. F. Gron.

Haud quamquam sese parem futurum credebat] Pall. 2. et 3. *censebat*. Gebh. Ita et Lov. 4. Præterea *haud quicquam* Gaertn. Ita sæpe peccarunt librarii. Vide ad II. 58. § 8. IV. 1. § 6. VI. 13. § 4. cap. 21. § 5. VII. 10. § 6. VIII. 23. § 17. XXI. 33. § 9. cap. 34. § 4. XXIII. 2. § 9. aliisque locis.

§ 3 *L. Cincio, ut ex Sicilia Locros cum classe*] *L. Cincio* Voss. Lov. 2. 3. et Hav. *L. Cincio* Gaertn. *L. Cincio* Lov. 5. *L. Quintio Hearnii* L. 1. Ceterum, anno priore M. Valerio cum L. Cincio imperium in Sicilia prorogatum fuisse, retulit Livius cap. 8. Verum hoc anno, omissio Cincio, in Sicilia ita divisa res est. Sex. Cæsari exercitus Cannensis est datus; M. Valerius Lævinus, prorogato imperio, classem, quæ ad Siciliam erat, navium septuaginta obtineret. Vide cap. 22. Quomodo ergo nunc L. Cincio ex Sicilia Locros cum classe trajicere jubetur?

§ 4 *Partem exercitus, quæ in præsidio erat*] Vet. lib. *qui in*. Sigon. Libri omnes nostri *quæ in præsidio erat*. Gebh. *Quæ in præsidio* Flor. Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. *eam partem exercitus, quæ* Lov. 4. et Harl. Nihilominus Sigonii emendationem, quam reliqui tuentur, viorem puto.

§ 5 *Ea ita futura per quosdam Thurinos compertum Hannibali quum esset*] Pal. 3. *Ea ita futura* cum reliquis libris omnibus continet. Gebh. *Et ita futura* Lov. 1. 3. et Gaertn. Tam *per quemdam Thurinum* Hearnii L. 1. *per quemdam Tarentinum* Hav. Ultima autem verba ita primus concepit Jac. Gronov. Omnes priores legunt *comperta Hannibali quum essent*: quod servant Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Id etiam scriptos suos tueri, testatur Crev. et elegantem loquendi figuram vocat. Vide J. F. Gron. ad XXVII. 15. § 12. Mox *ad insidendum ab Turen-*

to viam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Vide ad XI. 49. § 1.

Sub tumulo Petellæ equitum duo, peditum tria millia in occulto locuta] Vet. lib. *Petellæ*. Stephanus, Περηλία πόλις Ἰταλική, τὸ ἔθνικόν Περηλιωός. Plutarch. pag. 314. τὸν περὶ Περηλιαν λόφον ait, pro Περηλιαν. Sigon. Pall. 2. et 3. *sub tumulo Petellæ tria millia peditum, duo millia equitum in occulto locuta*. Gebh. Put. *Petellæ* ∞ ∞ ∞ *equitum, peditum duo in occulto*. Scribe igitur *Petellæ tria millia equitum, peditum duo in occulto locuta*. J. F. Gron. *Petellæ* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *Petellæ* Lov. 3. *Petellæ* Hearnii L. 1. *Petellæ* Harl. *Petellæ* Lov. 4. 5. Ber. et Gaertn. *Petellæ* Hearnii N. Vide ad XXIII. 20. § 4. Deinde priscam scripturam *equitum duo, peditum tria millia* servant Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Voces tamen *tria millia* in Flor. adscriptæ sunt a manu recenti, quæ desunt in Hearnii L. 1. *tria millia peditum duo*, ommissa voce *equitum*, legit ejusdem Hearnii D.

§ 6 *Ad duo millia armatorum cæsa*] Plut. ibid. ὑφελς ἐνέδρας, πεντακοσίους καὶ δισχιλίους ἀπέκτεινε. Sigonius. *Ad CC. armatorum* Hearnii L. 1. Etiam alibi notæ numeri millenarii et centenarii sive ∞ et C. in Mss. commutantur. Vide ad XXXIII. 43. § 7. *Ad armatorum*, omissio medio numero, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. Vide ad XXXIX. 42. § 3.

Et mille ducenti ferme vivi capti] Put. *cæsa mille et D. ferme*: quasi vellet *quingenti*. Lege ex melioribus *ad duo millia armatorum cæsa, mille et quingenti ferme vivi capti*. J. F. Gron. *Et ferme vivi capti* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *fermeque vivi capti* Hearnii N. *et ferme U^p capti* ejusdem L. 1. An forte legendum *ad duo millia armatorum cæsi et quingenti, ferme nulli capti*? Plutarch. certe tot cæsos refert.

§ 7 *Tumulus erat silvestris inter Punica, &c.*] Plut. Marc. p. 315. Ἦν δὲ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων λόφος, ἐπεικῶς μὲν εὐερκής, ἕλης δὲ παντοδαπῆς ἀνάπλευς. *Signon.*

Quæ vergeret in hostium castra] Voss. et omnes Gall. *vergeret ad hostium castra.* J. F. Gronov. Ita et omnes mei. Ex Oxonn. unum dissentire D. qui priorem scripturam servat, Hearnii notavit. Supra c. 25. 'Vergentem ad mare partem urbis obpugnarent.' XLIV. 36. 'Hora diei jam ad meridiem vergebat.' Mox pronomen eum omittunt Lov. 2. 3. et Voss.

§ 9 *Fremebant vulgo in castris Romanis*] Plut. *ibid.* Ἦν πολλὸς ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Ῥωμαίων λόφος, ὡς χρὴ τὸ χωρίον καταλαμβάνειν. *Signon.* Non moverim: tamen Put. *Romani.* J. F. Gronov. Ita et Lov. 3. a m. sec. et Hearnii L. 1. Deinde *Publice fremebant vulgo* Rec. et Hearnii D. Mox *occupandum eum locum esse* Lov. 2. 3. 5. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et omnes edd. ante Aldum: *occupandum locum eum esse* Voss. Lov. 1. et Ber.

§ 10 *Subjecta res oculis nostris certius dabit consilium*] Expunximus nostris, Rhenan. Pal. 1. et antiqua ed. *Subjecta res oculis nostris.* Pariter ut Ovid. *Amor.* I. 4. 54. 'Consilium nobis resque locusque dabit.' *Gebhard.* Omnes Gall. Voss. et Pall. unns *Subjecta res oculis nostris.* J. F. Gronov. Rhenano concinit Harl. Reliqui τὸ *nostris* servant: quod de Oxonn. L. 1. et N. similiter testatur Hearnii.

§ 11 *Consentiente Crispino*] Pro *Consentiente*, substituiimus *Adsentiente*, Rhenan. Pall. 1. 2. et vet. ed. *Consentiente Crispino.* Gebh. Iidem, accedente et Pal. altero, *Consentiente Crispino.* Quæ mutavit parvo operæ pretio Rhenanus. *J. F. Gron.* *Consentiente*, vel *Consentienti Crispino* omnes iterum mei, et Oxonn. Hearnii: quare id revocavi. Mox *ducentis viginti*, vel *CCXX.* Flor. Voss. Lov. quinque, et Hav.

§ 12 *Secuti M. Marcellus consulis filius, et A. Manlius, tribuni militum*] [Vide Lectt. Varr.] *Consentiant Flor.* Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. codd. omnes *Crevicrii*, et edd. principes: nisi quod quidam meorum omittant prænomen Manlii *A.* Sed *Secuti M. Marcellum consulis filius et Manlius tribunus militum* Voss. *Secuti Marcellum C. Fabius consulis filius, et Manilius tribunus militum* Hearnii D. *Secuti M. Marcellum C. Fabius consulis filius et Manlius tribunus militum* Lovel. 3. *Secuti Marcellum, vel M. Marcellum C. Fabius consulis filius et A. Manlius tribunus militum* edd. Mediol. 1505. Asc. 1513. et 1516. Primi Moguntini receperunt, quod nunc vulgo obtinet. Mox τὸ *simul* deest in Ber. et Hearnii D. Deinde *L. Arenius* legit Lovel. 4. *L. Arenius* Hav. *L. Arrenius* Vossian. Ber. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *L. Arrenus* Gaertn. *L. Arrenius* Flor. et Lov. 2. 3. 5. Similis diversitas est c. 27. § 8. Vide ad c. 6. § 3. Sequentis præfecti nomen emendat Gronov. ac legit *Manius Aullius* ad cap. seq. § 8. ubi vide. Nostri hic nihil mutant.

§ 13 *Quidam memoriae prodidere*] *Prodidere memoriae* Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et typis descripti ante ed. Frob. 1535. *prodidere memoriam* Flor. a m. pr. *memoria* a m. sec. Vide ad XL. 29. § 2.

Prima hostia cæsa, jecur sine capite inventum] Plutarch. in Marc. p. 315. Καὶ τοῦ πρώτου πεσόντος ἱερέου, δείκνυσιν αὐτῷ τὸ ἦπαρ οὐκ ἔχον κεφαλὴν ὁ μάντις. *Signon.*

§ 14 *Auctum etiam visum in capite*] Simile extispicium describit Lucanus iis versibus in 1. 626. 'Quodque nefas nullis impune apparuit extis, Ecce videt capiti fibrarum increcere molem Alterius capitis: pars ægra et marcida pendet, Pars micat, et venas celeri movet improba pulsu.' Caput extorum est jecur. Et in jecore duo capita constituebant aruspices. *Rhe-*

nan. Plut. ibid. ἢ τε κεφαλὴ μέγεθος ὑπερφύνης ἀνέσχευεν. De eadem re Valerius I. 6. § 9. Sigon. *Arcum etiam visum* Lov. 2. *Actum etiam visum* Lov. 4. *Autum etiam visum* Flor. a m. pr. *Aut cum etiam visum* a m. sec. Sed *Auctum* hic accipit casum quartum substantivi *Auctus* Crevier. Vir doctus etiam ad marginem ed. Curionis exponit hoc sensu per ἀξήσω.

Nec id sane aruspici placuisse, quod, secundum trunca et turpia exta, nimis lata] Plutarchus ibid. Οἱ δὲ μάντεις ταῦτα μᾶλλον ἔφασαν δεδιέναι, καὶ ταραττεσθαι, λαμπροτάτων γὰρ ἐπ' αἰσχίστοις καὶ σκυθρωποτάτοις ἱεροῖς γενομένων, ὑποπτον εἶναι τῆς μεταβολῆς τὴν ἀτοπίαν. Sigon. *Secundum trunca et turpia exta secunda nimis lata* Hav. *prima trunca et turpia exta, secunda nimis lata* Branc. Latinii.

CAP. XXVII. § 1 *Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi*] Vet. libri pro *cupiditas* habent *cupido*. Sigonius. Pall. 2. 3. *cupido*. Justinus XI. 7. 'Gordia urbis potiundæ non propter prædam cupido Alexandrum cepit.' Gebh. Ita et Hearnii D. Solent interdum hæ voces in scriptis confundi. Exemplum habuimus XXI. 19. § 7.

Numquam satis castra castris conlata crederet] Scripsimus *diceret*, ad fidem vetusti codicis. *Rhenan.* Vet. lib. pro *dicret*, habent *duceret*. Sigonius. Gebhardus ad c. 12. § 9. testatur, Pal. 3. *Rhenano* consentire, quæ lectio etiam exstat in margine Harl. verum *crederet* superesse in Pall. 1. et 2. quod etiam tuentur Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Similiter se in Put. et Victor. invenisse, testatur Crevier. licet parum intersit. Priscam igitur lectionem restitui.

§ 2 *Signum dedit, ut ad locum miles esset paratus : ut, si collis*] Ibi *ut, si collis*, delevimus particulam *ut*, ad fidem vetusti codicis. *Rhenan.* Pal. 3. *signum dedit, ad locum miles esset pa-*

ratus. Tum Pal. 3. *ut, si collis*: neque secus antiq. ed. Gebh. Constare video scriptos omnes in repetenda particula *ut, si collis*: quam quo merito deleverit *Rhenanus*, judicare licet ex hoc lib. c. 35. 'Ut, si tuto per hostes posset, adiret id concilium, ut, qui Siculo bello profugi essent, redirent.' *J. F. Gron.* *Ad locum*, in quo nihil variant Mss. Crevierius exponendum putat 'statim,' 'quantocius,' ut idem sit atque 'illico,' quod corruptum est ex duabus vocibus 'in loco.' *Donjatius* notat *locum* hic pro tempore poni. Eo sensu *locus* usurpari, *Gronov.* docuit ad c. 7. § 17. Exemplum tamen, quæ is illo loco, et alii alibi laudarunt, ad significationem hanc firmandam, per omnia locutioni, quæ hic occurrit, convenire non videntur. *Locum corruptum* puto, de quo statuant acutiores. Deinde particulam *ut*, a *Rhenano* ejectam, servant Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Oxonn. Hearnii, et codd. Crevier. quam etiam revocavi. Neque displicere debet, eandem particulam modo præcessisse. Sæpissime enim *Livius* eam ita repetere solet. Vide ad I. 17. § 11. *Mox et sequerentur* Flor. Voss. Lov. 2. 3. et Hav.

§ 3 *Exiguam campi ante ea castra erat*] Delevimus *ea* pronomen ad fidem vetusti codicis. *Rhenano* adversantur Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Reliqui pronomen similiter omittunt.

Numidis speculator, nequaquam in spem tantæ rei positus] Pal. 2. *repositus*. Gebh. *Numida speculator* Rec. Hav. et Branc. Latinii. Male. *Numidis* referendum est ad sequens 'signum dat.' *Speculator* ille signum *Numidis* dedit.

Longius a castris progressos possent excipere] *Castigavimus possent excipere* ad fidem vetusti cod. *Rhenan.* Priorem lectionem tuentur Flor. Voss. Lov. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et

Hearnii L. 1. Deinde *longius castris* Harl.

Ab suis quisque latebris exorirentur] Pal. 1. *ab utrisque latebris exorirentur*. Pal. 3. *ab suis quisque latebris*. Gebh. Put. Pal. Voss. *ab utrisque latebris exorirentur*. J. F. Gron. *Ab utrisque latebris* Cant. Lov. 1. 2. 3. Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latini: *ab suis lateribus quisque* Lov. 4. *ab utrisque lateribus* Flor. Hafn. et Hav. Gronovius in pr. ed. notarum addidit, se vulgatum sincerum putare. De τῶν *exorirentur*, quod Put. præfert apud Gronov. vide ad xxiii. 16. § 7.

§ 4 *Quam circumiere, qui a tergo includerent viam*] Castigavimus *intercluderent* ad fidem vestigi codicis. *Rhen. Intercluderent* solus Pal. 3. At reliqui *includerent*. Mox iterum Pal. 3. *impetum facere*, ut creberrime a me castigatum in hoc scriptore. *Gebhard. Intercluderent* Lovel. 5. quod post Rhenanum ex ejus sententia recepit Frob. 1535. et secuti editores servarunt usque ad Gruter. qui in ultima ed. *includerent* reposuit; quod non tantum Gronov. ad c. 5. § 11. fere omnes Mstos exhibere monuit, sed apud me etiam superest in reliquis codd. ut et in Branc. Latini. Vide quæ notantur ad d. l. Livii. Præterea *quam circumcurrere* Brancal. Latini. Mox *impetum facere* Lov. 2. *fecerunt* Ber. et Gaertn. cum primis edd.

§ 5 *Neque evadere possent in jugum*] Castigavimus *neque evaderent in jugum*, eraso verbo *possent*, ad fidem vetusti codicis. *Rhenan.* Pal. 1. et vet. ed. *evadere possent*. Gebh. Omnes Gall. et duo Pall. *neque evadere possent in jugum*. Lege etiam *essent*, ut *neque evadere possent in jugum*. J. F. Gron. Omnes omnino mei, cum Hearnii L. 1. et N. *evadere possent*.

§ 6 *Deserti ab Etruscis Fregellani*] Ducentes et viginti equites secum eiluxerat Marcellus, quorum nemo Romanus, sed aut Etrusci erant om-

nes, aut Fregellani, ut ait Plutarch. in Marcell. p. 315. Ἐξήκει οὖν τὸν τεσσυ-ἀρχοντα Κρισπίνον παραλαβὼν, καὶ τὸν υἱὸν χιλιαρχοῦντα, καὶ τοὺς σύμπαντας ἰππεῖς εἰκοσι καὶ διακοσίους ὧν Ῥωμαῖος οὐδεὶς ἦν, ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι Τυρρῆνοι, τεσσαράκοντα δὲ Φρεγελλάνοι, πείραν ἀρετῆς καὶ πίστews ἀεὶ τῶν Μαρκέλλω δεδωκότες. *Sigon.* Pall. 2. et 3. *Fregellani equites*. Gebh. Ita et Lov. 4. Harl. Rec. et Hearnii D. Verum addita hac voce, quam optimi ignorant, opus non est: supra enim cap. præc. et Etruscos et Fregellanos, quos adsumsit, equites fuisse dixit.

§ 7 *Sed, postquam vulneratos ambos consules, &c.*] Confer totum hoc cum loco Siliano xv. 334. quem eo lubentius adscribo, quod alter ab altero lucem accipiet, et pulcherrima occasio est, luculentissimos ejus poetæ versus aliquam multos lutulentissime turpatos genuinæ integritati restituere. Sic igitur Italicus membranceus: 'Sed quisnam aversos Phæbum tunc jungere ab urbe,' &c. *Modius.* Locus, quem ex Silio Modius laudavit, longior est, quam ut hic commode pro ratione adnotationum legi possit, et nullæ ex eo mendæ ope membranarum exemtæ, sed contra prioribus erroribus quidam graviore additi sunt. Consulenda itaque est ed. hujus poetæ, quam olim vulgavi, cui adjectæ sunt omnes Modii emendationes. Ceterum Gronov. ex Put. *ambo consules* edidit, quem vide ad xxxv. 21. § 5. Similiter etiam inveni in Flor.

Marcellum etiam transfixum lancea] Put. ibid. Μάρκελλον δὲ τις λόγχῃ πλατεῖα διὰ τῶν πλευρῶν διήλασεν, ἣν λαγκίαν καλοῦσιν. *Sigon.*

§ 8 *Interfecti A. Manlius tribunus militum*] Subvenimus huic loco, quem in ed. Asulanica asterisco notatum reperimus. Nam legendum est *Interfectus A. Manlius*: nec deest quicquam. Vocabulum pluralivum *Interfecti* scrupulum ante iniecerat. *Rhe-*

nan. Videri potest prolepsis, ut, quod in genere dictum sit, per species explicetur. Sed milii occisorum nomina omnia videntur. Quidam *Interfectus* legunt: si fide codicum fecere, bene habet locus. *Glar.* Ita *Interfectus* vet. lib. Movet quosdam, quod legerint *Interfecti*, suspicanturque deesse nomen alterum, sine causa. *Sigon.* Pal. 1. et vet. ed. *Interfecti*: cum tamen Pall. 2. ac 3. tueantur vulgatum *Interfectus*. Gebh. Non tam plane subventum est his, quam Rhenanus et Sigonius putant. Nam Put. et quicquid est meliorum *Interfecti*: ut erat olim vulgo, quo Glareanus offendebatur. Suspicio τὸ *occisus* esse adjectum ab homine semidocto, et ita scripsisse Livium: *Interfecti A. Manlius tribunus militum, et ex duobus præfectis socium Manius Aullius, L. Arrenius captus.* Hoc ipsi Rhenano facile probatum fuisset, si in mentem venisset: neque enim erat ille compendiorum dicendi, quæ apud Livium reperiuntur, ignarus. Turbant aliquid libri in nomine prioris præfecti. Nam Put. melior Pet. duo Flor. optimi *Manius Auxilius*. Credemusne jam id nomen viri fuisse, ut Ausonii ævo fuit? Sane *Obsidius* apud Florum est, *Tympanus* apud Livium xxxiv. 47. et *Corculi* satis antiqui: recentius nomen *Desiderius*. Sed supra Put. *M. Aullius*. Pet. melior *M. Aullius*. Verum esse utrobique puto *Manius Aullius*. J. F. Gron. *Interfecti* Flor. Voss. Lov. 2. 5. Harl. Ber. a m. pr. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Gronovio itaque vocem *occisus*, quam tamen omnes cold. servant, delenti non adversor. Deinde *Manlius*, pro *M. Aulius*, Lov. 2. et 4. *Aullius*, omisso prænomine, Lov. 3. *Manlius Auxilius* Voss. Lov. 1. Hav. et Hearnii N. Gronovio igitur, prænomen ejus *Manius* fuisse existimanti, adsentior, non tamen ipsum nomen per duplicem liquidam *Aullius* scribenti. Certe libb. viii. et ix. multi-

plex Q. Aulii Cerretani consulis ac magistri equitum mentio fit, ubi tamen semper id nomen una liquida scribitur. Vel igitur eadem orthographia hic quoque servanda est, vel, ut Jac. Perizon. ad marginem Livii conjecit, *l* in *i* mutata, legendum est *Avilius*. Prius tamen malo. Deinde posterioris præfecti prænomen deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antiquis. Tum autem *Arcenius* Lov. 2. *Ari-enius* Lov. 4. *Atrenius* Hav. *Arcre-nius* Harl. *Arrenis* Voss. et Lov. 1. *Arrenius* Flor. Lov. 3. 5. et Hav. *Arrennius* edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad cap. præc. § 12.

Et lictores consulum quinque vivi, &c.] Plut. ibid. Αἰχµάλωτοι δὲ καὶ τῶν μὲν ῥαβδούχων πέντε. *Sigon.*

§ 9 *Equitum tres et quadraginta*] Scripsimus *equites tres*. Rhen. Pall. duo, et vet. ed. *equitum tres et XL*. Gebh. Ita et Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Paulo ante *fugerunt Hearnii D.*

Duodeviginti vivi capti] Plut. ibid. Τῶν δὲ ἰππέων ἑκοσι δύοιν δέοντες. *Sigon.* *Decem et octo vivi capti* Hearnii D. *decem et octo capti vivi* Lov. 4. *capti vivi* etiam Lov. 1. 2. 3. 5. Voss. Ber. et Gaertn. cum edd. vetustis.

§ 10 *Et tumultuatum in castris fuerat*] Scripsimus *Tumult. et in castris*. Rhenan. Pal. 1. omisso *et*, *Tumultuatum in castris*. Vet. ed. *Et tumultuatum in castris*. Gebh. *Et tumult. in castris* Ber. et Gaertn. *Tumult. in castris* Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, et Hav.

§ 11 *Major jam enim sexaginta annis erat*] Pall. 2. ac 3. *jam enim major LX. annis erat*. Gebh. *Major enim jam* Lov. 2.

Tam improvide isset, collegamque] Restituimus depravatam locum, pro *isset* scribentes *se, tum impr. se collegamque et prope totam temp. in præceps dederat*. Rhenan. [Vide Lect. Varr.] *Tam impr. isset collegamque* Lovel.

1. *tam impr. isset collegamque* Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Cujus lectionis vestigiis quamvis proxime insistat Gronovius, *tam improvide is se collegamque* substituens, præfero tamen Rhenani emendationem, pro qua stant Flor. et alii. Eamdem etiam servasse puto Put. ex quo nihil aut ipse Gronov. aut alii notarunt.

§ 13 L. *Cælius triplicem rei gesta ordinem edit*] Vet. lib. alii C. *Lælius*, alii *Lælius Cælius*. Aut igitur L. Cælius Antipater est, cujus sæpe meminit, aut C. Lælius; quem historias scripsisse, tradere videtur Polyb. x. 3. *Signon.* Pal. 1. et antiq. ed. *Cajus Lælius*: ad marginem tamen Pal. 1. appictum *Cælius*. Gebh. C. *Elivius* Ber. C. *Cælius* Voss. et Lov. 3. a m. sec. *Cornelius Lælius* Hearnii L. 1. C. *Lælius* Flor. Lov. 2. et 3. a m. pr. Harl. Gaertn. Hav. Doujatii Colbert. Hearnii N. et omnes edd. ante *Signonium. Lælius* Lov. 4. *Cælius* Lov. 5. Ut de lectione L. *Cælius*, quam *Signonius* invenit, dubitem, illa causa est, quod *Livius* alibi, *Cælinum* antiquum scriptorem memorans, omittat prænomen. Præterea *gestæ rei ordinem* Flor. Lov. quinque, Harl. Hav. et Hearnii L. 1.

Ordinem edit: unam traditum] Hæc genere inter se non conveniunt, ut debebant. Emendandum puto *scriem*: ex quo obscurius forsan scripto vel corrupto, ut vocem formarent aptam, credibile est librariorum sine respectu ad sequentia interposuisse, vel supra scripsisse, ut solent, *d* et *n*. Jac. Periz. Nisi potius dicendum est, pro *ordinem* animo scribentis observatum fuisse aliud substantivum fœminini generis, qualia multa ex optimis utriusque linguæ scriptoribus observata sunt. Ita de hoc loco visum fuit Jac. Gronovio ad *Luciani* Gall. p. 163. *Duk.* Doujatius etiam vel *narrationem*, vel *scriem* legebat, vel voces *unam, alteram, tertiam* non ad τὸ *ordi-*

nem, sed ad τὸ *rei gesta* referebat; quod placuit etiam doct. *Haverkampio* in dissert. de voce ΜΕΓΑΣ, quia Mss. constanter vulgatam lectionem tuentur. Idem etiam *Crevierio* verius visum est.

Alteram scriptam laudatione filii, qui rei gesta interfuit] Auctoritatem Msti voluminis secuti reponimus *alteram scriptam laudatione filii, qui rei gesta interfuerit*. Rhenan. Omnes libri nostri *alteram scriptam laud.* Gebh. Put. *alteram scribtam laudatione filii, qui rei gesta intervenerit*. Sane *scriptam* omnes alii libri Gallicani, Pall. Voss. et videtur parum cante mutasse *Rhenanus. J. F. Gron.* *Scriptam* etiam omnes mei, et *Oxonni. Hearnii*. Deinde *interfuit*, ut ante *Rhenanum* edebatur, Voss. et Ber. *interfuerat* Hav.

CAP. XXVIII. § 1 *Vulnere alterius injectum esse*] Pal. 1. *infectum*: forte leg. *invectum*. Pal. 2. *vulneratis alterius infecti esse*. Gebh. *Vulnerius alterius* Flor. a m. pr. *vulneribus* a m. sec. *duobus jaculis ictum* *Crispinum* cap. præc. dixit. Et ita de eodem cap. seq. ‘Vix lecticæ agitationem præ gravitate vulnerum patiens.’ Deinde *factum esse* Hav. *infectum esse* Flor. *invectum*, ut Gebh. conjecit, Gaertn. Nihil mutandum esse, reliquis codd. invitis, puto. De loentione ‘injicere terrorem’ vide ad II. 36. § 3. Lectiones autem, quæ a vulgato discrepant, ex sollemni scribarum errore ortæ videntur. Certe ‘injectum’ et ‘infectum’ etiam commutantur x. 6. § 3. ubi simili errore ex *infectum*, quod pro *injectum* scriptum erat, Gebhard. *invectum* conjecit: *injectum* et *invectum* IX. 40. § 14. commutantur, ubi vide. Et ita etiam mox hoc cap. § 17.

Ibi inventum Marcelli corpus sepelit] Hac in re citat auctorem *Livium Plutarchum* in *Marc.* p. 316. Αἰβιος δὲ καὶ Καῖσαρ ὁ Σέβαστος κομισθῆναι τὴν ὑδρίαν πρὸς τὸν νιδν εἰρήκασιν, καὶ ταφῆναι λαμπρῶς. *Signon.* Quæ de cadavere *Mar-*

celli ab Hannibale sepulto Plut. l. 1. scribit, pluribus examinatis Periz. in Animad. Hist. c. 9. p. 368. eumque scriptores, quos memorat, male laudasse evincit.

§ 2 *Quos proximos nactus est montes*] Pal. 2. *quosquos prox. n. e. m.* Gebh. Put. Reg. Pall. Voss. *quosquos proximos nactus.* Plantus Pænulo III. 2. 11. 'Quiquid tamen Et bene et benigne facitis.' Cicero ad Att. XVI. 11. 'Veteranos, quiquid Casilini et Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam.' J. F. Gron. *Quosque Hearnii* L. 1. *quosquos* Flor. et Lov. 3. ac 4. cum tribus codd. Crevierii. Ita in optimo cod. erat XXIX. 19. 'Milites, quiquid Locris essent, omnes in Siciliam transportari;' et in alio III. 47. 'Si, incolumi urbe, quæquæ capta, ultima timeantur.' Vide ad II. 2. § 1. *Proximos* autem, ut 'optimus,' 'maximus,' et similia; de quibus vide ad III. 17. § 5. *Nactus* etiam Flor. Vide ad XXIV. 31. § 14. Mox § seq. voces *alter ad cavendam* perperam omittuntur in Flor. Voss. et Lov. 1. 2. 4. quod de Put. optimo etiam infra testatur Crevier. ad § 5.

§ 4 *Annulo Marcelli simul*] Put. Voss. Men. *Anulis Marcelli.* Id etiam in Gud. tam hic, quam mox inferius, video: et verum esse puto. 'Annulos' dicebant etiam de uno annulo, ut 'liberos' de filio vel filia, 'hortos' de uno horto, et similia. J. F. Gron. *Anulis* vel *Annulis* Flor. Cant. Lov. 1. 4. Hafn. Hav. Regius apud Doujatium, et plures Crevierio inspecti; quorum plerique etiam mox *anulisque* vel *annulisque.* Verum *anul'* hic, et mox *anulisque* Hearnii L. 1.

Ne cui dolus necectetur a Pæno] Legendum *ne qui dolus:* sic enim in lib. vet. legitur. Porro Livius usurpat *qui pro quis.* Id quod et Cic. sæpe facit: ut pro Cæcin. c. 30. 'Si qui familiam meam de fundo meo deiecerit. Si qui mihi præsto fuerit cum armatis.' Idem peculiare est Septi-

mio Tertulliano, quemadmodum indicavimus in nostris annotationibus, quas in illum scripsimus. Porro res hæc non animadversa corrupendis auctorum locis infinitis ansam dedit. Venit nunc in mentem unius loci, qui depravate apud Cic. legitur in libello, cui titulus est de Senect. sive Cato major, c. 7. Habent enim sic exemplaria typis excensa: *Omnia, quæ curant, memincent, vadimonia constituta, qui sibi, quibus ipsi debeant.* Quum indubie Cic. scripserit, *qui sibi, cui ipsi debeant,* pro 'quis sibi.' Nam eam germanam lectionem continet exemplar Ciceronis Mstum, quod nos Sletstadii invenimus apud D. Joannem. Sed de his alias. *Rhenan.* Pall. duo, et vet. ed. *ne cui.* Pal. 3. *ne quis.* Gebh. Omnes *ne cui,* quod mutavit Rhenanus. Virgil. *Æn.* VI. 609. 'cui frans innexa clienti.' J. F. Gron. *Ne quis dolus* Lov. 3. et Reg. apud Doujatium: *ne cui dolus* reliqui mei, Colb. Doujatii, Hearnii Oxonn. et omnes Crevierii: *qui* pro *quis* sæpissime apud Livium obvium esse, præsertim præmissa particula *si,* vel, ut hic, *ne,* vidimus ad III. 10. § 7. et VI. 32. § 5. Verum hoc loco *ne cui* verius esse, tot codd. consensus indicat. Supra I. 5. 'Ita undique regi dolus neccitur.' Librarium autem codicis Rhenani in sollemnem errorem incidisse, et passim *cui* ac *qui* in Mss. confundi, constat ex illis quæ notantur ad IX. 34. § 14.

§ 5 *Quum literæ ab Hannibale adlatæ sunt*] Vet. lib. *quam literæ.* Sigon. Sigonius reponit *quam:* non recte. Pall. 1. 2. et vet. ed. stant a vulgato *cum.* Pal. 3. *Paulecatim hic nuntius.* (Pal. 1. *Paucæ ante.*) Gebh. Sigonio concinit Hearnii D. Sed omnes mei vulgatum recte servant, nisi quod *cui* pro *cum* perperam legat Lov. 1. Sæpe *quum* et *quam* commutantur. Vide ad VII. 6. § 2. c. 34. § 4. XXXIX. 46. § 4. aliisque locis. Mox voces *compositæ:* *se nocte, quæ diem illum secu-*

tura esset desunt in Hearnii D.

Parati milites essent, qui in præsidio erant] Non temere est, Put. Pet. meliorem, Reg. Men. Voss. abesse vocem *parati*. Fortassis fuit *venturum: vigiles essent, qui in præsidio erant*. J. F. Gron. *Parati* exsulat etiam a Flor. Cant. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Eadem voce etiam suos carere, Crevier. testatur; sed negligentia scribarum intercidisse existimat, cui omnino consentio. *Milites exirent insuper* Hav.

Si qua opera eorum opus esset] Emendavimus *si qua opera eorum opus esset*, id est, ad aliquem locum. *Rhenan.* *Si qua* Lov. 2. 3. 4. 5. et Ber. Plerique reliqui emendationem *Rhenani* probant.

§ 6 *Sensere Salapiani fraudem*] Put. et Voss. *Salapitani*. Sic a Massilia 'Massalitanum vinum' apud Martialis e Lilybæo 'Lilybætanum,' a Tauro-menio 'Tauromenitani.' J. F. Gron. Similiter Flor. Cant. Lov. 1. 4. Harl. Hav. Hearnii L. 1. D. et Donjatii Reg. ac Colbert. quomodo etiam mox § 12. iidem mei præferunt, nisi quod *Salapini* sit in Voss. et Lov. 1. quod et ipsum in usu fuisse, ex Cic. et Vitruv. probat Cellar. Geogr. Ant. II. 9. p. 565. Mox *ob iram* Ber. et Branc. Latini. Male. Vide ad xxvi. 1. § 3.

Rati occasionem supplicii petere, misso retro nuncio] Vitiatum locum sic restituimus: *rati occas. supplicii peti, remisso retro nuncio*. Participium *misso* mutilatum erat, et auctum inepte præcedens verbum. Fortasse movit castigatorem, quod dicit *remisso retro*: cui alterum visum sufficere, puta aut 'remisso,' aut 'misso retro.' Verum sic et infra loquitur Livius c. 42. 'Venusiam,' inquit, 'retro, quibus venerat itineribus, repetit.' *Rhenan.* Libri omnes Pall. *petere, misso retro nuncio*. At vet. ed. *rati occasionem supplicii patere, misso retro nuncio*. Gebh. *Patere, misso* Ber. et prima:

Delph. et Var. Clas.

edd. Postea Aldus dedit *petere, misso*, quod servant Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. At lectionem *Rhenani* verio rem puto. *Retro redire* est xxiii. 28. et Epit. Liv. I. cxxx.

§ 7 *Perfuga autem Romanus erat*] [Vide Lectt. Varr.] *Perfugam autem Romanos*, omisso τῶν *erat*, Flor. Cant. Voss. *perfugam ante Romanos* Lov. 1. 4. et Hav. Vide ad c. 35. § 7. *Perfugam autem Romanus* Gaertn. et Hearnii L. 1. *perfuga autem Romanus* Hearnii N. Sed nihil muto.

Ut sine arbitro milites, quæ vellet, agerent] Prima vocula deest in Flor. Cant. Voss. Lov. 4. Hav. Brancal. Latini, et Hearnii D. Deinde *suo arbitrio* duo posteriores codd. *suo arbitro* Lov. 4. et Gaertn. *sine arbitro* Hav. quomodo et Sigonii ed. 1572. præfert, quod deinde servarunt reliqui usque ad Gruter. qui in ultima ed. *sine arbitro* restituit: quod recte in reliquis superest. Justin. XXI. 4. 'Epulas senatui in domo sua parat, ut, poculis veneno infectis, secretis senatum et sine arbitris interficeret.' Vide viros doctos ad Plauti Aulul. IV. 1. 21.

§ 8 *Qua venturum hostem rebantur*] [Vide Lectt. Var.] *Qua vent. hostem querebantur* Cant. et Lov. 1. *qua vent. hostem verebantur* Lov. 4. Verum hoc et aliis modis verbum *rebantur* sæpe corruperunt librarii. Vide ad xxii. 57. § 7. *Qua vent. hostem credebant* Lov. 2. et Hav. *qua vent. hostem putabant* Hearnii L. 1. quæ utraque lectio ex glossa interpretis originem ducit. Verbo hoc in primis Livium delectatum fuisse, vidimus ad c. 25. § 11.

§ 10 *Moliri: porta cataracta dejecta clausa erat*] Scribe cum Put. Reg. et Andrea, *tumultuari, trepidare, moliri portam: cataracta dejecta clausa erat*. De brevitate sermonis sapiens jam monitum. J. F. Gron. Ita legunt etiam Flor. omnesque editi ante Aldum. De locutione 'moliri portam'

Livius.

28 X

vide ad xxiv. 46. § 5. Deinde *dejecta* non adparet in Ber. et edd. ante Aldum. Paulo aute ad *voces eorum* Lov. 5. et Hearnii L. 1.

§ 11 *Et quum sexcenti ferme intrasent*] *Et quum quingenti ferme* Hav. *et quum deferme* Flor. Sed notæ DC. etiam alibi in *de* abierunt errore et ignorantia scribarum. Vide ad xxiii. 46. § 4. *Et quum CC. ferme* Hearnii L. 1. Vide ad xxxviii. 37. § 6.

§ 12 *Negligenter ex itinere suspensa lumeris, &c.*] *Scuta, puto, non deductis tegminibus, ut solebant in itinere, quum nullus ab hoste metus erat.* Vide Lipsii *Analect.* ad Milit. Rom. III. 2. et Suet. Tib. c. 37. Vitell. c. 11. *Duk. Negligenter* Flor. Vide ad II. 11. § 4. *Mox gerentes inducunt arma* idem codex.

Alii e turri ejus portæ murisque] Pro duabus dictionibus *turri ejus* substitimus ex scripto cod. *turribus*. Opinor scriptum fuisse *turri bus* relicto spatiolo medio inter priores duas syllabas et ultimam: id *bus* castigatorem mutavit in *ejus*. Nam præcedit 'circa portam, qua venturum hostem rebantur.' *Rhenan. E turribus portæ* solus Pal. 3. Reliqui *e turri ejus portæ*. Gebb. *E turribus portæ* est a *Rhenano*: sed optimos non habet assecclas, qui retinent *e turri ejus portæ*. J. F. Gron. Ex omnibus meis unus Rec. ex Hearnii autem Oxonn. unus D. *Rhenano* favent.

§ 13 *Quam Cincius summa vi*] *Vet. lib. quam L. Cincius.* Sigon. *Quam Ancinus* Flor. *qua Mancinus* Harl. *quo Mancinus* Lov. 1. 2. 3. et Voss. *quam L. Cinctius* Hav.

§ 16 *Itaque ubi primum Numidas edito et speculis signo*] In *Spirensi* cod. tamen est *speculis*, non *e speculis*. *Rhenan. Pall. tres edito speculis signo.* Præpositionem tamen recte prisca ed. retentat. *Gebb. Non comparet etiam præpositio* in Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Præterea *et primum* exsulat ab Harl. *Mox par*

vis rebus, pro par viribus, legunt Voss. Hafn. et Hav.

§ 17 *Ut supervenere Numidæ, tantus pavor Romanis est injectus*] Tres priores voces desunt in Lov. 1. Deinde *pavor Romanis est injectus* Lov. 5. Vide hoc cap. ad § 1.

CAP. XXIX. § 1 *M. Marcellum tribunum militum Venusiam adducere jussit*] *Scriptimus abducere.* *Rhenanus. M. Marcelli consulis interfecti filium. Plutarchus. Sigon. Pal. 2. Venusiam abducere: reliqui duo adducere.* Paulo ante Pal. 2. *profectum Annibalem audit.* Gebb. *Put. et meliores abducere, ut recte Rhenanus. Sic Plantus 'abducere domum.' Noster I. 26. 'Ita exercitus inde domos abducti: ubi male supposuerunt adducti. Et hoc lib. c. 46. 'Ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria abducti: Rhenani liber, Put. Reg. Vulgo etiam adducti. Sed hæc duo verba in se invicem sæpe corrupta, quid hoc in usu differant, alias dicemus. J. F. Gron. Adducere perperam servant* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Reliqui cum Hearnii N. et D. recte *abducere*; quod Gronov. etiam probavit ad xxxix. 49. § 12. In hac locutione mire sibi placuit Liv. Ita I. 39. 'Abducto in secretum viro.' IX. 5. 'In custodiam abducti.' XXII. 22. 'Eum in secretum abductum monet.' XXVII. 20. 'Quia media æstate Venusiam in tecta milites abduxisset.' XXIX. 36. 'Crotonem exercitum abduxit.' XXX. 24. 'Abductum in secretum Masinissam sic adloquitur.' XXXII. 29. 'Gennamque exercitu abducto, ab Liguribus orsus est bellum.' XXXIX. 12. 'In interiorum partem ædium abductam: ubi alia exempla vide. 'Abducere ad cænam' Ter. Heaut. I. 2. 10. Ejusdem generis sunt 'avolare Romam,' 'ablatus domum,' et similia, de quibus vide ad I. 57. § 8. 'advertere in,' vel 'ad se,' de quo vide ad VI. 23. § 8. Solent autem passim 'abducere'

et 'adducere' in Mss. commutari. Vide ad II. 22. § 2. c. 48. § 6. c. 49. § 10. III. 10. § 1. IV. 10. § 1. V. 1. § 5. c. 28. § 4. c. 30. § 7. c. 33. § 4. c. 48. § 7. VI. 25. § 1. IX. 4. § 4. c. 18. § 3. c. 24. § 1. c. 33. § 2. c. 44. § 8. X. 19. § 3. et pluribus aliis locis. Adde Gruter. ad Suet. Cal. c. 45. Nic. Heins. ad Val. Flacc. v. 160. et quæ notavi ad Silli x. 18. Mox § seq. *lecti exagitationem* editiones principes. Tum *gravitate vulneris* Hav. Male. Vide ad cap. præc. § 1.

§ 4 *Et magnum luctum morte alterius*] Scripsimus *magnum et luctum*, ut videlicet *magnum* accusativus etiam ad *metum* referatur. *Rhenan.* Pall. tres *magnum et luctum morte alterius consulis, et metum de altero fecerunt.* c. 42. 'Terrebat et proximus annus lugubris duorum consulum funeribus.' *Gebh.* Rectius uberiusque Pnt. Reg. Pall. tres: *Hæ literæ recitatæ magnum et luctum morte alterius consulis, et metum de altero fecerunt.* J. F. Gron. *Magnum et luctum* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et alii. Perperam autem Modius Francofurti a. 1588. omisit vocem *morte* quam omnes non modo edd. sed et Mss. servant. Eam restituit Gronov. quo respiciens, uberius in suis esse dicit. Eodem respicit etiam Gebh.

Q. Fabium filium] Virum consularem, de quo ante dictum est. *Sigon.* *Q. Fabii filium* est in Voss. a m. pr.

Ad exercitum Venusiam miserunt] *Reposuimus exercitum Venusianum miserunt.* *Rhenan.* Meliores *Venusiam.* Quod non debuit tollere *Rhenanus.* J. F. Gron. Ita quoque omnes mei, et Oxonn. Hearnii.

L. Cincius Alimentus] *Alimentus*, ut ante. Idem, de quo paullo ante. *Sigon.* *L. Quintus* Hearnii L. 1. Tum *Halimctus* Lov. 5. *Halimctus* Flor. Voss. Hav. et edd. vett. *Halimentus* Lov. 4. et Gaertn. *Ahalimentus* Lov. 1. Sed recte *Alimentus* *Sigonius*;

quem etiam vide ad XXI. 37. § 3. Paulo ante Cæsaris prænomen *Sext.* deerat in Hearnii L. 1.

§ 5 *Dictatorem in agro Romano diceret conitorum caussa*] Hic nodum invenio, fortassis in scirpo, sed tamen invenio. 'Agrum Romanum Italia terminari,' nec extra eum dictatorem dici posse, dicebant Patres, quum Lævinus eos. dictatorem in Sicilia dicere vellet. Crispinum autem Tarenti vel Capuæ a legatis inventum iri, putabat senatus. Quæ ergo ratio erat hoc addendi in senatusconsulto, ut dictatorem 'in agro Romano' diceret, quum Capua et Tarentum 'in agro Romano' essent? Dictatores ex SCto a consulibus in castris dictos, sæpe narrat Livius. Ita VIII. 23. in Samnio: IX. 38. in Etruria: XXV. 2. in Lucanis: XXVII. 2. et 5. in Apulia: XXIX. 10. in Brutiis. Nec tamen usquam hoc in SCto expressum scribit, ut dictator 'in agro Romano' diceretur. Suspicio hoc ex c. 5. huc translatum esse. *Duk.* De sensu verborum dubitat Doujatius, et rogat, utrum his verbis Patres indicarint, ut Quinctius, ex vulnere æger, in agrum Romanum veniret; an vero, ut dictatoris potestas agro Romano finiretur? hoc valde novum, illud vix 'possibile' esse putat. Sed non intelligit, quis Romanis dicebatur 'ager Romanus,' quum tamen id discere potuisset ex hoc ipso lib. cap. 5. unde vidisset Quinctium in Italia degentem fuisse in agro Romano. Forte eo nomine indicari putavit agrum Romæ suburbanum, vel qui erat intra centesimum ab urbe milliarem, quo spatio sub imperatoribus potestas præfecti urbis finiebatur. Paulo ante *si ad comitia venire Romam* Flor. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hav. *si ad comitia Romam venire* Lov. 5.

§ 7 *Ex Sicilia in Africam transmissit*] Put. *transisit.* J. F. Gron. Vide ad XXIV. 21. § 7. Paulo ante Va-

lerii prænomen *M.* non adparet in Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et primis edd. quod demum Froben. 1535. adjecit.

Ad Clupeam urbem exscensione facta] *Ad Clipeam*, et mox *Clipea*, Flor. et Hav. *ad Clipeam* Hearnii N. Tum τὸ urbem deest in Hearnii D. *Deinde essentione* Flor. a m. pr. *ascensione* a m. sec. Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *assensione* Lov. 4. *descensione* Lov. 5. et Hav. *defensione* Gaertn. *excessione* Lov. 3. *excursione* Ber. Rec. Hearnii D. et primæ edd. pro quo *exscensione* recte Froben. 1535. substituit. Vide ad VIII. 17. § 9. Mox *armato* deerat in Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antiqq. *Insuper vastavit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et eadem edd.

§ 9 *Quos et Machanidas tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello urebat]* *Perperam* Pal. 1. *urgebat*. c. 39. 'Fama deinde Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur, satis edocuerat.' xxviii. 43. 'Quum din Sicilia Punico bello ureretur.' xxxii. 21. 'Tamquam non intestino et hærente in ipsis visceribus uramnr bello.' *Gebh.* *Quos Machanidas* Hearnii L. 1. *quos et Machinidas* Flor. Voss. Harl. Lov. 3. 4. et Hearnii N. *quos et Machanidas* Lov. 1. *quos et Machinaydas* Branc. Latini. Vide ad xxviii. 5. § 5. Tum *urgebat* Flor. a m. sec. Hearnii L. 1. et Branc. Latini. Male. x. 17. 'Eos bellum domi Romanum urebat.' Solent hæ voces a librariis commutari. Vide ad xxxvi. 23. § 5. N. Heins. ad Ovid. Am. 1. 2. 17. Bentl. ad Hor. Od. 1. 4. 8. et Ep. 1. 13. 6.

Rhion incolæ vocant] Livius fretum Rhion vocatum perhibere videtur, cum Strabo VIII. 335. ac Ptolemæus III. 16. promontorii id nomen tradant in modum falcis producti longius, unde et Drepanon vocatur. Ipse Livius paulo post (c. 30.) ab ipso ludicro regem Philippum profectum ait Rhium ad indictum concilium, ubi ur-

bem fatetur. Nisi quis pro *Rhio Ægium* eo in loco legendum putet, quem admodum lib. seq. c. 7. 'Ægium' concilium Achæorum indictum dicitur. Quamquam eodem lib. c. 7. 'Rhion fauces sinus Corinthiaci' interpretatur. *Glar.* *Rhion* Voss. Lov. 3. et Gaertn. *Chion* Hav. et Brancal. Latini. *Thion* Hearnii D. *Yrion* ejusdem L. 1. *Hiron*, transpositis literis, Lov. 4. non Lov. 1. coalescentibus *ri* in *n*. Vide ad III. 30. § 3. Mela II. 3. 'Rhion deinde (maris id nomen est) anguste et velut freto latus oræ sequentis incidens inter Ætolos et Peloponnesiacos usque ad Isthmum inrumpit.' Panllo ante *Patra* Lov. 5. *Parthas* Hearnii L. 1. *Patharas* ejusdem D.

§ 10 *Proximo concilio detulerant]* Put. et Voss. *magistratum ad eum proximo anno concilio detulerunt*. J. F. Gron. *Proximo anno concilio detulerunt* Flor. Cant. Lov. 2. 3. et Hav. *proximo anno concilio etiam* Harl. Lov. 1. 4. Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latini. Sed anno tamquam vocis sequentis interpretamentum primo margini adscriptum, mox in contextum male receptum fuisse, recte conjicit Crevier.

CAP. XXX. § 1 *In Græciam descendentem ad Lamiam urbem]* Pal. 1. *ad Lamiam jam urbem*. Pal. 3. *transcendenti ad Lamiam urbem*. *Gebh.* *Transcendenti* Hafn. Tum *ad Lanniam urbem* Lov. 1. *ad Lanniam jam urbem* Lov. 2. *ad Laniam jam urbem* Voss. a m. pr. et Hav. *ad Labiam jam urbem* Flor. *ad Lamiam in urbem* Lov. 4. *ad Laviniam urbem*, et mox § 3. *Lavinia urbis*, Hearnii L. 1. noto nomine ignotiori subposito.

Ætoli duce Physia] Sic sola vet. ed. sed Pal. 1. *Phirria*. Pal. 2. *Firria*. Pal. 3. *Pirhria*. *Gebh.* Sane *Physia* meminit Polyb. v. 94. eumque sive Elenm sive Ætolum in illorum quadam clade (erant autem Ætoli permixti) captum ab Lyco Pharae-

ensi Achæorum duce scribit. Sed Put. et Reg. duce *Pyrrhia*: eoque alludunt omnes alii, quorum varietates operæ non est exponere. Hujus autem *Pyrrhiæ* non una est apud Polyb. mentio. *J. F. Gron. Duce Phyrria* Flor. duce *Phirria* Voss. alii plerique haud multum dissentiunt. Gronovii emendationem suos probare, Hearnii auctor est.

§ 2 *Et mille ferme ex Romana classe, a P. Sulpicio missos*] Pal. 1. a pr. *Sulpicio*. Reliqui omnes a *præfecto Sulpicio*: ut et paullo inferius. *Gebh. Vox mille* exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Nota numeri millenarii ∞, qua vox perscripta fuit, librariis erat incognita, quam ideo sæpe omiserunt. Vide ad xxxix. 42. § 3. Deinde a *præfecto Sulpicio* Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. Hearnii D. et edd. ante Aldum: a *præfecto P. Sulpicio* Lov. 5.

Multos admodum hostium utraque pugna occidit] Plusculi libri non habent *multos*. Put. autem ∞ *admodum*, quod est *mille admodum*. Et sane τὸ *admodum*, pro *fere* scilicet positum, certum numerum designari requirebat. *J. F. Gron.* Prima vox deest etiam in Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hav. Pro ea autem quum *mille* legendum esse, ex Put. Gronovius docnerit, jam ex illis quæ ad verba proxima dicta sunt, patet, cur vox omissa fuerit. Quum vero in aliis per notam *M.* scripta foret, hinc pro ea multi dederunt *multos*, quæ scriptura etiam superest in Lov. 5. Ber. et Gaertn. *Ad multum hostium* exstat in Lov. 3. *admodum paucos hostium* in Hafn. Tum *occidit*, pro *occidit*, Hearnii D. Vide ad xxxvi. 36. § 6.

§ 3 *Philippus ad Phaleram exercitum reduxit*] Vet. lib. *Phalaram*. Sic Stephanus: *Φαλάρα πόλις Θεσσαλίας, πλησίον Λαμίας, τὸ ἐθνικὸν Φαλαρεὺς. Sigon.* Pal. 1. *Phalera*. Pall. 2. et 3. *Falarum*: antiq. ed. *Phalaram*. Est autem Phalara oppidum Thessaliæ, vicinum

Lamiæ. Gebh. Phaleram servat Harl. *Phalercam* Hafn. *Phalatham* Hearnii D. *Phalaram* ed. Rom. Aler. apud Hearnium, *Phalera* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. Sed recte Gronov. ad § 12. ad *Phalara* legendum monnit. Vide viros doctos ad xxxii. 15. § 1. et xxxvi. 29. § 4. Tum *duxit* Flor. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Paulo ante *mœnibus continerent sese* Lov. 5. quæ lectio ex glossatoris interpretatione nata est. 'Tenere' hoc sensu inlustravimus ad III. 2. § 1.

Tutusque circa stationes] *Circa* non est in exemplari scripto. *Rhenan.* Est in omnibus nostris. Et solet ita Livius usurpare τὸ *circa*. Vide ad ix. 2. § 7.

§ 4 *Rhodiisque, et Atheniensibus, et Chiis*] *Et Atheniensibus Hordiisque et Chiis* Voss. et Lov. 2. *et Atheniensibus Herodiisque et Chiis* Hav. Omissa voce prima *et Atheniensibus Hordiisque et Chiis* Lov. 1. *Rhodiisque et Atheniensibus Rhodiisque Rehiis* Gaertn. Mox *ad redimendum*, pro *dirimendum*, Harl.

Adhibitus ab Ætolis ex finitimis] Put. Reg. Men. Pall. Voss. *Adhibitus ab Ætolis et ex finitimis.* *J. F. Gron.* Nec aliter est in Flor. Gaertn. Hav. Voss. aliisque meis, ut et Hearnii L. 1.

§ 5 *Ferocioris quam pro ingeniis Græcorum gentis*] Servant quidem fere libri: recte tamen puto substitutum *ferocioribus*, idque unus habuit Pal. quum præsertim hoc genere mendi frequenter laboret antiquissimus codex. Pro *Ætolis*, inquit, qui ferociores erant, quam pro ingeniis gentis alicujus Græcorum, atque ob id aliis parum amati. Posses alioqui *ferociori gente*. Quæ sequuntur, sic habentur in omnibus libris, et haud scio, an ista sit Livius gratificatus Romanis. Cæterum si legeris orationem Lycisci Acarnanis et legatorum Ptolemæi apud Polybium libb. ix. et xi. scies, majorem metum fuisse de Romanis,

quam de Philippo. Et dicit hoc ipse Livius paullo post: 'ne causa aut Romanis aut Attalo intrandi Græciam esset.' *J. F. Gron.* Ascensius est, qui primus *ferocioribus* edidit a. 1513. *ferocioris* enim, quod antea edebatur, ferri non posse videbat. Ita tamen præferunt omnes scripti, nisi quod Gronov. ex uno Pal. *ferocioribus* laudet, et ego in Ber. a m. sec. atque Hav. *ferocior*, in Hafn. *ferocior iis* invenerim. Quod autem librarii *ferocioris*, pro *ferocioribus*, scripserint, error est in codd. admodum frequens. Vide ad *xxi.* 60. § 7. At lectionem hanc Ascensii, a Gronov. servatam, inlepidam et inelegantem vocat Crevier. et alteram Gronovii conjecturam *ferociori gente* præfert. Verum hæc mihi longius a codicum vestigiis recedit. Quid autem viro clariss. obstare potuerit, nondum adsequor. Non enim credo, displicuisse duplicem genitivum, alterum ex altero pendentem, *ingeniis Græcorum gentis*; nam id Livio frequens est. Vide ad *xxv.* 15. § 11. Mox voces *rebus Græciæ* desunt in Cant. et, teste Hearnio, in ed. Rom. Aler. principe. At, iis transpositis, *regnumque ejus rebus Græciæ, grave libertati futurum, immisceretur* præferunt Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett.

§ 6 *Concilioque ei et locus et dies certa indicta*] *Concilio et locus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Mox *induciæ imperatæ, pro impetratæ*, Harl. Vide ad *ix.* 30. § 10.

§ 7 *Portubus et litorum adpulsu arceret*] Pal. 1. *portubus et ut litorum adpulsu arceret*. Gebh. Ita etiam Flor. et Hav. *portubus et a litorum appulsu* Lov. 2. Paulo ante *clussi*, pro *classe*, Voss. Lov. 2. et Hav. Vide ad *xxiiii.* 41. § 8.

§ 8 *Cum paucis equitum levisque armaturæ*] In exemplari scripto legitur, *profectus ipse cum paucis equitum levis arm.* Rhenan. Pall. 2. 3. et antiq.

ed. *levis armaturæ*, absque copula *que*. Gebh. *Equitum levis armaturæ* etiam Lov. 4. Ber. Gaertn. omnesque edd. ante Aldum. Verum *equites levis armaturæ* apud Livium me legere non memini, qui semper 'equitatum' et 'levem armaturam' distinguere solet. Supra *xxii.* 3. 'Equitatu auxiliisque levium armorum hostem cohibendum.' *xxiii.* 16. 'Duabus circa portis novos milites, levemque armaturam, ac sociorum equites statuit.' *xxviii.* 14. 'Equitatum omnem cum levi armatura in stationes Punicas inmisit.' Ibid. 'Equitatum omnem levemque armaturam post cornua locat:' et iterum, 'Equites levisque armatura, velites, in latera incurrebant.' Idem apud Cæsarem passim obvium.

§ 9 *Curatione Heræorum Nemeorumque*] Eruditissimus Dodwell. in *Anal. Stat.* p. 227. et *Diss. de Cyclis vii.* sect. 1. scribit, Nemea et Olympia tum 'in eundem annum convenisse,' id est, utraque a. *lxxlvi.* Varroiano (*lxxlv.* numerant Pighius et Sigonius) quo Marcellus v. et Crispinus consules fuerunt, celebrata fuisse. Credebam primum, eum parum recte rationes subduxisse, quum Livius paullo post c. 35. scribat, 'Olympiæ ludicrum æstate' anni sequentis Livio ii. et Nerone consulibus fuisse. Deinde vidi, enim *Diss. de Cyclis x.* 48. contendere, Livium celebrationem Olympiorum perpetuam in hunc annum conferre, quæ anno priore Marcello v. et Crispino consulibus acta fuerint. Nec alienum ab hac sententia fuisse Petavium, apparet ex l. *ix.* de *Doctr. Temp.* c. 53. Hic tamen dubitanter scribit *fortassis hallucinatum* fuisse Livium. Duk.

Se Macedonum reges ex ea civitate oriundos referunt] Hoc etiam Argivi credebant. Liv. *xxxiii.* 22. Nimirum reges Macedonum genus ducebant a Carano Argivo, regni Macedonici

conditore. Enseb. Chron. Græc. p. 45. Vellei. 1. 6. Juliani Orat. III. p. 106. ed. Lips. et Epist. 35. Duk. Ant. Perizon. ad marginem Livii legendum conjecit *ferunt*. Nihil muto. Justin. XXXVIII. 7. 'Se autem clariorem illa conluvie convenarum esse, qui paternos majores suos a Cyro Darioque, conditoribus Persici regni, maternos a Magno Alexandro ac Seleuco Nicatore, conditoribus imperii Macedonici, referat.'

Heræis peractis] Pall. 1. et 2. *conactis*. Gebhard. Ita etiam Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav.

Rhium profectus est] Stephanus: *Ῥίον πόλις Μεσσηνίας, ἢ Ἀχαΐας, καὶ ἄλλη Αἰτωλίας*. Achaicum oppidum intelligit, ubi concilium agebatur Achæorum. *Sigon*. Sermo est de concilio Achæorum, ad quod acturi de pace socii utrorumque occursuros se condixerant. Jam vero ne semel quidem Achæos Rhium coactos apud Polyb. lego, quum tanto in honore is locus non videatur fuisse. Præterea scripti plane omnes habent *regium*. Itaque quid caussæ est, ut malimus Sigonium de Rhio oppido Achaico accipientem sequi, quam Glareanum suspicantem *Ægium*, quod est maxime oportunum? *Jac. Gron.* *Regium* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Hafn. et Hav. pro quo *Ægium* conjecit Glar. ad cap. præc. § 9. quod etiam probavit Crevier. addens apud Polyb. saepe Achæorum concilia indicta legi *Ægium*, non *Rhium*. Etiam apud Livium *Ægium* indicta leguntur XXVIII. 7. et XXXV. 48.

§ 11 *Classem stare ad Naupactum audivere. Vocati enim*] Pal. 1. *stare ad Naupactum nudius revocati enim*. Gebh. Ita et Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *ad Naupactum nunciatum est. Revocati enim* Hav.

§ 12 *In quo eadem legationes erant, quæ ad Phaleram*] Put. et omnes Gall.

*in quo et eadem legationes erant, quæ ad Phalera egerant de pace. Solus Put. etiam Phalara. Sic et superius 'Philippus a Phalera exercitum reduxit:' ubi igitur lege ad Phalera. Nam Polyb. etiam Legat. XIII. καταπλεύσαντας ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὰ Φάλαρα τοῦ κόλπου τοῦ Μηλιέως. Sic Strabo lib. IX. p. 435. Ἐνθεν δ' εἰς Φάλαρα εἴκοσι. Φαλάραν δ' ἀπὸ θαλάσσης ὑπέρεκεται, &c. J. F. Gron. In quo et eadem soli ex meis Ber. a m. sec. et Gaertn. in quo et hæ, vel hæc, Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. Quid autem in Flor. scriptum fuerit, hæreo. Duplicia enim ejus excerpta habeo; in alteris ex eo profertur *in quo et cetera*, in alteris *in quo et electa*. Deinde *Phaleram* servant Lov. 3. 5. Ber. et Gaertn. *Phalera* Lov. 4. *Phalera* Hav. *Phalara* Flor. Lov. 3. et Harl. *Phalera*, utraque posteriori lectione juncta, Voss. et Lov. 1. Vide ad § 3.*

Questi sunt quædam contra fidem] Vet. lib. *parva quædam*. Sigon. Edidit nihilominus Sigonius *quædam parva contra fidem*: quod etiam superest in omnibus meis, nisi quod Harl. præferat *quædam parva et contra fidem*: quem tamen non audio.

§ 13 *Romanis restitueretur Athamanis*] Quidam hunc locum ita emendarunt: *Sationis restitueretur Athamanis. Scerdileto et Pleurato Parthini*. Sed ego hoc puto absque exemplarium fide factum. De deditioibus hic agitur, non solum de pace. Locus hand dubie est mutilus. Glar. Suspectum habeo locum, ut Glareanus. Sigon. Depositus locus, quem in sua ed. tamquam mutilum notavit Andreas hoc modo: *nisi Messeniis Archæi Pisum redderent, Romanis restitueretur. . . . Ath. Cordileo et Pleurato Archide*. Pal. 1. *Philum redderent, Romanis restitueretur at in tantis cerdi: ledo et Pleurato Archide*. Pal. 2. *Romanis restitueretur Ath. Cerdileo et Pleurato arbide*. Pal. 3. *Romanis re-*

stitueretur Ath. Scerdileo et Pleurato arrideus. Mox libri omnes Enimvero indignum. Gebh. Sationis restitueretur Ath., Scerdileo et Pleurato Parthinē emendasse quosdam, ait Glareanus: idque primus, ni fallor, in contextum immisit Cælius Secundus Curio: Andreas et Aldina redderent, Romanis restitueretur Ath., Cordileo et Pleurato Archide. Utrum sit corruptius, rationem non facile in eo. Scripti fere omnes memoratu digni pro Sationis habent Romanis, pro Parthinē reddunt Archide. Sed Puteanei codicis lectio meretur integra repræsentari: nisi Messeniis Achæi Pylum redderent, Romanis restitueretur at in tanta Scerdilædo et Pleurato Archidei enim vero indignum. Etiam Flor. optimum, et Men. atintantas. Scribendum hand dubie, nisi Messeniis Achæi Pylum redderent, Romanis restitueretur Atintania, Scerdilædo et Pleurato Ardyæi. Controversiam Achæorum et Messeniorum de Pylo Polybius quoque notat in Excerptis Legat. num. vii. διὰ τὸ κατὰ πρόσωπον Ἑλλείους μὲν ἀμφισβητεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς ὑπὲρ τῆς Τριφυλίας, Μεσσηνίους δ' ὑπὲρ τῆς καὶ Πύλου, συμμάχους τότε Ῥωμαίων ὑπάρχοντας. De Atintania vero et Ardyæis idem ii. 11. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ τοὺς Ἐπιδαμνίους παραλαβόντες εἰς τὴν πίστιν, προῆγον εἰς τοὺς εἰώσιμους τῆς Ἰλλυρίδος, ἅμα καταστρεφόμενοι τοὺς Ἀρδυαίους· συμμιζάντων δὲ πρεσβυτέρων αὐτοῖς καὶ πλειόνων, οἱ παρὰ τῶν Παρθειῶν ἦγον ἐπιτρέποντες τὰ κατ' αὐτοὺς, δεξάμενοι τούτους εἰς τὴν φιλίαν· παραπλησίους δὲ καὶ τοὺς παρὰ τῶν Ἀτιντάνων προσεληλυθότας. Ex his igitur Romani Atintanas quidem obtinuerunt ipsi, Scerdilædæ vero aut Scerdilædo ac Pleurato regulis attribuerunt Ardyæos. Quam interim bello Punico distinerentur, Philippus, bellam occasionem ratus, prætextu cessionis ab Demetrio Phario sibi factæ, Illyricum invasit, et hos populos subegit. Et ab illo nunc re-

poscuntur. Cæterum, quos Polybius et Livius Ardyæos vocant, posterior ætas Οὐαρδαῖους, Βαρδαίους, Vardæos et Bardæos, vocavit. Suntque ex hac natione servi illi Mariani apud Plutarchum in Mario pag. 431. οὗς Βαρδαίους καλοῦσιν. Ubi vir eruditus Freinsh. ad Flor. iii. 21. § 16. Μαριαίους reponendum suspicatur. Non enim meminerat eorum, quæ habentur in Glossis Latinogræcis: Bardæi, Ἰλλυριοὶ δοῦλοι, οἱ καὶ ἀγωνισάμενοι ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας κατὰ Κίννου καὶ Μαρίου στρατευσάμενοι· καὶ ἐκ τούτου τυραννησάμενοι (ita legendum, non τυραννησαι) κατὰ τῶν δεσποτῶν· τούτους Σεργάριος δὲλεφ περικυκλεύσας ἀναρεῖ. Quod confirmat in Sertorio Plutarchus p. 570. Cæterum, ne cuiquam laudem suam invadeamus, prior Plutarchum vindicavi Scriverius ad Martialis lib. iv. ep. 4. 'Lassi bardæicus quod evocati.' Non est autem corrupte apud Strab. vii. 315. 316. et App. Illyr. pag. 758. Ἀρδυαῖοι ἀντὶ τοῦ Οὐαρδαῖοι, ut putavit vir doctus. Strabo lib. vii. clare, εἶθ' ὁ Νάρων ποταμὸς καὶ οἱ περὶ αὐτὸν Δαάριζοι καὶ Ἀρδυαῖοι, καὶ Πληραῖοι, &c. Οὐαρδαῖοι δ' ὕστερον ἐκάλεσαν τοὺς Ἀρδυαίους. Hæc vera lectio est, non Οὐαραλίους, quod etiam Casaubonum ambiguum reddidit. Ita et apud Zonaram viii. 20. forte legendum, ubi Demetrium Pharinum vocat Σαρδιαίων ἄρχοντα: ubi Pighius Σκαρδοναίων ad a. 1033xv. Sequentem periodum incipere, Enimvero indignum ratus Philippus, uti quidem Put. Pet. Men. Florent. quinque, Barber. tres Pall. non magis hic novum est, quam apud Ter. Andr. i. 3. 1. 'Enimvero Dave.' Lib. xxvi. cap. 38. in Dasii et Blattii lite: 'Enimvero ille, velut in manifesta re, exclamat.' xxxviii. 14. 'Enimvero, inquit consul, ferri jam indicatio ista non potest.' xl. 8. 'Enimvero se, Philippus dicere, auditurum, vocarique extemplo Demetrium jussit.' J. F. Gronov. Froben. a.

1531. priorum edd. lectionem mutans, substituit *redderent, pax Romanis restitueretur, Athamanis, Scerdileto, Pleurato, et Archidi:* (ex quibus *pax Romanis* jam exstiterat in Ven. cd. 1495.) At quadriennio post recepit id, quod Gronovius Curionem primum in contextum inmisisse credidit: idque deinde ad Gronov. usque editores retinuerunt. Verum *Sationis* in nullo cod. obeurrit, sed pro eo recte *Romanis* in antiquioribus edd. exstitisse, uno ore adfirmant omnes Mss. Pro *Athamanis* deinde in tanta Voss. at in tantis *Cerdiledo* Lovel. 1. Hafn. et Hav. ad in tantas *Crediledo* Lov. 3. *Achitaneas Cerdiledo* Lov. 2. at in tantis, ut in optimis Gronov. invenit, etiam Hearnii N. *Parthini* deinde in nullo etiam codd. qui hic variant, et pro ea voce *Arrhidæ, Arhride, Archidæ, Archritæ, Archidiæ, Achridæ* exhibent. Hinc adsentiri nequeo Donjatio, qui ex juncta Mstorum et edd. lectione legebat *Scerdilædo et Pleurato Ardyæi et Parthini*. De vero prioris reguli nomine ejusque orthographia vide ad xxvi. 24. § 9. Tandem *Enimvero*, præter omnes codd. quibus utor, exhibent etiam vett. edd. usque ad Froben. qui deum a. 1535. *Id vero* ejus loco dedit. Sed *Enimvero* indignantium vocem, ac dolori exprimendo aptissimam esse, Sigonius docuit ad x. 35. § 13. Sæpe eo Livius in initio orationis utitur, et eum voce 'indignum' jungit. xxv. 41. 'Enimvero indignum ratus Marcellus, se his terra marique victis ab se hostibus cedere.' xxxiii. 46. 'Enimvero indignum id ratus Hannibal, viatorem adprehendendum quæstorem misit.' xxxiv. 58. 'Enimvero id auditu etiam dicere indignum esse Hegesianax.'


§ 14 *Sed ut omnes socios testes haberet*] Pal. 3. et uti omnes socios. Gebh. *Sed uti omnes socios* Lov. 4. Paulo ante *spem nullam* Lov. 4. Harl. Ber. et Gaertn. contra sensum.

§ 16 *Quas si adjecisset missæ nuper ad se classi*] Pal. 1. quasi accepisset *Missenum per ad se classi*. Pal. 2. quasi adjecisset. Pal. 3. quas adjecisset. Gebh. *Quasi adjecisset Misenum per ad se classi* Flor. quasi accepisset *missenum parasse classem* Hav. *quas si accepisset missenum parata classe* Ber. a m. sec.

§ 17 *Ipsæ ab eo concilio Argos regressus*] Vet. ipse habito concilio. Sigon. Consentium Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. a m. sec. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et Branc. Latini: ipse abito concilio Flor. Sed nihil mutato: ab eo concilio est, post dimissum id concilium. Supra hoc cap. 'Ab ipso Indicio extemplo Rhium profectus est.' xxx. 36. 'Confestim a prælio expugnatis hostium castris.' xxxi. 8. 'Ab hac oratione in suffragium missi.' xxxiii. 36. 'Castra quum hostes a prospera pugna nequidquam obpugnassent.' xl. 49. 'Ab hoc prælio Gracchus duxit ad populandam Celtiberiam legiones.' cap. 56. 'Ab hoc sermone omni genere honoris producere eum non destitit:' et sæpe alibi. Vide etiam ad xxiii. 6. § 1.

CAP. xxxi. § 1 *Sulpicius, ab Naupacto profectus*] Addidimus litteram pronominis *P. Sulpicius*. Rhen. Pal. 1. *animum, Sulpitius Naupacto profectus classem abstulit in per Silicionem*. Pal. 2. *præfectus Sulpicius a Naupacto classem appulit*. Pal. 3. *præfectus Sulpicius ab Naupacto classem appulit*. Gebh. *Sulpicius Naupacto profectus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. prænomen deest etiam in Lov. 3. *præfectus Sulpicius* legunt Lov. 5. et Gaertn. Præpositionem omittunt etiam Cant. Harl. et Hearnii L. 1. Tum *classem abstulit* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Hav.

§ 2 *Jussis se subsequi peditibus*] *Jussis subsequi peditibus* scripsimus, se pronomine deleto. Rhen. Vet. lib. *jussis se subsequi*. Sigonius. Pal. 1.



omisso *jussis*, habet *se subsequi*, quod immerito a Rhenano jugulatum est. Vet. ed. *jussis se subsequi peditibus*. Pal. 3. *se subsequi peditibus jussit*: qui paullo ante habebat *partim cum equitatu profectus*. Gebhard. Pal. primo consentiunt Flor. et Lov. 2. *jussis se subsequi* Ber. et Gaertn. *se subsequi peditibus jussis* Voss. Lov. 1. 5. Hav. Hearnii L. 1. et ed. Sigonii, qui tamen aliud ex vet. lib. profert: *jussis subsequi peditibus* Lov. 3. 4. et Harl. Neque etiam, si optimi codd. id ignorant, pronomen necesse est. Supra cap. 19. 'Jussisque prosequi, quoad vellet, equitibus dimisit:' et sæpe alibi.

Ut qui nihil tale metuerant, adortus Romanos, compulsi in naves] *Nihil tale metuerent* scripsimus, pro *metuerant*, et *ad naves*, pro *in naves*. Rhen. Omnes Gall. et Voss. *in naves*, ut erat ante Rhen. J. F. Gron. Rhenano *metuerent* emendanti, præter antiquissimos typis descriptos, adstipulantur omnes codd. excepto uno Voss. qui *metuerant* retinet. Contra *ad naves* unus Hearnii D. unusque meorum Rec. legunt: omnes vero reliqui *in naves* servant, nisi quod mendose *inanes* sit in Lov. 5.

§ 3 *Philippus quoque ludorum, qui reliqui erant, celebritate quantæcumque de Romanis tum victoriæ partæ famam auxerat*] Pro *tum* reposuimus *tamen*. Sensus est, quantæcumque victoriæ, quæ tamen non de quibuslibet, sed de Romanis, erat. Rhenan. Pal. 1. *Philippum ludorum quoque, qui reliquerant, celebritatem quantæcumque, de Romanis tamen, victoriæ partæ famam auxerat*. Pall. 2. et 3. *Philippo ludorum quoque, reliquerant, celebritatem quantæcumque, Romanis tamen, victoriæ partæ fama auxerat*. At Rhenanus pro *tum* reposuit *tanquam*, quod factum sine lib. auctoritate. Gebh. Rhenanus pro *tum* reponit *tanquam*, quod sensu caret: sed *operarum esse peccatum suspicor ex interpreta-*

tione, et voluisse eum tamen, ut habent omnes Gall. Pall. et Voss. Necdum tamen sanus est locus, quem talem reliquerat Livius: Philippo quoque ludorum, qui reliqui erant, celebritatem quantæcumque, de Romanis tamen, victoriæ partæ famam auxerat. Ex his *τὰ Philippo et fama* sic plane exstant in Put. Pet. et Pal. melioribus: *celebritatem* in Men. duobus Pall. et Voss. in quo *Philippum*. Sensus hic est: fama victoriæ, non quidem magnæ, tamen, quod de Romanis parta erat, satis claræ, celebritatem dierum, qui ludis supererant, auxerat Philippo, tamquam præsidenti illis, in illius honorem. Vel potius, fama quoque partæ Philippo victoriæ quantæcumque, de Romanis tamen, celebritatem ludorum, qui reliqui erant, auxerat. J. F. Gronov. Rhenanus *tamen*, pro *tum*, emendabat; ut patet ex prima adnotationum ejus ed. quæ apud Froben. an. 1535. prodiit, et ex aliquot seqq. Postea Francofurtenses 1578. in iisdem adnotationibus *tanquam*, pro *tamen*, ediderunt operarum errore, quod non tantum ex ejus expositione deprehendi potuit, verum inde etiam, quod idem Froben. pluresque alii ex ejus emendatione *tamen* in contextum receperint; pro quo demum Lugd. ed. 1553. hinc Paris. 1573. tum reliqui usque ad Gronov. editores perperam iterum *tum* dederunt. Certe unus Ber. *tum*, reliqui codd. *tamen* exhibent. Eo sensu *tamen* est II. 24. 'Deliberationi de maxima quidem illa, sed tamen parte civitatis, metum, pro universa republica intervenisse.' Vide Cort. ad Plinii Ep. III. 4. § 5. et IV. 17. § 2. Adde ad XXXVII. 25. § 11. Solent autem *tum* et *tamen* in Mss. commutari. Vide ad XXI. 17. § 5. Ceterum varii codd. pro *Philippus, Philippum, pro celebritate, celebritatem, pro famam, fama*, verum plane, ut Gronovius emendandum censuit, exhibet Harl.

§ 4 *Demto capitis insigni, purpura-*

que, atque alio regio habitu] *Purpura*, particula que erasa, reposuimus. *Rhenan.* Pal. 1. et antiq. ed. *purpuraque*, atque alio. Gebli. *Purpuraque* servant Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. et Hav. Et hæc locutionis compositio Liviana est. Vide ad II. 31. § 1. Mox *acquaverat civis se in speciem* Colbert. melior apud Doujat. Male: τὸ *ceteris* enim defenditur ex Polyb. qui πολλοῖς dixit, quod Livius hic *ceteris* vertit, in Fragm. lib. x. pag. 1390. Καὶ τὸ μὲν διάδημα καὶ τὴν πορφύραν ἀπέθετο, βουλόμενος αὐτὸν ἴσον τοῖς πολλοῖς, καὶ πρᾶν τινα καὶ δημοτικὸν ὑπογράφειν.

§ 5 *Per maritas domos*] Insigne erratum hic est. Non enim, quemadmodum 'ulmos maritas' dicimus, quibus conjunctæ sunt vites, sic et 'domos maritas' vocamus, in quibus degunt matrimonio copulati. Spirense exemplar habet *per maritum asdomos*. Legendum est *per maritimus domos*, hoc est, domos ad mare sitas: et intelligit domicilia tenuiorum. Captabat autem loca minus celebra, ac parum frequentia. Nam sequitur, 'quo minus conspectus, eo solutior.' Porro sunt et hodie principes, qui Philippi licentiam imitentur, non per domos semper maritimas, sed maritatarum discursantes cum uno aut altero comite, adeo submittendo se in privatum fastigium, ut morionum cultus non pudeat. *Rhenan.* Pal. 2. *vagubatur autem cum uno aut altero comite per maritimas domos diesque noctesque*. Quod arripiens *Rhenanus maritimas domos* interpretatur ad mare sitas, quasi Livius intelligat domicilia tenuiorum, quoniam Philippus loca minus celebra ac parum frequentia captabat. Nugæ. Si penetrabat domos tenuiorum tantum, quomodo Arato abducta uxor? Dein damnat *maritus domos* recte dici, in quibus degunt matrimonio juncti: quam tamen lectionem adstruit sibi et ipse Titus: 'periculo-

sumque et viris et parentibus erat.' Gebli. Voss. *per maritas domos*, quomodo legendum censebat ad Censor. cap. 3. Henr. Lindenbrogius. *J. F. Gron.* *Per maritas domos* etiam Flor. Lov. 1. et Harl. neque aliter in duobus Colbert. et margine Reg. invenit Doujat. in Put. autem et aliis suis Crevier. qui locutionem adversus Rhenan. idoneis ex Plauto, Ovid. et Hor. exemplis vindicant. Ita 'torus maritus' est apud Ovid. Her. II. 41. 'sacra marita' Her. XII. 87. 'rogi mariti' ex emendatione N. Heinsii apud Claud. in B. Gild. 407. ubi plura notavit. Lectio hæc etiam placuit Jac. Perizon. qui ad marginem Livii observavit, Livium hic iterum vertisse Polyb. in Fragm. lib. x. p. 1390. Οὐ γὰρ ἔτι τὰς χήρας ἐπέερα γυναικῶν, οὐδὲ τὰς ὑπᾶνδρους ἠρκέετο μοιχεύων: quem locum etiam Crevier. laudavit. Forte excipi posset, locutionem nimis poetice esse, quam ut Livius ea usus esse censeatur. Verum, nonnumquam Livium hæc loquendi genera adhibuisse, vidimus ad c. 24. § 3. Ceterum ex laudato loco Polybii constat, scelera hæc a Philippo Argis perpetrata esse. Ea autem urbs non ad litus maris sita erat; quomodo ergo Rhenan. probare poterit *maritimas domos*? Perperam autem emendationem hanc firmare conatur verbis sequentibus 'quo minus conspectus, eo solutior.' Hæc enim referenda sunt ad id, quod dixerat, eum 'demsisse capitis insigne, purpuramque, atque alium regium habitum, et fastigium suum in privatum submisisse,' ut constat ex Polyb. I. laud. ἴσον δὲ τὴν ἐσθῆτα δημοτικωτέραν περιετίθετο, τοσοῦτω τὴν ἐξουσίαν ἐλάμβανε μείζω καὶ μοναρχικωτέραν.

§ 6 *Submittendo se in privatum fastigium*] Censeo deleas pronomem. Hoc enim dicit, *submittendo fastigium* suum vel regium *in privatum*. *J. F. Gron.* Doujatius vulgatum servari posse existimat: dici enim posse,

Philippum, quum rex esset, ita se submisisse, ut fastigium retineret, non regium, sed quale servant nobiliores et potentiores inter privatos. Contra Crevier. 'privatum fastigium,' et 'submittere se in fastigium' ferri non posse agnoscit. Quamvis autem, admissa emendatione Gronovii, loquendi formam duram, nec satis Livianam putet, notat tamen, eam stabiliri auctoritate cod. Victor. cui ex meis accedit nunc Hav.

[*Quo minus suspectus, eo solutior erat*] Et hoc ab novitiis corruptoribus: nam libri omnes scripti et editi veteres, *quo minus conspectus*: nec legit Rhenan. aliter. Sic alibi xxxii. 5. 'conspectum maxime tumulum:' et xxx. 29. 'locus conspectus undique.' Illud est igitur: quo minus oculis denotabatur, quum privato habitu grassaretur multis ignotus, invisus. J. F. Gron. *Suspectus* primum mihi obvium fuit in ed. Paris. 1573. quod perperam exhibent ex scriptis etiam Lov. 2. et Voss. in enjus tamen posterioris margine pro varia lectione recte adscriptum est *conspectus*. De vi vocis 'conspectus' vide ad iv. 13. § 3.

§ 7 *Sed vim etiam flagitiis adhibebat*] Particula *etiam* exsulat a Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. quam demum inseruit Froben. anno 1535. Præterea *adhærebat* Cant. legit: *addebat* Rec. Mox autem *erat* non est in Flor. Insuper *moram incommodam severitate* Voss. sed vulgatum præstat.

§ 8 *Uni etiam principi Achæorum Arato adempta uxor nomine Polycratia*] Hunc Aratum miris laudibus ornat Strabo viii. 382. et 385. tradens, illum civitatem ad libertatem revocasse, et adeptum regnum ab ultro offerentibus, quod longe lateque postea ampliarit. Rhenan. Recte Crevier. ex Plut. in Arato p. 1050. et 1051. docuit, juniorem indicari Aratum,

filium nempe ejus, quem tantopere Strabo laudavit. Ceterum *Erato* perperam Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. et Harl. *Herato* Hav. *Cratho* Hearnii L. 1. Deinde *Polychartia* Voss. *Polycharcia* Lov. 1. *Pollichartia* Hearnii N. *Pollichartea* Lov. 3. *Pollicratia* Lov. 5. *Policrathea* Hearnii L. 1. *Policratea* Gaertn. Mox *transportata* Lov. 5.

§ 9 *Sollemni Nemeorum peracto*] *Sollemni Nemeorum ludo peracto* Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Male. i. 5. 'Euandrum sollemne adlatum ex Arcadia instituisse, ut nudi juvenes currerent.' Mox iterum, 'Huic deditis ludicro, quum sollemne notum esset, insidiatos latrones.' 'Sollemne Nemeorum' autem, ut 'sollemne Latinarum' xlii. 21. Mox *Clinas* Voss. et Lov. 3. ac 4. Vide ad x. 24. § 2. *Clinias* Lov. 2. *Dyamas* Hearnii L. 1.

§ 11 *Transeunt Larissum amnem, qui Eleum agrum ab Dymeo dirimit*] Polyb. et Steph. *Δυμαῖον* scribunt. Itaque *Dymæo* scribe. *Sigon*. *Lucrisum* Gaertn. *Lariseum* Hearnii L. 1. *Larisum* Flor. Voss. et Lov. 2. 3. 4. *Λάρισος* unico σ vocatur Paus. Eliac. ii. in fin. et in Achaic. c. 17. aliisque locis. Similiter apud Strab. i. viii. 387. et Steph. Byz. voce *Δύμη*. Semel *Λάρισσος* apud eundem Strab. ix. 440. δ τὴν Ἡλείαν ἀπὸ Δύμης διορίζων *Λάρισσος πόταμος*. Et ita Paus. i. posteriori memorat in ripa hujus fluminis constructum templum Ἀθηνᾶς Λαρισσαίας. Hinc alii nomen hoc utroque modo scriptum fuisse putant, alii emendanda putant loca, in quibus duplex σ adhibetur. Vide viros doctos ad hunc loc. Paus. et ad Steph. Byz. Præterea *qui amnis*, pro *amnem qui*, Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Recte autem *Dymæo* Sigon. et ita fuit in Voss. et Gaertn. nisi quod duabus vocibus *Dyma eo* scribatur.

CAP. XXXII. § 1 *Qui, obequitando por-*

tis] *Tò portis deficit* in Pal. 1. Gebh. Non adparet etiam in Flor. Lov. 2. 3. et Hav. Paulo ante *populando agrum*, addita voce, Lov. 1.

§ 2 *Intrasse Elin.* *Itaque improvisa res*] Pal. 1. *intrasse limita quæ improvisa res.* Pal. 2. *intrasse Helim. quæ impr. res.* Pal. 3. *intrasse. Elimitasque improvisa res.* Gebh. *Intrasset limita quæ impr. res* Flor. a m. pr. et Lov. 1. *intrasse limita, quæ impr. res* Flor. a m. sec. et Lov. 2. *intrasse Elin. quæ impr. res* Lov. 3. et Ber. a m. sec. *intrasse, quæ impr. res* Voss. Paulo ante *Cylenen Hearnii* L. 1. *Cylenem* Flor. Lov. 2. et Ber. *Cillennē* Hav. In sequentibus *injecit pavorem* Lov. 2.

§ 4 *Triballos, Illyriorum id est genus*] Vet. lib. *Trallos.* Recte. *Tralli* enim sunt populi Illyrii, auctore Stephano, de quibus Livius etiam lib. xxxvii. *Sigon.* *Trallis* Flor. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Harl. et Hav. *Tralis* Lov. 1. *alios* Gaertn. *Thrallis* edd. principes. Postea in margine ed. Ven. 1495. aliarumque vir doctus videndum monuit, ne legendum sit *Triballos*, quod dein Mog. ed. aliæque receperunt. Id Sigon. mutavit in *Trallos.* Potest tamen non male codd. lectio *Trallis*, vel *Tralles* servari. Vide ad xxxi. 35. § 1. Deinde *id genus* Lov. 3. *idem genus* Lov. 1. 2. Rec. et Gaertn. De quo errore vide ad v. 4. § 5. Mox *urbe geri*, pro *wgeri*, Flor. Cant. Voss. et Lov. 1.

Et ipse rex] Etsi Livius sæpe repetit voces præcedentes, tamen hic et ipse mihi videtur repudiare *Rex*. Duk.

§ 5 *Prolapsum in caput regem effudisset*] Juxta scripturam veterem pro *in* reposuimus *per*. Rhenan. Pal. 2. et antiq. impressio *prolapsum in caput*. Gebh. *In caput* servant Lov. 5. Ber. et Gaertn. Ovid. Art. Am. i. 547. 'In caput anrito cecidit delapsus asello.' Reliqui *per caput* probant. 'Super caput' dixit xxxii. 3. 'Equus repente conruit, consulemque lapsum

super caput effudit.'

§ 6 *Caderentque circum eum multi, et vulnerarentur*] Liber scriptus tantum habet *multi vulnerarentur*, absque particula connectente *et*. Suspicio Livium scripsisse *caderentque circa eum multi, multi vulnerarentur*. Rhen. Miror hic et indignor, occasione omisæ in Spirensi exemplari copulæ et Rhenanum totum locum interpolatum ivisse. Vulgata sustinetur lectio consensu codd. Pall. Antiqua vero recensio Andreae *caderentque prope eum multi et vulnerarentur*. Gebh. Omnes mei constanter *et vulnerarentur*. Præterea *prope eum* Ber. et edd. ante Ald. quod ex alterius glossa natum videtur. Paulo ante *dein, quum jam impar certamen esset*, pro *deinde*, Flor. Lov. 4. Harl. et Hav. Vide ad iii. 3. § 6.

Alteri equo injectus, fugit] Non est in libro scripto *fugit*, sed *fuit*: et sensus est integer. *Rhenan.* Stant libri nostri contra Rhenanum contaminatorem, perdentem *fugit*. Gebh. Omnes iterum mei *fugit: fuit* autem, quod Rhenanus in Spirensi invenit, errore librarii natum est. Solent autem voces *fuit* et *fugit* commutari. Vide ad ii. 22. § 5. v. 39. § 8. ix. 44. § 4. x. 15. § 12. xxii. 50. § 3. et xxxv. 26. § 9. Vide N. Heins. ad Nas. Her. vii. 192. Benth. ad Horat. Sat. i. 6. 13. et Burm. ad Phædri i. 11. 15.

§ 7 *Postero die omnes copias ad propinquum Eleorum castellum, quod Pyrgum vocant, duxit*] Erasimus quod, fidem secuti Ms. cod. ut reliquam clausulam per parenthesim legas (*Pyrgum vocant*) *duxit*. Rhen. Put. Reg. et fere duo Pall. Menardique, *Postero die castellum Phyrum vocant copias omnes eduxit*. Nonnulli ad *castellum*. Duo alia verba non conspiciuntur. Et certe insiticia sunt: nam scripserat Livius, *Eo die castra quinque millia passuum ab urbe Eleorum (Put. Eliorum) posuit: postero ad*

castellum (*Pyrgum* vocant) copias omnes eduxit. Vide plenam necessariis omnibus partibus orationem. *J. F. Gron.* Edd. lectionem defendunt *Ber.* et *Hearnii* *D. postero die ad propinquum Eleorum castellum (quod Pyrgum vocant) omnes copias eduxit* *Lov.* 5. et *Harl. postero die ad castellum, quod Phyrum vocant, omnes copias eduxit* *Lov.* 2. 3. *Gaertn.* et *Hav. postero ad castellum, quod Phyrum vocant, copias omnes eduxit* *Voss.* Et ita *Lov.* 1. et 4. nisi quod prior *Phyrum*, posterior *Phireum* castellum vocent: *postero die castellum (Pyrum vocant) copias omnes eduxit* *Flor.* et *Cant.* quibus *codd. Gronovii* lectio stabilitur, nisi quod pro *die* legendum sit *ad*, ut in suis ille invenit, et *Pyrgum*, pro *Pyrum*, continua literarum *c* et *g* commutatione. Vide ad *VI.* 25. § 6. De parenthesis, simili modo sine connexionem interjecta, vide ad *XL.* 57. § 3. Paulo ante ab *urbe Eliorum* etiam *Flor. Voss. Lov.* 2. 3. 5. *Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii* *L.* 1.

§ 9 *Fuerunt autem quatuor millia hominum, pecorumque omnis generis ad viginti millia*] Antiqua lectio *quatuor millia peditum hominum.* Suspicio legendum *deditorum hominum.* Nam præcedit 'primo statim terrore adveniens cepit.' Igitur, ut verisimile est, dederunt se. *Rhenan. Pal.* 3. *fuere autem quatuor millia peditum hominum, pecorumque:* unde *Rhenanus* confidenter affirmat vere emendari *deditorum hominum.* *Pal.* 1. *fuerunt autem hominum pecoris omnis generis.* Antiqua ed. *fuerant autem quatuor millia boum: pecorum omnis generis.* *Gebh.* Quia *Rhenanus* invenerat in suo *peditum hominum,* suspicabatur *deditorum hominum.* Nihil tale in nostris, sed *Put. et Voss. fuerant autem* ∞ ∞ ∞ ∞ *hominum, pecoris omnis generis ad millia viginti.* Et habent pariter *pecoris* omnes *Gall. unusque* *Pal. J. F. Gron.* Illud *peditum* in nullo meo occurrit; at in *Hearnii*

D. peditumque, pro pecorumque, scriptum exstat: *fuerunt autem hominum* in *Flor. Voss. Lov.* 1. *Hav. et Hearnii* *L.* 1. ac *N.* ubi voces *quatuor millia* per notas exaratæ fuisse videntur, ut *Gronov. in Put.* invenit; quibus quid indicaretur, quum librarii non intelligerent, eas omiserunt, ut sæpe facere soliti sunt. Vide ad *XXXIX.* 42. § 3. *Fuerunt autem ad quatuor millia boum* *Ber. et Gaertn. fuerant autem omnes, quas vidi, edd. usque ad Aldum, cum Ber.* Reliqui scripti *fuerunt,* ut *Aldus* substituit, nisi quod *fuere* sit in *Lov.* 4. Deinde *pecorisque omnis generis ad millia viginti* *Flor.* 5. et *Hearnii* *L.* 1. ac *N.* et *pecoris omnis generis ad millia viginti* *Lov.* 2. *pecorum omnis generis ad millia viginti* *Voss. Ber. et edd. Rom. 1472. ac Parm. pecoris omnis generis ad millia viginti* omnes reliqui *Msti.*

Eropum quendam] *Eroptum* *Lov.* 2. *Erumpum* *Hearnii* *D. Meropum* ejusdem *L.* 1. An legendum *Aëropum?* Vide ad *XXIX.* 12. § 11.

Corrupto arcis præsidiique præfecto *Bachindum cepisse*] *Ptolemæus* et alii, *Lichnidum* legi oportere, clare demonstrant. *Sabell. Græci* Δύχνιδον. Ergo *Lychnidum.* *Sigon.* Addit nomen præfecti *Pal.* 3. *arcis præsidiique præfecto Bacchide Lenchidum cepisse.* *Pal.* 1. istam arcem vocat *Luchnidum.* *Pal.* 2. *Luchyndum.* *Gebh. Luchnidum* *Flor. Lychradum* *Lov.* 1. *Luchindum* *Lov.* 3. 4. 5. *Lunchidum* *Hav. Linchidum* *Ber. a m. pr. prioris* lectionis vestigiis erasis. *Bachindum* *Gaertn. et edd. ante Mogunt.* ex quo et altera lectione junctis ea forte existit scriptura, quam *Gaertn. in Pal.* 3. invenit. *Lychnidum,* quod in *Lychnidum* mutandum *Sigonius* monuit, in nulla nisi in ipsius ed. inveni. De *Lychmido* vide ad *XXXIII.* 34. § 11.

Tenere et Darsetiorum quosdam viccos] *Plinius* et *Ptolemæus* *Dassaretiorum* habent. *Sabell. Dassaretiorum* ex *Stephano.* Δασσαρῆται ἔθνος Ἰλλυ-

pias, λέγεται καὶ Δασσαρήτιοι. Sigon. Elansciorum Gaertn. Clansciorum Lov. 3. Elansciorum Lov. 5. Darsciorum, vel Darsciorum Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. et Hav. Darsciorum, vel Darsciorum edd. vett. pro quo Dassarciorum ex emendatione Sabellici Ascens. 1510. substituit. Similes ferme varietates lectionum obcurrunt xxxi. 33. § 4. xxxvi. 10. § 10. et c. 13. § 1. quorum priori et ultimo loco Sigon. similiter, ut hic, scribendum conjicit. Ea tamen conjectura non necesse est. Δασσαρήτιοι enim vocantur Ptolem. iii. 13. Δασσαρήτιοι Strab. vii. 316. et 318. Dassaretæ in optimis edd. Plinii iii. 23. Eorum regio Δασσαρήτις Polyb. v. 108. Licet tamen secundum Steph. Byz. populus Δασσαρήται Polybio vocentur: verum Δασσαρήται apud eum legendum, existimavit Palmer. in Græc. Ant. i. 35. ubi de hoc populo plura videnda. Mox Danaos, pro Dardanos, male Hearnii L. 1.

§ 10 *Omisso igitur Actico atque Ætolicobello] Attico bello legi non potest, quod utique tunc nullum fuit. Achaico proinde melius, cui emendationi vetusti cod. lectio astipulatur. Sabell. Put. Reg. Voss. resecant atque Ætolicobello. J. F. Gronov. Eisdem voces resecant quoque Lov. 1. 2. 4. 5. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. Mox relictis tamen XX. et quingentis conseris armorum Flor. relictis tamen XX. et quingentis cum seris armorum Voss. relictis tamen viginti cum sexis, ultima voce omissa, Lov. 1. viginti, vel XX. et quingentis etiam Harl. Hav. et Hearnii N. relictis tamen equitibus et quingentis Gaertn.*

Cum Menippo et Polyphante ducibus] Men, Polyphanto. Put. Voss. Pall. Polyphania. Scribe Polyphanta. Sic enim appellatur Polybio. Alius Pal. Polyphanta, J. F. Gron. Polliphania Lov. 2. et Gaertn. Philophania Hearnii N. Polyphania Flor. Lov. 3. 5. et Hav. Polyphanta Lov. 4. Polyphanta Ber. Polyphanta Hearnii L. 1. Polyphante, teste

Hearnio, ed. Rom. Aler. princeps. Polyphanta proximæ. Polyphanta Ven. 1498. Polyphanta, ut Gronov. emendat, Mog. et aliæ, pro quo Frobenius Polyphanta 1531. non recte substituit. Vide ad xxviii. 5. § 11.

§ 11 *Per Achaïam Bœotiamque et Eubœam, decimis castris Demetriadem, &c.] Quo pacto per Eubœam, quam utique post se habebat, et quæ insula est, ex Achaïa venerit in Thessaliam, nullo modo intelligi potest, quia scilicet fieri non potuit. Ergo Babam legendum: fuit enim una ex urbibus Thessaliæ. Strabo ix. 436. Bœbeidem vero lacum prope esse oportet, quandoquidem Bæba ex circumjacentibus Demetriadi urbibus una fuit. Sabell. Bœbeidem recte meo judicio emendavit Sabellicus. Bæoba nihil est. Eubœa autem, quod Aldinus codex restituit, et quidam eum secuti, huic non quadrat, quod facile videbit geographiæ non imperitus. Glareanus. Libri omnes et Eubœam. Gebhardus. Locus mire depravatus. Nam primo cur in plurimis retro editis expresserunt Bœbeidem, quum Sabellicus, auctor ejus vocis, teste Glareano, dederit Bœbeidem? quomodo ea scribenda est. Deinde Bœbeis, sive palus, seu regiuncula, jacet sub Penei ostio, longe ultra Demetriadem. Cur, tanto spatio jam progressus, huc revertit Philippus? Equidem, nisi Sabellicus certam causam hujus ambagis potnit novisse, melius erit, lectionem ab omnibus plane scriptis antiquis retinere et Eubœam; inprimis quum ea commode explicari possit, quod non attendit Glareanus. Quippe ob certas causas potnit Philippus coactus fuisse ex Bœotia deflectere versus dextram in Eubœam, ut res insulæ inspiceret ac constitueret, maxime quum ejus insulæ cultores in metu ab Ætolis essent, ut testatur Livius xxxiiii. 5. Jac. Gronov. Et Euboicam Hearnii L. 1. et Euboiam Rec. et Eubœam Flor. Voss. Lovel.*

quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. ambo Colbert. Reg. Hearnii D. et edd. principes. Quum autem *Bæbam* scribendum Sabell. conjecisset, hinc mox ad marginem ed. Ven. 1495. aliarumque adscriptum est, 'Vide ne *Bæbeida* et *Bæbam* sit legendum.' Ascensus deinde 1513. et 1516. in contextum recepit *Bæobam*. Neminem tamen invenit, qui sequeretur, usque dum Curio daret *Bebæidem*. Quæ lectio licet etiam in *Bæbeidem* mutetur, quum ex non intellecto Sabellico perperam invecta sit, et *Bæbam*, ut Sabellicus scribebat, incerta nitatur conjectura, Mstorum lectionem *Eubæam* revocandam censei; quam tamen a menda immunem præstare non audeo. Præterea *decumis castris* Flor. Voss. et Harl. Vide ad II. 59. § 11.

CAP. XXXIII. § 1 *Majorem adferentes tumultum, nuncii obcurrunt*] Pal. 2. *inferentes*. Pal. 3. *occurrerunt*. Gebh. *Occurrerunt* Cant. Lovel. 2. Ber. et Hav. Mox *Dardanius* Hav. Eos etiam *Δαρδαρείς* et *Δαρδαίους* Polyb. vocat II. 6. et IV. 66. *Δαρδαίρους* etiam Strabo VII. 315. et 316. At *Dardani* passim apud Plin. dicuntur, III. 26. et IV. 1. ac 10. Et ita cap. præc. et passim apud Liv. appellantur.

Orestidem jam tenere, et descendisse in Argestæum] *Orestidis* situm fortassis Ptolemæus magis australem ponit, quam ut huic profectioni conveniat, cum sit magis ad boream. Ceterum *Argestæum* nomen nondum inveni. Vide ne *Æstræum* ex eodem Ptolemæo legendum. *Glar*. Suspicio *Ægestæum* campum esse Thesprotium, qui affinis est *Orestidi*. Nam *Stephanus*, *Αἰγέσταϊοι οἱ Θεσπρωτοί, ἀπὸ τῆς Αἰγέστου στρατηγού*. Nam qui sit 'Argestæus' campus, quærit merito *Glareanus*. *Sigon*. Connexio ac rejicitur in binis *Pall*. 1. et 3. Antiqua ed. in *Argestæum campum*. *Pal*. 2. in *Agrestinum campum*. Alii legunt *Ægestæum*. *Gebh*. *Argestæum* Flor.

Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hafn. Haverk. et Hearnii N. *Agrestium* Gaertn. et Hearnii L. 1. *Agresteum* Lov. 4. *Agrestinum* Lov. 5. et Hearnii D. Neque *Glareani*, neque *Sigonii* conjecturæ placent. Quæ enim reponunt, remotiora sunt, quam ut convenire commode queant; ut alia, quibus refelli possent, præteream. Potuit autem 'Argestæus campus' ignotior esse, quare lectionem illam dubiæ aliorum conjecturæ præferendam duxi.

§ 2 *Ad eminentem ramum cornu alterum galeæ perfregit*] *Pal*. 2. *in arborem impetu illatus, qui ad imminentem ramum cornu galeæ perfregit*. *Gebh*. *Putean*. *præflegit*. *Scribe præfregit*. *Lib*. xxxii. c. 17. 'Si quam hastam incidissent aut præfregissent.' *J. F. Gron*. *Præflegit* etiam Flor. *præfregit* Voss. Lovel. 1. 2. Hav. et alii. VIII. 10. 'Quum et hastas aut præfregissent, aut hebetassent.' *Silius* v. 242. 'præfracta gerebat Syrticus excelso decurrens robora monte:' ubi vide quæ notavi. *Justin*. vi. 8. 'Telo si primam aciem præfregeris.' *Frontin*. II. 3. 20. 'Ipso impetu præfringerent hostium spicula.' *Colum*. II. 2. in fine: 'Præfractas stirpes omnes refodiat ac persequatur.' III. 18. 'Quum enim per exemptionem imæ partes eorum præfractæ sunt, apertæ medullæ deponuntur.' IV. 24. circa fin. 'Quo plerumque fit, ut, quod præcidi debeat, præfringatur:' ita duobus posterioribus locis optimus legit *Sangerm*. vi. 16. 'Præfractis cornibus linteola, sale atque aceto et oleo imbuta, superponuntur.' Hanc vocem *Livio* reddidit etiam *Gelen*. xxxviii. 5. 4. Originem erroris vide ad IX. 10. § 7. Ceterum cornua inter insignia successorum *Alexandri Magni* illustravit *Spanhem*. de *Præst*. et *Us*. Num. Diss. VII. p. 387. galeas autem cornutas p. 399.

§ 3 *In Ætoliam ad Scerdiladum*] *Scerdileum* Flor. Voss. Lov. quinque,

Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et edd. principes. *Scerdictum* Hearnii L. 1. Sed vide Gronov. ad xxvi. 24. § 9.

§ 4 *Post profectioem ex Achaia regis*] *Reposuimus Philippi*, loco *regis*. Nam sic est in scripto libro. Et mox praecedit 'famam interfecti regis vulgavit.' *Rhenan.* Voss. et omnes Pall. *Post profectioem ex Achaia regis*. J. F. Gronov. Ita et omnes Hearnii Oxon. et nostri, praeter Lov. 4. qui, juncta utraque voce, *regis Philippi* legit. At illud *Philippi* ex interpretis expositione natum videtur.

§ 6 *T. Quintius consul*] *Vet. lib. Quinctius Crispinus consul*. Sigonius. Cognomen *Crispinus* non adparet in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Sequentem vocem *consul* Hearnii D. omisit.

L. Manlio Torquato] *T. Manlio Torquato*, non *L. Manlio*, reponendum, ut sequentia satis luculenter ostendent. *Glur.* *T. Manlio*: est enim is, cujus saepius ante meminit. *Sigon.* Pall. 2. ac 3. *T. Manlio*. Mox c. 34. 'Eandem causam in T. Manlio esse, quod recusasset delatum consulatum, recusaturusque esset.' Quibus verbis alludit ad ea quae narravit xxvi. 22. *Gclh.* Recte, ut puto, viri docti. *L. Manlio* tamen Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Alii Tarenti, alii in Campania mortuum tradunt] Duo prima verba in omnibus Gall. et Voss. desiderantur. J. F. Gron. Desiderantur similiter in Flor. Lov. 1. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Contra voces *in Campania* omittit Lov. 5.

§ 7 *C. Servilium, qui tum aedilis curulis erat*] Legendum juxta auctoritatem exemplaris vetusti (*tum aedilis curulis erat*). Nam solet hujusmodi clausulis per parentheses interjectis uti Livius, sicut modo monuimus cap. praec. 'Pyrgum vocant.' *Rhenan.* *Vet. lib. C. Servilium, qui tum aedilis curulis erat, dixit.* *Sigon.* Ut *Rhenanus*,

nostris quoque meliores; *magistrum equitum Cn. Servilium (tum aedilis curulis erat) dixit.* J. F. Gron. Praenomen omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hearnii N. *C. Servilium* legunt Flor. Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. Haverk. et Hearnii L. 1. quod rectum est. Infra enim c. 36. memorat Livius 'Q. Metellum et C. Servilium aediles curules' hujus anni: qui ambo aediles plebis proximo anno fuerant c. 21. ubi patrem ejus adhuc vivere captivum apud Boios refert; in consulatu autem patrem ex servitute recepisse xxx. 19. Perperam igitur ultima Gruteri ed. praefert *Cn. Servilium*; quod recentiores omnes servarunt. Recte etiam *Rhenanus* et Gronov. pronomen *qui* deleverunt, consentientibus Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. ac D. Deerat etiam a m. pr. in Flor. sed postea recentiori manu inter versus adscriptum est. Hanc emendationem repetit Gronov. ad xxxiv. 56. § 1. Vide plura ad xl. 57. § 3. *C. Servilium tum aedilem curulem dixit* Hav.

§ 8 *M. Aemilium praetor urbis, C. Flaminio*] *M. Aemilium Regillum*, qui post fuit flamen Quirinalis, fuisse puto. *Sigon.* Hic eos fecit a. 1033. lib. xxii. capp. 9. 10. Quoniam autem Livius illum eosdem in quinquennium vovisse scribit, quaerit Pighius, quis eos sequenti quinquennio a. 1031. fecerit, et miratur, hoc a Livio, alioqui in talibus adnotandis diligentissimo, non proditum esse. Verosimile est, eos anno illo, etsi in quinquennium voti erant, ob causam nobis incognitam non fuisse factos. Nam hoc satis aperte eo ostendit Livius, quod dictatorem ludos illos fecisse scribit, quos M. Aemilius voverat. Nam hi si a. 1031. facti fuissent, haud dubie dixisset, a dictatore illos factos fuisse, qui eo anno in quinquennium voti fuerant. Et quum omnia de votivis Apollinaribus diligenter retulerit xxv. 12. xxxvi. 23.

lib. xxvii. capp. 11. et 23. non est, cur eum in his negligentiore fuisse credamus. *Dukerus. Præfectus urbis* Lov. 4. et Harl. in contextu; quod in Pall. etiam esse, testatur Gebh. ad Liv. xxv. 12. § 3. Deinde *Marcellus Æmilius* Lov. 4. quos *Memnius prætor* Lov. 2. 3. quos *Memnius prætor* Voss. quos *Menenius prætor* Hav. et Hearnii L. 1. Mox *C. Servilio* idem L. 1. cum *Servilio* Lov. 3. et Gaertn.

Tum dictator et ludos fecit] Recte quidem; sed cur hic *ludos* repetat, et τὸ *magnos* omittat, parum causæ apparet, eo magis, quod a Cantabr. libro τὸ *ludos* etiam absit: quod sane amplector. Sunt enim media velut parenthesis intelligenda. *Jac. Gron.* Vocem illam *ludos* Crevier. etiam ejecit, testatus se id fecisse duorum optimæ fidei scriptorum auctoritate. Id tamen facere ausus non sum, quum eam in omnibus meis constanter repererim. Flor. ordine mutato legit *et fecit ludos*. Neque adtinebat hic repeti *magnos*. Quum enim statim præcesserit, dictatorem jussum esse ludos magnos facere, ac nunc subjungatur eum ludos fecisse; non alios, quam illos magnos, intelligi, sponte patet.

Et in sequens lustrum] Scripti *et in insequens lustrum vocit.* J. F. Gronov. Ita Flor. pluresque alii, cum Hearnii Oxonn. Vide ad iv. 30. § 12.

§ 9 *Et ut potissimum crearent*] Voss. et Men. *creandi, ut eos pot. crearent.* Put. et Reg. *creandi, ut eos crearent pot.* Scribe *consules creandi, et eos pot., quorum virtus, delete τῶν crearent.* J. F. Gronov. Eleganter quidem, sed, quantum ex iis quæ hic scribuntur, intelligo, repugnantibus libris scriptis. Nec debemus offendi mutata forma orationis. Lib. xxxvi. c. 37. ‘Decemviri renunciarunt, jejuniu instituentium Cereri esse, et id quinto quoque anno servandum, et ut novendiale sacrum fieret, et unum diem supplicatio esset.’ xxvi. 32. ‘Cum

tyrannis bellum gerendum fuisse, et urbem recipi, non capi.’ xxvii. 5. ‘Ut non exspectanda comitia consuli censerent, sed dictatorem comitiorum habendorum causa dici, et extemplo in Siciliam redeundum.’ Ter. Andr. iii. 2. 34. ‘Missa est ancilla illico obstetricem accessitum ad eam, et puerum ut adferat simul.’ Ejusdem generis sunt, quæ δ πᾶν habet ad xxxv. 33. *Duk.* Vide ad xxxix. 14. § 9. *Creandi, ut eos pot. crearent* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. cum edd. vetustissimis: *creandi, ut eos crearent pot.* Flor. et Harl. Quod nunc circumfertur in editis, primum inveni in Frob. 1535. Gronovii conjecturam probavit Crevier. Paulo ante, una voce minus, *omnibus omissis* Lovel. 5. Tum *una præcipue cura* Lov. 2.

§ 10 *Ac fervida ingenia imperatorum fuissent*] Reposuimus *fuisse*. Rhenan. Omnes mei vulgatum defendunt. Mox *sine copia natam fraudem, pro in necopinatam*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Hafn. *manum . . . natam fraudem lapsos*, relicta lacuna, Harl. *manum fraude lapsos* Hav.

§ 11 *Miseritos nominis Romani*] Put. *Deos immortales miseritos nom. Rom.* Ut et inferius c. 34. ‘Sordidati rei non miseritos, candidam togam invito offerre.’ Et xxii. 55. ‘Si quid Dii immortales miseriti imperii reliquum Romano nomini fecerint.’ J. F. Gronov. Ita et Flor. Vide ad v. 45. § 4. Id autem in contextum recepi. Mox *ipsorum consulum* Voss. Lov. quinque, Harl. Berol. Gaertn. Haverk. et edd. principes.

CAP. XXXIV. § 2 *Ei collega quærebat*] Put. Voss. *et collega*. Gud. *collega et quær.* Cantabr. *sed collega*: idque rectius videtur. *Jac. Gron.* *Et collega quærebat* Flor. Lov. 1. 2. 3. Hav. et Hearnii L. 1. Reliqui vulgatum servant, quod etiam probandum videtur. Solent autem sæpe vocalæ *et* atque *ei* confundi. Vide

ad xli. 15. § 6.

Et virum quidem eum egregium ducebant] Pal. 1. *cum egregium educabant*. A prisca ed. *provocabulum eum deminutum* est. Pal. 3. *et quidem virum egregium ducebant*. Gebh. Tò *cum* deest etiam in Lov. 2. Berol. a m. pr. Gaertn. et edd. ante Aldum.

§ 3 *M. Livius erat, multis ante annis*] Rursus Silius de eodem Livio xv. 597. 'Belliger is quondam, scitusque accendere Martem,' &c. *Modius. Marcus Junius erat* pessime Hearnii L. 1. *M. Livius erat* Harl. *M. Lervius erat* Lov. 4. Tum *multis annis ante Flor.* Lov. quinque, Ber. et Gaertn.

Ex consulatu populi judicio damnatus] Quod prædam Illyricam maligne divisisset, ut ante dixi ad II. 35. § 3. *Sigon.*

§ 4 *Ut et rus migraret, et per multos annos et urbe et omni cætu careret hominum*] Liber vetustus habet *caruerit*. Rhenan. Si hæc vera sunt, qui fieri potuit, ut Tarentinæ præfuerit arci? Ideoque lubens crediderim, ejus arcis præfectum fuisse M. Livium Macatum, qui paulo ante (c. 25.) ob amissum Tarentum in senatu ab inimicis accusatus, cæterum ab hoc Livio Salinatore stante defensus; et in Cic. Catone c. 4. mendum esse vel librarium, vel memoriæ, vel denique historiæ apud autores variatæ, ut sæpe fieri solet. Hujus rei xxiv. 20. etiam lectorem admominum. *Glar.* Pal. 1. *ut rus migraret*. Reliqui quoque *migraret*. Et post *et omni cætu careret hominum*. Gebh. Omnes nostri *migraret*; item *careret*, nolente Rhenano. *J. F. Gronov.* Non tantum Rhenani emendationem *caruerit*, sed etiam *migrarit*, pro *migraret*, recepit Froben. 1535. et retinuerunt recentiores usque ad Gronov. Verum *migraret* et *careret* servant cum Hearnii Oxonn. omnes mei, nisi quod *migrarit* in solo sit Lov. 4. Præterea *ut rus*, omnia vocula media, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Sed vide ad II. 11. § 3.

§ 5 *Anno M. Claudius Marcellus et M. Valerius Lavinius consules reduxerant eum*] Anno M. Val. Lav. reduxerunt eum, reliquis omissis, Hearnii L. 1. reduxerunt legit Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. ante Aldum. Paulo ante *decimo*, pro *octavo*, Lov. 2.

Capilloque et barba promissa] Quia non tondebatur: nam sequitur 'censores eum tonderi, et squalorem deponere, et in senatum venire, fungique aliis publicis muneribus coëgerunt.' Quare perperam Pal. 3. *et barba dimissa*: et antiq. ed. *prolixa*. Livius v. 41. 'M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti scipione eburneo in caput incusso iram movisse.' Propius Justin. iv. 4. 'Denno legatos Athenas mittunt, qui sordida veste, capillo barbaque promissis, et omni squaloris habitu, ad misericordiam commovendam acquisito, concionem deformes adeunt.' Liv. xxviii. 34. 'Adornabat promissa cæsaries, habitusque corporis non cultus mundicius, sed virilis ac vere militaris.' Gebh. *Dimissa* Harl. et Rec. *propensa* Hearnii L. 1. *prolixa* Voss. Lov. 3. 5. Hafn. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Vide ad v. 41. § 9.

Præ se ferens in vultu habituque] Liber vetustus habet non *præ se ferens*, sed tantum *præferens in vultu habituque*, quemadmodum et nos castigavimus. Rhenan. Pal. 1. et vet. ed. *præ se referens*. Pal. 2. *præ se ferens in vultu adituque*. Pal. 3. *præferens in vultu*. Mihi placet Pal. 2. scriptura *præ se ferens*. Liv. v. 41. 'Majestate etiam, quam vultus gravitasque oris præ se ferebat, simillimos Diis.' Quamquam et ibidem Pal. 1. *præferabat*. Gebhard. *Præ se referens* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *præ se ferens* Lov. 5. et Branc. Latini: *præferens* Lov. 4. Utrumque 'præ se ferre' et

‘præferre’ apud Livium occurrit. Et quidem prius VII. 5. ‘Præ se deinde tulit, ea vi subactum se incepto destitisse:’ ubi vide quæ notantur: similiter ‘præ me fero’ XXXIX. 28. ‘Hostem ei me esse, præ me tuli.’ Alterum III. 12. ‘Atroci responso iudicium suum præferebant.’ XXXVII. 37. ‘Iliensibus in omni rerum verborumque honore ab se oriundos Romanos præferentibus.’ Et hanc locutionem Gronov. ex conjectura restituit Liv. XLII. 52. § 15. Ex aliis auctoribus exempla vide apud Ovid. Her. XVII. 36. Val. Max. II. 6. 14. Flor. II. 2. § 35. aliosque. Solent autem ‘præferre’ et ‘præ se ferre’ in Mss. confundi. Vide Gron. ad xxx. 28. § 7. et Cortium ad Porcii Latron. Declam. contra Catil. XVII. et ad Plin. Ep. I. 22. § 6. Optionem itaque, utrum malit, lectori permitto.

§ 6 *Censores cum tondere, et squalem deponere*] Sic et, si vera est vulgata, Quintil. Instit. I. 6. in fine, ‘At lavamus, et tondemus, et convivimus.’ Tamen antiquissimus omnium, et alii Gallici, Vossianusque *tonderi*. J. F. Gron. *Tonderi* etiam cum Hearnii Oxonn. omnes mei, præter solum Ber. Apud Quinctil. etiam scriptura in codd. ambigua est, ut Burm. docuit; quem etiam vide ad Virgil. Georg. III. 312.

Et in senatum venire] Non legerant eum in senatum, sed auctores ei fuerant, ut in senatum veniret, non tamquam senator, sed tamquam peditarius; nam sequitur, ‘Sed tum quoque aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat.’ Ex iis enim erat, quibus jus erat in senatu sententiam dicere, non tamen senatores erant. Gellius III. 18. *Signon*. Sic quoque Sigonius ad XXI. 49. § 17. et de Ant. Jur. Civ. Rom. II. 2. Non est probabile, certe ex his verbis ostendi non potest, virum, summis honoribus functum, nondum in senatum lectum fuisse. Nec Livius dicit, censores ei ‘auctores

fuisse’ in senatum veniendi, sed eum ‘coëgisse’ in senatum venire; inter quæ multum interest. Sententia verborum Livii est, eum, a censoribus in senatum venire coactum, ut animo quomodocumque morem gereret, sententiam rogatum nunquam stantem, ut solebant, qui longis orationibus in senatu utebantur, eam dixisse, sed nihil aliud, quam aut verbo aliis adsensum fuisse, aut, discessionem facta, pedibus in aliorum sententiam visse. *Duk*. Cum Dukero verum esse puto, Livium jam antea senatorem a censoribus lectum fuisse, adeoque non tantum verbo adsentiendi, aut pedibus in sententiam eundi, sed etiam stantem sententiam dicendi potestatem habuisse; quo iure etiam sum fuisse in causa cognati hominis M. Livii Macati in sequentibus Livius narrat. Donjatius minus recte Sigonio adsensus est.

§ 7 *Quom de fama ejus ageretur*] Optimi ignorant prepositionem *de*. Utique multo Latinus. Lib. XLV. c. 38. ‘Militum magis in hoc universique populi Romani fama agitur.’ Cic. in Verr. I. 29. ‘Cumque Dolabella cum suis præfectis pugnaret in consilio, Verres fortunas agi suas diceret.’ J. F. Gron. Priscam lectionem servant Ber. Gaertn. et Hearnii L. I. ac D. *quom in famam ejus ageretur* Hafn. et Hav. *quom infamia ejus ageretur* Voss. Lov. I. 2. 3. 4. et Hearnii N. *quom fama ejus ageretur* Flor. et Harl. quod recte Gronov. probavit. Supra I. 25. ‘Imperium agebatur, in tam paucorum virtute atque fortuna positum.’ III. 12. ‘Adparebatque, vulgo homines in damnatione Kæsonis libertatem agi credere.’ XXVIII. 32. ‘Veluti si omnium communis agatur honos.’ cap. 19. ‘Non libertas solum agebatur:’ ubi iterum vide Gronov. XLI. 23. ‘Parva aut mediocris res, Achæi, quibusdam videtur agi. Ego maxime gravissimam omnium non agi

tantum arbitror, sed quodammodo actam esse.' Aliorum, præsertim Ciceronis, qui ita sæpissime loquitur, exempla non addam. Vulgo viri docti differre credunt 'agitur fama,' et 'agitur de fama.' Vide Lambin. ad Cic. de Amic. c. 17. et ad Hor. Ep. 1. 18. 84. Verum, differentiam illam non ubique observari, Curtius docuit ad Sall. Catil. c. 52. § 10.

Stantem coëgit in senatu sententiam dicere] Pal. 1. *statim coëgit*: cujus interpretamentum censeo vulgatum *stantem*. Ergo 'statim sententiam dicere,' est *stantem* sententiam dicere, et opponitur τῶν 'pedibus in sententiam ire.' Sic Plautus dixit in Amphitr. 1. 1. 'Nec recedit loco, quin statim rem gerat:' ubi 'statim rem gerere' est stando pugnare, et non in fugam converti. Ibid. vs. 120. 'Ita statim stant signa; nec nox quoquam concedit die.' *Gebh.* Veram esse lectionem, quam *Gebh.* ex uno cod. eruit, tum credam, ubi Livius vel alios ejusdem ætatis scriptores ita loqui solitos fuisse probabitur. Puto primitus scriptum fuisse *stātem*; evanescente deinde vel omisa a properante librario superscripta virgula, factum esse *statim*; quod in nullo ex meis obvium fuit.

§ 8 *Convertit ora hominum in se*] Convertit ora tantum senatorum, sive illorum, qui sententiam interesse poterant, et dicentem audiebant: quare *ora omnium* scribendum foret secundum ea quæ notat Gronov. ad 1x. 8. § 11. et ita unus legit Hav. Sed vide h. lib. c. 9. § 14. Mox *dedit*, pro *præbuit*, idem Hav. Verbum id deest in Flor. Voss. Lov. 1. ac 2.

§ 9 *Quia duos patricios, &c.*] Per hæc tempora nunquam duo patricii consules comparati, duo vero plebei in collegio Græchi et Marcelli comparati sunt. *Sigon.*

§ 12 *Sordidati rei non miseritos*] Ita ex Put. emendabat Gronov. ad cap. præc. § 11. Ei consentit Flor.

Antea edebatur *miseritos*.

§ 13 *Quid ita, male credito priore consulatu*] Hanc clausulam hæc verba præcedere debent, in exclusis exemplaribus hactenus desiderata, *si noxium comperissent, quid ita, male credito priore consulatu, alterum crederent*. Rhenanus. Videtur necessario legendum ob ea quæ sequuntur, *si noxium comperissent, &c.* aliter si legatur, sententia non constabit. *Ursin.* Libri omnes verba ista *si noxium comperissent* (ut et plura Pal. 1.) non agnoscunt. *Gebh.* Quum Rhenan. verba *si noxium comperissent*, quæ etiam desunt in Ber. et Gaertn. inserenda monuisset, perperam librarius Froben. qui a. 1535. ei monenti obsequi voluit, pro *noxium* dedit *innoxium*; idque per plures postea edd. obtinuit, licet interim Vascos. et Gryph. *si noxium* substituissent. Postea Ursinus, eique adsensus Latinius, vitiosum videntes, pro *si innoxium*, substituērunt *si noxium*: verum jam ante eos *si noxium* reposerunt Paris. 1573. aliique. Pluribus omissis, *si bonum ducerent, quid ita pro noxio comperissent, quid ita, male credito præferunt* Flor. Voss. Lov. 2. et Hav. *virum* etiam deest in Cant. et Lov. 5. *malo ac* in Lov. 1. *damnasent* in Harl. Reliqui *si noxio*, non *sin*, legendum docent.

§ 14 *Et M. Furium, memorantes*] Camillum, de quo lib. v. *Sigon.* *Eliam M. Furium* Ber. a m. sec. Vide ad xxii. 47. § 9.

Patriam pulsam sede sua restituisse] Vulgo legunt omnes *pulsam*, et ad Furium Camillum referunt. At cod. scriptus habet *patriam pulsam*. Rhenan. Cum cogitarent, occupata a Gallis urbe, Quirites Veios migrare. Ceterum libri omnes *patria pulsam*. *Gebh.* Bene Rhenanus, si editores nasum habuissent, *patriam pulsam sede sua restituisse*. Sic solus Pnt. optimus ille et antiquissimus. Suet. Octav. c. 28. 'Ita mihi salvam ac sos-

pitem rempublicam sistere in sede sua liceat.' *J. F. Gron.* Puteaneo consentiunt Hearnii N. D. et Flor. a m. pr. sed a m. sec. mutatum in *patria pulsum*, quod præferunt etiam Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. idem etiam perperam Grnter. in ed. ultimam recepit, quum priores Rhenani lectionem secuti essent. Liv. v. 51. 'Quippe, ut in sede sua maneret patria, id agebatur.'

CAP. XXXV. § 1 *L. Portius Licinius*] *L. Porcius Licinus* ex Capit. Lapid. *Sigon.* Vide ad xxvi. 6. § 1.

C. Manlius] *C. Mamilius*. Sic enim vet. lib. plerique. *Caius* certe non est prænomen Manliorum. Hunc puto esse *C. Mamilius Vitulum*, de quo ad c. 8. *Sigon.* Pal. 1. *L. Portius Licinius, Manlius Torquatus et A. Hostilius Catones.* Pal. 2. *L. Portius Maurulus, T. et A. Hostilius Catones.* Pal. 3. *L. Portius, L. Manlius Regulus et Hostilius Catones.* Sigoninus legendum putat *C. Mamilius*, ut ejus habent libri veteres, quia *Caius* non est prænomen Manliorum. Cujus opinionem adjuvat Pal. 2. in quo paullo post cap. seq. 'Plebeiis ludis biduum instauratum a M. Manilio.' *Gebhard.* *Manilius*, omissio prænomine, Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. *Manlius* Hearnii D. *Mamilius* Voss. *C. Manlius* Lov. 1. *T. Manlius* Hearnii L. 1. Sigonio consentit Pighius in Ann. ad a. 10XLVI. p. 203. 'Manlius,' 'Mamilius,' et 'Manilius' sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad III. 18. § 2. cap. seq. § 2. c. 38. § 12.

A. et C. Hostilii Catones] *T. et A. Hostilius Catones* Flor. et Lov. 5. *T. et A. Hostilius Catones* Lov. 4. Harl. Hav. et Hearnii D. *et A. vel Aulus, Hostilius Catones*, priori cognomine omissio, Lov. 2. 3. *et C. Hostilius Catones* Ber. *et Aulus Hostius Catones* Gaertn. *et Hostilius Catones*, utroque prænomine neglecto, Lov. 1. *et Hostilii Catones* Voss. *et H. Catones*

Hearnii L. 1. Ad ed. Ven. 1495. et quarundam aliarum marginem hæc nota adjicitur, 'quia nondum *Caton*es erant, videndum, ne *Caton*es legendum sit.' Verum infra etiam xxxi. 4. sexto vel septimo anno post, *L. et A. Hostilii Catones* inter decemviros agro Samniti Appuloque metiendo dividendoque memorantur. Ubi eadem ad illarum edd. marginem admonemur.

§ 2 *In Etruriam prætor missus*] *Pro prætore missus* Voss. in margine, Lov. 1. Harl. Ber. a m. pr. Hearnii L. 1. et edd. principes; pro quo jam Tarvis. prior *prætor* substituit.

Quinctius consul habuerat, et L.] Hæc verba nullo in scripto mihi obvia fuerunt. An brevius dixit Livius, *ut ex ea provincia C. Hostilius Tarentum ad eum exercitum, T. Manlius ad mare legatus iret?* Certe *eum exercitum* facile intelligo, qui illic erat. *J. F. Gron.* Eadem verba desunt in Flor. Voss. Lov. 1. Hav. et Hearnii L. 1. quæ librorum negligentia excidisse, verisimile est; utique si cum Crevierio *T. Manlius*, pro *L. Manlius*, ex omnibus ejus codd. legendum sit, quibus concinit ex meis Lov. 2. Ita enim repetitum prænomen *T.* causa esse potuit, cur media omnia librarii omiserint. Donjatius auctor est, in Colb. utroque legi *ad eum exercitum, L. Manlius trans mare legatus iret.* Verum quum toties ejus negligentiam deprehenderimus, nullusque ex tot codd. quos viri docti excusserunt, hanc lectionem præferat, ei neque hic fidem habere audeo.

§ 3 *Quæ ibi gerebantur*] Inserimus vocem *res*; quæ *res ibi gerebantur*, scriptum secuti volumus. *Rhenanus.* Vox a Rhenano inserta exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. et Hav. Mox *Græciæ* etiam a Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Ceterum, Dodwellum in ea fuisse sententia, Livium male Olympiæ ludicrum ad hunc annum retulisse,

quum ad præcedentem pertineat, neque ab ea sententia Petavium alienum fuisse, Duker. notavit ad c. 30. § 9.

§ 4 *Sua omnia iis, quæ ante bellum habuissent*] Expunximus iis, scriptum secuti volumen. *Rhenan.* *Iis servat Ber.* Ejus loco *hiis*, vel *his*, inveni in Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 5 *Et præsciscere, quam quis eorum provinciam*] Ex veteri reposuimus *quisque eorum.* *Rhenan.* *Vet. lib. et præscire.* Sigon. *Præscire* etiam Lov. 5. Hav. et Hearnii L. 1. Reliqui tamen *præsciscere* servant, quod pro *præscire* antiquis in usu fuit. Ita Virgilium Georg. iv. 70. imitatus Colum. ix. 9. 'Poterit exploratam fugam præsciscere, vespertinis temporibus aurem singulis alveis admovendo.' Similiter ipse Livius xxix. 14. 'Occultantibus id, credo, Patribus, ne præsciscerent Carthaginenses.' Deinde *quam quis eorum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. a. m. sec. Gaertn. et Hav. Recte tamen Rhenanum emendasse puto, et illud *que* excidisse ob similitudinem vocis præced. Vide ad xxxix. 16. § 13.

§ 6 *De reconciliatione et gratia eorum in senatu actum est*] Quidam emendarunt *de reconcil. etiam gratiæ eorum.* Quod quare fecerint, non equidem intelligo. *Glar.* His verbis Glareanus reprehendere voluit Moguntinos, Aldum, aliosque, qui *de reconciliatione etiam gratiæ* eliderunt, quum Ascens. vulgasset *de reconciliatione et gratia.* Intellexisset autem, quare id fecerint, si antiquiores edd. consulisset. Ita enim vidisset, omnes illas non aliter, atque Mogunt. et Ald. reposuerunt, exhibere, usque dum Ven. 1495. per errorem, ut videtur, operarum, darent *de reconciliatione et gratiæ*: quod mox Asc. 1510. in *gratia* primus mutavit: in posterioribus vero edd. Ascensus eandem quidem scripturam servavit, alteram tamen *etiam*

gratiæ pro varia lectione in margine adscripsit. Primis edd. adsentiuntur plerique et optimi codd. Verum, una voce omissa, *de reconcil. etiam eorum* est in Lov. 1. et Hav. *de reconciliatone etiam gratiæ consulum* in Lov. 2. *de reconcil. etiam consulum* in Gaertn. Nihil mutandum. Infra xl. 46. 'Quos conjunxit suffragiis suis populus Romanus, hac etiam reconciliatione gratiæ conjungi a nobis sinatis.' Et ita 'reconciliare gratiam' dixit xli. 22. et auctor Epit. Liv. lib. cxix. 'reconciliare in gratiam' Liv. i. 50. ubi vide.

§ 7 *Inimicitæ autem nobiles inter eos erant*] *Vet. lib. Inimicitæ ante nobiles inter eos.* De his inimicitiis et reditu in gratiam etiam Valerius iv. 2. § 2. et vii. 2. § 6. *Sigon.* *Pall.* tres, et *vet. ed. inimicitæ autem nobiles.* Sic legendum infra xxxix. 4. ex *Pall.* et *vet. ed.* 'Verum enim verum quum sint nobilissimæ sibi cum consule inimicitæ.' Vulgo *notissimæ* exciditur. *Gebh.* Sigonio unus consentit Hav. quod inter errores librariorum referendum est. Omnes enim mei reliqui alterum tuentur. Solent autem voces *ante* et *autē*, sive *autem*, ob ductum adfinitatem innumeris locis in codd. vetustis permutari. Vide ad ii. 32. § 6. c. 61. § 3. iii. 66. § 3. v. 4. § 10. c. 50. § 7. vi. 1. § 10. c. 10. § 8. viii. 16. § 12. ix. 46. § 3. x. 40. § 10. xxi. 19. § 1. c. 63. § 7. xxii. 10. § 6. xxvii. 28. § 7. xxviii. 33. § 2. c. 35. § 10. et alibi.

§ 8 *Ne crescendi ex se inimico collegæ potestas fieret*] *Minima collegæ potestas fieret* Ber. a. m. sec. *minime collegæ potestas fieret* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *minime inimico collegæ*, utraque lectione juncta, Lov. 4.

§ 9 *Communi animo consilioque administrarent rempublicam*] *Vox animo* non est in Flor. *communii consilio* administ. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *communi consilio animoque* Lov. 5.

§ 10 *Alteri adversus Hannibalem Bruttii, Lucani*] Et quare non *Bruttii*

Lucanique, aut Brutii et Lucani? Sed hoc pusillum: ἀσύνδερον est, quo gaudet Livius. *Glar.* Solus Ber. *Bruttii et Lucani.* Reliqui copulativam ignorant.

Quem Alpibus adpropinquare] Vet. lib. *quem jam Alpibus.* Sigon. Τὸ jam deest in Lov. 3. 4. et Ber. in ejus loco præfert Gaertn. Reliqui faciunt cum Sigonio. Deinde *propinquare* Lov. 5.

§ 11 *Qui in Gallia, quique in Etruria esset]* *Esset* Voss. Lov. 3. 4. et Hav. Ita etiam Crevier. in Put. et Victor. legi auctor est.

§ 12 *Utrius mallet consulum prioris anni, exercitum]* Immo eligeret, quem mallet ex tribus exercitiis, ex duobus nempe consulum prioris anni, et ex eo, cui Q. Claudius Tarenti præfuerat; quemadmodum ex Liv. c. 38. observat Perizon. Anim. Hist. c. 4. p. 168.

§ 13 *Relictum a consule exercitum]* Ita primus edidit Froben. 1535. Priores legunt *Relictum autem a consule*, quod servant plerique Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *Relictum ante a consule* Hearnii L. 1. Verum Frobenio concinit Flor. Utrumque igitur, et *autem*, et *ante*, pro glossemate habendum. Sæpius τὸ *autem* invito Livio a librariis obtrusum esse, vidimus ad XXI. 40. § 11.

§ 14 *Pro Tarento Capuam, legio una data est, cui]* Reposnimus *pro Tarento Capuam mutaverunt: legio una data, cui Fulv.* Rhenan. Lectionem, quæ ante Rhenannum exstitit, servant Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Contra *mutaverunt*, quod addidit Rhenanus, probant, sed simul etiam *data est* legunt Flor. Lov. 4. et Harl.

CAP. XXXVI. § 1 *Nunciaverant, eum in Galliam transgressum]* *Nunciaverunt* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. et Gaertn. *annunciaverunt* Hav. Tum *eum in Italiam* Lov. 4. Mox § seq. *quod magnum pondus* Ber. id autem a nasuto scriba datum forte est, quo-

niam τὸ *quia* cum subjunctivo displicebat. Sed vide ad II. 8. § 5.

§ 3 *M. Retius ad rem inspiciendam retulerant]* Pal. 2. *Sextius Antistius et M. Rectius.* Pal. 3. *M. Rectus.* Mox *qui retulerunt.* Gebh. *M. Rectius* Lov. 4. 5. et Harl. *M. Ræcius* Flor. Recte. Vide ad XLIII. 11. § 4. Deinde *qui retulerunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores: *qui retulerant* Lov. 5. Mox τὸ *se* deest in Flor. Lov. 1. et Harl. quod a proximæ vocis ultima syllaba est interceptum. Vide ad XXXIV. 11. § 7. Hinc *Massiliensium ducibus* Lov. 4. et Ber.

§ 4 *Nec tum eum quidquam aliud morari, nisi quod clausæ hieme Alpes essent]* Pal. 2. *nec tamen eum quidquam.* Tum Pal. 1. et vet. ed. *ni quod clausæ.* Gebh. *Nec tum quidquam* Lov. 4. Tum *ni*, pro *nisi*, Voss. Lov. 2. 3. 5. Gaertn. Hav. et edd. ante Moguntinos. Sed ea vocula deest in Ber. *Clausæ hieme Alpes* sunt tanta nivis copia obsessæ, ut transiri non possint. Sil. III. 90. ‘Nos clausæ nivibus rupes, subpostaque cælo Saxa manent.’ Ita simpliciter *clausæ Alpes*, per quas non patet transitus, Sil. 1. 546. ‘clausæ starent mortalibus Alpes.’ Liv. v. 13. ‘Insignis annos hieme gelida ac nivosa fuit; adeo ut viæ clausæ, Tiberis innavigabilis fuerit.’

§ 5 *L. Aquilius Pætus augur creatus]* Vet. lib. *præfectus Aquilius Pætus*, mendose certe, sed ita, ut ex observatione diuturna ejusmodi mendorum vestigia veritatis elicias. Sæpe enim est *præfectus*, pro *Publio*, in Mss. Itaque legendum puto *P. Ælius Pætus*. Primum enim cognomen ‘Pæti’ non erat ‘Aquilliorum,’ sed ‘Æliorum:’ deinde hic est *P. Ælius Pætus*, qui nunc fit augur, et a ΙΟΛXXXIX. angur apud eundem Livium moritur XLI. 21. Sigon. *L. Aquilius* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Gaertn. *præfectus Aquilius Pætus* Hearnii D. *P. Aquili-*

lius Patus Voss. Ber. et Hav. Paulo ante *M. Metelli*, pro *M. Marcelli*, Harl. Verba *M. Marcelli P. Ælius*, &c. *inauguratus est in locum* desunt in uno Oxoniensium Hearnii.

§ 7 *Minor aliquanto numerus, quam qui ante bellum fuerat*] In Floro l. xx. est propemodum duplus. Vide igitur uter locus ex altero emendari debeat. *Glar.* Si error sit, videtur esse debere in verbis Livii: qui enim numerus datur in Epit. l. xx. verum esse, neque minui debere, intelligitur ex numero præcedentium lustrorum, qui in prioribus epitomis perditorum librorum Livii exhibetur. Qui hoc loco datur, immensum differt ab eo qui editur lustro sequenti xxix. 37. Et tamen in numero hujus lustrum nihil variant scripti, nisi quod legant *triginta sex millia*, pro *triginta septem*, Hearnii N. et *centum et novem*, pro *centum et octo*, Voss. Neque a numero, qui hic legitur, discrepat ille, qui exstat in Epit. hujus libri. Posses ceteroquin existimare, excidisse notam numeralem L. atque emendandum esse *centum octoginta septem millia centum et octo*. Sed manum absteineo.

§ 8 *Eo anno primum, ex quo Hannibal in Italiam venisset, comitium tectum esse*] Non intelligo quis sit sensus horum verborum, *ex quo Annibal in Italiam venisset*. Si Livius nihil aliud dicere voluit, quam eo anno, id est a. cxxxv. Marcello v. et Crispino consulibus, comitium tectum fuisse, verba hæc non minus otiosa sunt, quam si dixisset, ‘post cladem ad Cannas,’ ‘post cladem Scipionum in Hispania,’ vel post aliam quamcumque rem. Sed Marlian. Topogr. Urb. Rom. iii. 1. Nardin. Rom. Vet. v. 3. et, qui eum in epitomen contraxit, Borrich. in Ant. Urb. Romæ Facie c. 10. ex hoc loco scribunt, *comitium eo anno, quo Annibal in Italiam venit, tectum fuisse*. Verum non liquet, quomodo hoc ex verbis Livii exculpi possit. Nam nec quemquam in designando tempore ita

loquutum, nec ullam rationem dici posse puto, cur, si jam a. cxxxv. quo Annibal in Italiam venit, tectum fuit comitium, Livius id demum hoc anno, quem c. 22. undecimum belli Punici fuisse scribit, memorare voluerit. Plane mihi persuadeo, verba Livii interpretationem illam non pati, et suspicor locum mutilum esse, Liviumque hic non solum de anno, quo tectum comitii perfectum, verum etiam, quo inchoatum est, nempe eo, quo Annibal in Italiam venit, egisse. Nam non credibile est, illud tam exigui operis fuisse, ut uno altero anno, præsertim illis angustiis ærarii, absolvi potnerit; quod sine columnarum arcuumque sustentantium ope non potuisse fieri, censet Nardinus. *Duk.* Vidit etiam Crevier. difficultatem a Dukero animadvertam, cui alio modo subcurrere conatur, transponendo priora hujus et præcedentis periodi verba hoc modo: *Eo anno primum, ex quo Hann. in It. venisset, lustrum conditum est a censoribus, &c. quam qui ante bellum fuerat. Hoc eodem anno et comitium tectum esse, memorie proditum est, et ludos Romanos, &c.* Eam autem trajectionem vocum ex eo firmat, quod, licet ter censores creati sint, ex quo Hannibal in Italiam venerit, hi tamen, de quibus nunc Livius loquitur, soli fuerint, qui lustrum condiderunt: deinde quod particula *et*, quæ sequitur voces *Hoc eodem anno*, in eum locum, quem vult, revocata, habeat aliam comparem, quæ ei respondeat, *et ludos Romanos*. Codd. nihil mutant, nisi quod Lov. 1. legat *Eo anno, quo Hann. primum in It. venisset*. Lov. 2. *Eo anno, ex quo Hann. primum in It. venisset*. Roëllius conjicit *in Italiam venisset captum, comitium t. e.*

§ 9 *Ab Q. Manlio et M. Caccilio*] Lege ab Q. Mamilio, ut infra probabitur. *Sigon.* Ab Q. Manlio Lov. 4. et Ber. a C. Manlio Hearnii L. 1. a C. Manlio Harl. a M. Manlio Pal. 2.

apud Gebhardum ad cap. præc. § 1. a *Manilio* Lov. 2. et Hav. a *Manlio* Flor. Voss. et Lov. 1. ac 5. a *Mamilio* Lov. 3. Vide ad cap. 35. § 1. Sigonio consentit Pighius in Ann. ad a. 1034. p. 198.

Tria signa ad Cereris ædem dederunt] Vet. ad *Cereris fidem*. Legendum ad *Cereris, eidem dederunt*. Lipsius, Ep. Quæst. 11. 25. Pall. 1. 3. et vet. ed. ad *Cereris fidem*. Gebh. Ad *Cereris, eidem* emendavit Lipsius. Sed quum præcedat ad *Cereris*, nihil opus erat addi *eidem*, sine quo satis intelligi poterat, signa illa non alii, quam Cereri, fuisse data: nisi quis *eidem* pro nominativo plurali accipiat. *Ædem*, quod alii habent, non opus erat addi. x. 23. ‘Ludi facti, pateræque ad Cereris positæ.’ xxvii. 6. ‘Ex multatitio argento signa ærea ad Cereris dedere.’ xxi. 62. ‘Donum ex auri pondo quadraginta Lanuvium ad Junonis portatum est.’ Duk. Ad *Cereris ædem* Lov. 2. 3. 5. Harl. Hafn. Hav. Rec. et duo codd. Crevier. ad *Cereris fidem* Put. Flor. Voss. Lov. 1. 4. Ber. Gaertn. et edd. vett. Gronovius Lipsii conjecturam in contextum recepit. Crevier. *eidem* accipit pro ‘*iidem* ædiles plebis.’ Vocem *ædem* sæpe a librariis additam fuisse, ubi Livius per ellipsin subintelligi voluerat, constat ex illis quæ notantur ad x. 23. § 12. Hic tamen, quum in omnibus locis supersit vel ipsa, vel alia ejus loco, pro emblemate scribarum vix habere audeo; sed vel *ædem* præfero, vel *eidem*, aut *iidem*. Certe *fidem*, quod est in optimis, et *eidem* vel *idem* sæpe commutantur. Vide Gruter. ad Plin. Ep. iv. 10. § 1. et ad c. 50. § 7.

§ 10 *Qui, quia jam designati*] Tdjam deest in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. et Hav. Sed vocula *jā* intercepta fuisse videtur ab ultimis syllabis vocis proximæ. Vide ad v. 21. § 15.

§ 11 *C. Hostilio urbana jurisdictio evenit*] Put. Reg. Men. Voss. carent voce *jurisdictio*. Bene: intelligitur

enim *sors*, vel *provincia*. Lib. xxviii. c. 10. ‘Prætores exinde sortiti sunt: M. Cæcilius Metellus urbanam, Q. Mamilius peregrinam, C. Servilius Siciliam, Ti. Claudius Sardiniam.’ Lib. xxix. cap. 13. ‘Prætoribus M. Marcio urbana, L. Scribonio peregrina, et eidem Gallia.’ l. xxxiii. c. 43. ‘Prætores deinde provincias sortiti, C. Fabricius urbanam, C. Atinius peregrinam, C. Manlius Vulso Siciliam.’ xxxix. 8. ‘Prætores provincias sortiti sunt, T. Mænius urbanam, M. Licinius Lucullus inter cives et peregrinos, C. Anrelius Scaurus Sardiniam.’ J. F. Gronov. *Urbana jurisdictio* obferunt Lov. 5. Ber. et Gaertn. *jurisdictio urbana* Rec. et Harl. Vocem illam reliqui non agnoscunt. Eam etiam perperam additam esse, numquam tamen ‘provinciam,’ sed ‘sortem’ vel ‘jurisdictionem,’ subaudiendum esse, docet Jac. Gronovius ad xxiv. 9. § 5. Sed vide quæ ibidem notat Dukerus. Mox *ut tres prætores*, addita ultima voce, Lov. 5. et Gaertn. *ut prætores* Hav. et Hafn. Deinde *Licinio*, pro *A. Hostilio*, Lov. 1. Ber. et edd. ante Aldum. *A. Licinio* Voss. in margine. *Attilio* Lov. 2. 3. *Hostilio*, prænomine omissio, Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

C. Manlio Sicilia] *C. Mamilio*, ut ante. *Sigon*. Sigonio hic plane consentiunt Flor. Harl. alique: in aliis est *Manlio*, *C. Manlio*, vel *C. Manilio*. Vide ad c. 35. § 1. Mox *Gallia venit* Hav. *Gallia obvenit* Ber. et primæ edd. pro quo *evenit* Aldus, concinentibus reliquis scriptis. Vide ad ix. 31. § 1.

§ 12 *Ita per provincias divisa, ut binæ consulum*] Castigavimus *divisa*. *Binæ consulum*, ut expuncto. *Rhenan*. Vet. lib. *ut binæ*. *Sigon*. *Ut abest a Pal. 3. Statim Pall. tres binas tres prætores, in Sicilia*. Gebhardus. Pigh. in Ann. ad a. 1034. p. 202. contra omnes libros, *ut binæ cuique consulum essent*, et *tres prætores quisque binas*:

nam, ut vulgatum sonat, cuilibet, inquit, consulum una tantum legio fuisset, et prætoribus simul binæ tantum, quod absurdum et adversus summam legionum Livio expressam. Mirum, non intellexisse vim numerabilium ἐπιπερισσομένων, sive dispertitivorum, ut vocant grammatici. Lib. XXVIII. cap. 26. 'Tribunis septem quina nomina principum seditionis edita sunt.' Hoc est singulis, vel cuique quinque: nam universa erant triginta quinque. Lib. XXX. c. 17. 'Et vestimenta bina legatis, singula comitibus Numidisque.' XXXI. 8. 'Consules binas legiones scribere jussi: id est, quisque duas. At postea cap. eod. 'Consules duas urbanas legiones scribere jussi: notabili differentia, perinde ut hoc loco. J. F. Gron. Ita provincia divisæ Lov. 2. 3. 4. Ber. et Hav. Erroris origo fuit, quod præpositio per elisa sit a prima syllaba vocis seq. quod tanto facilius fieri potuit, quia per et pro parum diversis notis scribuntur: ita provincia dimissæ Voss. Lov. 1. et Harl. ita per provincias dimissa Flor. Sed solent hæ voces in Mss. commutari. Vide ad XXXVII. 45. § 19. Ita per provincias dispositæ Gaertn. Voculam autem ut agnoscunt omnes mei. Deinde unæ, pro binæ, perperam Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. Mox binas tres prætores Flor. et Cant. Deinde § seq. voces in Bruttiis; duas Q. Claudius perperam omituntur a Flor. Voss. et Lov. 1. 3. ac 5. Insuper Tribulus Lov. 2. et Gaertn. Tibulus Hav. Tobulus Lov. 5.

§ 14 In ceteras consules miserunt] Pal. 1. ut in cæteris. Gebh. Similiter Flor. Voss. Lov. 2. 5. et Hav. An legendum at in ceteras? Solent hæ voculæ commutari in Mss. Vide ad I. 18. § 9. III. 56. § 12. v. 4. § 8. et alibi.

CAP. XXXVII. § 2. Murum et portam de cælo tactam] Pal. 1. murum et portæ (lege portam) de cælo tacta. Paulo ante Pall. duo uti fit. Gebh.

Put. Reg. Men. tacta. J. F. Gron. Similiter Flor. Voss. et alii, cum Hearnii D. Ita quidam codd. legébant c. 23. 'Ostia murum portamque de cælo tacta.' Vide ad I. 31. § 7. et ad IV. 57. § 6.

§ 3 Lupus, nocte portam ingressus, vigilem lanxaverat] Nocte non est in cod. Spirensi, nec est hic necessarium, quam sequatur, 'vigilem lanxaverat.' Rhenan. Nocte mordicus retinent contra exactorem Rhenanum libri omnes. Gebh. Servant itidem omnes mei. Verum an portæ nocte Capuæ non claudebantur, ut eas lupus intrare potuerit?

§ 4 Et ex decreto pontificum iterum novendiale sacrum] Quemadmodum superabundat prima particula et, ita ante novendiale deest adverbium inde, novam auspicans sententiam, ut sic deinceps legamus, et supplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum. Inde novendiale sacrum. Rhenan. Et ex decreto solus Ber. ut ex decreto Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. et ut ex decreto Hav. Sed particulam recte a Rhenano ejectam puto. Tò inde autem, quod ab eo insertum est, servant omnes mei, uno Ber. excepto, qui, ut solet, adhæret primis edd. Ceterum Rhenanus in notis nullam rationem vocis iterum habuit; id tamen potius negligentia factum esse, quam quod illam inductam voluerit, inde colligo, quia Froben. 1535. ad mentem ejus editionem suam emendans, inde iterum novendiale dederit. Et sane eam servant similiter omnes mei. Recte etiam Rhenan. distinctionem mutavit, et voces ex decreto pontificum ad verba præced. retulit. Non enim ad sequentia et novendiale instauratum pertinent. Ad suscipiendum enim novendiale sacrum non opus erat decreto pontificum; verum ex eo tempore, quo sub rege Tullo Hostilio in monte Albano lapidibus pluit, 'sollemne mansit, ut, quandoque idem prodigium nunciaretur, fe-

riæ per novem dies agerentur,' teste Liv. 1. 31. Hinc pluribus, et inter alia etiam hoc prodigio nunciato, 'ob cetera prodigia libros adire decemviri jussi; quod autem lapidibus pluisset, novemdiale sacrum indictum,' teste Liv. XXI. 62. Vide etiam ad XXXIV. 45. § 8.

§ 5 *Libertas religione mentes turbavit*] *Liberas* sine dubio legendum: ut sit sensus, id quod rursus nunciatum est, puerum natum, &c. turbavit mentes, sc. civium, jam liberas, id est, pristina religione solutas. *Sabell. Libertas* perperam etiam Harl. et Ber. Sabelliei emendationem, quam nullius cod. auctoritas firmat, receperunt Mogunt. Sed rectius ejus loco mox Aldus *Liberatas* substituit, quod sperest in reliquis codd. Mox *Frusinone* et *natum* deest in Flor. Voss. et Lov. 3. *Frusinone* in Cant. et Lov. 1. 2. et 5. *natum esse* in Lov. 2. 4. et 5. *natum* in Gaertn.

Ut Sinuessæ biennio ante] Supra hoc eodem libro c. 11. *Signon*.

Incertus, mas an femina esset, natus erat] Pal. 1. *masculus*. Pal. 2. *incertus, mas an femina, natus erat*. Gebh. *Incertus an mas* edd. principes: *incertus masculus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Ita XXXI. 12. 'In Sabinis incertus infans natus, masculus an femina esset.' Flor. autem et reliqui vulgatum servant. Eorum aut proprie primi cod. auctoritate id etiam præferam. Ita enim c. 11. 'Sinuessæ natum ambiguo inter marem ac feminam sexu infantem.' XXVIII. 11. 'Cære porcus biceps, et agnus mas idemque femina natus erat:' ubi eadem est lectionum in codd. varietas, ut et apud Gell. III. 10. ubi videndus est Jac. Gronov. Mox § seq. *immergerent*, pro *mergerent*, Ber. Gaertn. et edd. ante Froben. 1535.

§ 7 *Conditum ab Livio poeta carmen*] Livius Andronicus, *Livius* a Livio Salinatore, ut ait Eusebius, appellatus.

Signon. De hoc carmine Livii Andronici vide Festum in 'Scribæ.' *H. Vales*. Livius XXXI. 12. 'Carmen, sicut patrum memoria Livius, ita tum condidit P. Licinius Tegula.' *Duk*.

Tacta de cælo ædes] *Ædis* Flor. Voss. Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. Vide ad IV. 25. § 3.

§ 10 *Pure casteque a matronis sacrificatum*] *Pureque et caste*: nam sic habet liber vetus. *Rhenan. Pure casteque a matronis* Pal. 1. *pure castæque* Pal. 2. *pureque et caste matronis sacrificatum* Pal. 3. *Gebh. Pure casteque*, ut ante Rhenannum edebatur, Flor. Voss. Lov. quinque, Gaertn. et Hav. Et ita primus edidit Aldus, quin priores *pureque et caste* præferrent. Paulo ante *Inde demum Junonis ara facta*, pro *Inde donum pelvis aurea facta*, Hearnii L. 1. In § autem præc. in urbe Romana edidit primus Gronov. Omnes etiam mei *Romana*, vel *Romana*, ut antea existit, habent. Vide ad Epit. Liv. I. XLIX.

§ 12 *Carmen in Junonem Reginam canentes ibant*] Pal. 3. in *Junonem Reginam cantantes*. Gebh.

§ 14 *In foro pompa constitit, per manus reste data*] *Scriptissimus et per manus reste data*. *Rhenan.* Pall. 1. et 3. *in foro pompa consistens per manus reste data*. Vet. quoque ed. eliminat copulam *et*. Gebh. Grævius in Prolegom. tom. IV. Ant. Rom. cum hoc loco confert illud Ter. in Ad. IV. 7. 34. 'Tu inter eas restim ductans saltabis:' quod etiam Jac. Gronov. in Proleg. tom. VIII. Antiq. Græc. ex marmore Arundelliano XLIV. illustrat. Anna Fabri ad l. d. Terentii præfata, se non videre, cur in saltationibus adhibita fuerit restis, hanc vocem utroque loco interpretatur 'nexum manuum.' Sed nemo unquam manus nexas saltantium, ἀλλήλων ἐπὶ καρπῶ χειρας ἐχόντων, ut Hom. II. Σ. vs. 594. *restem* vocavit, et verba ipsa Livii interpretationem il-

lam repudiant. Nam 'per manus dari' ac 'tradi' dicuntur, quæ aliis alii in manum dat, porro alii tradenda. Cæsar B. G. vii. 25. 'Per manus sevi ac picis traditas glebas in ignem projiciebat.' Item B. G. viii. 15. Liv. xxix. 14. et Suet. Calig. c. 51. Quamquam hic 'restem per manus datam' ita accipio, ut omnes eam manu tenerent, quum prima caput restis secundæ, hæc tertiæ, atque ita porro alia aliis, usque ad ultimam tradidissent. Restem autem in saltationibus adhibitam fuisse, docent interpretes Horatii ad Ep. i. 10. 48. et Gronov. l. d. Adde Nannium Misc. iv. 22. et Brodæum Misc. i. 29. *Duk. Pompa consistens per manus* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *pompa constitit, per manus* Flor. Lov. 3. 4. Ber. et Gaertn. Deinde *recte data* Gaertn. et Hav. *recte datæ* Lov. 4. *recte data* Voss. *rete dato* Lov. 3.

Sonum vocis pulsu pedum modulantes] Id est, *λόγῳ καὶ ῥύθμῳ*, ut ait Aristoteles in Poëtica. *Sigon.* Mox *intercesserunt* perperam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. et Hav. Sed, præpositiones *in* et *inter* ac verba cum utraque composita passim commutari, docebimus ad xxxviii. 57. § 6.

§ 15 *Per Bourium forum*] *Per Bovarium* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Rec. et Hav. Vide ad xxxv. 40. § 8.

In clivum publicum] Scripsimus *in clivum Publicium*. Rhenan. Vet. lib. *clivum publicum*, ut xxx. 26. 'Annus insignis incendio ingenti, quo clivus publicus ad solum exustus est.' Et xxvi. 10. 'Quos cum ex arce Capitolioque clivo publico in equis decurrentes quidam vidissent.' *Sigon.* Non alii modo codd. sed præcipue *Put. in clivum Publicium*. Quod, quum a Rhenano correctum esset, mutavit Sigonius. Varro de L. L. i. iv. p. 38. 'Clivus Publicius ab ædilibus plebei Publiciis, qui eum publice ædificaverunt. Simili de causa Publicius vicus et Cosconius vicus, quod ab

heis viocureis dicuntur ædificati.' Festus: 'Publicius clivus appellatur, quem duo fratres L. et M. Publicii Malleoli ædiles curules, pecnariis condemnatis, ex pecunia, quam ceperant, munierunt, ut in Aventinum vehiculis Velia veniri posset.' ita enim scribendum, aut certe *vehicula Velia venire possent*. Eorundem Publiciorum fratrum ædiliam meminit Tacit. Ann. ii. 49. 'Ædem Floræ L. et M. Publiciis ædilibus constitutam.' Sic lib. xxx. cap. 26. optimus cod. una cum Regio, 'Incendio ingenti, quo clivus Publicius ad solum exustus est.' Neque aliter legi velim l. xxvi. cap. 10. 'Quos quum ex arce Capitolioque clivo publico in equis decurrentes quidam vidissent.' *Clivo*, inquam, *Publicio*, etsi omnes illic libri corrupti. *J. F. Gron.* *Publicium* etiam probat Grævius in Proleg. tom. iv. Antiq. Rom. *In clivum publicum* Lov. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii D. *in clivum Publicium* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Cant. Gaertn. et Hearnii L. 1. atque N. quod recte Gronov. verum esse docuit. Clivi Publicii et ædiliam Publiciorum, unde clivus dictus est, meminit etiam Ovid. Fast. v. 285. et seqq. Simili ratione Sneton. et Oros. corruptos esse, olim monuit Gulielm. Dnudas, qui nuper orbem eruditum nova Oribasii ed. denegerit est. Locus Suet. est in Galb. c. 19. 'Quum per publicum, dimota paganorum turba, equos ad egissent.' ubi *per Publicium* scribendum conjicit. Locus Orosii est v. 12. 'D. Brutus vir consularis a clivo publico cum ingenti certamine irruit.' ubi similiter *a clivo Publicio* emendabat: quemadmodum nuper Haverk. ex Mstis etiam edi jussit. Ceterum Donjatins et clivum publicum et clivum Publicium Romæ, sed diversa urbis parte, exstitisse credidit, aliisque persuadere conatus est. Sed vide quæ notavi ad xxvi. 10. § 6. in quem locum conjectura Gronov. hic

proposita, quam omnium codd. auctoritate destitutam putabat, trium optimorum Mstorum consensu firmari videmus.

CAP. XXXVIII. § 2 *Et minus juven-tutis erat, unde scriberent*] Respondent superioribus c. 36. 'Minor aliquanto numerus, quam qui ante bellum erat.' Pal. 2. *et minus inventum erat, unde scriberent milites.* Gebh.

§ 3 *Qui sacrosanctam vacationem dicebantur habere*] 'Sacrosanctum,' auctore Festo lib. xvii. 'dicitur illud, quod jurejurando interposito institutum est, ut, si quis violasset, morte pœnas penderet;' vel quod sine expiabili scelere violare nemini prorsus liceret. Sic Cato ait, ædiles sacrosanctos esse, sic tribunos sacrosanctos dixere auctoritate Dionys. Halic. lib. vi. p. 410. quod affirmarunt et Livius III. 55. et IX. 8. et 9. et Plinius VII. 44. et 'sacrosancta potestas' Livio XXI. 20. tribunicia appellata. Ita quoque jura sacrosancta appellavit Aristoph. in Nehul. et Cic. lib. III. Offic. urbis muri et ipsi sacrosancti dicti in l. fin. D. de Rer. Divis. ita ut, qui eos violasset, morte mulctaretur. In hunc sensum Cic. in Catil. I. II. c. 8. illius possessiones 'sacrosanctas' vocavit, hoc est inviolabiles, in hæc verba: 'In vastitate omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas?' et 'fœdus sacrosanctum' legimus apud Tacit. Ann. XII. Ita 'sacrosanctam ecclesiam,' quæ asyllum præbet, scribit Justinianus C. de Sacros. eccles. Et Cic. pro Dom. c. 41. 'sacrosanctam domum' appellavit, in qua tutum refugium esset omnibus, ut inde abripi non possent. 'Nihil' vero 'sacrosanctum esse posse, nisi quod per populum plebæ sancitum esset,' idem Cic. pro Corn. Balb. c. 14. docet. Itaque coloniarum maritimarum 'sacrosanctas' dixit Livius 'vacationes,' hoc est, quas, uti auctoritate populi Romani et juramento firmatas, nemini

violare liceret, ob idque nec inviti dare milites cogi possent. *M. Donatus.* Id est, jurejurando senatus æ populi confirmatam. Vide Festum in 'Sacrosanctum:' et Cic. pro Corn. Balb. capp. 14. et 15. De coloniis maritimis Higinus de Limitibus. Vide Livium XXXVI. 3. et omnino Servium Fuldensem in Æo. I. initio. *H. Vales.* *Vagationem* Flor. *vacationem* Voss. et Lov. I. Vide ad v. 8. § 2.

§ 4 *Alsensis, Antias, Anxuras*] *Taracinas.* *Signon.* Pal. 2. *Alienis.* Pal. 3. *Alsensis.* Deinde Pal. 1. *Sanxias,* pro *Antias.* Postea *Anfurnas,* pro *Anxuras,* Pal. 2. *Anurnas* Pal. 3. *Gebh.* *Put. Anxurnas.* Palatinorum alter *Anfurnas:* alter *Ausurnas.* Forte *Anxurnus.* Ut apud Statium Tiburtino Manlii a Tibure *Tiburnus.* J. F. Gron. *Ausuras* Voss. Lov. I. 2. 4. et Harl. *Auxutas* Lov. 3. *Ausurnas* Hearnii L. 1. *Anxurnas,* ut hic præfert *Put.* apud Gronovium, scribendum conjicit Cluver. Ital. Ant. III. 7. 1011. et 1012. laudans lapidem antiquum, in quo legitur COLON. ANXVRN. Forte is exstat apud Gruter. in corpore inscript. cv. 7. verum ibi editur ANXVRN. et in nupera ed. additur, Ligorium, omisso τῆ N, habere COLON. ANXVR. Minus recte autem Gronov. ut adstruat conjecturam *Anxurnus,* huc advocat ex Statii Silv. I. 3. 74. *Tiburnus.* Ea enim voce non indicatur incola urbis Tiburis, sed nomen est herois ac conditoris ejus urbis. Vide Cluver. Ital. Ant. III. 4. pagg. 959. et 964.

Ab supero mari Senensis] *Senensis* a Sena colonia, urbe ad Adriam, est, non a Senis Etruriæ. *Signon.*

§ 5 *Supra dies triginta non pernoctaturos se extra mœnia coloniae suæ*] Scripsimus *pernoctaturos se esse extra mœnia;* et paullo ante *et earum coloniarum,* pro *carumque coloniarum.* Rhen. Quid sibi hæc verba velint, fateor ingenue me non intelligere. Nam si pro colonia loquitur, quid addit, do-

nec hostis in Italia esset? Quamquam sunt qui putent, illis vacationem dari, ut non toto tempore adesse cogantur, sed triginta duntaxat diebus, quando hostis sit in Italia. At mihi hac declaratione non fit satis: iudicet lector. *Glar.* Vet. lib. non habent vocem *dies*, et pro *triginta* habent *quadraginta*, sensu multo præstantiore: juniores cujusque coloniarum ultra quadraginta non pernoctaturos extramœnia coloniarum suarum. Eadem sententia est xxxvi. 3. 'Neve uno tempore quinque senatores ab urbe Roma abessent.' *Sigon.* Vulgata lectio sustinetur a Pal. 2. in Pal. 1. vero tantum τὸ esse remotum est. Tertius denique supra dies triginta non pernoctaturos se esse, nisi extra mania coloniarum suarum. Panno ante libri omnes earumque coloniarum. *Gebh.* Verba hæc referenda sunt ad Ostienses et Antiates, qui soli vacationem habere iudicati sunt, verum hac lege, ne ultra triginta dies a patria abnoctarent, donec hostis in Italia foret; ut frequentia efficerent, ne facile urbs intercipi posset. Et ita etiam locum accipiendum vidit *Crevierius*. Ceterum *Rhenano* emendenti et earum coloniarum favet *Flor.* Plerique reliqui præscarum edd. lectionem defendunt. Omnes deinde servant supra triginta dies, omnes etiam expellunt τὸ esse a *Rhenano* additum.

Donec hostis in Italia esset] Pal. 1. donec hostes in Italia essent. *Gebh.* Similiter *Lov.* 1. 2. 3. 5. *Harl.* et *Hav.* Vide ad v. 50. § 2.

§ 7 *Ne emergeret ex Bruttis*] Vet. lib. *emergere*. *Sigon.* *Pall.* 2. 3. et vet. ed. *emergeret*. *Gebh.* Optimi et plerique meorum codd. faciunt cum *Sigonio*. Alteram enim lectionem tantum notavi in *Ber.* a m. pr. *Rec.* et *Gaertn.* Mox atque obviam ire fratri *Flor.* et *Lov.* 5.

§ 8 *Et tertio, cui Q. Claudius Tarenti præesset*] Tertii hujus exercitus *Livium* c. 35. non meminisse, ex *Pe-*

rizon. ad eum loc. § 12. dictum est. Ceterum tertioque, cui *Claudius Lov.* 5.

§ 10 *Ea omnia cum summa concordia consulum acta*] *Truncat* τὸ *Ea* Pal. 1. At Pal. 3. *Ea etiam cum summa concordia legit.* *Gebh.* τὸ *Ea* exsulat etiam a *Flor.* *Cant.* *Voss.* *Lov.* 1. 2. 3. 5. *Harl.* et *Hav.*

§ 11 *A P. Scipione Livio missa*] *Put.* *Men.* *auxilia ex Hispania quoque a P. Scip. M. Livio missa.* *J. F. Gron.* *A P. Cornelio Scipione* *Rec.* et *Hearnii* *D.* Tum *M. Livio* ejusdem *Hearnii* *L.* 1.

Et duo millia de legionibus militum, equitum mille octingentos] Sic restitui-mus: ad duo millia de legione mil., equitum mille oct. *Rhenan.* Vet. lib. ad duo millia. *Sigon.* *Rhenanus* ad duo millia de legione mil., equitum mille octingentos. Nusquam in nostris illud octingentos. Sed *Put.* et duo millia de legione militum, equitum mille mixtos. *Nec Pall.* tres aliter, nisi quod unus et *Voss.* equitum decem: quæ varietas ex notis numeri orta est, dum ∅ in X. migrat. *Scribe,* et duo millia de legione militum, equitum mille, mixtos *Numidas Hispanosque.* Habebat sane plus una legione *Scipio*: sed et uni legioni detracta ea duo millia potest intelligi, et legio in genere potest explicari de civibus Romanis delectu scriptis. Nam 'legionem' pro exercitu, delectu civium conscripto, dicit *Plautus Epidico* act. 1. 1. 55. 'Quia cotidie ipse ad me ab legione epistolas mittebat.' *Ibidemque* vs. 83. 'Is sibi nunc alteram ab legione abduxit animi causa.' Et *II.* 2. 22. 'A legione omnes remissi sunt domum Thebis.' *Mostell.* 1. 2. 48. 'Ad legionem quom intant, adminiculum iis danunt.' *Liv.* xli. 28. 'Ti. Sempronii Gracchi consulis imperio legio exercitusque populi Romani Sardiniam subegit.' *J. F. Gron.* *Et duo millia de legione militum* *Flor.* *Lov.* 2. 3. 4. 5. *Harl.* *Gaertn.* *Hav.* et *Hear-*

nii L. 1. ac N. quod recte Gronov. recepit; Crevier. vero *duo millia militum de legione* exponit, 'duo millia militum legionariorum.' Deinde *equitumque mille octingentos* edd. principes, et cod. Ber. qui solus meorum illud *octingentos* servat. Eam vocem neque in D. suo reperiri Hearne testatur: *equitum X. mixtos Numidas* Flor. Sed, notas ∞ et X. a librariis confundi, videbimus ad xxxiii. 14. § 5. Vide etiam mox ad § seq. *Equitum decem mixtos Numidas* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. *equitum d. mixtos Numidas* Hav. *equitum mille mixtos Numidas* Hearnii N. Neque aliter Lov. 3. nisi quod vocem *equitum* omittat: *equitum mille decem mixtos Numidas*, duplici lectione juncta, Gaertn. Et ita fere Lov. 5. *equitumque m. et x. mixtos Numidas* exhibens. Ceterum quum Rhenanus ita emendasset, ut adnotatio ejus hic præfert, Froben. tamen a. 1535. ejus emendationem in contextum recepturus, et ipse erravit, et secutos editores ad unum omnes in errorem pellexit; nam, *τδ et*, cui Rhenanus *ad* substituebat, servans, et præpositionem illam loco alio contra mentem Rhenani inserens, vulgavit *et duo millia de legione militum, equitum ad mille octingentos*: ex qua lectione duas voces *ad* et *octingentos*, optimos codd. secutus, recidi.

§ 12 *M. Lucretium has copias navibus adduxisse*] Scripsimus *advexisse*. Rhenan. Omnes *M. Lucretium has copias navibus adduxisse*; non *advexisse*, ut Rhenanus: quamquam scio hæc duo verba calamis librariorum sæpe confundi. *J. F. Gron.* Lucretii prænomen *M.* deest in Flor. ejus loco inde præferunt Voss. et Lov. 1. Vide ad iv. 52. § 4. Deinde *advexisse* Lov. 5. Reliqui omnes *adduxisse*. Solent autem hæc verba passim commutari. Vide ad ii. 47. § 3. iv. 12. § 9. viii. 22. § 6. ix. 32. § 2. x. 42. § 13. xxviii. 36. § 3. xxxii. 2. § 1. xxxvii. 29. § 2.

Adde *J. F. Gronov.* ad Liv. xlii. 26. § 10. Broekh. ad Propert. iv. 1. 40. Burm. ad Suet. Instr. Gramm. c. 20. et Cort. ad Sall. Jug. c. 86. § 4.

Ad quatuor millia ex Sicilia C. Manilium] *Optimi funditorumque ad ∞ ∞ ex Sicilia C. Manilium misisse.* *J. F. Gron.* Eodem plures meorum, et Hearnii adludunt. Nam *ad XXX. millia ex Sicilia* Hearnii L. 1. *ad XXX. ex Sicilia* Flor. Voss. Lov. 1. 5. Harl. Hav. et Hearnii N. ac D. ut iterum ∞ et X a librariis commutata fuerint, de quo ad § præc. monitum est. *Insuper C. Manilium* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. Vide ad c. 35. § 1.

CAP. xxxix. § 1 *Literæ ex Gallia missæ ab L. Porcio prætore*] Omnes Gall. *literæ ex Gallia allatæ a L.* Cur mutarunt? veriti nempe, ne ipse prætor attulisse eas crederetur. *J. F. Gron.* Ita etiam cum Hearnii L. 1. et N. ex meis Flor. omnesque alii, præter Ber. Rec. et Gaertn. qui *missæ* servant. *Literæ a L. Porcio* sunt literæ L. Porcii. Supra ii. 5. 'His literas ab Tarquiniiis reddunt.' Cic. ad Fam. vii. 5. 'Literæ mihi dantur a te.' Ad Att. vii. 24. 'Ecce postridie Cassio literæ Capua a Lucretio familiaribus ejus.'

§ 2 *Conjuncturaque se transgresso*] Reciditur in libris omnibus *τδ que*. Gebh. Omnes iidem cum Pall. *octo millia Ligurum conscripta armatuque conjunctura se transgresso in Italiam esse*, recisa altera copulativa. *J. F. Gron.* Copulativam illam ex meis soli agnoscunt Ber. et Gaertn. Eandem etiam repudiant omnes Hearnii Oxonn.

§ 3 *Ut uterque hostem in sua provincia contineret, neque conjungi, aut conferre*] Pal. 1. *utrique hostem in suam provinciam continerent, ut neque conjungi.* Pal. 2. *ut uterque consul cons. hostem in sua provincia continerent: neque conjungi, aut conferri in unum vires puterent.* Gebh. *Eaque mente*

utrique consules hostem in suam provinciam continuerunt, ut neque conjungi, neque conferri in unum, vires paterentur Voss. Lov. 1. et Hav. a quibus parum differunt edd. vett. *eaque mente, utrique ut hostem in suam provinciam continuerent, ut neque conjungi, neque conferre in unum, vires paterentur* Lov. 2. Reliqui alterutri lectioni accedunt, in paucis apicibus dissentientes. Solum Flor. vulgatum, cujus Aldus auctor est, tuetur, nisi quod dederit *ea mente utrique hostem*: ubi tō ut interceptum est a vocis seq. iuitio. Panllo ante in provincias exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav.

§ 5 Tum facilem maturumque transitum] *Facilem citumque* Hafu. Hav. et Hearnii L. 1. quod ex alterius glossa receptum est: *facilem artumque* Voss. et Lov. 1. *facilem ratumque* Lov. 2. *facilem in atrumque* Lov. 5.

§ 6 *Deincepsque alia Gallicae atque Alpinae gentes*] Vocabulum *aliae* non est in volumine scripto, nec est necessarium. *Rhenan.* Ita Pal. 1. et vet. ed. Pal. 2. vero *deincepsque Gallici atque Cisalpinae gentes*. Pal. 3. quoque spernit tō *aliae*. Gebh. *Rhenanus*, auctore libro suo, delet tō *aliae*: neque est illud in quibusdam nostris. Si virtutem particulæ noris, superfluum potius, quam necessarium, videbitur. Cic. ad Fam. II. 18. 'Quos video deinceps tribunos plebis per triennium fore.' Cæsar de Gall. III. 29. 'Reliquis deinceps diebus Cæsar silvas cadere instituit.' Noster XLV. 14. 'Trium regum bellis deinceps omnibus functum officiis.' *J. F. Gron.* Etsi hic abesse posset *aliae*, tamen hæc recte conjungi possunt. Cæsar B. G. VII. 3. 'Hunc alii deinceps excipiunt, et proximis tradunt.' *Duk.* Tō *aliae* ex meis expellunt Lov. 2. et 4. quibus potius ut fidem habeamus, quam tot aliis primi ordinis codd. qui vocem constanter retinent, æquum non videtur: præsertim quum *deinceps* et *alii* interdum

Delph. et Var. Clas.

apud optimos scriptores jungantur. Supra v. 37. 'Accedente fama nunciisque Clusinorum, deinceps inde aliorum populorum.' Cæs. B. Civ. I. 25. 'His perfectis conlocatisque, alias deinceps pari magnitudinis rates jungebat.' Neque video, quid obstat, cur, cognita virtute particulæ *deinceps*, sequens vox *aliae* servari non posset. Ea notat ordine, serie, ut vidimus ad II. 47. § 11. Puto recte dici posse Arverni, qui erant Galliæ populus, et postea ordine *aliae* gentes Gallorum eum receperunt: immo potius vox illa videtur necessaria. *Deinceps aliae*, copula omissa, Harl. et Ber. Voces *Gallicae atque Alpinae* ignorat Hearnii L. 1. *Gallicae Alpinae* legit Ber.

§ 7 *Et quum per munita pleraque transitu fratris, quæ antea invia fuerant, ducebat*] *Munita* intelligo pervia facta. Cæterum mirum, quo pacto Livio in mentem venerit, ut itinera per Alpes ante Hannibalis transitum invia scrihat, cum tamen I. v. capp. 34. et 35. Gallos sæpe transisse Alpes fateatur, etiamsi eos, qui adversus Clusinos arma moverunt, ac Romam postea delevere, neget primos fuisse, qui in Italiam Gallorum profecti sint. De Gallorum antiquiore in Italiam transitu, multi ante et post Livium eximii meminere auctores. Plinius XII. I. C. Cæsar lib. VI. ubi de Volcis Tectosagibus. Strabo quoque lib. IV. ut non fuerit opus, unum in hac re sequi Polybium. *Glur.* *Et tum per munita pleraque* Voss. Vide ad VI. 23. § 3. Præterea *ducebant*, et mox *transibant*, Voss. Lov. 2. 5. Gaertn. et Hav. *ducebant* etiam Lov. 1. 3. 4. *transibant* Flor. Harl. Ber. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. quasi nempe referendum foret ad Arvernos aliasque gentes, quæ, Hasdrubalem secutæ, ei viæ duces extiterunt, ac deduxerunt per loca quæ Hannibal olim transierat. Verum scribis fraudi fuisse videtur,

Livius.

28 Z

quod non intelligerent, *ducere* hic simpliciter ac sine casu poni, pro *ducere* exercitum, copias. Vide ad I. 23. § 5. Insuper, trajectis vocibus, *jam transibant hominum ingenia* Flor. Vocula *jam* deest in Lov. 3.

§ 8 *Inusitati namque antea alienigenis*] Dico Livium scripsisse *Inusitati namque antea*. Restituendum id verbi in Plauti Pseudolo II. 4. 37. 'Atque eum, qui non hic visitatus sæpe sit.' Utitur et alias Plautus, ut in Curcul. II. 3. 63. 'Quid leonem Cappadocem? annuo visitasse.' Livius iterum IV. 33. 'Nova erupit acies inaudita ante id tempus, invisitataque.' Et v. 17. 'Gentem invisitatum, accolas Gallos esse:' ita enim utrobique meus codex contra vulgatos. Lipsius, Ep. Quæst. II. 26. Quod monnit Lipsius, *Inusitati namque antea alienigenis*, clare habet Put. et optimi. J. F. Gron. Omnes mei hic vulgatum servant: sed, *Inusitati* se in Reg. invenisse, auctor est Doujat. de qua voce plura vide ad v. 35. § 4. Mox *insociales* Lov. 1. 2. 3. Ber. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. pro quo Froben. 1535. edidit *insociabiles*, reliquis probantibus. Infra XXXVII. 1. 'Non ut hostibus modo, sed tamquam indomitæ et insociabili genti, succensebant.'

§ 9 *Quo duodecimum annum Italia urebatur*] Penultima vox non est in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. Tum *utebatur* legit Lov. 2. *versabatur* Hav. scribarum errore. Vide ad c. 29. § 9. Mox *duas tantum prævalidas urbes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. *duas tantum pervalidas urbes* Harl. Male. Infra XL. 47. 'Ad prævalidam aliam urbem pervenit.' Et ita 'prævalidus' de homine III. 43. 'Quum se prævalidus, pari viribus animo, circumventus tutaretur:' 'prævalidus juvenis' VII. 5. 'prævalens populus' de Romanis in Præf. Deinde *de imperio et de opibus* Lov. 3. quod si plures codd. probarent, Livianum

esse putarem. Vide ad VI. 28. § 6. Postea § seq. *aperuerunt* Lov. 5. Ber. Gaertn. et edd. principes.

§ 12 *Et nobilitas coloniarum induxerunt cum*] Libri omnes *induxerat*. Gebh. Illud *induxerunt* σφάλμα est operarum in edd. Modii, ac prioribus Gruteri, quod in ultima emendatur.

Terrorem ceteris injecturum] Put. et omnes Gall. Vossianusque *magnum se excidio ejus urbis terrorem cæteris ratum injecturum*. J. F. Gron. Vocem *ratum* omnes etiam edd. servarunt usque ad Froben. 1535. quæ prima eam omisit, et ex codd. meis tantum adsecras habet Lov. 3. Ber. a m. sec. et Hav. Ceterum hic iterum *excidio* contra omnium codd. fidem Clericus recepit. Vide ad v. 15. § 9.

§ 13 *Non ipsum solum ea obpugnatio impediit*] Hunc locum sic restituimus: *Non ipse se solum ea oppugnatione impediit*. Rhenan. Libri omnes *Non ipsum solum ea oppugnatio impedit*, vel *impediit*. Gebh. *Non ipse se solum ea oppugnatione impediit* in ed. Rom. principe Aler. Hearnius invenit, eique adsentiri fatetur L. 1. nisi quod *Nec*, pro *Non* legat. *Nec se ipsum solum ea oppugnatione impedit* Lov. 4. Reliqui fere servant lectionem a Rhenano rejectam, nisi quod *Non eum solum illa oppugnatio habeat* Lov. 5. Rhenani lectio servata est a reliquis editoribus usque ad Gronov. qui priorem repetiit. Et ea etiam verior videtur ob codicum auctoritatem.

CAP. XL. § 1 *Velut in duo pariter bella*] Pall. 2. ac 3. *velut in duo pariter descenderent bella*. Gebh. Vox *bella* deest in Voss. Lov. 1. 2. Ber. a m. sec. et Hav.

§ 2 *Sinul quum illa angeret cura*] *Augeret* facili lapsu Voss. Harl. Hafn. Gaertn. et Hav. Vide ad x. 14. § 9. *Attingeret* Lov. 5.

Ut eodem tempore utrobique respublica prospere gereretur] Pal. 3. *utrum ubique respublica gereretur*. Gebh. Vocula initialis abest a Flor. Cant. Voss. Lov.

1. 2. 4. Harl. et Hav. Deinde *utrobique* probum est. Vide Gronov. ad xxxiii. 15. § 13. Præterea trajectis literis *regeretur* Voss. Lov. 3. Gaertn. et Hav. Sæpius has voces commutarunt librarii. Vide ad iii. 11. § 4. vi. 41. § 5. vii. 6. § 2. c. 33. § 3. ix. 29. § 8. xxxii. 7. § 2. xxxv. 11. § 10. xxxvi. 7. § 10. xxxvii. 49. § 5. xxxix. 1. § 1. Adde Fabric. et Mann. ad Cic. de Off. ii. 1. Nic. Heins. ad Claud. de Laud. Stil. i. 82. Burm. ad Val. Flacc. ii. 396. ad Suet. Tib. c. 21. ad Virg. Æn. i. 340. Cort. ad Sall. Jug. cap. 58. et quæ notavi ad Silii v. 242. De locutione ‘gerere rempublicam’ vide ad ii. 64. § 5.

Adversa secundis pensando] Pal. 1. *adhuc adversa secundis pensando* (ad marginem Pænoruni) *ad id tempus extracta esse*. Supra xxvi. 37. ‘Transmarinæ quoque res quadam vice pensatæ.’ *Gebh.* Auctiores una voce optimi *adhuc adversa secundis pensando*. J. F. Gron. Similiter legunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

§ 3 *Ad Trasymenum et Cannas præcipitasset Romana republica*] Vet. lib. *præcipitasset republica*. Sigon. Pnt. Reg. Men. unus Pal. *ad Trasymenum et Cannas præcipitasset Romana res*. Alii duo Pall. Voss. *Romanas res*. J. F. Gron. *Et ad Cannas* Voss. repetita præpositione, quod Livio sollemne est. Infra c. 41. ‘Contracto exercitu, quem in hibernis aut in præsiidiis agri Bruttii habnerat.’ Vide ad vi. 28. § 6. Unius tamen fide ita Livium etiam hic dedisse, adfirmare non audeo. Tum *Romanas res* Lov. 1. 2. Harl. et Hav. cum Hearnii N. *Romana res* Flor. Cant. Lov. 3. 5. et Hearnii L. 1. ac D. Locutionem ‘Romana res’ illustravimus ad ii. 9. § 5. Solent autem ‘res’ et ‘republica’ commutari. Vide ad iii. 51. § 2. et viii. 31. § 2. Etiam ‘Romana res’ et ‘republica.’ Talia exempla habebimus ad xxx. 2. § 7. Mox pro-

lapsam deest in Lov. 5. *prolapsam ante exexisse* Ber. et antiquissimæ edd. *prolapsam eam exisse* Lov. 1. *prolapsam eam exiisse* Gaertn. *prolapsam eam egisse* Lov. 2.

§ 4 *Delesset, secunda in Italia Siciliaque gesta quassatam rempublicam excepisse*] Vet. lib. *multa secunda in Italia*. Sigon. Omnes Gall. Voss. duoque Pall. cum Sigoniano *delesset multa secunda*. Omnes immo et edd. priscae, quas commemorare soleo, usque ad Gryphium, qui primus omittit. Sed quis credat Livium scripsisse *multa secunda gesta*? Tu vero lege, *duos exercitus ex parte delesset multa, secunda in Italia Siciliaque res conquassatam rempublicam excepisse*. Quæsitæ videtur elegantia *ex parte multa*. Sic et xxxi. 1. Cicero in Vatini. c. 8. ‘Neque labefactatam rempublicam, neque conquassatam civitatem.’ Fam. Ep. iv. 5. ‘Omnes provinciæ conquassatæ sunt.’ J. F. Gron. *Multa secunda in Italia gesta* non magis inelegans esse videtur, quam si dicas ‘multas res secundas gestas,’ quod non temere quemquam fastiditurum puto: *conquassatam* omnino probari debet, si ex Mss. est, alioqui etiam ‘quassatam rempublicam’ dicit Cic. pro Sextio c. 34. et pro Marc. c. 8. ‘Conculcari miseram Italiam videbis et quati.’ Idem ad Att. viii. 2. *Dak.* *Multa* primum omisit Froben. 1535. et hinc reliqui plures ante Gryph. quæ vox etiam deest in Hearnii D. At omnes mei una cum Hearnii L. 1. et N. eam agnoscunt. In reliquis verbis *quas si saturem*, pro *quassatam remp.* Flor. Ceteri codd. nihil mutant. Gronov. in pr. ed. nott. coniecit *multa secunde in Italia Siciliaque gesta*: cui conjecturæ aliam nunc in sec. ed. subposuit. Verum si tria illa *multa secunda gesta* Gronov. juncta displicent, minori innovatione legere potuisset, mutata tantum distinctione, *ex parte delesset multa, secunda, &c.* vel etiam *ex parte delesset, multa secunda,*

in Italia Siciliaque gesta, quassatam, &c. Invitis libris Livio obrundi *res quassatam rempublicam*, probare nequeo. Doujatius malebat *delessent*, multas secundas in Italia Siciliaque res conquassatam, &c.

§ 6 *Duos celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romanam*] Gebhardus ad VII. 40. § 9. ex Pall. legit *duos celeberrimi nominis duces*. Et ita Jac. Gronov. edidit. Verum Clericus, qui se ad J. F. Gronovii mentem quam accuratestissime Livium editurum promisit, hic fidem præstitit, et *duos* reduxit, quem etiam secutus est Crevier. At *duo* ex meis firmant Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. quare id iterum revocavi. Vide etiam ad xxxv. 21. § 5. Præterea idem Jac. Gronov. *urbem Romanam*, pro *Roman*, primus vulgavit, consentientibus omnibus meis. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. Verum hic Clericus eum, deserto nunc patre Gronovio, secutus est. Adeo sibi non constabat!

§ 8 *Plenum adhuc ira in cives*] Vestustus liber habet *iræ*; nec refert. *Rhenan*. Omnes Gall. et Pall. *plenum adhuc iræ in cives*, vel *ire*. J. F. Gron. Ita cum Hearnii N. et L. legunt quoque Flor. et Cant. Reliqui vulgatum *ira* servant. Observat autem Quinctil. Instit. Orat. IX. 3. in princ. omnes veteres, et Cic. præcipue, *plenum vini*, non *vino*, dixisse: ad quem tamen locum Burm. notat, Rivium ad Sall. Jug. c. 38. docere, non semper Cic. hoc observasse. Livius etiam utroque modo locutus est. Cum genitivo junxit, præterquam locis ad III. 25. § 6. laudatis, etiam XXI. 44. lib. XXII. capp. 41. et 50. XXIV. 41. XXV. 33. lib. XXVI. capp. 21. et 46. XXVIII. 14. XXIX. 6. XXXII. 7. XXXV. 2. XXXVIII. 21. XXXIX. 27. XL. 14. XLI. 16. XLV. 10. aliisque. Altera constructione utitur I. 25. 'Pleni adhortantium vocibus.' v. 21. 'Cuniculus militibus plenus.' VII. 28. 'Plena

religione civitas.' XXVI. 7. 'Literæ adhortatione plenæ.' c. 42. 'Urbem bellico adparatu plenam.' XXXVIII. 15. 'Urbem plenam rerum omnium copia.' cap. 58. 'Orationem plenam veris decoribus.' XLI. 28. 'Exercitum plenissimum præda domum reportavit.' Utrumque casum simul junxit v. 11. 'Plenum vulnerum ac pavore exercitum:' ubi vide. Hic vero potius meliores, quam plures, codd. sequor.

Priusquam genus hostium nosset] Hoc ad rem magis pertinet, quod habet vetustus liber *cognosset*. *Rhen*. *Nosset* servant Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *noscet* Hav. et Lov. 3. a m. pr. *nosceret* a m. sec. cum Hearnii L. 1. *cognosceret* Lov. 4. *cognovisset* Flor. Rhenani lectionem probandam puto. Vide ad XXI. 3. § 2. *Mox ut primum Hearnii L. 1. Voculam ubi non agnoscit Lov. 1.*

§ 9 *Aut ex civibus victis gaudium, meritum certe, etsi non honestum, capiam*] Pall. 2. et 3. *aut ex civibus victis gaudium certe, etsi non honestum, capiam*. Propert. II. 8. 'Sed non effugies; mecum moriaris, oportet: Hoc eodem ferro stillet uterque error. Quamvis ista mihi mors est inhonesta futura, Mors inhonesta quidem; tu moriere tamen.' *Gebh*.

§ 10 *In provinciam veniret*] Vetus liber *in provinciam perveniret*: quam lectionem et nos recipimus. *Rhenan*. Pall. 1. 2. et antiq. ed. *veniret*. *Gebh*. *Veniret* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *Mox agri Laritanis*, transpositis literis, Flor. *Laritani* Hav. *Jaritani* Lov. 2. Voss. *Saritani* Lov. 1.

Hannibalem cum expeditis cohortibus adortus] Pall. 2. ac 3. *Annibalem expeditis cohortibus adortus*. *Gebhard*. Præpositio etiam deest in Flor. Idem de Put. notavit Crevier. Vide ad III. 14. § 4. Codicum auctoritas fere persuadet, ut eam lectionem veram existimem.

§ 11 *Ad quatuor millia hominum occidit*] *Ad triginta millia* Flor. Voss. Lov. 4. et Hearnii L. 1. In quam lectionem si et Put. consentiret, errorem ex notis ortum, et *ad ∞ ∞ ∞ hominum* scriptum fuisse crederem. Vide ad xxxiii. 14. § 15. *Ad duo millia et triginta* Hav. *ad XIII. millia* Lov. 2. *Tum cecidit* Hav. Vide ad xxxvi. 36. § 6. *Mox Q. Cl. Nero* Ber. a m. sec. *Q. Fabius* Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum.

§ 13 *Obvius ad Venusiam fit consuli Claudio*] Pal. 1. *fuit*. Pall. 2. ac 3. *obviam ad Venusiam fit consuli*. Gebh. *Obviam* Rec. et Lov. 4. a m. pr. Vide ad xxvi. 25. § 15. *Deinde fuit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. At solent hæ voces a libris commutari. Vide ad xl. 15. § 2.

§ 14 *Ex utroque exercitu electa peditem quadraginta millia, duo millia et quingenti equites*] Pall. 2. et 3. *lecta*. Iterum Pal. 2. *quibus consul adversus Annibalem gereret bellum*. Gebh. *Lecta* Lov. 4. Rec. et Harl. *exercitu electo* Flor. De quo errore vide ad vi. 3. § 8. *Electi* Lov. 1. 2. Voss. et Hav. quod probari posset, si alii codd. confirmarent. Vide ad xxxvii. 39. § 12. *Tum peditem quadr. millia et equites, quibus, reliquis omissis*, Voss. Lov. 1. et Hearnii D. Similiter et Harl. nisi quod insuper desit τὸ et, et omnium, quæ omittuntur, loco lacuna vacua relinquatur: *peditem undecim millia et equites, quibus* Hearnii L. 1. Verum, quum per notas XL. millia scriptum fuisset, ejus loco perperam scriba dedit XI. millia. Etiam aliis locis hi numeri commutantur. Vide ad xxxix. 20. § 7. *Peditem IIII. millia, duo et D. equites, quibus* Gaertn. et Hearnii N. Contrario errore *quinquaginta*, pro *quinque*, datum censet Jac. Gronov. ad xxxvi. 43. § 13. *Peditem quadraginta millia, equites duo et quingenti, quibus* Lov. 3. *peditem quadraginta duo millia, mille et quingenti equites* Lov. 5. *Mox τὸ res deest* in Flor. Voss. et

Lov. 1. 2. *bellum gereret* legit Hav. quod est ex glossa: *rem gereret* Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. omnes usque ad ultimam Gruteri, quæ dedit *res gereret*. Ea tamen lectio, quam recentiores omnes servarunt, quum in nullo mihi cod. obviam fuerit, priorem revocandam censui.

CAP. XLI. § 2 *Et mille fere et quingentos passus castra ab hoste locat*] Hoc versu *mille et quingentos* ait *passus*: proximo autem statimque sequente 'quingentos' ait 'passus' fuisse 'inter castra Punica ac Romana,' cum interim tamen non meminerit, propius accessisse quenquam. Suspicio codicum esse errorem. Glar. Pal. 1. *et decem fere et quingentos passus locat ab hoste*. Nam sequitur 'quingenti passus erant inter castra Punica et Romana:' ubi tamen Pall. tres *IO. passus intererant castra Punica*. Gebh. *Et X. fere et quingentos* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. confusis iterum notis X. et ∞. Vide ad xxxiii. 14. § 5. *Deinde locat ab hoste* Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Voces *ab hoste* desunt in Lov. 1. Recte autem vidit Glarean. inter hæc et § sequentis verba non convenire, ac codicum errorem esse suspicatur. Verum error non in his, sed in verbis seqq. latet, ut viri docti monuerunt.

§ 3 *Grumentum manibus prope junctum*] Put. Reg. Men. *injunctum*, ut præcepimus monere ad iv. 9. *J. F. Gron.* Similiter omnes mei, uno Lov. 3. excepto, qui facit cum vulgatis: *injunctum* etiam ex optimo Pal. legit Gebh. ad xxii. 20. § 5. *Agrigenti*, et § 1. *Agrigentum* legit Hearnii L. 1. *Adrumentum*, pro *ad Grumentum*, eodem loco Lov. 4.

Quingenti passus erant inter castra Punica et Romana. Interjacebat campus] *Omnis Gallicorum et Palatinorum manus cum Vossiano quingenti passus intererant castra Punica ac Romana*. Sic etiam Andreas et omnes usque ad Ascensium: hujus a mar-

gine acceptum Magontiaci primum, tum Aldus, reliqui expresserunt alterum. Aliquid latet. Neque satis consentiunt castra Romana mille quingentos passus ab hoste locata, et quingentos tantum passus interfuisse inter castra Punica ac Romana. Scribe, *Grumentī mēnibus prope injunctum videbatur Pænorum vallum. Quingenti passus intererant.* Prius accipe ex opinione Romanorum, hostis castra contemplantium: posterius id quod revera erat. Sequitur 'castra Punica ac Romana inter jacebat campus.' J. F. Gron. *Quingenti passus intererant* etiam omnes mei, ut et Hearnii Oxonn. Emendationem Gronovii recte recepit Crevier. Ita satisfactum jam est difficultati, ad quam Glareanus § 2. obhæserat.

§ 4 *Quod nihil silvæ neque ad insidias latebrarum habebant*] Pal. 2. *latebrosum.* Gebh. Cogitabam quod nihil neque silvæ neque ad ins. latebr. habebant. Mnretus, quod nihil silvæ, nihil ad ins. latebr. habebant. J. F. Gron. Mihi non apparet ratio, cur recepta scriptura viris doctissimis suspecta fuerit. Sallust. Cat. cap. 12. 'Nihil pensi neque moderati habere: nbi plura ex eodem Jng. capp. 41. et 53. observavit Rivinus. Adde Jugurth. capp. 68. et 88. Cic. Parad. 1. cap. 4. 'Quo' (animo) 'nihil est præstantius, neque divinius.' Duker. Si codd. addicerent, Gronovii conjectura non displiceret. Vide ad iv. 7. § 5. Nunc tamen recte viri docti, et cum his Doujatius, vulgatum tuentur. Scripti enim nihil mutant, nisi quod neque ad insidias atque latebrarum sit in Lov. 5. neque ad insidias latebrosum in Gaertn. et Rec. Sæpe autem nec, neque, similesque particulae post præcedentem negationem pro simplici particula vel copulante vel disjungente ponuntur. Supra 11. 30. 'Nihil ex ea familia triste nec superbum metuebant.' iv. 60. 'Tribuni plebis negare, tam id lætum Patribus universis, nec pros-

perum fore, quam ipsi crederent.' Paulo ante *neutri suspecti*, pro *neutris*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hav. et edd. ante Froben. a. 1535. Videri potest in his libris sibilans litera in fine vocis intercisisse ob primam sequentis. Vide ad xxxvii. 29. § 5. potest tamen et in aliis perperam addita esse. Vide ad xxviii. 25. § 2. Utraque enim lectio commode ferri potest.

§ 5 *Certamina haud satis digna dictu serebant*] Pal. 3. *digna serebant*, excluso *dictu*. Gebh. Ita et Ber. Præterea mox *appetebat*, pro *apparebat*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Gaertn. Vide ad xxxvii. 32. § 14.

Hannibal, inde evadere cupiens] Non est in Put. Reg. Men. Voss. τδ *evadere*, quod sensus tamen necessarium reddere videtur. Put. *Annibale inde cupiens*. Alii tres *Annibalem inde cupiens*. An simpliciter *Annibal evadere cupiens?* vel *eludere?* J. F. Gron. Illud *evadere* etiam deest in Flor. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. Cum ea voce etiam vox *Hannibal* exsulat ab Hearnii L. 1. *pateretur Annibale inde cupiens* Flor. a m. pr. *ne abire hostem pateretur Hannibalem: id cupiens* Lov. 2. *ne abire hostem pateretur Hannibalem: ille id cupiens* Hav. *ne abire hostem pateretur Hannibalem, inde cupiens*, &c. Colbert. quod Doujatius, vulgatum menti auctoris repugnare existimans, exponit: ea de causa, ne abire seu evadere Hannibal posset, Nero cupiens, &c. Verum quid notabit *cupiens?* Immo sequentia et præcedentia docent, non consulem, sed potius Hannibalem, totis viribus in aciem descendisse. Optimos itaque codd. hic suos manes passos esse, ac vulgatum servandum, existimo.

§ 6 *Quinque cohortes, additis quinque manipulis*] Pall. omnes *quinque cohortibus additis quinque manipulis*. Gebh. [Vide Lectt. Var.] *Cohortibus* etiam Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et edd.

ante Froben. 1535. quam lectionem Jac. Perizon. in dissert. de duobus maxime insignibus Flori locis § 11. ex errore librorum ortam putat, qui pro *cohortis*, id est *cohortes*, scripserunt *cohortibus* more solito. De hoc eorum lapsu vide ad xxii. 8. § 8. Id verum puto, vel etiam librariorum ita dedisse, quod verbum 'jubere' hunc casum exigere arbitrarentur. Vide ad c. 24. § 6.

In aversis vallibus considerare] *Adversis vallibus* Lov. 4. Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldm: *adversis collibus* Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. *aversis collibus* Flor. Voss. et Branc. Latini. 'Aversus' et 'adversus' passim in Mss. confundi, dictum est ad ii. 31. § 6. Sed nihil mutandum. 'Aversæ valles' respectu jugi seu collium, id est, quæ post colles jacebant. Supra ii. 31. 'Relictis castris, quæ munitissimis tenuerant locis, in aversas valles desiluerè:' ubi vide Gronov.

§ 7 *T. Claudium Asellum*] Vet. lib. *Ti. Claudium Asellum*. Sigon. *C. Claudium* Hav. et Hearnii L. 1. *Ti. Claudium* Flor. aliique meorum. Vide iterum Sigon. ad xxix. 11. § 13. Paulo ante *exsurgendi tempus* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1535. Deinde *adgredi* Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Mogunt. quæ prima adoptavit *adgrediendi*. Verum 'tempus adgredi' probari potest. Id inlustravi ad iii. 4. § 9. Neque constructionis mutatio 'tempus exsurgendi et adgredi' displicere debet. Ita enim fere vi. 24. 'Non castigando, sed ab imperio totus ad preces versus orare singulos universosque.' Omni ratione id ubique egisse Livium, ut orationem quavis varietate distinguat, sæpius antea dictum est. Si quis tamen vulgatum præstare contendat, non adversabor. Mox verbis seqq. *A. Claudium propratorem docet* Hearnii L. 1. Sed *præfectum*

sociorum, pro *sociûm*, Lov. 5. Male. Vide ad xxi. 17. § 2.

§ 8 *Ipsæ luce prima copias omnes perditum equitumque in aciem eduxit*] Pall. 2. et 3. *in aciem duxit*: ut c. 44. Pall. *Romanis in aciem copiis ductis*. Gebh. [Vide Lectt. Var.] Non credo Livium dixisse *ipsus luce prima*. Sed *ipsis*, quod habet cod. Put. errori librarii adscribo, qui distinxit ac legit *cum iis mittebat ipsis. Luce prima*. Refero itaque ad illam mendæ speciem, de qua vide ad vi. 3. § 8. Præterea *in aciem duxit* Lov. 4. Sed quum *aciē* forte scriptum foret, ultima ejus vocis litera primam sequentis elisit. Ita *certamē dedit*, pro *edit*, habuimus xxi. 43. § 11. Quin etiam alibi sæpe 'ducere' et 'educere' commutantur. Vide ad xl. 25. § 10. De locutione 'educere in aciem' vide ad iii. 62. § 5.

§ 10 *Incompositos toto passim campo se fudisse*] Pal. 3. *incompositos toto passim campo effulsisse*. Pall. 1. et 2. *toto passim se campo fudisse*. Gebh. *Se campo fudisse* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum omnibus edd. ante Froben. 1535. Paulo ante § præc. *videt*, pro *videt*, Lov. 4. et Rec. Tum *possit*, pro *possit*, Ber. et edd. Aldina priores.

Ut sterni obterique, priusquam instruantur, possint] Vetus scriptura sic habet, *ut sterni operique*. Pro hoc posteriori castigato suppositum *obterique*. Non est alienum verbum. Ego tamen non dubito, Livium scripsisse *ut sterni opprimique, priusquam instruantur, possint*; quod verbum huic loco magis convenit. *Rhenan.* Levissima conjectura ductus Rhenanus, quum invenisset in Spirensi archetypo *operique*, legendum hic proposuit *opprimique*: quum tamen proxime antegressum verbum et consensus codd. Mistorum lectionem, quam postliminio reduco, reflagitet: quippe Pall. 1. 2. et vet. ed. *ut sterni obterique, &c.* Præterea illud *opprimi* suppositum

isti correctori vim sententiæ atque ipsi veritati infert: quippe quomodo *sterni* primum, dein demum *opprimi* potuere? Tum multi 'opprimuntur,' qui tamen non 'sternuntur.' 'Stratis' autem proximum 'obteri.' Pal. 3. *ut sterni obruique, priusquam instituuntur, possint.* Confirmat meam sententiam c. 48. ipse Livius: 'Antequam se moveat, delere exercitum Asdrubalis posse, redireque in Apuliam.' XXVIII. 2. 'Adventu Nerois obrutum atque extinctum esse.' Gebh. Vetus scriptura apud Romanum *sterni operique*: ergo non dubitat *opprimique* scribendum. Et passi sunt editores? Nostri immo omnes, ut olim editum. Put. *sterni operique*, (ut *opsoleta, opsidio, opstittisse* idem codex) cæterique et Gall. et Pall. et Voss. *sterni obterique*. Quod usitatissimum Livio est. Lib. VII. c. 23. 'Adeo præcipiti turba obriti plures, quam ferro necati.' IX. 38. 'Armis virisque ad obterendum C. Marcium consulem concurrunt.' X. 28. 'Impetu equorum ac vehiculorum raptorum per agmen obriti antesignani.' Auctor ultimi de B. Gall. c. 48. 'Complures hostium magno nostrorum impetu vulnerantur, et partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur.' J. F. Gron. *Obterique* omnes mei, et Oxonn. Hearnii, nisi quod unus et alter omittat copulam *que*. Infra XXXI. 21. 'Galli obrinere atque obterere sese dextram alam, quæ prima erat, sperarunt posse.' 'Opprimere' et 'obterere' inter- dum a librariis confundi, verum est. Vide ad IX. 38. § 7. Hic tamen tanto magis vulgatum servandum erat, quod equites sint, quos consul in hostem emitti jubet, et equorum pedibus strati 'obterantur.' Infra XXVIII. 33. 'Nisi equites supervenissent: neque ex adverso tantum inlati obvios obrivire.' Suet. Ner. c. 5. 'In viâ Appiæ vico repente puerum citatis jumentis haud ignarus

obtrivit.' Valer. Max. I. 6. II. 'Tantum Romanæ militiæ decus barbarorum obrutum equitatu.' Usurpatur similiter de elephantis, XXXVII. 44. 'Quum, solutis ordinibus, incursu belluarum obtererentur.' XLIV. 43. 'Elephanti enim, ab rectoribus ad litus acti, exeuntes obterebant elidebantque.' Metaphorice 'sternere,' sive 'prosternere,' et 'obterere' jungit Cic. ad Fam. v. 9. 'Malevolorum obtrectationes et invidias non proster- nat atque obterat.'

CAP. XLII. § 1 *Nondum Hannibal e castris exierat*] Pal. 1. *castris exierat*. Statim Pall. 1. et 2. *itaque, exercitus tumultu*. Gebh. *Castris exierat*, sine præpositione, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *Tum exercitus tumultu* Flor. Lov. 5. et Harl. Sed vide ad X. 33. § 1.

§ 2 *Jam primos occupaverat equestris terror*] *Primos* Pænorum intelligimus a Romano equitatu tertii legionis territòs, deinde etiam legionem successisse, quæ plus terroris attulerit. Ergo vel *equestris*, vel *equitis* legendum, non autem *primos equites*: neque enim Romani equites territi erant. Vetustiores codd. bene habebant; sed quidam mutarunt, hæc absque judicio legentes. *Glar.* Put. Cantabrig. et alii *eques terror*, quod recte Salmasius decurtatum putavit pro *equester terror*. Habes ita XXVI. 36. 'equester ordo.' v. 7. 'Quibus census equester erat.' XXV. 12. 'Celebræque dies omni cærimoniarum genere fuit.' *Jac. Gron. Eques terror* Voss. Lov. 2. 5. Harl. Hafn. Ber. Gaertn. et prima edd. pro quo jam Ven. 1495. dederunt *equitis terror*. Mediol. 1505. *equestris terror*: quod in reliquis codd. superest, nisi quod *eques terror* sit in Flor. Idem in Oxon. L. 1. sibi obvium fuisse, Hearnii testatur; licet paullo ante hæc et novem sequentia vocabula in eo cod. deesse notasset. Recte autem Jac. Gronov. ex ea lectione *equester*

terror scribendum vidit. Plin. xxxiii. 2. 'In noctatem venit equester ordo.' Suet. Aug. c. 40. 'Quibus ipsis parentibusve equester census umquam fuisset.' Ex Cic. etiam hac forma vocem illam laudarunt lexica. Tres ultimæ literæ ejus vocis in codd. illis a totidem initialibus sequentis erant elisæ. Ita si multitudo, pro simul multitudo, datum erat vi. 19. § 7. unaris in Put. pro una navis xxiv. 34. § 6. nude postea, altera voce omissa, factum est naves. In literis singularibus id frequentissimum esse, sæpius notavi. Mox prælium inibat, pro inibat, Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav.

§ 3 *Quod nisi in veteri exercitu et duce vetere haud facile est] Pal. 1. quod nisi in vetere exercitu, et duci veteri haud facile est: quæ ad apicem quoque in vet. ed. sunt expressa. Gebh. Put. Reg. Men. in vetere exercitu et duci veteri. Nempe τὰ duci veteri non reguntur a præpositione, sed a verbo atque adjectivo facile. J. F. Gronov. Ita et Flor. ac tantum non omnes mei, cum Colb. Donjatii, et Oxonn. Hearnii. Paulo ante numerus augetur Brauc. Latini: minæ augetur Hearnii L. 1. Crevierius verborum et procurrentium ad certamen numerus augetur eundem plane sensum, sed minus eleganter expressum, esse putat, ac membri præcedentis 'erescit pugna subsidiis;' itaque pro glossemate haberi posse existimat, quod ex ora libri in contextum temere inrepperit.*

§ 4 *Ni cohortium ac manipulorum decurrentium] Put. Voss. et alii decursum. Scribe ni ad cohortium ac manipulorum decursum per collem clamor ab tergo auditus metum, ne intercluderentur castris, fecisset. Nam sic illi, non a castris. J. F. Gronov. Decursum, et mox intercluderentur castris similiter Flor. et Lov. 1. 5. et Hearnii Oxonn. Quid si legamus ni cohortium et manipulorum decursu? ut est in Lov. 2. et Hav. castris sine præpositione etiam*

Level. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Justin. iv. 4. § 5. 'Hostes etiam marinis comæatibus in urbe clausos intercludunt.' Flor. iii. 19. § 11. 'Interclusum hostem comæatibus ad extrema compulit.' Non nego, alibi etiam Livium ita locutum esse; me tamen observare non memini. Contra sæpe addidit præpositionem. Vide ad iii. 70. § 5. et xxxiv. 39. § 12.

§ 6 *Equites enim in tergo inhærebant] Pal. 1. Equites enim tergo inhærebant. Pal. 3. in tergo hærebant. Gebh. Omnes equites enim tergo inhærebant. J. F. Gron. Heinsius apud Elzevir. edidit in tergo hærebant, quod omnes recentiores servarunt. Ita quidam codd. 1. 14. 'Hærens in tergo Romams velut nno agmine inrum-pit:' ubi tamen nunc editur in terga. At hoc loco a tergo inhærebant Ber. tergo inhærebant Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. quod recepi. Mox in transversa latera eraserant, pro invaserant, Voss. et Level. 1. Male. Vide ad ii. 47. § 6.*

§ 7 *Supra octo millia hominum occisa: supra septingentos capti] Cæsa Ber. a m. sec. Rec. et Hav. Hæ voces et confundebantur xxiii. 15. § 8. et xxxiv. 47. § 7. Cæsi legit Gaertn. Ita Livium sæpe loqui, vidimus ad xxxvii. 39. § 12. Unî tamen huic testi credere temerarium foret. Deinde supra septingenti Flor. Harl. Ber. et Hav. quod Crevier. etiam in Put. invenit, et, si verum ac probum foret, dictum esse putat, quemadmodum ad jungitur cum numerorum nominibus recto casu. Vide eundem ad xxviii. 34. § 2. Sed malo errantibus librariis adscribere, qui notas numerales ita reddiderunt. Vel refero ad errores notatos vi. 3. § 8. Aliud enim exemplum, ubi supra nomen, numerum denotans, casu recto adsciscit, non notavi. Supra ducentos Level. 4. Sed vide ad xxxvii. 40. § 11.*

§ 8 *Et circa Romanorum sociorumque ductores ceciderunt*] Omnia exemplaria id habent, in qua lectione ego omnino aliquid desidero. *Sabell.* Asteriscum hic habet ed. *Asulanica.* Et certe locus sincerus non est; nec quicquam præsidii ab exemplari scripto. Quod si quis conjecturam sequi volet, pro *circa* leget *tres* hoc modo: *Et tres Romanorum sociorumque ductores ceciderunt.* Hanc lectionem depravatæ dictionis vestigia mihi suggererunt. *Rhen.* Locus depravatus; quem tamen turpi prolapsus menda erexit sospitator ille, si Musis placet, *Livii Rhenanus, Et tres Romanorum sociorumque ductores ceciderunt.* Quid hac correctione ineptius? Vestigia, a quibus sibi talia suggesta affirmat, depravatæ lectionis adnotare non gravabor. *Pal. 1. Circa Romanorum sociorumque victores ceciderunt. Palat. 2. duo capti. Et CCCC. Romanorum sociorumque victores ceciderunt. Pal. 3. et vet. ed. Et circa Romanorum sociorumque ductores ceciderunt.* Quæ vero *Rhenano Pythia* suggestit, tres cecidisse? *Gebh.* Apud primum reperio *Frobenium Romanorum sociorumque ducenti ceciderunt.* Nam olim ab *Andrea ad Aldum, Et circa Romanorum sociorumque ductores ceciderunt.* Juntas *Aldo proximus dedit, Et trecenti circa Romanorum sociorumque.* *Rhenanus, Et tres Romanorum sociorumque ductores ceciderunt.* Conjectura, ne quid secius dicam, perspicue inepta. *Mss.* magna pars *duo capti. Circa Romanorum sociorumque victores ceciderunt.* *Solus Put. sincere, Circa D. Romanorum sociorumque victores ceciderunt:* hoc est, quingenti. Hic est, credo, locus, quem quoto ex libro esset, non recordari se confessus tentat *Muretus xvi. 8. Var. Lect.* Scribit autem pro *victores*, (quod suspicabatur olim fuisse *victi*,) *sexcenti.* *J. F. Gronov.* Cum primis edd. faciunt *Hearnii D. et Ber. a. m. pr. qui Et circa septingentos*

*Rom. a. m. sec. ostentat. Circa (Harl. Cura) Rom. sociorumque victores ceciderunt Flor. Voss. Harl. Gaertn. Lov. 5. et Hav. Circa CC. Rom. sociorumque victores ceciderunt Lov. 4. et Hearnii L. 1. Circa Rom. sociorumque CCC. victores ceciderunt Lov. 2. Circa Rom. sociorumque ceciderunt Hearnii N. Circa Rom. sociorumque ducentos ceciderunt Lov. 3. Crevierius victores otiosum putat, et olim expeditius multo legi *Rom. sociorumque ducenti cecidere.* Nondum tamen locum persanatum puto. Displicet enim vox *circa.* Puto etiam plures Romanorum cecidisse. Sed *codd. integriores expectandi sunt.**

In aciem copiis ductis] *Scriptissimus eductis. Rhen. Ductis Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Pall. teste Gebh. ad cap. 41. § 8. Adductis Lov. 5. et Hearnii L. 1. Sed recte eductis, ut Rhenanus emendat, Flor. et alii. Vide ad d. l. Livii. Mox videt, pro vidit, Lov. 4. et 5.*

§ 10 *Qua pars castrorum ad hostes vergebat*] *Scriptissimus quæ pars castrorum. Rhenan. Qua pars Rec. et Lov. 3. Reliqui, ut et edd. ante Mog. cum Rhenano faciunt. Et recte quæ pars castrorum, pro ea parte castrorum, quæ. Ita xxiv. 1. 'L. Attilio præfecto præsidii, quique cum eo milites Romani erant, clam in portum deductis:' pro iisque militibus Romanis, qui cum eo erant. Vide ad xl. 20. § 3.*

Profectus Apuliam petere intendit] *Profectus intendit, reliquis omissis, Lov. 1. profectus Ap. intendit Lov. 3. profectus in Ap. intendit Hearnii L. 1. profectus in Ap. contendit Lov. 5. Hav. et Brancal. Latini: profectus Ap. contendit Hafn.*

§ 11 *Frustratque aliquamdiu hostem*] *Put. hostis, cæteri hostes. J. F. Gron. Hostes etiam omnes mei, cum edd. Frobeniana 1535. antiquioribus. Paulo ante Et ubi inluxit Flor.*

§ 12 *Et ne paucos quidem, qui prima*

lucē] In scripto cod. legitur *et ne passus quidem*. Id *passus* quidam mutavit in *paucos*, quæ lectio vulgo recepta est. Ego tamen malim *ipso*: *et ne ipso quidem, qui prima luce obamb.* Rhen. Exercet hic iterum acumen suum nimis patris sui arte pinguefactus censor, interpolans *et ne ipso quidem, qui*. Vulgatum tutantur lectionem Pall. 1. 2. et vet. ed. Contra Pal. 3. *et ne passus quidem, qui*. Gebh. Omnes mei vulgatum defendunt.

§ 13 *Dum milites ad prædam discurrerent*] Reposuimus *discurrunt*. Rhen. Priorem lectionem servant Lov. 3. 5. Ber. et Gaertn. Reliqui Rhenani emendationem.

§ 14 *Haud procul Venusia hostem alsequitur*] *Haud procul Venusiam* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Neque aliter se in Pal. 1. invenisse, monuit Gebh. ad xxiv. 28. § 1. Vide ad xxi. 61. § 8.

§ 15 *Supra duo millia Pænorum cæsa*] *Supra XX. Pænorum cæsa* Flor. Sed iterum notas *o* et *X*. librarius confundit. Vide ad xxxiii. 14. § 5. *Supra XX. millia* Lov. 2. Harl. Ber. et Hafn. *supra viginti millia* Gaertn. Hav. et edd. antiqq. *supra XX. millia peditum Pænorum* Voss. Sed vocem *peditum* subjectis notis delendam esse librarius indicavit. *Supra tria millia* Lov. 3. 5. Rec. et Hearnii L. 1. quod etiam præferunt edd. Mediol. 1505. et in margine Ascens. a. 1513. *supra XXX. millia* Lov. 4. Vulgatum prima exhibuit ed. Aldina. Paulo ante *rd fuit* non adparebat in Hearnii L. 1.

§ 16 *Quibus venerat itineribus, repetit*] *Repetit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad xxxvii. 45. § 2. *Petit* est in edd. reliquis usque ad Aldum, qui demum *repetit* admisit.

§ 17 *Sine præsidio esset, accesserat*] *Accessiebat* Flor. Voss. et Lov. 1. 2.

accersebat Hav.

CAP. XLIII. § 1 *Postquam a Placentiæ obsidione abscessit*] Volumen Ms. habet *postquam ad Placentiæ obsidionem accessit*. Quam lectionem miror, cur quisquam ausus fuerit mutare, quasi non potuerit Asdrubal, ad obsidionem Placentiæ accedens, quam non putabat longi negotii futuram, præmittere equites cum literis ad fratrem. *Rhenan.* Pall. 2. et 3. *ad Placentiæ obsidionem accessit*. Gebhard. Omnes mei vulgatum vindicant. Iis autem, quam paucis mutantibus, fidem habere malui. Mox *ad Hannibalem cum literis missi* Gaertn. *cum literis missi ad Hannibalem* Flor. Lovel. quinque, Harl. et Hav. Deinde *per medium hostem* Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Hav. et edd. vett. usque ad Frob. 1535.

§ 2 *Ad Q. Claudium prætorem deducuntur*] *Ad Q. Fulvium* Lovel. 5. Deinde *proconsulem* Harl. in contextu, Rec. et Hearnii L. 1. ac D. *proconsulem Romanum* Lovel. 3. Paulo ante *populatoribus*, pro *pabulatoribus*, Lov. 4. et Harl. cum una vel altera veterum edd. Vide ad x. 3. § 6. At § seq. *litteras ab Hasdrubale*, omisso pronomine *se*, edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 6 *Tum Claudius, non id tempus esse reipublicæ ratus*] Hic eleganter inducit Silius Italiam sic alloquentem Neronem xv. 547. 'Clansorum decus, atque, erepto, maxima Romæ,' &c. *Modius*. Pal. 3. *non id tempus esse e republica ratus*. Gebh.

Provinciae suæ quisque finibus] Nam non licebat injussu senatus de provincia exire, et exercitum educere. Postumio consuli a quibusdam negatum fuisse triumphum, 'quod injussu senatus ex Samnio,' (provincia sua,) 'in Etruriam transisset,' refert Liv. x. 37. Idem intelligitur ex xxxviii. 42. l. xxix. c. 7. et l. xxx. c. 24. xxxi. 48. et xli. 7. Neque tamen, tum legibus prohibitum fuisse, apparet. Nam nullas de ea re, neque illis locis, neque hic, neque xxxiii. 41. ubi

Ap. Claudium ex Sicilia, quæ ei provincia erat, in Italiam ad obsidendos Locros trajecisse narrat, memorat Livius. Postea legibus cautum fuisse, ne liceret, docet Cic. in Pison. c. 21. 'Mitto exire de provincia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum injussu populi aut senatus accedere, quæ cum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia majestatis, Julia de pecuniis repetundis planissime vetant.' Et Dio c. 39. p. 116. quo loco de Ptolemæo rege Ægypti a Gabinio præside Syriæ in regnum reducto agit. Quando autem et a quibus latæ fuerint veteres illæ leges, quas dicit Cicero, non constat: sed verosimile est, jam pluribus factis provinciis, quæ sum quæque præsidem habebant, latas fuisse. Nam senatus, provincias decernens, simul suis cuique fines designabat. Sed quum nihilominus multi, spreta senatus auctoritate, finibus provinciæ suæ egredi auderent, eorum sive gloriæ, sive prædæ cupiditas legibus coercita fuisse videtur. *Duk.* Nondum hoc tempore lege cautum fuisse, ne quis sponte de provincia, quam sortitus erat, in alienam transiret, clarissime etiam patet ex Livii xxxvi. 39. ubi tribunus plebis P. Scipioni, qui Boiis devictis triumphum petebat, honorem hunc differendum censeat, quia, hostibus in sua provincia subactis, 'neque ipse cum victore exercitu in agrum Ligurum transierat, neque partem copiarum Q. Minucio miserat, qui ibi dubio detinebatur bello:' cui cap. seq. respondens Scipio itidem nullam legis, qua id facere prohibebatur, mentionem facit.

§ 7 *Audendum ac novandum aliquid*] Pal. 1. *audendum aliquid improvisum.* Pal. 3. *audendum ac innovandum aliquid improvisum.* Gebli. Media duo verba nullis in Gallic. non in uno Pal. non in Voss. conspicua sunt. *J. F. Gron.* Vulgatum in solis est Lov. 4. Ber. et Gaertn. *audendum ali-*

quid ac novandum legit Lovel. 5. Sed vocabula *ac novandum* ejiciunt Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. Harl. alique meorum cum Hearnii N. Eadem etiam suos codd. ignorare, fatetur Crevier. Quum tamen aliquid ad sententiæ vim adjicere, et ad rem præsentem accommodatissima esse putet, non nimium scriptis, etiam numero et bonitate non contemnendis, credendum monet. At, pace viri doctissimi, dixisse liceat, me nondum videre, quid ad sententiæ vim adjiciant, quamvis verum sit, sensui non repugnare. Pro glossemate igitur habenda censeo. Mox *inopinatumque* edd. principes ante Froben. 1535. quæ copulam recepit. Ejus autem vel additæ, vel elisæ causa esse potest sequens *quod*.

§ 8 *Simul et ipsos Patres conscriptos, quid pararet, edocet*] Scripsimus exemplaris scripti fidem sequendo *simul et ipse Patres conscriptos, quid pararet, edocet.* Demiror, quid hic castiganti in mentem venerit, ut, quæ Latiuissime dicta sunt, melius dicere voluerit. *Rhenan.* Omnes libri, *quid pararet, edocet.* Gebli. Omnes *simul et ipse Patres conscriptos, quid pararet, edocet:* quod mutaverat *Rhenanus. J. F. Gron.* Non bene procedit hæc oratio, *simul et ipse, quid pararet, edocet, ut, &c. arcessant, &c. habeant, &c. opponant.* Familiare quidem Livio est *ἀσύνδετον*, sed hic durissimum, præsertim præcedente *simul.* Fortassis legendum est, *edocet, et ut, quum in Umbria, &c. vel edocet, et, quum in Umbria, &c. arcessant, &c.* in quo suppleri potest 'monet,' vel aliud sententiæ conveniens verbum, quæ non insolens ellipsis est. Lib. ix. c. 2. 'Pecora haud procul Romanis pasceri jubet præsidis; ubi inciderint in prædatores, ut idem omnibus sermo constet.' xxi. 49. Missi, qui suos ad curam custodiæ intenderent: ante omnia Lilybæum teneri ad apparatus belli.' In uno scripto Hearnii

est edocet: monet, ut, &c. ubi monet pro glossa habeo. Duk. Ipsos, pro quo Rhenanus ipse recte reponit, retinent Ber. et Gaertn. Reliqui emendationem ejus probant. Contra vero pararet, cujus loco paret idem Rhen. substituit, omnes mei tuentur: ex omnibus autem Hearnii Oxonn. unus tantum N. cum ipso facere notatur. Deinde edocet, monetque, ut, quum, &c. Ber. a m. pr. edocet, monet, ut, quum a mann sec. cum Lovel. 4. Harleiau. Gaertn. et Hearnii L. 1. quod recte Dukero displicuit. Nihil mutandum puto. Hanc ob causam Patres conscriptos edocet, quid ipse pararet, ut, &c. arcessant, &c. habeant, &c. opponant. Livium sapius verba sine copula junxisse, vidimus ad ix. 22. § 6.

§ 9 *Delictum Romæ habent*] Tntandæ urbis causa, cui una legio Hostilii Tubuli non sufficere videbatur: nam plerumque duæ legiones ad præsidium urbis scribebantur. Duk. *Dilectum* Flor. Lovel. 1. 3. a m. pr. et Gaertn. Vide ad xxxvii. 51. § 7.

§ 10 *Præmissi inde per agrum Larinatam*] Reposuimus *Præmissi item per agrum Larinatam*. Rhenan. Pall. 1. et 2. *Præmissi inde nuntii per agrum Larinatam*. Pal. 3. *Præmissi inde per agrum*. Gebhard. *Præmissi per agrum* Hearnii L. 1. *Præmissi inde per agr.* Berol. et Gaertn. *Præmissi item per agr.* Florent. Vossian. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. et Hav. quod reduxi. Non aliud enim etiam Put. velle videtur, in quo errore librarii *Præmissi item* legi, auctor est Sallier. ἀπόπτης. J. F. Gronov. 1665. edidit *Præmissi autem*, incertum qua auctoritate, quum in notis mutatae lectionis rationem non reddiderit. Certe eam scripturam in meis non reperi: eandem tamen Doujatius, Hearnius, et Crevierius servarunt. In edd. Jac. Gronovii operarum errore, ut credibile est, exciditur *Præmissa autem*. Verum, quum hujus lapsus in erratis mentio facta non sit, J. Cleri-

cus, qui se diligentissime ed. J. Fr. Gronovii secuturum lectori pollicitus erat, aberrationem typographicam, in ed. Jac. Gronovii commissam, religiose servavit.

Per agrum Larinatam, Marrucinum, Ferentinum, Præputianum] Quidam *Ferentinum* emendarunt: sed male, si Plinio credimus, qui iii. 11. *Frentanos* hos vocat populos. Ita etiam Ptolemæus, qui Larinum oppidum iis describit. Idem Plinius c. 13. ejusdem libri 'Præputianum agrum' prope Picenum ponit. Ptolemæus 'Præputios' eos populos vocasse videtur. *Præputianum* igitur legendum, non *Præputianum*. Lib. xxii. c. 9. etiam hujus itineris facta est mentio. *Glar.* Vet. lib. *Ferentanum*. Supra ix. 16. § 1. ostendi, legendum esse *Frentanum*. Sigon. Pal. 1. *Præputilianum*. Pal. 2. *Praturianum*. Pal. 3. et prisca ed. *Ferentinum, Præputianum*. Gebh. Hearnius auctor est, se *Marrucinum* in L. 1. *Marrucinum* in D. invenisse. Tum *Ferentanum* Flor. Voss. Lov. 2. 4. et Gaertn. *Ferentanum* Lov. 1. et 3. *Ferentinum* Lov. 5. Ber. Hav. et edd. antiqq. Sed recte Glar. et Sigon. *Frentanum*. Vide ad l. land. Deinde *Praturianum* Lov. 4. *Praturianum* Gaertn. *Petulanum* Hav. *Pratulanum* Lov. 2. et Harl. *Præputilianum* Lov. 5. *Præputilianum* Flor. Voss. et Lov. 1. ac 3. *Præputianum* Ber. cum prisca edd. pro quo Moguntini jam *Præputianum* diu ante Glareanum substituerunt. Mox *deducturus exercitum* ed. Parm. *ducturus exercitum* reliquæ edd. ante Aldum.

§ 11 *Delegit, sex millia peditum et mille equites*] Expunximus et. Rhenau. Soli eam voculam servant Ber. et Gaertn. Reliqui expungenti Rhenano consentiunt. Deinde *X. equites* Flor. et Voss. *X. equitum* Lov. 5. et Hearnii D. Sed vide ad xxxiii. 14. § 5. *Mille equitum* Lov. 2. Livium saepe ita loqui, certum est. Vide ad xxi. 61. § 1. Verum, hic aliter lo-

cuntum esse, tot ostendunt codd. et inter eos optimi, *equites* servantes. *Octingentos equites* Hav.

§ 12 *Flexit in Picenum*] *Picenum* regio ad Umbros, Anconam usque tensa, in hanc tandem ventum. At Picentes, vicini Lucanis ac Hirpinis, ab alteris originem duxere, ut refert Strabo lib. v. ad finem. Hic vero Livius vel *Picenum* accipit pro Picentibus, si fortassis vetus nomen his mansit, vel potius *flexit in Picenum*, hoc est, iter arripuit, quod non in Lucanos, ut exclamari jussit, sed in Picenum ducebat, etiamsi id adhuc longe distabat. Verum paulo ante populi, per quos eundem erat, enumerati sunt: ergo in Picenum tandem, ut dixi, ventum est. *Glar.* Id est, ut in Picenum tenderet. *Sigon.*

Q. Tutio legato] Vet. lib. *Q. Catio*, quod probō. Supra enim cap. 6. 'Q. Catium' quoque ædilem curulem nominavit. *Sigon.* Fuerat ædilis plebis, non curulis, supra c. 6. *Duk.* Priscam lectionem *Q. Tatio* servant Lov. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Q. Tatio* Lov. 2. *Q. Cassio* Hav. *Q. Cautio* Harl. *Q. Catio* Flor. et reliqui mei. Similiter Pighius legit in Ann. ad a. 10XXXIII. p. 138. Vide etiam *Sigon.* ad xxviii. 45. § 12. Paulo ante *quantis maximis itineribus poterat*, pro *poterat itineribus*, Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Gaertn. Hav. Ber. et edd. ante Froben. 1535. *quantum maximis itineribus poterat* Lovel. 2. *quantum maxime itineribus poterat* Harl. Sed *quantis maximis*, auctoribus plerisque et optimis codd. servandum. Vide ad vii. 9. § 8. et ix. 10. § 10.

CAP. XLIV. § 1 *Romæ non minus terroris ac tumultus erat, quam fuerat biennio ante*] Pro non, quidam *haud* responderunt. At id pusillum. Cæterum cum Hannibal ante urbem fuerit anno octavo hujus belli, atque hic sit annus duodecimus, quis non vidit legendum *quadriennio*, pro *biennio*? *Glar.* *Quadriennio* legendum esset,

nisi extremos annos omissos esse intelligeremus. Id enim factum est a. DXXXIX. *Sigon.* Iterum Silius xv. 580. 'At Roma adversi tantum mala gliscere belli,' &c. *Modius.* Vera est Glareani censura. Nam, secundum ipsius Sigonii chronologiam, Hannibal ad urbem Romam accessit anno 10XXXIX. nunc autem agebatur annus 10XLIII. Jam vero omittite extremos annos, et non *biennium*, sed *triennium*, remanet. Inprovidè igitur Doujatius Sigonio adsentitus est. Contra recte Crevierius sententiam Glareani adoptavit, licet eum non nominet, et vitium potius libreriorum esse credidit, quam Livii in re tam clara tamque recenti incuriam. Mox *neque satis constabat, animum tam audacis consulis laudarent* Lov. 2. *neque satis constabat animis, tam audacem consulem laudarent* Hafn.

§ 2 *Quod floris fuerat*] Antiqua lectio *quod floret fuerit*; quæ quum melior sit, et nos eam secuti sumus. *Rhenan.* Nisi fallor, fuerit est in Flor. Cant. et Lov. 4. Reliqui fuerat præferunt. Sed alterum probō.

§ 3 *Qui ducem inde atque exercitus partem abesse ignoraret*] Scripsimus *abisse*. *Rhenan.* *Abisse* Lov. 3. *abesse* servant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Sæpe esse et *isse*, *abesse* et *abisse* in Mss. confunduntur. Vide ad ii. 31. § 11. c. 41. § 4. iii. 38. § 11. c. 49. § 6. c. 61. § 4. x. 38. § 10. xxv. 14. § 11. Adde viros doctos ad Ovid. Am. i. 7. § 2. N. Heins. ad Ovid. Met. ii. 78. Barth. ad Statii Theb. i. 474. Burm. ad Calpurn. Ecl. ii. 99. et quæ notavi ad Siliu xv. 151. Hoc loco et *abesse* et *abisse* commodum sensum præbent; verius itaque est, ut tot codd. fide nisam lectionem revocemus.

§ 4 *Sine imperio, sine auspicio*] Quia imperium auspiciūque consulis erat, qui discesserat. *Sigon.*

§ 5 *Et eo omnia accidisse*] Repone ex optimis *Et ea omnia*. J. F. Gron.

Error est ex ultima Gruteri ed. per quasdam recentiores propagatum. Quemadmodum autem Gronov. emendat, non modo optimi, verum etiam omnes codd. omnesque priores edd. exhibent. Mox *Punica bella*, trajectis dictionibus, Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. cum edd. ante Aldum.

§ 6 *Per tot in Hispania annos Romano exercitum bello*] Pal. 2. *per tot annos in Hisp. Rom. exerc. bello, duobus exercitibus*. Pro *exercitum* Pal. 1. et vet. ed. exhibent *exercitatum*. Gebh. Cantabr. *exercitatum*. Quod ego, licet invitis forte aliis membranis, esse auctoris censeo potius, quam vulgatum. xxix. 30. 'Prudentia inter Romana et Punica arma exercitati ducis.' xxxvi. 17. 'Rex ille bellicosissimus, exercitatus jam inde ab juvenia finitimis Thracum bellis.' xxxix. 1. 'Asperius paulo iter in Thracia et exercitator hostis.' *Jac. Gron. Exercitatum bello* etiam Flor. Voss. Lov. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Brancal. Latinii, Doujatii Colbert. Hearnii L. 1. omnesque edd. ante Froben. 1535. quin et, Put. eandem lectionem firmare, de ejus scriptura consulenti respondit Sallier. Cnm Crevierio itaque, quia ita quoque in omnibus suis invenit, *exercitatum* recepi. Cic. pro Font. c. 14. 'Usu bellorum gerendorum, in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitatus?' ita nunc ex Mstis editum; olim vulgatum fuerat *exercitus*. Solent autem hæ voces sæpe in Mss. commutari. Vide ad i. 56. § 3. v. 3. § 1. Casaub. ad Sueton. Tib. c. 6. Cortium ad Sall. Jug. c. 71. et Dukerum ad Flor. i. 3. § 2. Plures similes hujusmodi errores vide ad x. 37. § 2. Insuper vox *annos* deest in Flor. Voss. et Lov. 1. Deest etiam in Lov. 2. verum hic simul legit *per totam Hispania Romano*. Eadem voce trajecta, *per tot annos in Hispania* exhibent Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Paulo ante τὸ *ducem* exsulat

ab Lov. 3.

Gemina victoria insignem] P. et Cn. Cornelii interfectis in Hispania. *Sigon.* Hæc verba, quæ in Pal. 2. deesse Gebh. ad verba præcedd. notavit, in omnibus nostris exstant.

Duobus exercitibus cum clarissimis ducibus deletis] Pal. 2. *cum duobus ducibus deletis*. Pal. 3. *cum duobus clarissimis ducibus deletis*. Gebh. *Duobus ducibus cum clariss. exerc. deletis* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum.

§ 7 *Concitatiss ad arma Gallicis gentibus*] Vet. lib. et *conciatiss ad arma*. *Sigon.* Voculam additam ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Ber. a m. pr. cum Hearnii L. 1. Contra Flor. aliique eam adoptarunt. Præterea *excitatis* Gaertn. reliquis invitis. In verbis præcedd. vir doctus ad marginem ed. Curionis scribendum conjecit *jam itineris quidem celeritate*, pro *nam*. Sed vulgatum in omnibus libris superest.

§ 9 *Haud cum ignoto duce C. Nerone congressurum*] Hac de re scripsit lib. priore c. 17. *Sigon.* Put. *haud cum ignoto cum duce C. Nerone*. Dele prins *cum*, aut scribe *haud jam ignoto cum duce*. J. F. Gron. Lectio hæc primùm apud Ald. adparuit. Omnes priores ediderunt *haud cum ignoto eo duce C. Neronem*: quod in uno Gaertn. inveni. *Neronem* etiam servant Brancal. Latinii, Lov. 2. 4. et Ber. a m. pr. Aldo proximi *haud cum ignoto duce Claudium Neronem* vulgarunt. *Claudio Nerone* est in Lov. 5. *haud cum ignoto eorum duce C. Nerone* in Hearnii L. 1. Forte ex hujus, sed in primis Put. vestigiis scribendum *haud cum ignoto eum duce C. Nerone congressurum*. Quod etiam Crevierio in mentem venit. Solent autem vculæ *cum* et *eum* passim in Mss. confundi. Vide ad iv. 19. § 2. et x. 7. § 3.

In saltu inpedito deprehensus] *In alio inpedito* Flor. Voss. et Lov. 2. *in loco in quo deprehensus* Hafn. *in loco inpe-*

dito Voss. in marg. Lov. 1. et Hav. Male. Supra xxvi. 17. 'Hujus sal-
tus fances Nero occupavit. Hasdru-
bal, ne in arto res esset,' &c. Vide
etiam Front. i. 5. 19.

§ 10. *Metu interprete, semper in de-
teriora inclinato*] Tò *inclinato* citra
sententiæ damnorum abesse poterat.
Statius hæc respexit Theb. iii. 5.
'tunc omnia versat Pessimus in du-
biiis angur timor.' Infra xxix. 3.
'Omnia in majus metu augente acci-
piebant.' Gebh. *In deteriora inclinante*
Brancal. Latini.

. CAP. XLV. § 1 *Nero, postquam jam
tantum intervalli*] Tò *jam* rejicit Pal.
1. Sed Pal. 3. *Nero jam postquam
tantum intervalli.* Gebh. Particula
jam abest etiam a Voss. Lov. 2. 3. 5.
Harl. Ber. et Hav. Sed intercepta
est ab ultimis literis vocis præced.
Vide ad xxxviii. 4. § 7. Mox § seq.
ad speciem audacius edd. Rom. 1472.
ac Parm.

§ 3 *Ad certum eos se victoriam du-
cere: quippe ad quod bellum*] Pal. 2.
*Ad certamen eos se, ad victoriam ducere:
ad quod bellum,* &c. Gebh.

§ 4 *Num, ne ante audiretur, daturum
operam*] Scribe *audiatur.* Rhen. Sic
[*audiatur*] jubet Rhenanus. At Put.
omnesque Gall. et Voss. *audiretur.*
J. F. Gronov. Cum Rhenano facit
Hearnii D. cujus reliqui codd. ut et
omnes mei alteram scripturam tuen-
tur.

. *Alterum consulem et alterum exerci-
tum advenisse*] Priora tria vocabula
præcisa sunt in prisca ed. Pal. 3. et
alterum consulem advenisse. Gebhard.
Eadem priora tria vocabula desunt
quoque in Ber. Gaertn. et edd. Rom.
1472. ac Parm. cui errori vocis *alte-
rum* repetitio occasionem dedit. Vide
ad ix. 11. § 11. *Alterum consulem, al-
terum exercitum,* ommissa copulativa,
Hav.

§ 5 *Fanam bellum conficere*] Senec.
epist. xiii. 'Plerumque enim inspi-
cionibus laboramus, et includit nobis
illa, quæ conficere bellum solet,

fama.'

. *Gloria quidem ex re bene gesta par-
tæ fructum prope omnem ipsos luturos*]
Vet. ed. et Pall. 2. 3. *Gloria quidem
ex re bene gesta partem: recte ampli-
us* Pal. 2. *fructumque omnem ipsos
luturos.* Pal. vero 1. *Gloria quidem
ex re bene gesta pares.* Gebh. Scripti
*partes, pares, partem: quod postre-
mum* edil. ab Andrea ad Mogunti-
nos. Aldus primum *parte, Juntas
partæ.* Sed videtur legendum *spera-
tæ.* J. F. Gron. Hand scio an non
necessaria sit emendatio: quia glo-
riæ, quæ adhuc speratur, vel nullus,
vel certe non magnus, fructus est;
sed, ut aliarum rerum jam partarum,
ita etiam gloriæ jam partæ. Cic. pro
Marc. c. 1. 'Ille quidem fructum om-
nis ante actæ ætatis hodierno die
maximum cepit.' Et pro Archia c.
10. 'Si quis minorem gloriæ fruc-
tum putat ex Græcis verbis perci-
pi, quam ex Latinis:' id est, ex fa-
cultate jam parta Græcorum ver-
sum faciendorum. Nec obest, quod
gloria parta dicitur, quæ adhuc spera-
batur: nam hic est frequens usus
perfecti, quemadmodum etiam in eo,
quod dicit *ex re bene gesta*, id est, si
res bene gesta fuisset: de quo non
dubitabat Nero, qui jam certam vic-
toriam animo præsumserat. Sed et
partæ propius accedit ad scripturam
Mss. quam *speratæ*, et 'parere glo-
riam,' 'laudem,' usitatissima sunt.
Liv. iii. 70. 'Qui Sabini etiam belli
perfecti gloriæ pepererant.' Phædr.
Prolog. lib. v. 'Mili parta laus est.'
Duk. Mei etiam *partem, parem, par-
tes, pares* præferunt: *partæ* autem
non ex Juntina natum est, sed Aldi-
na, quæ quidem in contextu edidit
parte, sed in erratis *partæ* emenda-
vit. Recte autem Dnkerus non unam
ob causam vulgatum adversus Gro-
nov. tuetur, quod etiam Jac. Gro-
nov. ad xxxi. 7. § 1. servari, et *partæ*
exponi posse docet, 'quæ pareretur,'
'pariendæ.' Præterea *fructum prope
omnes ipsos luturos* Ber. et Branc.

Latini; quod pertinet ad illos scribarum errores, de quibus vide ad VI. 3. § 8.

§ 7 *Inter vota et preces et laudes ibant*] Scribe *inter vota ac preces*. Item *liberorumque*, pro *et liberorum*. Rhenan. Prisca lectio *inter vota et preces* est in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Deinde *vindices urbis Romanæ* iidem codd. cum Lov. 1. et 4. Vide ad Epit. Liv. I. XLIX. Insuper *suam liberorum suorum* Flor. *suam et liberorum suorum* Lov. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *suam et liberum suorum* Lov. 2. 4. et Voss. Vide ad XXII. 22. § 5.

§ 8 *Deos Deasque precabantur, ut illis faustum iter, felixque pugna*] Reposuimus *Deos omnes Deasque*: et *felix pugna*, pro *felixque pugna*: item *dammarenturque*, pro *et damnarentur*. Rhenan. Sine copula Pall. 2. et 3. *faustum iter, felix pugna*. Gebh. *Deos Deasque precabantur* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. a. m. pr. et Gaertn. *Deos omnes precabantur* Cant. *Deos omnes Deasque* reliqui codd. Tum *felixque pugna* apud me superest in omnibus Mss. Verum vel cum Rhenano *τὸ que expungendum est*, vel legendum *faustum iter, felixque pugna, et matura ex hostibus victoria*. De hac compositione Livio familiari vide ad II. 31. § 1. et V. 17. § 9. Tandem *et damnarentur* servant Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Flor. a. m. sec. quum a. m. pr. *et dampnarenturque* in eo exaratum fuisset.

§ 9 *Læti ovantibus victoria obviam ire*] *Læti ov. victoriam* Flor. et Gaertn. *læti victorium* Voss. Lov. 1. Gaertn. et Hav. *læti victoria* Lov. 2. 5. *læti victoribus* Voss. in marg. Nihil muto. Supra I. 11. ‘Duplicique victoria ovantem Romulum Hersilia conjunx erat.’ Illud *victorium* ab indoctis librariis datum est, ut convenirent terminatione cum sequenti *obviam*. Vide ad VI. 3. § 8. *Læti victoria ovantibus* Lov. 3.

Delf. et Var. Clas.

§ 10 *Offerre, et fatigare precibus*] Volumen scriptum habet *flagitare precibus*: nec displicet ea lectio. ‘*Fatigare*’ infra usurpat, quum inquit c. 50. ‘*Matronæ, per omnia delubra vagæ, suppliciiis votisque fatigare Deos.*’ Rhenan. Vet. lib. *fatigare precibus*: quod placet. Est enim genus dicendi Livio familiare. *Sigon.* Solus Pal. 3. *flagitare*. At alterum *restitus*. Infra c. 50. *Gebh. Flagitare precibus* etiam Lov. 3. et 4. Id autem dictum esse potest, ut ‘*precibus exposcere,*’ ‘*petere,*’ ‘*orare.*’ Vide ad I. 16. § 3. Verum reliqui omnes codd. servant *fatigare precibus*, idque, ut *Sigonius* monet, *Livio* frequens est. Supra I. 11. ‘*Romulum Hersilia conjunx, precibus raptarum fatigata, orat.*’ IX. 20. ‘*Quum per aliquot dies fatigassent singulos precibus.*’ XXIII. 36. ‘*Inde fatigatus Campanorum precibus Cumas redit.*’ XXXV. 35. ‘*Fatigabat precibus, ut auxilia sibi mitterentur.*’ XLII. 18. ‘*Fatigato sæpe idem petendo senatum, tandem pervicerunt, ut supplementum sibi ad exercitum daretur.*’ *Justinus* etiam similiter locutus est. Pariter *Sallust.* Vide *Cort. ad Jurgurth.* c. 66. § 2. Jam vero quum tot codd. et inter eos etiam optimi, stent ab hac lectione, ab illa altera *Rhenani* tantum pauci, quin *fatigare* præferendum sit, nullus dubitavi.

§ 11 *Nec ab signis absistere cibum capientes*] *Put. Reg. Men. Pal. optimi Flor. Barberin. Voss. nec ab signis nec subsistere.* In aliis etiam *subsistere*, sed deest *nec*. An fuit? *nec ab signis absistere, nec subsistere cibum capientes, diem ac noctem ire.* Duo enim sunt diversa, excedere ex ordinibus, et subsistere; utrumque autem de illis negatum mirificam diligentiam prodit. *Cæsar de B. Gall.* v. 17. ‘*Sic uti ab signis legionibusque non absisterent.*’ *Plin.* II. 8. ‘*Ab sole nunquam absistens.*’ *J. F. Gron. Nec ab signis subsistere* Lov. 3,

Livius,

29 A

Harl. Ber. et edd. ante Frobenium, qui a. 1535. id, quod vulgo exstat, substituit: *nec ab signis subsistere* Gaertn. *nec ab signis nec sustinere* Hearnii N. *nec ab signis nec subsistere* Lov. 1. 2. 5. et Hav. Nihil propius esse video, quam quod Gronov. reposuit, et Crevierio etiam placuit.

§ 12 *Nocte clam ingredi melius visum est*] *Melius* non est in codice veteri. Nec est hic necessarium: sufficit enim, *Nocte clam ingredi visum est*. Rhenan. Vet. lib. *melius visum est*. Sigon. Cantabr. *clamitare*. Alii scripti *clammare*, *clamminare*. Videntur velle *clam intrare*, quod ad alterius marginem notatum fuit. XLV. 12. 'Ipsi obscura nocte simplici ordine intrarunt urbem.' Nisi credamus, eas diversitates esse ludos scribarum, qui, reperientes in primo codice *inare*, (sic intelligo haberi in Puteaneo, infima parte literæ *g* recisa vel evanida; an τὰ δὲ existent, nescio, sed existare credo) eo usque aberrarunt. Jac. Gron. *Nocte clam movere* Lov. 2. in contextu, pro quo *ingredi* est in margine. *Nocte clamminare* Voss. et Lov. 1. *Nocte clam ingredi in mare* Harl. ubi *in mare* ex aliorum *minare* corruptum est, et ita librarius duplicem lectionem junxit. *Nocte clam inare* Flor. a m. pr. quomodo Gronov. etiam in Put. esse monuit. Verum quum τὰ δὲ adscriptum non sit, id neque in Put. adscriptum fuisse verisimile videtur. Vellem, quibus cod. hunc consulendi facultas est, certiora docuissent. Ceterum in Flor. a m. altera inter versus adscriptæ sunt literæ *tr*, ut indicetur, legendum esse *Nocte clam intrare*, quod clare superest in Lov. 5. et Hav. Ita XXI. 42. 'Cum duobus equitibus vallum intravit.' Huc etiam pertinent multa eorum exemplorum, quæ laudavi ad VI. 34. § 9. Deinde *melius visum est* omnes mei. Paulo ante *venire ad se vellet* Branc. Latini, qui etiam *consistere castris*, pro *considerare*, sollemni

scribarum lapsu. Vide ad Epit. Liv. l. LXXV.

CAP. XLVI. § 1 *Tessera per castra ab Livio consule data erat*] Sic VII. 35. 'Vigiliis deinde dispositis, ceteris omnibus tesseram dari jubet, ubi secundæ vigiliæ buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se convenirent.' Polybius item de *tessera*, quam ξυλῆφιον et σύνθημα vocat, VI. 32. et seq. agit, id est, de signo nocturnis excubiis dando. Nam Livius his locis pro quocumque signo accipere *tesseram* videtur. Sigon. Vide Lipsium de Mil. Rom. v. 9. *Duk*. Tesserae duplices erant. Alteræ erant signa nocturnis excubiis data; alteræ erant, quibus imperator militibus indicabat, quid fieri vellet. De utrisque vide quæ notavi ad Silii VII. 547. De posterioribus hic agitur.

Ut tribunus tribunum] Tu lege vice versa *ut tribunum tribunus, centurio centurionem*. Nam huiusmodi variationem amant auctores. Rhenan. Pal. 1. et prisca ed. *ut tribunus tribunum*, contra atque emendavit Rhenanus. Pall. 2. et 3. *ut tribuni tribunos*. Gebh. *Tribunus tribunum* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§ 2 *Neque enim dilatari castra opus esse*] Pal. 1. *neque dilatari castra cum opus esse*. Pal. 2. negligit τὸ enim. Gebh. Eadem vocem negligunt quoque Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. et Hav.

Facilis futura erat] Scripsimus *facilior futura erat*. Et mox *nihil ferme*. Rhenan. *Facilis* Ber. a m. pr. *fecilis* Gaertn. Reliqui cum Rhenano facientes *facilior* legunt. Insuper *futura* deest in Harl. *sustinuerat*, pro *futura erat*, legit Gaertn. Deinde *nihil ferre* Flor. *nihil fere* Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Frobeniana a. 1535. priores. Vide ad XXXVII. 38. § 5. Mox § seq. *offerentibus ultro sese et vet*. Flor. *offerentibus sese ultro ex vet*. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Vide ad XXVI. 45. § 1.

§ 4 *Ad Senam castra alterius consulis erant*] Coloniam, de qua supra ad Epit. Liv. l. xi. Unde in Bruto c. 18. 'Salinatorem,' ait Cic. 'Senensi prælio ludos vovisse.' Sigon.

Quingentos inde ferme passus] Scripsimus, et *quingentos inde ferme passus Asdrubal aberat*. Rhenan. Pal. 1. et *quingentos ferme passus inde*. Gebh. Additum a Rhenano et ignoant Ber. et Gaertn. Reliqui voculam retinent. Insuper et *quingentos ferme inde passus Florent*. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hav. *quingentos inde passus ferme* Ber.

§ 5 *Ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria adducti*] Antiqua lectio *abducti*: nec multum refert, de quo alias monnimus. Rhenan. Pal. 3. *ab suis quisque ordinis hominibus in tenturia adducis*. Gebh. *Ab suis quisque ordinis hominibus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et edd. antiqq. Vulgatum primum inveni in ed. Mediol. 1505. hinc in Ascens. 1513. et tum in reliquis. Ejus loco *ab sui quique ordinis hominibus* scribendum conjecit Ant. Perizon. ad marginem Livii. Sed, nullam mutandi causam dari, patet ex illis quæ notantur ad VII. 19. § 2. Deinde *adducti* fere omnes mei cum Hearnii L. 1. præstat tamen omnino *abducti*, quod J. F. Gronov. recepit, et se in Pnt. et Reg. invenisse monuit ad c. 29. § 1. ubi vide. Mox *hospitaliter accipiuntur* Lovel. 1. Sed unum hunc testem non audio. Vide ad XXIX. 11. § 6.

Consilium habitum, cui et L. Porcius Licinus prætor adfuit] Pall. tres *Licinius*. Gebh. Olim hic edebatur *concilium*, et mox § 6. ac 12. *concilio*: quibus omnibus locis *consilium* et *consilio* legendum esse, recte Gronov. monuit ad XLV. 2. § 5. quam lectionem firmant omnes mei, cum edd. Rom. 1472. ac Parm. Deinde *Licinius* plerique meorum, ut et Hearnii L. 1. et D. Male. Vide ad XXVI. 6. § 1.

§ 6 *Modo ab latere aut ab tergo car-*

peret agmen] *Ab latere aut tergo* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. a m. sec. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. pro quo Aldus substituit *aut ab tergo*, consentientibus reliquis. Et recte. Livium enim præpositiones repetisse, vidimus ad VI. 28. § 6.

§ 7 *Multorum co inclinabant sententia*] Pall. tres *inclinant*. Gebh. Omnes Gall. Pall. et Voss. *inclinant*. J. F. Gron. Cum illis faciunt Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

Tempus pugnae differretur] *Reposuimus tempus pugnae differretur*. Rhenan. Gall. et Voss. *tempus pugnae differretur*: illud ab Rhenano. J. F. Gron. A Gronov. stant omnes nostri, et Hearnii L. 1. ac N. Paulo ante *parvos sibi sumeret dies* Flor. Lov. 2. 3. Harl. et Hav. sollempni scribarum aberratione. Vide ad X. 24. § 4.

§ 8 *Sed summa ope orare institit*] Pal. 1. *opera*. Forte verius *summo opere*. Ita XXIX. 31. exhibet Pal. 3. *Fulli eum magno opere ait*. Gebh. *Summa opera institit* Harl. et Gaertn. *summa opere institit* Lov. 5. et Ber. a m. pr. *summore institit* a m. sec. *summa opera rem stetit* Voss. a m. pr. *summa opera restitit* a m. sec. et Lov. 1. Omnium, aut certe plerarumque harum lectionum fontem indicat scriptura Flor. exhibentis *summa operare institit* a m. pr. et *summa opera institit* a m. sec. quum potius unica litera adscripta *ope orare* emendandum foret. Nihil itaque muto. *Summa ope* inlustrabimus ad XLV. 13. § 3. Verbum *institit* XXVIII. 46. § 11.

§ 9 *Nec ad sequendum se iter intendisse*] Delevimus *se*. Rhenan. Pronomen id non agnoscunt etiam Ber. a m. pr. et edd. antiqq. Aldus demum addidit, cui favent ceteri, quos adhibui, codd.

Antequam se morcat, deleri exercitum Hasdrubalis posse, redireque in Apuliam] Vetus lectio *delere*, subaudi 'se.' Rhenan. Prius, ni fallor, fuit *deleri*,

sed subjecit illud *delere* Rhenanus, jubetque subandiri 'se.' Atqui verba sunt indigna Nerone consule, ut, ubi alterius consulis, ubi prætoris tantum momentum futurum erat, ibi is sibi attribuat in consilio totam gloriam, et dicat 'se posse delere.' Certe sanus hic locus non est. Pnt. Reg. Men. Voss. consensu *delerique in Apuliam*. Mediorum nulla vestigia. Mitius conciliaremus, *antequam se moveat, debellari posse redirique in Apuliam*. J. F. Gron. *Delere*, quod Rhenanus volebat, soli habent Lov. 2. et Hearnii D. *delerique in Apuliam*, mediis omissis, Flor. Lov. 1. Hav. Colbert. reliqui Hearnii Mss. et omnes Crevier. præter solum Victor. Sed, illa librariorum culpa excidisse, recte idem Crevier. censet, qui tamen Gronovii *redirique* probat. Doujatius conjicit *deferrique*: verum, ne quid gravius dicam, pessime. Quid enim erit, antequam Hannibal se moveat, exercitum Hasdrubalis posse deleri, *deferrique* in Apuliam? Lov. 5. legit *delerique exercitum Hasdrubalis posse, rediri in Apuliam*.

§ 10 Qui *prolatando spatium hosti det*] *Protelando* Hav. quod Gebhardus ex conjectura hic restituendum censuit ad VII. 21. § 2. Sed vide quæ ibi notantur.

§ 11 *Signum dandum, et exeunlum in aciem*] *Et eundum* Flor. Voss. et Lov. 1. 2. 3. 5. quorum Lov. 2. insuper *in aciem eundum* exhibet. Verum syllaba *ex* a præcedenti *et* elisa est; quod et alibi evenisse, vidimus ad v. 32. § 4. *Et ineundum in aciem* Hav. Mox *hostium presentiumque*, media voce omissa, Flor. Voss. et Lov. 1. 2. 5. quod, in Put. ac Victor. etiam repperit, recte iterum inertiae scribarum tribuit Crevier. ad cap. præc. Id etiam colligi potest ex Lov. 2. qui, quamvis eam vocem omiserit, tamen in seqq. præfert *dum neque illi, s. absentes, sciant cum paucioribus, hi, s. presentes, cum pluribus, &c.*

CAP. XLVII. § 1 *Hasdrubal, profectus ante signa*] Poëta Silius xv. 604. 'At non Asdrubalem fraudes latere recitentum,' &c. *Modius*. Melius Put. et Gall. *profectus*. J. F. Gron. Unus Gaertn. *profectus*. Reliqui scripti mei, Hearnii Oxonn. et omnes edd. recte *profectus*, quod demum Francof. 1578. male in *profectus* mutavit. Vide ad XXI. 2. § 4.

Scuta vetera hostium notavit] *Vetera* qui dicere potuit, si jam adveniant? Sed vere vetera videbat scuta, quæ antea non viderat; quæ etiam *nova* non minus commode dixisset, opinor. *Glar.* Frustra Glareanus in re aperta ac clara difficultatem quaerit. Hasdrubal sagaciter conjecit, novas copias in castra M. Livii advenisse, quia videbat *scuta vetera*, quibus milites jam diu usi fuerant, quæ tamen numquam antea viderat. Si antem *nova* fuissent, existimare potuisset, ea pro usu detritis data esse.

Strigosiores equos] Sic Frontin. I. 2. *Sigon.* Vide Victor. Var. Lect. IV. 21. Gronov. ad vitam Horatii. *Duk.* Charis. Inst. Gramm. I. p. 85. 'Strigosi dicuntur corpore macilentos.' Vide Tennul. ad Fron. I. 2. 9.

Multitudo quoque major solito visa est] Scripti *solita*. J. F. Gron. *Major solita* demum adparuit in Modii ed. Francof. idque apud me superest in Hav. et Flor. a m. sec. Qui a m. pr. ut et reliqui omnes cum Hearnii N. ac D. et edd. prioribus præferunt *major solita*. Supplendum autem *major solita* multitudine. Ita Gron. legebat I. 3. § 2. 'Quis enim rem tam veterem pro certa adfirmet?' intellige pro re certa: ubi alia vide. Hac ratione olim apud Silium vulgatum defendi VII. 5. 'Sed mens humana major,' id est, humana mente major: ubi Barthius ex vestigiis cod. Oxon. legebat, *Sed mente humano major*. Vide etiam ad Liv. VIII. 9. § 10.

§ 2 *Suspiciatus id, quod erat*] Pal. I.

Suspiciatus enim id, quod erat. Mox Pal. 3. *et ubi exciti aliqui possent.* Iterum Pal. 1. *si quid forte adustioris coloris.* Gebhard. Scripti *Suspiciatus enim id, quod erat.* Præterea *si quid forte adustioris coloris, ut ex recenti via, essent.* J. F. Gron. Illud enim non adparet in Lov. 2. Ber. Hav. et Hearnii D. Ceteri nostri cum Hearnii L. 1. et N. eam vocem interponunt. Paulo post *unde aduquabantur* Hav. De quo verbo vide Voss. de Vit. Serm. vii. p. 371. Nihil tamen muto. Reliqui enim stant pro vulgato. Deinde 'adaquari' vix hujus seculi videtur; certe, me alibi apud Livium legere, non memini, qui tamen simplex 'aquari' non semel usurpavit. Supra xxii. 44. 'Ex minoribus tamen castris liberis aquabantur Romani.' xxxi. 44. 'Turmatim equites aquatum ire et prandere jubet.' xlv. 40. 'Ex quo (flumine) et Macedones et Romani aquabantur.' Tum *ubi excipi aliqui* Lov. 1. Sed vocula et excidit ob vocis seq. syllabam initialem. Vide ad xxx. 6. § 7. Insuper *si quid forte adustioris coloris* Flor. Harl. et Gaertn. Id si placet, *quid* hic iterum post *si* abundabit, de quo vide ad iii. 48. § 4.

§ 3 *Et ut adtendant, semel bisne signum*] Correximus et *adtentant.* Subauditur enim 'ut.' *Rhenan.* Pal. 1. cum antiq. ed. *et ut adtendant.* Gebh. Omnes etiam, quibus utor, codd. τδ *ut* retinent. Paulo ante *procul* aberat a Voss. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. Ber. et edd. antiqq. quod Aldus primus addidit, cui consentiunt mei ceteri.

§ 4 *Ea quum ordine omnia relata essent*] τδ *omnia* deest in Harl. *relata* in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. *omnia ordine relata* legit Ber. *ordine relata omnia* Lov. 2. *ordine omnia exsecuti* Hafn. et Branc. Latini.

Una Livii, altera L. Porcii: neutris quidquam] Correximus *una M. Livii*, addita litera prænominis. *Rhenanus.* Literam prænominis *M.* omittunt

Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. quam tamen reliqui agnoscunt. Licet autem ad iv. 49. § 1. docuerim, duobus pluribusve memoratis, unius interdum prænomen omitti, hic nihilominus melioribus id Livio addentibus ac Rhenano consentio. Insuper male *neutri* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§ 5 *Adsuetumque Romano hosti*] *Libri omnes assuetumque Romano hoste.* Gebhard. In nullo ex meis ea lectio comparet: sed contra uno ore vulgatum tuentur. Nihil itaque innovandum puto. Quamvis enim 'adsuetus' recte cum casu sexto jungi concedam, sæpe tamen et tertium adsciscit. Vide Duker. ad Livii x. 17. § 10. Mox *in prætoris castris*, pro *prætoris*, Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. Vide ad xxxvi. 19. § 2. Mox voces *bis in consularibus referebant cecinisse: duos profecto consules esse* desunt in Lovel. 1. sed quatuor tantum posteriores in Flor. Cant. Voss. et Hav.

§ 6 *Cum quo castra collata habuerit*] Correximus, *cum quo castra collata haberet.* Rhenan. Cum Rhenano faciunt edd. Aldina priores: at *habuerat* legit Lovel. 5. *habuerit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. quod etiam Crevierius in Pnt. et Victor. invenit, et revocavit. Hoc enim tempore, quum Hasdrubal hæc secum volutabat, non habuisse Hannibalem castra collata cum Nerone, aut eum eo exercitu, quem Nero secum abduxerat. Mox § seq. *magno opere*, pro *magnopere*, Lov. 3. Ita sæpe Livium locutum esse, sæpe etiam librariorum id in *magnopere* mutasse, videbimus ad xxviii. 18. § 4. unum tamen cod. et quidem non primæ notæ, sequi, temerarium foret.

§ 8 *Signa efferri jussit*] Antiqua lectio *signa ferri jussit.* Rhenan. *Efferri* servant Lovel. 2. 4. Ber. et Hav. Reliqui mei stant pro Rhenano, nisi

quod *feri*, eodem tamen adludens, dederit Voss. Solent autem 'feri' et 'ferri' passim commutari. Vide ad v. 54. § 6. 'Ferri signa' autem, ut II. 49. 'Acceptus in medium signa ferri jubet.' IX. 14. 'Signa inde ferri jussit, et copias eduxit.' XXVI. 13. 'Ad ipsam urbem Romam infesta signa ferri jussit.' XXVIII. 16. 'Præmisso equitatu, signa ferri jubet.'

§ 9 *Duces parum intenti iter adservare*] Vitiatus locus est. Legendum autem *duces parum intente adservati*. Rhenanus. *Intente asseverati* est ab Rhenano. Vulgo olim *parum intente iter asseverare*. Put. *parum inte adservat*. Reg. Pet. Men. *parum iter adservant*. Pal. *parum iter adseverant*, et *asseverati*. Valde tamen probabiliter Rhenanus. Bini duces itineris quum minus diligenter adservarentur, aufugere: alter abscondit se in destinatis olim latebris; alter Metaurum natatu transit: ita destitutum ab ducibus agmen in regione ignota. Veget. III. 6. 'Præterea debet sub periculo eligendarum viarum duces idoneos scientesque percipere, eosque custodiæ mancipare, addita pœnæ ostentatione vel præmii. Erunt enim utiles, cum intelligant, nec fugiendi copiam sibi superesse, et fidei præmium, perfidiæ parata supplicia.' Hæc de sententia Alb. Rubenii. Legendum autem apud Vegetium ex Mss. *sub periculo eligentium, viarum duces*: id est, pro quorum fide caveant, qui eos elegerunt. J. F. Gron. *Parum iter adservant* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Hav. Hafn. et Branc. Latini: *parum iter asseverant* Lov. 5. *parum asseverant* Hearnii L. 1. *parum intenti iter asseverant* Ber. in quo tamen τὸ *intenti* manus altera expunxit: *parum intenti asseverari* Gaertn. *parum intente assevera* Harl. *parum inte adservat* Flor. Gronov. in prima ed. nott. emendationem Rhenani ferri non posse putabat: nam sequentia demonstrare,

non ab exercitu solum, duces non adservante, sed in ipsis quoque ducibus aliquid peccatum, quum alter destinatum tenuerit, alter errore vagatus sit: conjiciebat itaque *parum intente iter adservant*, vel *parum itinera servant*. Puto tamen rectius in repetita ed. illa omisisse.

In destinatis jam inde ante animo latebris] Delevimus particulam *inde*. Rhenan. Nostri omnes respuunt τὸ *inde*, ut et Rhenanus. J. F. Gron. In nullo etiam meorum superest, nisi in Ber. a m. pr. Ignorant id quoque Hearnii L. 1. et N. Insuper sequens ante similiter omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. et N. sed male. Mox *transnatarit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *transnavit* Gaertn. *tranutavit* Harl. Vide ad XXI. 27. § 5.

Primo per agros palatur] Pall. 2. et 3. *primos per agros*. Gebh. Concinit Gaertn. Sed vox *primo* expungitur in Lov. 5.

§ 10 *Dum lux viam ostenderet, ripa fluminis signa ferri jubet*] Totum hoc ex hoc Silio etiam adscribam, ut multa fœda ex eo menda elnam eodem oleo et opera, qua luci hujus Liviani loci facem accensum eo. Sic igitur ille xv. 615. 'Nox somni genetrix mortalia pectora curis,' &c. *Modius*. Put. Reg. Men. Voss. *lux jam ostendentis signa*. Nusquam *ripa fluminis*, et videtur ex sequentibus effectum. Nam junior Pet. *ostenderet in ipsa fluminis ripa signa*. Conjicio, *ostenderet, statim signa ferri jubet*. Hoc est, imperat, ut, quod teneant iter, id pergant exsequi. Nonnis explicat 'perseveranter et æqualiter.' Ut in illo Plauti Amphitr. I. I. 84. 'Nec recedit loco, quin statim rem gerat.' Ennius Ajace: 'qui rem cum Achivis gesserunt statim.' Vel *dum lux radium ostenderet, signa ferri jubet*. J. F. Gron. *Dum lux jam ostendentis signa* Flor. Cant. Lov. 1. et Hearnii L. 1. *dum lux jam ostenderet, signa* Hav. *dum*

dux jam viam ostenderet, ripa fluminis signa Lov. 2. *dum lux riam jam ostenderet, ripa fluminis signa* Ber. Gaertn. et edd. Aldo priores.

Cum errore volvens haud multum processisset, ubi prima lux transitum opportunum ostendisset, transiturus erat] Et hunc locum procul dubio mendosum hactenus omnes præterierunt. Nec succurrit codex scriptus. Quis autem unquam absolute legit usurpatum verbum *volvere*, ut hic participium *volvens*? Ego puto legendum *obiens*, pro *volvens*. Deinde verbum *processisset* dividi debet in *processit* et; ut sic legamus: *et per tort. ann. sinus flexusque cum errore obiens haud multum processit: et ubi prima lux trans. opp. ostend., transiturus erat.* Porro *obiens* mire huc quadrat, pro *circumiens*. Nec improbabant meam conjecturam, qui Latine norunt. Tædiosum vero sit narrare, quid scribam deperit: nos ad cætera festinamus. *Rhenan.* Cum errore *volvens* obscure dictum, quomocumque interpretemur. Suspicio locum corruptum. Multa hic egregie restituit Beatus Rhenanus, obscure etiam dicta, quæ præcedunt aliquot versibus. *Glarean.* Pall. 1. 2. et antiq. ed. *et per tort. ann. sinus flexusque cum errore volvens haud multum processisset, ubi prima lux transitum, &c.* Pal. 3. *et per tort. sinus annis flexusque cum errore volvens haud multum processisset, nisi prima lux transitum, &c.* Gebh. Hic primo nihil est illud *errore volvens*, ut recte advertit Rhenanus. Sed quod ille *ariolatus obiens*, pro *volvens*, incassum ei applaudit Glareanus. Legendum enim, unica litera adjecta, cum Put. *errorem volvens*. Id quid sit, ponit ante oculos Latinus Pacatus in *Panegyrico Theodosio* dicto c. 38. 'Quin ipsos viæ implicabat errores, et nunc dexter, nunc lævus, nunc vestigiis suis obviis, incertum iter ancipiti ambage tenebat.' Lucanus de *Pompeio fugiente* VIII. 4. 'incerta fugæ

vestigia turbat Implicitasque errore vias.' Sic Sophocles *Ajace* *Lorario* βδσιν κυκλοῦν. Sed et recte de verbo *processisset* dubitat Rhenanus: nam in scriptis prorsus est *processit*. Denique in fine periodi τὸ erat nemo retinet Gallicanorum. Hinc fortassis haud vane divino, in illis *sinus flexusque quum errorem volvens, τὸ quum*, ex particula præcedente natum, Livii non esse, qui scripserat, *et per tort. ann. sinus flexusque errorem volvens haud multum processit, ubi prima lux trans. ostendisset, transiturus.* J. F. Gron. *Errorem volvens* etiam Flor. quo adludit Gaertn. *errore involvens* præferens. Deinde *processit, sed ubi Lov. 4. processit, ubi* Flor. qui cum Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. a m. sec. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. ignorat τὸ erat. Gronovii itaque emendationem veram puto, in qua nihil conjecturæ dedit, nisi quod *quum*, tamquam ex præcedenti *que* perperam repetitum, expunxerit.

§ 11 *Quantum a mari abscedebat, tanto altioribus cœrentibus annem ripis*] Pal. 1. *quantum mare abscedebat.* Pal. 2. *tanto artioribus cœrentibus annem ripis.* Gebh. *Quantum mare abscedebat* omnes Gall. et Pall. Dictum, ut illud apud Valer. Flacc. v. 51. 'heu quantum Phasis, quantum Æa recessit:' ita namque legendum, non *Æta*, vel inde licet colligere, quod iidem inferius eodem libro conjunguntur vs. 426. 'Barbarus in patriis sectatur montibus Æam Phasis amore furens.' Et Strabo lib. 1. p. 21. expeditionem Argonauticam vocat τὴν Ἰάσονος πλοῦν τὴν εἰς Αἴαν, de Homero: τοὺς Κόλχους εἰδῶς, καὶ τὴν Ἰάσονος πλοῦν τὴν εἰς Αἴαν. Quam vocem etiam restituendam lib. 1. legendumque vs. 742. 'variis stupet Æa Deorum Prodigiiis, quatiuntque truces oracula Colchos,' non *Acta*, non *Æta*, ut olim volui, facile accedo accredoque Nic. Heinsio meo. Porro de verbo 'recedere' vide ad Statium c. 40. ubi quem locum Sili

de ingenio correximus, ut volueramus, in Oxoniensi codice manu exarato conceptum invenimus. *J. F. Gron. A mari ascendebat* Lov. 2. *mari abscedebat* Hafn. et Gaertn. in *mare abscedebat* Hav. *mare abscedebat* Flor. Voss. Lov. 1. et Harl. Genus illud loquendi inlustravi ad Siliū III. 157. Vereor tamen, ne poetica nimis locutio sit, quam ut Livio convenire possit. Vulgatum etiam simplicius ac clarius Crevierio videtur, qui id in Victor. superesse notat; cui adstipulantur reliqui mei. Omnes etiam codd. quibus utor, *altioribus* servant: *artioribus* itaque, quod in uno Gebhard. invenit, natum est ex errore librarii. Solent autem 'altus' et 'artus' in Mss. confundi. Vide ad IX. 2. § 8. Mox *ad sequendum sese*, pro *ad insequendum*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav.

CAP. XLVIII. § 1 *L. Porcius deinde adsecutus*] Litera prænominis non est in scripto volumine, nec Nero habet. *Rhenan.* Soli Ber. et Gaertn. 'Lucii' prænomen Porcio tribunnt. In Flor. tamen inter versus adscribitur. Reliqui ignorant. Rhenano itaque delenti non adversor. Probare tamen nequeo additam rationem; ideo prænomen Porcio non dandum esse, quia nec Nero habet. Certe infra hoc cap. Livius narrat, Hasdrubalem lævo in cornu 'adversus Clandium' Gallos obposuisse, dextrum cornu 'adversus M. Livium' sibi atque Hispanis sumsisse. Vide ad IV. 49. § 1.

§ 3 *Non itineri modo*] Hactenus hunc locum perperam intellexerunt omnes, veluti sensus esset: non ad iter solum, sed etiam ad conserendum extemplo prælium Livii consulis copias fuisse instructas. At *modo* nomen hic est, et legi debet *non itineris modo*, hoc est, proficiscentium ritu, qui plerumque arma sua gestant ab humeris suspensa. Vide quam variat sensum unica litera omissa. Sic

rursum Livius XXVIII. 2. 'Signis repente sublatis, fugæ magis, quam itineris modo, penitus ad Oceanum et Gadesducit.' *Rhenan.* Primarum edd. lectionem tuetur Hearnii D. At cum Rhenano faciunt omnes mei. Vide ad XXI. 33. § 7.

§ 4 *Mediu acies prætori tuenda datur*] Pal. 1. *data.* Pall. 2. ac 3. *data est.* Gebh. Cantabr. *data.* Et sic solent mutare. Ipse Noster statim 'Ligures in medio post elephantos positi,' quum posset *ponuntur.* Ita sequente lib. in distributione provinciarum, c. 10. quum alio modo locutus esset ante, addit, 'C. Servilio Sicilia tuenda data.' *Jac. Gron. Tuenda data* etiam Flor. Lov. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. *data tuenda* Lov. 5.

§ 5 *Ante signa elephantos collocat*] Scripsimus *locat* ex fide vetusti codicis. *Rhenan.* Ab Rhenano est. *Put. conlocat:* cæteri omnes, ut priores edd. *collocat.* J. F. Gronov. *Collocat* omnes mei, uno excepto Rec. *Præterea elephantos* Lov. 5.

§ 6 *Et ubi maxime*] Castigavimus *et ibi*, sententia per parenthesis inclusa hoc modo: (*et ibi maxime in vetere milite spem habebat*). *Rhenan.* Præter Ber. *ubi* servantem, omnes codd. lectionem Rhenani firmant. Paulo ante τὸ *ipse* deerat in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Deinde *sinistrum cornu*, pro *dextrum*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. Ber. et edd. antiq. At recte alii dissentunt. Ex edd. vero prima *dextrum* dedit Mediol. 1505. tum Asc. 1513. et hinc reliquæ.

§ 7 *Ligures in medio post elephantos positi*] In ed. Sigonii prima errore operarum literis trajectis datum est *posiit.* Id in altera, quæ vivo adhuc Sigonio a. 1572. prodiit, sive ipse, sive alius emendaturus, non consultis prioribus excusis, substituit *posuit:* quod et illa, quæ ipso defuncto a. 1592. publicata est, servavit. Verum omnes scripti et edd. reliquæ tenent

positi. Vide Jac. Gronov. ad § 4.

§ 8 *Dextra omnis acies extra prælium eminens cessabat*] Per 'dextram aciem' intelligendum esse dextrum Romanorum cornu, Perizon. monuit in Animadv. Hist. c. 8. p. 339. Quid autem *eminens*? Omnes codd. in hanc lectionem consentiunt, nisi quod *inminens* sit in Harl. Vellem si Mss. permitterent *eminus cessabat*.

§ 10 *Et signa moverant loco*] Scripsimus *etiam signa*. Mox vero corruptum locum *impotentes jam regi inter duas acies versari*, sic castigavimus: *impotentius jam regi, et inter duas acies versari*: id est, impotentius jam regebantur, et inter duas acies versabantur. Hic nobis egregie subvenit volumen scriptum. *Rhenan. Et signa* Voss. Lov. 1. Ber. et Gaern. *etiam signa* Lov. 2. 3. 5. et Hav. Reliqui *et jam signa*, quomodo etiam Froben. 1535. edidit. Vide ad xxxix. 10. § 6. Deinde *inpotentes regi, inter duas acies versari* Voss. neque aliter Lov. 1. nisi quod *inpotentes* dederit: τὸ *et* autem omittunt tantum, *inpotentius* servantes, Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaern. et Hav. At reliqui per omnia *Rhenano* adsentiuntur. Paulo ante *turbaverant ante signa Romanos* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *turbaverunt antesignanos Romanos* Lov. 5.

§ 13 *Subductas e dextro cornu*] *Ab dextro* Pal. 3. Gebh. *A dextro cornu* Lov. 4.

§ 14 *In sinistrum hostium latus incurrit*] A Romanis Claudius in dextro, Livius in sinistro cornu, in media acie prætor pugnabat. A Pœnis contra Claudium stabant Galli, contra prætorem Ligures ac elephantum, contra Livium Hasdrubal cum Hispanis. Inter Claudium ac Gallos collis oppositus arcebat, ne aut a fronte, aut ab latere aggrederentur, ut ipse tradit author: quæ res effecit, ut Claudius post aciem cohortes circumduceret. Sed obscurum est, post quam aciem: non hostium, propter

montem; ergo Romanam. Verum sic non in *sinistrum hostium latus* incurrit, sed potius in *dextrum*, atque adeo etiam eorum, qui in dextro cornu Hasdrubalis erant. *Glar.* Aut memoriæ vitio lapsus est Livius, aut leg. in *dextrum h.* Claudius oppositus erat sinistro hostium cornu, ubi erant Galli. Itaque cohortes post aciem suorum circumduxit, ut invaderet Hispanos, qui in dextro hostium cornu pugnabant, atque ita cæsis Hispanis pervenit ad Gallos in sinistram cornu. Observasse hoc etiam Clarea-num video, cujus rei nullam miror Sigonium, qui illius bona et mala alias semper adfert, habuisse rationem. *Jac. Periz.* Vide eundem in Animadv. Hist. c. 8. p. 339. Adde quæ notantur ad vii. 15. § 6.

Quum ostendissent se ab latere, mox in terga jam pugnarent, &c.] Exemplar vetus habet pro *ab latere, in latere*, et, pro *trucidantur, trucidarentur*. Hoc verbum facit, ut putem, totam periodum sic legendam: *ut, quum ostendissent se in latere, mox in terga depugnarent, ita ut omn. part., ab fronte, ab latere, ab tergo, trucidarentur Hisp. Lig. Et ad Gall. jam cad. p.* Habes nunc perfectam sententiam, quæ ante mutila erat et lacera. Mire autem placet verbum *depugnaret*, quod ex vestigiis scripturæ reponendum arbitror pro *jam pugnarent*. *Rhenan. Pall. 1. et 2. ut, quum ostendissent se ab latere, mox in terga jam pugnarent.* Pal. 3. in hac periodo respuit *jam*. Proximis verbis Pal. 2. *Ita ex omn. part., a fronte, a latere, a tergo, trucidabantur Hisp. Lig.* Et ita ferme prisca ed. nisi quod *trucidantur*. Reliqui duo Pall. *Ita ex omnibus partibus.* Gebh. Put. et alii *ab latere*. Deinde longe magis placet, *ita ex omn. part., ab fronte, ab latere, ab tergo, trucidantur Hisp.*, quod et libri servant scripti, præ ignavo illo *ita ut trucidarentur*, quod idem *Rhenanus* ingressit: præsertim quum proxime præcedat, 'ut, quum ostend-

dissent,' &c. *J. F. Gron.* Msto Rhenani adsensus Recan. *in latere præfert*; idque Hearnii in D. invenit. Ceteri omnes cum Hearnii N. vulgatum tuentur, nisi quod in uno vel altero sit *a latere*: at voces illæ negligentia scribæ omittuntur in L. 1. Deinde *in terga jam pugnarent* omnes, quibus usus sum, codd. cui conjectura tentando quid causæ habuerit Rhenanus, non video. 'Depugnare,' et 'depugnare cum aliquo' apud Livium sæpe occurrunt. Etiam 'depugnare adversus aliquem' IV. 49. At, 'depugnare in terga' apud Livium me observare, non memini; qui tamen sæpe 'pugnare in terga' dixit. Ita x. 36. 'Jamque in terga fugientium Samnites pugnabant:' ubi vide. Hanc igitur lectionem præferendam esse, verius puto. Denique *trucidabantur* Lov. 4. et Rec. Sed reliqui *trucidantur*, quod Gronov. præstare recte judicavit.

§ 16 *Vix arma humeris gestabant*] Est in scripto *gerebant*: et quid fuit opus hoc mutare? *Rhenan.* Put. Reg. Men. Voss. *gestabant*; solus Men. *portabant*. Rhenano reddam sua verba: et quid fuit opus illud mutare? *J. F. Gron.* *Gerebant* solus ex meis Rec. Recte igitur Gronov. id, quod Rhenanus ejecerat, revocavit. Paulo ante *pars magna ab signis aberat* Voss. Lov. quinque, Ber. et Hav. cum edd. antiquioribus. Vide ad v. 38. § 5.

CAP. XLIX. § 1 *Ipsa in compage, qua jungitur capiti cervix, quanto maximo poterat ictu, adigebat*] Pal. 1. *ipso in articulo, quo jungitur capiti cervix*. Pal. 2. *ipso in articulo, quo jungitur capiti cervix, in compage poterat ictu adhibebat*. Gebh. Omnes Gall. et duo Pall. *ipso in articulo, quo jungitur capiti cervix*. Seneca de Provid. c. 6. 'Et cum articulus ille, qui caput collumque committit, incisus est, tanta illa moles corrui.' *J. F. Gron.* Ita etiam Flor. omnesque reliqui, exceptis Lov.

4. Rec. et Gaertn. qui alterum servant. 'Vertebram, quæ caput a cervice determinat,' vocat Amm. Marc. xxv. 1. ubi Hasdrubali Hannibalis fratri idem inventum adscribit. Vide ad eum locum Vales.

§ 2 *Ubi regendi spem vi vicisse*] Legendum *ubi regendi spem vicissent*, subaudi 'elephanti.' Quia mox præcedit 'bellua,' quidam in ed. Asulanica mutaverat id in *vicisset*. Rhenan. *Ubi regendi spem vi vicisset* edd. pleræque: sed scripti abigunt *rd vi*. Put. *regendis per vicissent*. Men. et Pal. *regendis pervicissent*. Lege igitur cum Rhenano, *ubi regendi spem vicissent*, ut referatur ad 'elephanti.' *J. F. Gron.* *Ubi rectoris pervicissent* Lov. 2. *regentes pervicissent* Ber. a m. sec. (prioris lectionis etiam vestigiis erasis) et Branc. Latini: *ubi regendis pervicissent* Flor. Voss. Lov. 1. Hafn. Hav. et Hearnii N. *ubi regendi spe vicissent* Hearnii L. 1. Mox § seq. *aliquot*, vel *aliquod in locis* Ber. Gaertn. et edd. vett. Sed recte Aldus præpositionem eiecit, quæ etiam exsulat a reliquis Mss.

§ 4 *Quum haud dubia fortuna hostium esset, ne superesset tanto exercitui suum nomen secuto*] Castigavimus *ne superstes tanto exercitui suum nomen secuto esset*. Rhenan. Omnes *postremo, quum haud dubie fortuna hostium esset, ne sup. tanto ex*. Neque enim quisquam nostrorum obsequitur Rhenano, volenti *superstes esset*. *J. F. Gron.* Unus tantum vel alter meorum cum Hearnii D. *haud dubia fortuna hostium*; reliqui cum edd. antiquissimis, ut Gronov. recte voluit, *haud dubie*. Supra VIII. 10. 'Utrius partis T. Manlius dux fuisset, ejus futuram fuisse haud dubie victoriam:' quam ibi veram scripturam puto. Deinde Rhenano adsentiuntur Lov. 5. Rec. et Hearnii D. id etiam de Put. testatur Crœvier. ut eum minus diligenter hoc loco consulerit *ὁ πᾶνν*. Vide ad xxvi. 33. § 3. Sed alii omnes

cum Gron. stant pro altera lectione. Innumeris autem locis *superesse* pro 'superstes esse' apud Livium obcurrit. Vide l. i. capp. 25. 34. 40. l. ii. capp. 7. 12. et alibi.

§ 6 *Quinquaginta sex millia hostium occisa, &c.*] Hic immane quantum a se invicem divortunt Livius et Polybius. Octo millia Romanorum, quinquaginta sex de exercitu Asdrubalis facit Livius. At Polybius xi. 3. 'Ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν Καρχηδονίων κατὰ τὴν μάχην σὺν τοῖς Κελτοῖς οὐκ ἑλάτους μυρίων. Τῶν δὲ Ῥωμαίων περὶ διαχιλίους. J. F. Gronov. *Quinquaginta VII. millia* Rec. et Hearnii D. Sed eundem, qui vulgo legitur, numerum servant omnes alii codd. et cum illis Epit. Liv. Deinde *cæsa* Ber. Gaertn. et edd. Aldo priores. Mox *quinque millia et CCC.* Hearnii L. 1. sed invitis omnibus meis, et auctore Epit. *Livianæ secundum Mstos*; captivorum enim numerus in edd. omititur. Deinde *magna præda alia cum omnis generis Flor.* et Lov. 4. *præda magna alia* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. antiq. *Cum omnis generis* etiam Lov. 5. Harl. et Gaertn. Vide ad vi. 23. § 3. Tandem vox *etiam* exsulat ab edd. antt. Eam primus recepit Aldus.

§ 7 *Supra quatuor millia capitum recepta*] Put. *supra* ∞ ∞ ∞ *capitum*. Pet. *tria millia*. Eundem numerum subindicant Men. et Voss. qui male intellectis notis habent XXX. J. F. Gron. *Supra XXX. millia*, vel *supra XXX.* Flor. Lov. 1. Hearnii L. 1. et N. Vide ad xxxiii. 14. § 5. *Supra tria millia* Hav. Mox *id solatio fuit* Hav. De qua locutione vide ad iii. 29. § 2. Sed, aliis adversantibus, vulgatum non contemniam. Nam et id Livio frequens. Vide ad vii. 26. § 12.

§ 8 *Cædisque ceperat satictus*] Indicat codex Spirensis, Livium scripsisse non *satictus*, sed *satias*. Quo vocabulo veteres usos fuisse, docet Nonius

Marc. Accium citans, et Varronem, Lucilium, et Lucretium. Sallustium quoque sic scribentem Histor. c. 2. 'Tum externorum agros invasere, frumentique ex inopia gravi satias facta.' Et Terent. Eun. v. 5. 3. 'Nam ubi me forte satias cepit, commuto locum.' Gaudet autem antiquis interdum uti vocabulis Livius, qualia fortassis sint 'aspreta,' et 'internicialis,' quorum ante meminimus. *Rhenan.* Rhenanus, quia voculam *satias* apud Terent. aliosque observarat, ne tantæ eruditionis jacturam patientium nobis esset, etiam hic inculcarat, monens vestigia ejus lectionis restare in Ms. Spirensi, non ausus testem sen auctorem talis scripturæ illum librum laudare. Nos, qui et Livium quam sanctissime tractare cupimus, ita ut nemini detractum ire cogitemus, consulimus accurate Pall. Mss. et vet. edd. in quibus omnibus neque volam, neque vestigium illius antiqui vocabuli, quod Rhenano pretiosum margaritum tantopere visum ut etiam hic insereret, invenimus. *Gebh.* Valde cupio adsentiri Rhenano, ubi in Spirensi ait esse *cædisque ceperat satias*, quum et alibi apud Nostrum extirpaverint eam vocem imperiti; sed nemo Gall. nemo Pall. non Voss. ei subservit. J. F. Gron. Vocem *satias*, quæ passim a librariis in *satietas* commutari solet, Livio restituere conatur Gronovius xxv. 23. § 16. alii xxx. 3. § 4. Silio etiam, perpetuo Livii imitatori, N. Heinsius, quem vide ad Silii iv. 110. ubi quædam notavi. Verum omnes hic codd. mei priscam lectionem tuentur; quam revocavi.

Gallos Cisalpinos Liguresque] Pall. 2. et 3. *et Ligures*. Statim Pal. 3. *sine ordine, sine vallo, sine imperio, si una ala equitum mittatur, posse omnes deleri.* *Gebh.*

§ 9 *Omnes deleri; Supersint, inquit, aliqui nuncii*] Put. *omnes delerique supersint.* Voss. *deleri, qui supersint.*

Scrihe, omnes deleri, Quin supersint, inquit: ut c. 26. 'Quin imus, inquit, ipsi cum equitibus paucis exploratum.' J. F. Gron. Longitudo periodi videtur fecisse, quo minus animadvertenter præcedere ut, in his, ut postero die: nam hinc pendet inquit. Duk. Idem ad hunc locum observavit Crevier. notans similem locum occurrere apud Cic. de Orat. II. n. 23. (c. 6.) Ceterum deleri, ait, sinamus, qui supersint, abire nuncii Lov. 2. deleri, sint, ait, qui supersint, aliqui nuncii Hav. deleriq; supersint, ommissa voce inquit, Flor. a m. pr. deleri qui a m. sec. deleri qui supersint inquit Lov. 1. et Hearnii L. 1. ac N. Non displicet Gronovii deleri; Quin supersint. Supra II. 29. 'Quin, si alia aliorum sit conditio, accendi magis discordiam, quam sedari.'

CAP. L. § 1 Nero ea nocte, &c.] Silius XV. 812. 'Jamque diem solisque vias nox abstulit atra,' &c. Modius.

Citatiore, quam inde venerat, agmine, die sexta ad stativa sua, atque ad hostem] Scripsimus die sexto. Rhenan. Pal. 3. citatiore agmine. Tum Pall. 1. ac 3. die sexto ad stativa sua, atque hostem pervenit. Gebh. Præter Ber. qui sexta habet, alii omnes nostri sexto. Vide ad VIII. II. § 15. Deinde ad stativa sua, atque hostem Flor. Lov. 5. Ber. et Hav. Sed Livius amat præpositiones repetere. Vide ad VI. 28. § 6. Si quid igitur mutandum, mallet ad stativa sua, adque hostem. Sed vulgatum servo.

§ 2 Quia nemo præcesserat nuncius] Scripsimus nemo enim. Item narrarique, pro enarrarique. Et civitatis fuerit, pro civitas fuerat. Præterea in antiquo volumine tantum est gaudio, hoc est, 'ob gaudium.' Sic Livius c. 19. 'Effusis gaudio lacrimis.' Rhenan. Nihil interest, sed sic Rhenanus, nolente Put. cæterisque omnibus. Tenent enim quia nemo præcesserat. Sic et statim 'vix ut compotes mentium præ gaudio essent.' Et,

'satis dici enarrarique potest.' J. F. Gron. Quia nemo omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Deinde gaudio, ommissa præpositione, Hearnii D. Supra c. 17. 'Conjuges liberique lacrimantibus gaudio redduntur.' Sed reliqui Oxonn. cum omnibus nostris præ gaudio. Supra IV. 40. 'In suos quæque, simul corpore atque animo vix præ gaudio compotes effusæ.' IX. 14. 'Suarum inpotens rerum præ domesticis seditionibus discordiisque.' Vide ad VI. 49. § 1. Tum Rhenano narrarique legenti consentit Hearnii D. at Oxon. L. 1. et, quoscumque adhibui, codd. constanter enarrarique. Tandem civitas fuerat et acceperit primæ edd. quibuscum nulli faciunt codd. nisi Ber. et Gaertn. Ejus loco Rhenanus substituit civitas fuerit et acceperit. Sed nullus meorum codd. ei consentit. Jac. Gronovius tandem edidit civitas fuerat et accepit, quod firmiter codd. quos consului, et Hearnii L. 1.

§ 4 Aut populus e foro] Delevimus præpositionem e, quæ elegantius subauditur. Rhenan. Pal. 2. in foro. Cæteri libri consentiunt cum vulgatis: quare temerarie removet e Rhenanus. Paulo ante oborto sole, pro ab orto. Gebh. Adversantur Rhenano omnes nostri. Neque ei favet, quod modo præcesserit præpositio ab, et verbum abscessit. Nam sæpe Livium præpositiones variasse, vidimus ad VI. 28. § 3. 'Abscedere e foro' autem inlustramus ad XXXVII. 27. § 6. Paulo ante oborto sole male etiam Hav.

§ 5 Suppliciiis votisque futigare Deos] Scripsimus futiguere Deos. Rhenan. Et hoc [futiguere] Rhenani. Sed omnes suppliciiis votisque fatigare Deos. Revise ad VI. 27. § 10. J. F. Gron. Fatiguere Lov. 5. et Rec. Reliqui autem mei cum omnibus Hearnii Oxonn. futigare, quod recte Gronov. adversus Rhenanum probavit. Sæpissime librariorum orationem per infiniti-

cum prolatam in finitam corrupisse, vidimus ad I. 50. § 5. Præterea *supplices votisque* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Hafn. et Hav. *supplicisque votis* Lov. 4. Sed credo librariis displacuisse *supplicis*, pro *supplicationibus*; quod tamen et Livio et aliis scriptoribus in usu esse, dictum est ad XXII. 57. § 5.

§ 6 *Fama incerta primo accidit, duos Narnienses equites*] *Fama inclinata* Pal. 2. *Gebh. Duo Narnienses* Pal. 1. apud Gebh. ad VII. 40. § 9. Ita Livium sæpe loqui, notamus ad XXXV. 21. § 5. Hic tamen omnes mei in vulgatum conspirant.

§ 7 *Mente capere, aut salis credere possent*] *Mente caperet* Flor. a m. pr. et Harl. *mente caperent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Ber. a m. sec. quæ tamen duas postremas literas iterum delevit. In præcedentibus τὸ *Et* deest in Lov. 4. qui etiam cum Harl. omittit pronomen *id*. In sequentibus *celeritas idem impediēbat* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. et Hav. Sed primam literam vocis *fidem* intercepit ultima præcedentis. Similiter litera initialis vocis *factio* a proximæ finali *s* absorpta est IX. 46. § 10. vocis *fidem* a proximæ finali *t* lib. VI. c. 11. § 8.

§ 9 *Eæ literæ, per forum ad tribunal perlatæ*] Legendum *ad tribunal prætoris latæ*, quemadmodum et nos castigavimus. *Rhenan.* Omnium illorum loco *Hæ perlatæ* est in Lov. 1. *ad tribunal perlatæ* legunt Flor. Voss. Lov. 3. Harl. Ber. et Hearnii L. 1. *ad tribunal prolatæ* Hav. *ad tribunal prætoris perlatæ* Lov. 5. Sed probo Rhenani emendationem. Quin et diu ante Rhenannum *ad tribunal perlatæ* Venetiis a. 1498. editum est. Insuper *Et literæ* edidit Jac. Gronov. sed, ut videtur, librariorum aberratione; quod tamen, quum in erratorum syllabum receptum non sit, religiose Clericus servavit. Omnes mei *Hæ* vel *Hec*. Antea edebatur *Eæ*, quod revocavi. Mox in curiam exci-

verunt Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. et Braucal. Latini: *in curiam exciverant* edd. antiq. Male. Modo enim Livius narravit, omni hoc tempore nullum senatorem a curia abcessisse.

Trahereturque a percunctantibus vociferantibusque, ut in Rostris prius, quam in senatu, literæ recitarentur. Tandem cum submoti et coerciti a magistratibus fuerunt, dispensarique lætitiæ inter impotentes ejus animos potuit] Hic multæ dictiones additæ sunt; una tantum aut altera mutata. Codex scriptus sic habet: *sed cunctantibus voc., ut in rostris, priusquam in senatu, literæ recit. Tandem summoti et coerciti a mag. dissertarique lætitiæ inter imp. ejus an. potuit*. Ista verba sic legenda mihi videntur, ut cohæreant cum superioribus hoc modo: *tantoque cert. ac tum. pop. ad fores curiæ concursum est, ut adire nuncius non posset præ cunctantibus voc., ut in rostris, priusquam in senatu, literæ recit. Tandem summoti et coerciti a mag., (subbandi 'sunt'). Vixque servari lætitiæ intra imp. ejus animos potuit. In senatu primum, d.* Porro nunc vides, quantum aberrarint, qui ante nos sententiam istam instaurare sunt conati, dum *trahereturque* verbum assunt, et pro *sed cunctantibus*, scribunt *percunctantibus*, quod id verbum postea sequatur, cum inquit, 'quæ acta sint, percunctarentur,' dum particulam *cum* et verbum *fuerunt* infulciunt, et pro *dissertarique* reponant *dispensarique*. Cæterum nostræ divinationes magno nobis labore constiterunt, non remittentibus animum, donec germanam, et speramus, lectionem reperissemus. Sane hic proprie usus est participio *cunctantibus*, de multitudine loquens apud enriam manente: 'cunctantur' enim, quæ sic manent, ut difficulter moveri possint. *Rhenan.* Vet. lib. quos legi, omnes, *ut adire nuncius non posset, traheaturque a percunctantibus*. Sigonius. Corripit hunc locum, fatendum enim est, ut et plurimos in tam eximio

scriptore, Rhenanus codice recentioris notæ, cui alias nostrum tertium sæpius simillimum dixi, qui et minimum hoc loco ab eodem discrepat. Pal. 1. *ut adire nuncius non posset, trahereturque a percunctantibus.* Pal. 2. reciso *ut, adire nuncius non posset, trahereturque a præcontantibus.* Verbum ergo *traheretur* non est assutum a prioribus Rhenano castigatoribus, sed genuinum germanum Livii, cui reservavit sartum tectum vet. ed. *Gebh.* Hoc non posset præcunctantibus eadem fortuna subiecit Beatus, quum legeretur, *ut adire nuntius non posset, trahereturque a percunctantibus voc.:* id quod mordicus tenent omnes scripti, quorum ratio haberi debet. Negari non potest, virum illum, cujus laudibus nihil detractum volo, (etenim plurima egregie restituit apud Nostrum) sæpe nihil pensi habuisse, quid quo mutaret, dum modo aliquid mutaret. *J. F. Gron.* Omnes etiam mei servant *trahereturque a percunctantibus*, nisi quod copula *que* desit a Flor. et Harl. Præstare igitur omnino videtur, ut concinentibus tot codd. credamus, quam ut, unicum Rhenani secuti, vulgatum insuper conjecturis tentemus. Quod enim objiciat, *percunctari* postea sequi, nihil obfcit. Satis multa enim interjecta sunt, ut commode repeti possit. Ceteroqui, Livium a voce repetenda non abhorreere, dictum est ad 1. 3. § 9. Hic autem *percunctantur* tabellarios prætoris, cap. seq. legatos eorumve comites. Deinde *τὸ ut*, quod sequitur, etiam omittitur in Harl. In eo autem omnes Rhenano adstantur scripti et prioribus excusi, voces *quum* et *fuertunt* ejiendendas esse, quæ etiam ex editorum interpolatione ortæ sunt. Principes, quas vidi, edd. *dedere commoti*, una etiam *commoniti*, pro *summoti*. Id deinde Ascens. a. 1513. in *cum summoti* mutavit, et vocem *fuertunt* adjecit. Pro illis itaque recte Rhenanus substituit, quod nunc circum-

fertur, et jam exstiterat in Ven. ed. 1498. ac Mediol. 1505.

§ 10 *Dispensarique lætitia inter impotentes ejus animos potuit*] Putidissime Rhenanus *vixque servari lætitia intra imp. e. a. p.* Laborem, quem tam frivolis conjectatiunculis maximo Livii detrimento absumsit, compendificare per doctiores potuisset. Pal. 3. quidem *dispertarique*. Sed lectio nostra se tuetur reliquorum codd. auctoritate. *Gebh.* Hic vero Beatus longe infelicissimus: quia ab calami errore in libro suo invenit *dissertarique*, nobis obtrudit *vixque servari*, quum illud sine ulla mendi suspicione habeant omnes alicujus fidei libri, et sit phrasis elegantissima pro modum accipere, ordine et sine tumultu atque effusione haberi. Plinius Panegy. cap. 35. 'Quæ singula quantum tibi gratiæ dispensata attulissent? at tu simul omnia profudisti.' Justinus VII. 6. 'Quoniam omnibus bellis par esse non poterat, dispensanda ratus.' Silius IX. 244. 'Dum Libys incenso dispensat milite vires.' Apud quem etiam XVI. 342. 'indispensatus nisus' sine modo et temperamento vires effundentis. Tamen ille se effert, et imputat nobis ingratum laborem suum. *J. F. Gron.* *Dispensarique*, quod etiam in omnibus meis superest, (nisi quod unus Hav. legat *disparique*, Rec. *disservarique*) recte vindicant viri docti. De ea voce vide ad posteriorem loc. Silii.

§ 11 *Et, pro cujusque ingenio, aliis jam certum gaudium, aliis nul. an.*] Antiqua lectio *et pro cuj. ing. certum gaudium, aliis.* Fortassis legendum *et pro cuj. ing. certatum gaudium.* Aliis nulla ante futura *fid. erat.* Rhenanus. Iterum temerarie Rhenanus contra mentem et libros. Quomodo *certatum gaudium*, quum aliis nulla futura *fides erat?* Vult alios, pro cujusque ingenio, fidem nuntio tam læto adhibuisse ex literis L. Manlii prætoris; alios fidem suspendisse, dum ipsius

consulis literis confirmarentur, vel legatorum narrationibus. *Gebh.* Omnes etiam mei stant pro vulgato.

Quam legatos consulum vel literas audissent] Repone cum optimis *legatos consulumve literas*. J. F. Gron. Ita et Flor. Plerique reliqui alteram lectionem tumentur. Sed ea nata est ex prima litera vocis *literas* in fine prioris repetita; de quo errore vide ad XL. 7. § 8.

CAP. LI. § 1 *Adlatum est: tum enimvero omnis ætas currere obvii*] Scripsimus *obviam*. Rhenan. Libri omnes *allatum est*. Tum Pall. 1. ac 3. *currere obvii; tum primum quisque*. *Gebh.* Vera lectio optimorum codd. *allatum est, tum enimvero omnis ætas currere obvii*. Non *obviam*, quod suggerit Rhenanus. J. F. Gron. *Tò est omiserat* ed. Modii Francof. quod Gebhardus et Gron. revocarunt. Solus omittit id Hav. Reliqui tumentur. Deinde *currere obviam* Harl. et Hearnii D. Alii omnes, quos consului, cum Hearnii L. 1. et N. *obvii*. Illis qui *obviam* dederunt, displicuisse videtur genus loquendi 'omnis ætas obvii.' Sed vide Gronov. de Pec. Vet. II. 4. p. 76. Locutiones similes passim apud Livium oberrant. Ita 'ingens turba circumfusi fremebant:' vide ad XXVI. 35. § 7. 'pars in fugam effusi:' vide ad XXVII. 1. § 12. 'Levem armaturam opperiebantur: qui ubi venerunt' XXXV. 30. Vide Burm. ad Suet. Calig. c. 48. et Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § 6. Adde quæ notavi ad Sillii x. 307.

§ 2 *Ad Mulvium usque pontem*] Si verum est, quod Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 72. et Amm. Marc. XXVII. 3. scribunt, pontem Mulvium ab Æmilio Scauro structum esse, hic non minus centum annorum prolepsis est. *Duk.* *Volumnium* Hearnii L. 1. *Molinum* Lov. 2. 3. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Molivum* Voss. *Molivum* Lov. 1. *Milurium* Flor. a m. pr. *Mileium* a m. sec. cum Ber. Hav. ce-

terisque edd. usque ad Gron. qui a. 1665. consentientibus reliquis Mss. *Mulvium* vulgavit, quemadmodum in optimis aliorum Mss. superesse docuere viri docti. Vide Arntzen. ad Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 72.

§ 3 *Legati erant L. Veturius Philo*] Forte *tò erant* delendum, et post scribendum *Metellus, circumfusi*. Vel potius lege, *Legati (erant L. Veturius Philo, P. Lic. Varus, Q. Cæcilius Metellus) circumfusi*. J. F. Gron. Distinctionem hanc recepi. Olim major erat interpunctio post vocem *Metellus*. Et ea lectio etiam servari potest. Vide Gronov. ad 1. 1. § 11. Ceterum *Philus, Filus*, vel *Philippus* male plerique codd. Mox *tò Cæcilius* exsulat a Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D.

§ 4 *Quæ acta essent, percunctarentur, et ut quisque audierat*] Scripsimus *quæ acta sint*. Rhenan. Et hoc Rhenani. Sed scriptorum alii *comites eorum, quæ acta essent, percunctarentur*. J. F. Gronov. Vocula et importuna est, et turbat structuram verborum. *Duk.* *Quæ acta essent omnes mei*.

§ 5 *Quum ægre in curiam perventum esset*] Scripsimus *pervenissent*. Rhen. Pal. 2. *pervenissent*. Pal. 3. *venissent*. Paulo ante Pal. 2. *aliis impertierant*. *Gebh.* *Pervenissent* Lov. 4. et Rec. Reliqui *perventum esset*, nisi quod *ventum esset* sit in Harl. Deinde in præcedentibus *impertierant* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav.

Inde introducti in concionem] Legendum est *traducti*, quemadmodum nos castigavimus: *introducti* enim sunt legati primum in curiam et senatum, *traducti* postea in concionem, quæ erat foris et in publico. *Rhen.* *Vet. lib. introducti in concionem*. Hinc ergo *inde producti*. Est enim hæc consuetudo Latini sermonis, ut, cum non omnibus pateret aditus vel in senatum vel in concionem, a magistratibus tamen, quorum id jus erat, in

curiam quidem 'introduci,' ad populum vero (sic enim loquebantur) 'produci' possent. Sic VII. 30. 'Legati introducti in senatum maxime in hanc sententiam locuti sunt.' Et XXVIII. 39. 'Tum Saguntinorum legatos in senatum introduxit.' Et paulo post, 'Legationes inde cæteræ in senatum introductæ.' Et hoc lib. cap. 10. 'Mandat consulibus, ut eos quoque ad populum producat.' Item c. 7. 'Productus in concionem Lælius eadem disseruit.' Et XLI. 7. 'Eum, quum in senatu fatigassent interrogationibus, in concione quoque prodixerunt.' Cic. post Red. ad Quirit. c. 6. 'Deinde omnes, qui vestris maximis beneficiis honoribusque sunt ornati, producti ad vos ab eodem.' Et ad Att. I. 14. 'Q. Fufius in concionem produxit Pompeium.' Sigon. Pal. I. *introducti*, quod probō. Vet. ed. *inde in concionem introducti legati*. Sigonius *inde producti*. Gebh. Rhenanus *inde traducti*. Verum Sigonius *inde producti*. J. F. Gronovius. *Inde in concionem introducti* Ber. Gaertn. et editi ante Aldum: *intraducti* Flor. a m. pr. *hinc traducti* a m. sec. *introducti in concionem* Cantabr. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Hafn. et Hav. cum Hearnii L. I. et N. Sed recte Sigonius *inde producti*; quod quum *in producti* scriberetur, una littera mutata facile in *introducti* corrumpi potuit. 'Producere' in hac re proprium. Supra VI. 36. 'Primos Patrum productos interrogando de singulis fatigabant.' x. 26. 'Et in senatu, et productus ad populum mediam orationem habuit.' Vide Cort. ad Sall. Jug. c. 33.

§ 6 *Literis recitatis, ipse planius omnia, quæ acta*] Duo vocabula *ipse planius*, nescio, quis hic infulsit: quasi vero Livii sententia quicquam tale exposcere videatur. O teneritatem! Quid autem huic orationi deest? L. Veturius, *literis recitatis, omnia, quæ acta erant, exposuit*. Rhenan. Vet.

lib. *planius omnia*: egregie. Sigonius. Ejectis, quæ Rhenanus ejici voluit, nihil quidem orationi deest. Attamen *recitatis, ipse planius ea, quæ acta Hearnii L. I. recitatis, ipse planius omnia, quæ acta omnes mei*. In qua oratione quid est, cur antiquis membranis fides non haberetur?

§ 7 *Discursum inde ab aliis circa templa Deum, &c. ab aliis domos*] Voces *ab aliis* priori loco omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Si abessent ab integrioribus codd. non etiam requirerem. Foret enim simile loquendi genus, atque illud, de quo vidimus ad III. 37. § 8. Nunc retinendas censeo.

§ 8 *Eam supplicationem C. Hostilius prætor pro concione edixit*] Libri omnes *Aulus Hostilius*. Gebh. Put. Reg. Men. Voss. non habent *pro concione*. J. F. Gron. *A. Hostilius Flor.* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. I. N. et edd. antiqq. pro quo recte Aldus *C. Hostilius* substituit. Supra enim c. 36. *A. Hostilio Sardiniam, C. Hostilio jurisdictionem urbanam et peregrinam evenisse*, monuit. Deinde *pro concione exsulant* a Flor. Lov. quinque, Hav. et Hearnii L. I.

Celebrataque a viris feminisque. Omniaque templa] Vet. lib. *celebrata a viris feminisque est. Omnia templa, &c.* Sigon. Pal. I. et vet. ed. *celebrata a viris feminisque est*. Gebh. Lov. 4. priscam scripturam servat. Reliqui eam tumentur lectionem, quam in vet. lib. Sigonius invenit: cum iis autem faciunt etiam Hearnii L. I. et omnes edd. usque ad Froben. 1535. Mox *omnes solutæ metu* Lov. 5. et Hearnii L. I. Tò omni non adparebat in Harl.

§ 10 *Vendendo, emendo, mutuum dando, argentum creditum solvendo*] Exemplar scriptum habet *argentum creditumque solvendo*. Quid si legas *signatum creditumque solvendo*? ut intelligas de rebus contestatis consigna-

tisque. *Rhenanus*. Vet. lib. *mutuum dando argentum, creditumque solvendo*. Sigonius. Pall. *argentum creditumque*. Gebh. Tria verba emendo, *mutuum dando* in Pnt. Reg. Men. Voss. desiderantur. *J. F. Gron.* Eadem verba desiderantur in Flor. Cant. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Deinde *argentum creditum persolvendo* Lov. 2. *argentum creditumque solvendo* Lov. 4. In quo, ut et Rhenani ac Sigonii codd. illud *que*, quod optimi constanter ignorant, natum puto errore scribarum, qui, praesertim in hac parte operis Liviani, copulativam *que* perperam vel addiderunt, vel abstulerunt: ut observat Jac. Gronov. in diss. Epist. ad Liv. loc. quaed. Geogr. ep. 2. p. 15.

§ 11 *Caput Hasdrubalis, quod servatum, &c.*] Silius ita insultantem consulem Romanum Annibali inducit xv. 816. 'Tum Nero procera sublimia cuspide portans,' &c. *Modius*. Factum C. Claudii Neronis consulis facto Ajacis Oilei apud Homerum illustrat Victor. Var. Lect. xxvii. 22. Claudii praenomen C. paullo ante deorat in Hearnii L. 1.

Captivosque Afros vinctos, ut erant, ostendi] Est in scripto *vincti ut erant*: utrumque stare potest. *Rhenan.* Pal. 3. *captivosque Afros, vincti ut erant, ostendi: duos etiam de iis solutos ire*. Gebh. *Vinctos, ut erant omnes mei: idque praestare puto*. Formulam *ut erat* illustrat N. Heins. ad Nas. Met. x. 7. Mox *solutos* deest in Lov. 1. *solutos ex his ire* legit Lov. 5.

Et expromere, quae acta essent, jus sit] *Promere* Lov. 5. *exprimere* Ber. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Male. Vide quae notantur ad xxxix. 12. § 4.

§ 13 *Castrisque inde motis, ut omnia auxilia, &c. contraheret*] Vet. lib. non habent *ut*, et, pro voce *contraheret*, habent *contrahit*, quod placet. *Sigon.* *Castrisque inde motis, omnia auxilia, &c. contrahit*. Et ita antiqua impressio, nisi quod *contraxit*. Gebh. Ita et Lov. 3. sed *castris inde motis, omnia auxilia, &c. contraxit* Gaertn. et edd. antiqq. *castris inde motis, omnia auxilia concessit* Ber. Reliqui, et inter eos optimi, vulgatum fuerunt, quod in Aldi ed. primum occurrit.

LIBER XXVIII.

CAP. I. § 1 *Cum transitu Hasdrubalis, quantum in Italia declinaverat belli*] Loquitur hic de Hasdrubale Amilcaris F. qui, ut præcedenti libro narratum est, Alpes transcendit, conjuncturus se fratri Hannibali. De hoc nimirum transitu Livius intelligit. At quid formidolosius accidit Italiæ, quid magis extimescendum, quid unquam rebus Romanis certius exitium afferre visum est, quam quum in Italiam per Alpes transiret Hasdrubal? Per hujus enim adventum duo bella Punica facta, duo ingentes exercitus, duo prope Hannibales, ut Livii verbis utar. Quomodo ergo ‘declinasse’ bellum in Italia transitu Hasdrubalis videri potest, quod tum est maxime auctum? Sic enim in omnibus exemplaribus excusis, quæ nobis videre contigit, legitur: *Cum transitu Hasdrubalis quantum in Italia declinaverat belli, &c.* Cupiam hic audire professores hunc locum exponentes. Mihi libet cogitare, in verbo *declinaverat* ingens esse mendum. Habet et vetus volumen depravatam lectionem, nempe *inclaverat*, sive *indaverat*, adeo sunt ambiguæ literæ. Ego vero scribendum arbitror *inundaverat*, quod verbum hic mire quadrat. Franciscus Petrarca aut Victorinus Feltrensis pro illo *indaverat* fortassis primum substituit *declinaverat*. Id postea Laurentium quoque Vallam, virum in literis prorsus incomparabilem, fallere potuit. Nam aiunt, hunc in restituendo Livio multum operæ sumpsisse. Porro libet hoc erratum propemodum alieni monacho tribuere, qui pro *indaverat* supposuerit hic de-

clinaverat, quod *transitum* acciperet pro interitu. Nam Christiana pietas ‘transitum Divorum’ vocat, mortem intelligens. Huic mendoso loco menderi conatus est doctus aliquis in ed. Eucharii Cervicorni, scribens *quantum in Italiam declinaverat belli*. Rhenan. Quidam emendarunt *in Italia*; sed quam bene, ipsi viderint: *in Italiam* malim. Glar. Rhenanus, levissima unius libri conjectura motus, legit *inundaverat*, pro *inclinaverat*, a quo ipse dissentio, non solum quia contra librorum omnium auctoritatem facit, sed etiam quia pulcherrimam sententiam depravat, quæ ex vocibus *declinaverat* et *levatæ* elicitur, quæ translatione a lance sumpta nituntur. Nam quo graviore pondere laux altera premitur, eo magis contraria levare videtur. Quod idem de Italia quoque et Hispania intelligendum est. Sigon. Corripit hoc initium libri Rhenanus, frivola conjectura deformans elegantissimam sententiam. Ast ejus temeritatem recte retundebat Sigonius. Pal. 1. et vet. ed. *quantum in Italia declinaverat belli*. Pal. 2. *quantum in Italia inclinaverat belli*. Gebh. Andreas, Tarv. Venetæ, Bechar. Ald. Junt. Frob. Savet. *quantum in Italia declinaverat*. Rhenanus inventum in scripto *inclinaverat*, vel *indaverat*, reddidit *inundaverat*: unde Gryphius et Curio *quantum in Italiam inundaverat*. Sigonius tuetur *inclinaverat*: quod nobis quoque in membranibus obvium fuit. Sed veterem ed. propugnant Pnt. Reg. Men. Pal. Voss. cui una litera est addenda, ut sit *quantum in Italiam declinaverat belli*: quemadmodum apud

Ascensum, Moguntinos, Cervicorum jam pridem lectum est. Lib. xxx. cap. 21. 'Quod solliciti erant, omni belli mole in unum belli ducem inclinata, quo evasura esset res.' J. F. Gron. *Quantum in Italia inclinaverat belli* Rec. *quantum in Italia declinaverat belli* Flor. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hearnii D. qui *quantum in Italia declinaverat res belli* invenit in L. 1. *quantum in Italian declinaverat belli*, ut Gronov. recte scribendum conjecit, Harl. Hav. et Hearnii N. *declinat in Italian*, nempe ab Hispaniis, eodem modo dictum est, quo 'avolare Romam,' nempe a castris; de quo vide ad l. 57. § 8. 'avertere in' vel 'ad se;' de quo vide ad vi. 23. § 8. 'amovere in ultima Hispaniæ' xxvii. 20. § 5. 'Declinare ad aliquid' dixit Liv. xxi. 52. 'Ab auctoribus injuriæ ad vindices futuros declinant.' xxxix. 27. 'Viam nusquam ad mare declinantem.' Quinct. Inst. vii. 2. 'Ad illa declinandum est, non de hoc quæri.' xii. 3. 'Desperata facultate agendi, ad discendum jus declinaverunt.'

§ 2 *Et Hispanias ea tempestate sic habebant Romani*] Pal. 1. *Hispaniæ ea temp. signa hab. Romani*. Gebh. Dele ab initio copulativam, quæ in nullo Gall. neque Voss. aut in optimo Pal. reperitur. J. F. Gron. *Et Hispanias ea temp. sic hab. Romani* Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii D. *In Hispania ea temp. signa hab. Romani* Lov. 1. 2. et Hav. *Hispanias ea temp. sic hab. Romani* ceteri mei, cum Hearnii L. 1. et N

§ 4 *Brevi magnum hominum numerum armasset*] Exemptum est vocabulum *hominum* Pal. 1. Gebh. Non adparet etiam in Flor. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *magnum numerum hominum* legit Gaertn.

§ 5 *M. Sillanum cum decem millibus peditum, equitibus quingentis misit*] Pal. 1. *M. Sillanum cum decem milibus seu plus militum, equitibus quingentis misit.*

Pal. 3. *M. Sillanum cum X. milibus militum, quingentis equitibus misit.* Gebh. Put. *cum decem milia uoplus milibus militum, equitibus.* Reg. Voss. et Pall. *unus cum decem millibus seu plus militum.* Men. *cum X. milia seu plus militum.* Etiam *seu plus* uterque Petavianus, sed *militum* melior. Pal. alter, *cum X. milibus militum, quingentis equitibus.* Scribe resecta una litera paucisque apicibus mutatis ex optimo *M. Silanum cum decem haud plus millibus militum, equitibus quingentis misit.* Vides, quam nullo coactu ex *liavo* fecerimus *haud.* Vel, *decem amplius*, ut cap. seq. 'Duo haud amplius millia peditum.' Cæterum et hic novum visum est corruptoribus, equites non esse 'milites,' atque hos ab illis separari. Cæsar de B. Gall. v. 7. 'Idoneam tempestatem nactus, milites, equites, conscendere naves jubet.' Ibidem cap. 10. 'Tripartito milites equitesque in expeditionem misit.' Lih. vi. c. 39. 'Hos subsecuti calones equitesque eodem impetu militum virtute servantur.' vii. 28. 'Parsque ibi, quum angusto exitu portarum se ipsi premerent, a militibus, pars jam egressa portis ab equitibus interfecta.' De Civ. ii. 42. 'Equites perpauci ex prælio se recipiunt, milites ad unum omnes interficiuntur.' iii. 47. 'Quum ipsi numero militum equitumque præstarent.' Noster lib. præc. c. 38. 'Octo millia Hispanorum Gallorumque et duo millia de legione militum, equitum mille.' Sic *ὀπίστας ἰππεύων* opponunt Græci. Plut. in Agesil. p. 600. *καὶ συνέβαινε τῷ Ἀγεσιλάφ ταχὺ πολλοὺς καὶ πολεμικοὺς ἔχειν ἰππεῖς ἀπὲρ ψιλῶν ὀπιστῶν.* Neque aliter exercitum equitatum opponunt. Cæsar Gall. ii. 11. 'Exercitum equitatumque castris continuit.' l. vii. c. 61. 'Exercitus equitatusque, equitibus Romanis administrantibus, quos ei negotio præfecerat, celeriter transmittitur.' Noster xxx. 36. 'Pars exercitus cum omni equitatu.' xl. 52.

in tabula M. Æmilii Regilli, 'Exercitu omni, equitatu, elephantisque.' J. F. Gron. Vulgatum, quod ante Gronov. edebatur, superest in Lov. 2. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii D. Neque aliter ejus L. 1. nisi quod corruptius *peditibus*, pro *peditum*, legat. *Cum decem millibus seu plus militum* Flor. Cant. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Hearnii N. *cum decem millibus militum* Lov. 5. et Hav. Sed veram scripturam ex Pnt. vestigiis Gronovium restituisse credo. *Milites* pro *peditibus* poni, et *equitibus* obponi, etiam dictum est ad xxvi. 19. § 10.

§ 6 *Inpediebant autem et asperitates*] *Præpediebant autem eum et asp.* Brancal. Latini. Si plures accederent eodd. non displiceret illud *præpediebant*. Est enim Livio imprimis amatum verbum. Supra vii. 36. 'Pavore præpediti nec arma impigre capere poterant.' viii. 38. 'Sine modo, inquit, se præda præpediant.' ix. 6. 'Pudor præpediebat.' cap. 14. 'Ni respectus equitum sexcentorum præpedisset animos.' xlv. 45. 'Dicere incipientem quum lacrimæ præpedissent.' De verbo 'præpedire' vide Nic. Heins. ad Nason. Her. xiv. 18. et Trist. i. 3. 42. Adde Curtium ad Sall. Jug. c. 28. § 5.

Angustia saltibus crebris, &c. inclusæ] *Fortassis inclusum, vel inclusos*: nam 'angustias saltibus inclusas' non facile vel apud Livium, vel apud alios repertum iri credo. Livius ix. 3. 'Ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos esse exercitus Romanos.' Curtius vi. 3. § 16. 'Non Ciliciæ fauces et angustia (uos) includunt.' Si *inclusæ* abesset, *angustia saltibus crebris* defendi posset noto usu ablativorum absolutorum. Sed omnes scripti eam vocem videntur habere. Duk.

§ 8 *Hæc stationibus, vigiliis, omni justa militari custodia tutu et firma esse*] *Ea stationibus, vigiliis, omnijusta* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. ea

stationibus, vigiliisque, cum omni justa Lov. 1. *ea stationibus, vigiliis, omni que justa* Ber. Mox § seq. *adgredienda esse ratus* Ber. et edd. ante Frob. qui a. 1535. τδ *esse* omisit, adstipulantibus reliquis meis.

CAP. II. § 1 *Confragosa loca et obsita virgultis tenebant colles*] Non dubium est, quin *tenebant* de hostibus dicatur. Sed non minus *confragosa* est hæc oratio, quam *loca illa fuisse* dicit Livius. Potest quidem quodammodo expediri ea ratione, quam Sanctius Min. iv. 4. in ellipsi voc. *ens*, et ibi Perizon. ostendunt. Sed malo *obsitos virgultis* legere, quam eo decurrere. Vide ad i. 14. § 7. Duk. *Obsiti virgultis* Flor. et Cant. Eandem lectionem Crevier. in Pnt. invenit, et probavit hoc sensu: *obsiti virgultis colles tenebant*, sc. regionem; hujus terræ faciem obtinebant. Eodem modo, quo cap. præced. dixit, 'læva Celtiberos, dextra Punica tenere castra.' Si tamen eodd. accederent, non displiceret Dukeri *obsitos virgultis tenebant colles*, nempe hostes, repetita voce ex præcedenti. *Obsitis* est in Flor. a m. sec.

§ 2 *Ibi in cava valle, atque ob id occulta, considerare militem*] Pal. 3. *ob id incultum*. Mox Pal. 1. omittit τδ *interim*. Gebh. Malim atque *ob id occultum considerare militem*. J. F. Gron. *Occultum militem*, ut vii. 34. 'Vadit occultus per saltum:' et ix. 31. 'Ingens hostium exercitus itinera occultus insederat.' Nec tamen in recepta scriptura quidquam vitii est. Vallis, quæ cava est, ob id ipsum etiam *occulta* dici potest. Curtius vii. 11. § 18. 'Occultas subjectasque ipsas valles rimantes.' Duker. Lib. x. c. 14. 'Non sefellere ad Tifernum hostes, in occulta valle instructi.' xxi. 32. 'Adparuerunt imminentes tumulos insidentes montani: qui si valles occultiores insedissent.' Mox *interim* exsulat etiam a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav.

§ 3 *Mille passuum aberant, quum ab hoste conspecti sunt*] Pal. 1. *milleque passibus aberant*. Deinde Pall. 2. et 3. *cum ab hostibus conspecti sunt*. Gebh. *Milleque passuum* Voss. Lov. quinque, et Hav. *mille passum* Flor. a m. pr. *mille passibus* a m. sec. Nihil muto. Vide ad v. 26. § 5. Tum *ab hostibus* Lov. 5. Sed vide ad v. 50. § 2. Mox et *Mago* edidit primus Jac. Gronov. quum priores omisissent copulativam. Gronovio cum Hearnii L. 1. adsentuntur omnes mei præter Ber. a m. pr. et Gaertn. qui priscis edd. adhaerent.

§ 4 *Erant autem in Celtiberico exercitu quatuor millia scuta*] Tu vide ne *scutatorum* sit legendum: nam paulo post '*Celtiberorum*,' inquit, '*scutatis cæsis*.' Sabell. Quidam *scutata*, pro *scutatorum*, reposuerunt, quod et ipsum non placet. Notavit hoc etiam Sabellianus. Glar. Pall. 2. et 3. *in Celtiberorum exercitu*. Gebh. *Celtibero exercitu* Mss. Tum Put. *scutata et*: Voss. *scuta et*. Lege *scutati et ducenti equites*. J. F. Gron. *In Celtiberorum exercitu* primum adparuit in ed. Froben. 1535. pro quo Jac. Gronov. *Celtibero* substituit, quemadmodum non modo edd. priores præferunt, sed etiam cum Hearnii L. 1. et N. omnes mei, nisi quod *Celtiberum exercitu* sit in Lov. 4. et Harl. Ita *Celtibero bello*, pro *Celtiberico*, est in uno cod. xxii. 22. § 4. '*exercitus Astur*' apud Sil. Ital. i. 252. ubi alia vide: '*terra Italia*,' de quo vide ad Livii xxv. 7. § 4. Deinde *quatuor millia scuta* Lov. 3. et Ber. cum priscis edd. *quatuor scuta* Gaertn. *XL. scuta* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Hav. Hafn. et Hearnii L. 1. *XL. scutata* Flor. a m. pr. *XL. scutati* a m. sec. Harl. et Hearnii N. *quatuor millia scutati* Gronovius conjicit. Vide ad xxxvii. 39. § 12.

Et id ferme, quod roboris erat, in prima acie locat] Hæc clausula, pronomine quod expuncto, (neque enim in veteri volumine habetur,) per pareuthesin est legenda hoc modo: *hanc*

justam legionem (et id ferme roboris erat) in prima acie locat. Rhen. Pall. 1. 3. et vet. ed. et id ferme, quod roboris erat. Tum Pal. 3. *in primam aciem locat*. Gebh. Plerique codd. adstipulantur vet. edd. At cum Rhenano facit Flor. Vide ad xxvii. 1. § 2.

Levem armaturam in subsidiis posuit] Reposuimus *cæteros, lerem arm.* appositive. *Rhenan.* Mss. *cæteram levem armaturam*, non *cæteros*. J. F. Gronov. Primis editionibus adsentitur Ber. *ceterum lerem armaturam* Lovel. 1. 2. Harl. et Hav. *ceteram levem armaturam* Lov. 3. Voss. et Hearnii L. 1. *cæteros, levem armaturam* Flor. Cant. Lovel. 4. 5. et Gaertn. Eandem se lectionem in Put. invenisse, Crevier. testatur. Miror itaque Gronov. hic ex suis Mss. *ceteram* edidisse. Alteram lectionem revocavi. Præterea *insidiis posuit* Flor. a m. pr. et Cant. *in insidiis posuit* Flor. a m. sec. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav.

§ 5 *Vixdum in egressos vallo Romani pila conjecerunt*] Mire hic variant codd. *vixdum ingressos vallo eos Romani* Flor. a m. pr. *vixdum egressos vallo in eos Romani* a m. sec. et Ber. *vixdum vallo in eos Romani* Lov. 2. *vixdum ingressos vallo in eos Romani* Lov. 4. *vixdum egressus vallo in eos Romani* Harl. *vixdum ingressus vallum eos Romani* Lov. 1. et Voss. inter versus. An forte legendum? *vixdum in egressos vallum Romani*. Livium verbo 'egredi' sæpe casum quartum junxisse, videbimus ad xxix. 6. § 4. Paulo ante *educeret e castris* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Froben. 1535. Ita interdum Livium loqui, videbimus ad xxxvii. 30. § 9. Verum et alibi in hac lectione præpositionem omittit. Ita hoc lib. c. 14. '*Prior semper Pænus copias castris educerat*.' xxx. 5. '*Educerent castris legiones*.' Eligant igitur lectores, quid malint.

§ 6 *Inde ad emittenda ipsi consurgunt*] Vet. lib. *ad remittenda*: probe.

Sigon. Remittenda ab Sigonio est. Put. Pet. Reg. Men. Pal. ad mittenda. J. F. Gronov. Ita et omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. Vide ad VI. 8. § 3.

Conferti, ut solent, densatis excepissent scutis] Lipsius Poliorc. 1. 5. scribit, Romanos non nimis sæpe in pugnando testudine usos esse, quia ordines non divellebant, et unum profert exemplum ex Ammiano. Aliud indicant hæc verba Livii, *ut solet*. Mirum tamen est, si hic Romanis mos erat in præliis, eum tam raro memorari. De oppugnationibus urbium obvia sunt exempla. Sed dici potest, quum in prælio densabantur ordines, simul densata fuisse scuta, atque ita testudinem factam. xxx. 34. 'Densatis ordinibus in cornua eiecere.' xxxiii. 8. 'Simul et densari ordines jussit, ut vir viro, arma armis jungerentur.' *Duk. Romani confertim* Voss. Lovel. 2. 3. et Hearnii L. 1. *confertim Romani* Lov. 1. 5. Harl. Ber. et edd. ante Aldum: *conferti Romani* Gaertn. et Hav.

Pes cum pede collatus] Pal. 3. *pes pede collatus*. Infra c. 33. 'Gladios nudant, et collato pede res cepta geri est.' Gebhard. *Pes pede collatus* etiam Lov. 2. quod dictum videri potest, ut 'castra castris conferre,' de quo vide ad x. 32. § 5. Sed nihil mutò. 1. 33. 'Exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulit.'

§ 7 *Asperitas locorum et Celtiberis]* Tò et deest in Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Berol. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. vet. quod primus addidit Froben. 1535. Mox inique ademerat Romanis Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Hafn. et Hav. manifesta scribarum aberratione, qui disjungenda conjunxerunt.

§ 9 *Id ad eadem eos, velut victos, præbebat]* Hæc duæ voces *id ad* erant omissæ in exemplari Spirensi: defectum indicabat lacunula vacua. Fortasse melius esset reponere et ad

eadem eos, quod mihi magis probarentur. *Rhenan.* Vet. lib. *id ad eadem eos*. Sigon. Concinnat Flor. et omnes alii mei, cum Hearnii Oxonn. Præterea *velut victos* Lov. 4. Vide ad xxx. 12. § 7. *Velut junctos* Lov. 2. Vide ad v. 7. § 2.

§ 11 *Duo haud amplius millia peditem]* Vet. lib. *haud amplius tria millia ped.* Sigon. Cum vet. lib. Sigonii facit Hearnii D. *duo amplius millia peditem* ejusdem L. 1. *duo aut amplius millia peditem* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Berol. et edd. Rom. 1472. ac Parm. sollemni et vel centies in Mss. Livii obvio librorum errore. Quare, ne tædio sim, exempla non adscribam. Similiter scribæ etiam in aliis lapsi sunt. Vide Davis. ad Cic. Tusc. 1. 26. Pier. ad Viug. Æn. iv. 502. vir. doct. in Obs. Miscell. tom. 1. p. 13. et quæ notavi ad Silii xvi. 88. *Haud amplius duo millia peditem* Lov. 4.

Cum Magone effugerunt. Hanno, alter imperator] Quos Livius conjungit, separat poëta Silius xvi. 25. dum ait, 'Jam Mago exntus castris agitante pavore,' &c. *Modius*.

§ 12 *Celtiberi, novus miles, in proximas dilapsi silvas]* Pal. 3. *delapsi*. Gebh. *Celtiberi, novi milites* Branc. Latini. Male. Supra XXI. 21. 'Petiit, ut Afri in Hispania, Hispani in Africa, melior procul ab domo futurus uterque miles, stipendia facerent.' xxxix. 1. 'In Liguribus gerebant bellum. Is hostis velut natus ad continendam Romanis militarem disciplinam erat.' Præterea male *delapsi* etiam Lov. 4.

§ 13 *Nequaquam tantum constatum bellum]* Pall. 1. 3. et vet. ed. *tantum jam constatum*. Pal. 2. *nequaquam jam constatum*. Gebh. Illud *jam*, quod in uno tantum deest Ber. omiserat operarum errore ed. Paris. a. 1573. sed eandem particulam restituit Gruter. in postrema ed.

Oppressam erat] Et hoc quoque in *oppressa* mutarunt, ut referant ad 'materiam belli.' Potest tamen *op-*

pressum referri ad 'conflatum bellum.' Lector iudicet, num oratio hiet, cui deesse aliquid propemodum mihi persuasi: quidam *oppresserat* legit. Glar. Pall. tres ingerunt *oppressa erat*: vetus ed. *oppressum erat*. Gebh. Crimen ridiculum editorum, qui non animadverterunt, nec sensum nec grammatice ferre, ut *oppresserat* sine casu accusandi ponatur. Repone ex Put. Men. tribus Pall. *oppressa erat*. Vetus ed. *oppressum erat*: quod putat Glareanus referri posse ad 'conflatum bellum.' Idem alterius lectionis, quam nos dedimus, meminit, tamen vir bonus jubet iudicare lectorem, num oratio hiet, cui deesse aliquid, propemodum sibi persuaserit. J. F. Gronov. *Oppresserat*, quod crimen ridiculum editorum vocat Gronov. error est operarum, primum commissus in ed. Frohen. 1535. et a reliquis editoribus servatus usque ad Gronov. Ita etiam scribæ errarunt in Lov. 3. 4. et Rec. Similiter autem sæpe peccarunt librarii. Vide ad xxiii. 29. § 16. *Oppressum erat* legunt Ber. a m. pr. et Gaertn. cum edd. principibus; pro quo demum *oppressa erat* Aldus substituit, probantibus reliquis meis, et omnibus Hearnii Oxonn.

§ 14 *Si nihil jam etiam ipse cunctando*] Vet. lib. *si nihil eam ipse cunctando*. Sigon. Firmant nostri, quod Sigonius, *si nihil eam ipse cunctando moratus esset*. J. F. Gronov. Similiter tantum non omnes mei cum Hearnii L. 1. et N.

§ 15 *Pænus, quum castra tum forte ad sociorum animos in Betica continendos in fide haberet*] Auctoritatem secuti Ms. codicis sic restituimus: *Pænus, quum castra sua forte in Betica ad sociorum animos cont. in fide haberet*. Rhenan. Græce Βαῖτις et Βαιτική. Ergo *Betica*. Sigon. Nihil in hac lectione, nisi ordinem, mutat Pal. 3. *castra sua forte in Betica ad sociorum animos continendos*. Sed ordinem quo-

que tnetur vet. ed. Contra Pal. 1. *castra tum forte ad sociorum animos in Betica continendos*. Pal. 2. *Pænus, tum castra tum forte in Betica ad sociorum animos cont.* Gebh. Mirum, ni aliena habuerit. Nostri *Pænus, quum castra tum forte ad sociorum, non sua; quod mutavit Rhenanus*. Scribe *Pænus, qui castra tum forte*. J. F. Gronov. Verba hoc ordine posita obscuritate nonnulla laborant. Eam tollit scriptura librorum, qui habent *in Betica ad sociorum animos cont. in fide*. Vide Hearnium. Duk. *Castra sua forte ad sociorum animos* Lov. 3. Ber. Rec. et edd. ante Aldum: *castra tum ad sociorum animos* Hav. *castra tum forte ad sociorum animos* ceteri mei cum Hearnii N. *castra tum forte ad aliquot sociorum animos* Hearnii L. 1. Deinde *in tecta continendos* Haverk. *in Utica continendos* Hearnii L. 1. Primo scriptum fuerat *in Vetica* sollempni literarum B. et V. commutatione, de qua dictum est ad v. 24. § 5. id autem in *Utica* corrumpere primum est. Recte etiam Sigon. *in Betica*, quomodo non modo Græci scribunt, sed omnes fere lapides literati, nisi quod in uno apud Grut. clxviii. 4. sit *BETICAM*. Denique *forte in Betica ad sociorum animos*, mutato verborum ordine, edd. Basil. 1554. et Sigonii, quas aliorum ita legentium nomine indicavit Hearnius. Omnes enim scripti et reliqui excusi vulgato ordini adhaerent. Alterum tamen clarius esse verum puto. Mox et *fugæ, quam itineris modo* Lov. 1. Sed reliqui nihil mutant.

§ 16 *Ceterum, quoad continuisset exercitum, propositum bello se fore ratus, antequam freto Gades trajiceret, exercitum omnem passim in civitates divisit*] Si quis hunc mihi locum exposuerit, illum Œdipum vocabo: quid enim sequitur, quod ad ista verba attineat *quoad continuisset exercitum*? Multum miror, cur ita veteribus illis, nempe Victorino Feltrensi, Petrarchæ, Aleriensi pontifici, quoties locum ali-

quem non satis assequerentur, de suo quidvis addere libuerit. Et quamvis hic decem dictiones infulserint, nihilominus mutila adhuc est sententia. Hic tamen locus asterisco notandus erat, non is, qui paulo post sequitur, in ed. Asulanica ea nota signatus, quum bene habeat. In volumine scripto tantum legitur, *Ceterum quoad cont. exerc. omnem passim in civitates dimisit*. Dicam quid mihi tandem in mentem venerit, quum diu hic hæsissem. Suspicio ista verba *quoad continuisset* prorsus esse depravata, ac scribendum pro illis *quod aciem renuisset*. Nam sic constabit sententia: *Ceterum, quod aciem renuisset, exercitum omnem passim in civitates dimisit*. Sensus est: Asdrubal detrectabat configere cum Scipione, et ideo passim exercitum in civitates dimisit, non *divisit*. Considera, lector, quantum sibi quidam permiserint in auctoribus restituendis, imo depravandis. Non sufficiebat hic mendum exemplaris scripti, nisi plura assuerentur, οὔτε γῆς οὔτε οὐρανοῦ ἀπτόμενα, quemadmodum Græcis est in proverbio. Hæc licentia Plinianos quoque libros nobis perdidit, quos mendosissimos hactenus fuisse, quibusdam persuaderi non potest. *Rhenan*. Lectionem exagitatam a Rhenano reponendam censeo. Est enim in omnibus vet. quos legi, libris sic: *Ceterum, quoad cont. ex., propositum bello se fore ratus, antequam freta Gades trajiceret, exercitum omnem passim in civitates dimisit*. Sensus est, Asdrubalem timuisse sibi magis, si exercitum continuisset, quam si dimisisset. Est autem sententia illa, quæ est in epistola Cælii VIII. 10. 'Nam de vita, si paratior ab exercitu esses, timuissim: nunc hæc exiguitas copiarum recessum, non dimicationem militum tuam, præ sagiebat.' *Sigon*. Vulgata lectionem adversus Rhenanum vindicant Pall. tres, et vet. ed. nisi quod in Pal. 1. exstet *divisit*, et in

Pal. 3. *trajecit*. Gebh. * Frandi Rhenano fuit, quod in codicem mutilum incidit. Itaque merito hæc tuetur Sigonius, nostris etiam omnibus affirmata. Restat, ut genus loquendi explicemus. *Propositum*, intellige instar scopi, quem non desinat petere Scipio. Ceterum Pnt. Voss. in *civitates divisit*, non *dimisit*. J. F. Gron. Recte viri docti hunc locum defenderunt contra Rhenanum, qui, ut Gronov. monuit, incidit in cod. negligentia librarii corruptum. Ejus autem aberrationi ansam præbuit repetitio vocis *exercitum*; unde factum est, ut semel cum omnibus mediis onitteretur: quales errores in Mss. frequentissimos esse, dictum est ad IX. 11. § 11. Certe omnes nostri codd. verba a Rhenano ejecta constanter retinent. Recte etiam Gronov. vindicat adversus eundem Rhenanum *divisit*, quod servant Florent. Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaetn. et Hearnii L. 1. Infra l. XXXVII. c. 45. 'Consul in hiberna exercitum Magnesiam ad Mæandrum et Tralles Ephesumque divisit:' ubi plura vide. Solent autem hæ voces in Mss. commutari. Vide ad IX. 27. § 7. Sigonium ad Liv. XLIII. 9. § 2. Tennl. ad Front. IV. 1. 45. Burm. ad Phædri IV. 24. § 18. et quæ notavi ad Sillii II. 96.

CAP. III. § 1 *Dissipatum passim bellum, et circumferre*] Tò *passim* ab se repndiant Pal. 1. et vet. ed. sicut Pal. 1. τὸ et. Gebh. Illud *passim* deest etiam in Ber. et omnibus ante Aldum edd. At, voce addita, *dissipatum jam passim bellum* legit Lovel. 2. Tum et exsulat etiam a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Harl. Mox *diuturni*, pro *diutini*, Lov. 2. Vide hoc lib. ad c. 24. § 6.

§ 2 *Cum decem millibus peditum, et mille equitum*] *Cum XN. millibus ped.* Hearnii D. Tum et *mille equitibus* Ber. a m. sec. *equitibus mille* Lov. 3. Male. Vide ad XXI. 61. § 1. *Cum*

decem millibus peditum equitum Flor. cum decem millibus peditum equitumque Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl. Forte scribendum cum decem millibus peditum, mille equitum, sine copulativa: unde mille, hac nota ∞ librariis incognita perscriptum, excidit; ut sæpe evenisse videbimus ad xxxix. 42. § 3. Paulo ante ne hostibus tantum Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Frobeniana a. 1535. antiquiores. Ne hostibus tantum Lov. 3. sollemni scribarum aberratione. Vide ad ix. 12. § 6.

Urbem, quam Oringin barbari adpellabant, mittit] Vet. lib. urbem (Origin barbari adpellabant) mittit. Hujus meminit Plinius III. 1. Sigon. Pal. 1. et vet. ed. Oringin. Pal. 3. Oroncin. Pal. 2. vero, excluso provocabulo quam, urbem (Origin barbari adpellabant) mittit. Gebh. Put. Reg. Pal. jubent exigi τὸ quam, more Livii: urbem, Oringin barbari adpellabant, mittit. J. F. Gron. τὸ quam non adparet etiam in Flor. et Cant. Vide ad xl. 57. § 3. Tum Oringin Flor. Cant. Voss. Lov. 3. Harl. Hafn. Colbert. Doujatii, Hearnii N. et edd. Ascensiana a. 1513. priores. Oringin Hav. Origin Lov. 2. 5. et Gaertn. Oringem Hearnii L. 1. Orocim ejusdem D. Orocim Rec. Orogen Lovel. 4. Oroncin Regionum unus, Orogenam Branc. Latinii. Doujatius eam esse existimat, quæ male Plinio vocatur 'Oningis' III. 1. quamque Liv. xxiv. 42. 'Auringen' vocavit. Deinde adpellant Hav. quomodo etiam Sigon. edidit. Sed reliqui stant pro altera lectione.

§ 3 *In Melessum finibus est sita, Hispanæ gentis] Hic verborum ordo est in codice vetusto: Sita in Melessum finibus est. Rhenan. Non ferme reperias apud scriptores vel Oringis, vel Mesessum nomen in Hispaniis, etiamsi cum tempore nomina mutata sint. Quidam Melissum emendarunt. Sed nec id compertum*

habent. *Glar. Libri scripti Messessum, Mesessum, Mæssessum. Put. Massessum. Unde Rubenius conjicit Massiensium: nam Massia Stephano χώρα ἀποκειμένη τοῖς Ταρτησίοις. Polybins in secundo fœdere Romanorum et Pænorum III. 24. τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου, Μαστίας, Ταρσηίου, μὴ ληξέσθαι ἐπέκεινα Ῥωμαίων. Forte Μασσίας, Ταρτήσσου. Sed et Hispanæ gentis, non Hispaniæ. J. F. Gronov. Similes varietates, quales Gronov. notavit, mihi etiam in libris meis obviam fuerunt; insuper autem Mæssersum legit Brancal. Latinii: Mesensium Regionum unus apud Doujat. Moncensium Hearnii L. 1. Messensium Harl. Mesensium Lovel. 4. Rubenii conjecturam Mussiensium probat Doujatius. At simul miratur, Gronovio in suspicionem venisse, cum 'Massia' et 'Tartesso' Hispaniæ urbibus easdem esse 'Mastiam' et 'Tarseium' a Polyb. memoratas. Has enim Africæ urbes esse, promontorium Pulchrum, his locis tamquam vicinis adjunctum, ostendere. In eo adsehtior Doujatio, quod, licet plures viri docti per 'Mastiam' et 'Tarseium' intelligant 'Massiam' et 'Tartessum,' existimem tamen locum Polybii nulla emendatione indigere. Certe Mastiam et Tarseium memorat Stephanus Byz. Μαστιανὸς, ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις. Ἐκαταῖος Εὐρώπῃ. Εἰρήται δὲ ἀπὸ Μαστίας πόλεως. Et postea: Ταρσηῖον πόλις πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις. Πολύβιος τρίτῳ. τὸ ἔθνικον ἔδει Ταρσηίτης ἢ Ταρσηιώτης. In Polybio nihil mutandum esse, præsertim ultimus locus evincit; unde constat, jam Stephani ætate Ταρσηῖον in Polybii exemplaribus scriptum existisse. In eo vero a Doujatio dissentio, quod Mastiam et Tarseium Africæ urbes crediderit, quas Hispaniæ urbes fuisse potius mihi persuadeo. Certe, Mastiam non in Africa, sed in Europa sitam fuisse, fidem facere potest, quod Hecataus apud*

Steph. Mastianorum in Europa meminisse dicatur. Et quidem 'Mastiani' Hispaniæ populi memorantur apud Polyb. III. 33. ubi recensens Hispaniæ populos, ex quibus milites lectos Hannibal, Romanis bellum inlaturus, in Africam misit, inquit, Ἦσαν δὲ οἱ διαβάαντες εἰς τὴν Λιβύην Θερσίται, Μαστιανοὶ, πρὸς δὲ τούτοις, ὀρεῖται Ἰβηρες Ὀλκαδῆς ubi pro Θερσίται legendum censerem Ταρσηῖται, nisi Θερσίται, populus Hispaniæ, obcurrerent apud Steph. ea voce. Memorantur etiam Mastiani apud Steph. in vocibus Ἰβηρῆται, Μαυρόβωρα, et Μολύβδανα, sed Μαστινηοὶ vocantur. Huic sententiæ adversari videtur alius locus Steph. v. Ἐλβέστιοι ex quo Berkel. ibid. statuit, Mastianos sites esse in Africa. Sed recte Holsten. ad eundem locum monet, ex truncato ac mutilo loco nihil certi colligi posse. Ipse etiam Berkel. postea sententiam etiam videtur ad Stephan. in v. Ἰβηρῆται et Μαυρόβωρα. Vide etiam Voss. ad Melam II. 6. Ceterum Hispaniæ gentis est in edd. antiqq. usque ad Aldum, qui Hispanæ emendavit. Priorem deinde errorem revocarunt Basileenses 1539. isque per reliquas edd. ad Gronov. usque propagatus est, licet interim Sigonius Hispanæ revocasset. Hispaniæ gentis ex Mss. præferunt Lov. 2. 3. 5. et Hav.

Ager frugifer] Pal. 1. fructifer. Statim idem codex, argentum etiam incolæ fodiunt in eam. Gebh. Fructifer etiam Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Hafn. et Haverk. Simili varietate 'frugiferæ materiæ' est in Msto Sangeri. Colum. IV. 21. ubi vulgo editur fructiferæ. Sed vocem 'fructifer' nondum me apud Livium legere memini. At 'frugiferum' obcurrit in Præfat.

Ea arx fuerat Hasdrubali] Reposuimus juxta fidem antiqui voluminis, ea arx fuit Asdrubalis ad exc. circa in med. pop. faciendas. Quæ particula

in hactenus desiderata fuit in exemplaribus vulgatis. Corrector accepit circa hic, ut esset præpositio, quum sit adverbium, hoc est in circuitu, et propterea particulam in expunxit. Rhen. Vet. lib. Asdrubali, quod magis probo. Sigon. Pal. 1. ea arxque fuerat Hasdrubali ad exc. circa med. pop. fac. Pall. 2. et 3. ea arx fuit Hasdrubalis ad exc. circa med. pop. fac. Gebh. Arxque fuerat Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. in eaque arx fuerat Hav. ea arx fuerat Flor. Cant. Lovel. 5. Harl. et Ber. Deinde Hasdrubalis Lov. 4. et Harl. Sed reliqui melius Hasdrubali. Mox in, additum a Rhenano, deficit in Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 4 Priusquam circumvallaret urbem] Vallaret Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. et edd. ante Aldum. Sed optimi stant pro recepta scriptura. Supra IV. 9. 'Firmiore se monumento ab Romanis circumvallatos, quam a se urbem, viderent.' X. 35. 'Nec dubium esse, quin castra circumvallaturi essent.' XLIII. 19. 'Circumvallato oppido, aggerem a parte superiore ducere instituit.' Mox amicitiam prius, quam vim, pro potius, Harl. Vide ad IX. 14. § 16.

§ 5 Fossa duplicique vallo circumdata urbe, in tres partes exercitum divisit] Codicem veterem sequendo sic castigavimus et distinximus: duplicique vallo circumdat urbem: in tres partes exerc. dividit. Rhenan. Pall. 2. et 3. circumdat urbem: quibus tamen non auscultavimus, quippe vulgatæ patrocinate Pal. 1. et insuper antiqu. ed. Gebhard. Circumdat urbem unus Hearnii L. 1. Reliqui vulgatum servant. Contra a Rhenano dividit substituente dissentiunt Voss. Lov. 2. Gaertn. et Ber. vulgatam lectionem defendentes. Ceteri cum ipso faciunt, ac probant dividit.

§ 7 Et jam, qui erexerant ad murum scalas] Scripsimus etiam. Rhen. Etiam qui erexerant Lov. 3. 5. Gaertn. et

Hav. Vide ad xxxix. 10. § 10. et mox § seq. id etiam invenisse librarii Lov. 1. et 2. videntur, qui tamen *et erexerant*, pro *et*, id est *etiam*, dederunt. Vide ad xxii. 47. § 9. Sed optimi vulgatum tumentur. Tum *ad muros* Harl. et Hearnii D.

Furcis ad id ipsum factis] *Ad ipsum factis* Ber. a m. pr. et edd. quædam ante Ascensianam 1513. De 'furcis' vide Lipsium Poliorc. v. 1. De 'lupis' autem, quorum Livius mox meminit, ibid. dial. 5. et in addendis. Adde Turneb. Adv. xi. 28. quæ loca etiam Crevier. consulenda monuit.

§ 8 *Et jam eo superare hostem, quod ex muro pugnaret*] *Scriptimus etiam*. Rhen. Vet. lib. *et jam*. Sigon. *Etiam* legunt Lov. 2. Hav. et duo codd. Crevier. qui alteram lectionem minus commodam existimat. Quod autem addat, sic habere plerasque edd. sciendum est non alias ita legere, quam quæ proderunt inter an. 1535. quo Rhenanus ita emendarat, et an. 1555. quo Sigonius *et jam* revocavit, quæ vix novem vel decem sunt; quum reliquæ et priores et recentiores *et jam* servant. Vide ad § præc. Ceterum *eos superare hostem, quod* Lov. 4. Ber. a m. sec. et Hav. Sed τῶς *eos* ultima litera adhæsit ex principio sequentis. Vide ad xxviii. 25. § 2. *Eos superare hostem, qui* Lov. 2.

Prima recepta, urbem est adgressus] *Pal. 2. prima recepta urbem est ingressus*. Gebh. *Ingressus* per errorem librarii exhibet etiam Lov. 1.

§ 9 *Tantum pavoris injectis fessis*] *Tantum pavorem* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *tantum pavoris* substituit, consentientibus aliis Mss. Et id mutare nihil adinet: est enim vere Livianum. v. 26. 'Tantumque inde pavoris Faliscis injectum est.' xxxiv. 27. 'Quum terra marique tantum belli circumstaret tyrannum:' ubi plura vide. *Adjecit* Harl. et Hav. Mox *ut oppidani*, omissa media vocula

et, Voss. Lov. 1. 3. Harl. et Hav. Sed vide ad ii. 44. § 3.

Relictis stationibus in unum se colligeret] Addidimus accusativum *locum*, qui est in libro scripto. Rhen. *Tò locum* invitis nostris adlevit Rhenanus, oblitus illud Maronianum, Ecl. vii. 2. 'Complerantque greges Corydon et Thyrsis in unum.' Lib. iv. cap. 43. 'Quæ si in unum convenient, vix Deorum opibus, quin obruatur Romana res, sisti posse.' xxxii. 12. 'Dimisitque suos per omnia juga vallesque, qui palatos in unum colligerent.' J. F. Gronov. *In unum locum se colligeret* etiam Hearnii L. 1. Ita 'in unum locum conferre' Livius dixit vii. 37. 'in unum locum congregare' xxxviii. 27. 'in unum locum contrahere' xxxix. 30. 'in unum locum cogere' xl. 39. Verum, aliter hic Livium locutum esse, evincunt reliqui omnes, et inter eos præcipue integerrimi codd. Est autem Livio familiarissima locutio 'in unum colligere,' quæ obcurrit ix. 43. xxi. 5. xxxi. 45. xxxii. 12. xxxvii. 24. xlii. 8. et aliis locis. Ad eandem formam 'in unum conjicere' dixit iii. 28. 'in unum convenire' iv. 43. xxxii. 12. 'in unum conferre' v. 20. vii. 34. xxvii. 42. xxxii. 30. xxxiii. 19. 'in unum contrahere' vii. 25. xxvi. 42. xlii. 7. 'in unum cogere:' vide ad ix. 13. § 4. 'in unum conglobare:' vide ad ix. 23. § 16. 'in unum coire:' vide ad xxv. 35. § 6. 'in unum compellere' xlii. 45. Qui addiderunt τὸ *locum*, supplere voluerunt locutionem ellipticam: quomodo etiam peccant quidam codd. Sallust. in Catil. c. 17. ubi vide Cort. Et ita, passim voces a Livio per ellipsin omissas librarios de suo addidisse, videbimus ad xxxvii. 18. § 1. Insuper *colligerent* Hav. ut *præsidium* tamquam collectivum recipiat verbum plurale. At reliqui vulgatum servant id verum præstant.

§ 10 *Ne, si hostis urbem intrasset,*

sine discrimine, Pænus an Hispanus esset] *Intrasset, sive Pænus an Hispanus esset* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. et Hav. Male. Virg. Æn. x. 108. 'Tros Rutihnsve fuit, nullo discrimine habebot.'

§ 11 *Itaque, patefacta repente porta*] *Atque patefacta* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. quod Crevier. in Pnt. et Victor. inventum exponebat 'subito,' 'confestim.' Sed nondum pœnitet eorum, quæ notavi ad xxvii. 21. § 7. Mox nudus omittit Hearnii D. quam vocem reliqui Livio vindicant: 'dextras' autem nudus, id est inermes. Vide ad v. 45. § 3. Præterea ostendentes, pro ostentantes, quædam edd. Aldo priores, invitis codd. Solent passim hæ voces in Mss. confundi. Vide ad ii. 23. § 4. iv. 30. § 1. vi. 5. § 2. vii. 10. § 3. xxx. 33. § 9. xxxiv. 12. § 3. et quæ notavi ad Sillii v. 450.

§ 12 *An dolus aliquis suspectus fuerit*] In volumine veteri non est aliquis, sed aliqui. Sic autem Livium loqui et cæteros auctores, supra docuimus. *Rhenan.* Omnes mei constanter *an dolus aliquis.* Etiam supra aliqui, pro aliquis, in quibusdam erat codd. vii. 13. § 8. Verum hic literam ultimam *roû* aliquis intercipere potuit prima vocis seq. Vide ad xxxvii. 29. § 5.

Nec secus, quam adversa acies, cæsi] Pal. 1. et vet. ed. *cæsa.* Pall. 2. et 3. *est cæsa.* Gebh. Omnes *cæsa.* J. F. Gron. *Cæsa* etiam Flor. Cant. Lov. 1. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. Moguntina priores. *Est cæsa* Lov. 3. Vox illa exsulat ab Harl.

§ 13 *Et refringebantur*] In nullo prorsus vetusto libro hæc verba reperiuntur. *Jac. Gronor.* Non inveni etiam in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hearnii Oxonn. Quamvis itaque in hac re proprium et a Livio sæpius usurpatum verbum sit, ut constat ex illis quæ notantur ad

xxiiii. 18. § 2. hic tamen, a Livii manu profectum esse, adfirmare non audeo. Panno ante J. F. Gronov. edidit *in urbem illata*, pro *urbi illata*; mutationis tamen causam non addidit: *urbe illata* est in Flor. a m. pr. Voss. Lov. 1. 3. et Hav. *urbi illata* in Flor. a m. sec. Ber. et Gaertn. De codicum snorum lectione Hearnius nihil monuit.

§ 14 *Legionarii cæteras partes pervadunt, direptione et cæde obviorum, nisi qui armis se tuebantur, abstinerunt*] Reposuimus ad fidem exemplaris Spirensis, *Leg. cæteram partem urbis pervadunt dir. et cæde obv., nisi qui armis se tuebantur.* Sensus est, legionarios reliquam partem urbis diripuisse, et obviiis quibusque cæsis grassatos fuisse, præter eos, qui armis sese periculo eximebant, contra hostium vim vitam suam defendendo. Quid igitur opus fuit hic verbum *abstinerunt* infuleire, et sensum Livii invertere? Nos id audacter easimus. *Rhenan.* A Rhenano ego ita dissentio, ut, licet verba fortasse quædam hic in vitio esse fatear, præsertimque illud *abstinerunt*, illud tamen Livium voluisse dicere potem, abstinuisse se legionarium militem direptione et cæde eorum, qui arma projecissent, illos tantum obvios trucidantem, qui adhuc se tueri vi conabantur. Verisimile enim est, ut equiti imperatum fuerat, cum triariis forum occupare; ita legionariis reliquis mandatum, uti reliquas urbis partes pervaderent; iis tamen parcerent, qui arma possissent: atque id ita esse, etiam exitus docet. Ait enim Livius, 'Carthaginienses omnes in custodiam dati sunt, oppidanorum quoque trecenti ferme, qui clauserant portas: cæteris traditum oppidum, suæ redditæ res:' ubi ego lubenter quæsiverim, si omnes cæsi, nisi qui armis se tuebantur, qui fuerint isti, qui in custodiam dati sunt? non enim, opinor, qui se defenderant

a vi, quos credibile est fuga sibi consuluisse. Ergo, illi fuerint, necesse est, qui positis armis in deditiōnem venerant: nam, quod eos cæsos ait historicus, qui portis sese effuderant, dexteras nudas ostentantes, id duplici nomine excusat idem, vel quod parum ex intervallo conspectum sit, gladios abjecisse; vel quod dolus aliquis suspectus fuerit: legerim igitur, *leg. cæteram partem urbis pervadunt, dir. et cæde obv., nisi qui armis se tueb., abstinentes*: nisi quod, dum cogito, primo impetu obviam quæque cædi prosternique solere in captivis urbibus a furente milite, æquior sim Beato, in verbis Livianis nihilosecius hæsitans interim. *Modius*. Ut Rhenanus correxit, ita comparet in Pall. 2. ac 3. Contra Pal. 1. legit *leg. cæteram partis pervadunt direptionem, et cæde obr., nisi qui armis se tueb., abstinerunt*. Antiqua lectio continetur in Andree recensione. *Gebh.* Ita Rhenanus, resecta voce *abstinerunt*, quæ in fine reperiebatur antea, visaque est nobis in Put. Reg. Men. Voss. existitque in optimo Pal. etiam Petav. *abstinebant*. Sane non erat tempus illud, quo quisquam armis adversus Romanam vim tutus esset, urbe fossa duplicique vallo cincta, hostibus per muros et portas effractas admissis. Multum se fatigat et Modius: verisimile esse ait, imperatum fuisse militibus, uti reliquas urbis partes pervaderent, iis tamen parcerent, qui arma posuissent: itaque conjectat *abstinentes*. Nisi quod, infit, dum cogito, primo impetu obviam quæque cædi prosternique solere in captis urbibus a furente milite, æquior sum Beato, in verbis Livianis nihilosecius hæsitans interim. Quid opus tot verba perdere? Non verisimile est, sed verum, quod ille divinat imperatum militibus, atque eodem pertinet, quod præcedenti membro 'ita enim præceptum erat.' Vetus hæc disciplina

Scipionum, clementia potius, quam crudelitate, componere victos. Itaque salva sit vetus lectio, distinctione apposita: *leg. cæteram partem urbis pervadunt; dir. et cæde obv., nisi qui armis se tueb., abstinerunt*. Cæterum codex optimus Put. Reg. Men. præcipuusque ex Pall. habent *cæteram partis pervadunt*. Nec sane mihi admodum placet, solo foro appellato, totam aliam urbem dici *cæteram partem*. Scribe *cæteras partes pervadunt*: ut est in Buslid. Voss. omnibus antiquis edd. usque ad Frobenium. In Curione primo vulgatum reperio. Lib. xxxix. c. 44. 'Lacus sternendos lapide, detergendasque, qua opus esset, cloacas; in Aventino et aliis partibus, qua nondum erant, faciendas locaverunt.' Nisi malis *cætera urbis*. J. F. Gron. *Ceteram partem urbis* ante Curionem jam adparuit in Froben. 1535. Basil. 1539. Vaseos. et Gryph. 1548. receptum autem est ex emendatione Rhenani, cui consentiunt Lov. 2. et 3. *ceteram partem*, voce *urbis* omissa, præferunt Harl. Ber. a m. sec. Hav. et Hearnii D. *ceteram partis* Florent. *ceteras partis* Gaertn. *ceteras partes* omnes reliqui; quod recte Gronov. revocavit. Vox *abstinerunt*, a Rhenano expuncta, in nullo meorum, nisi in Lov. 1. deest. Eadem agnoscunt etiam Hearnii L. 1. et N.

§ 15 *Oppidanorum quoque trecenti ferme*] Hæc sunt ab ingeniis librariorum. Salmasius et pater notant in Puteanco exstare *oppidanorum CON ferme*. Cantabr. omissis mediis, *oppidanorum ferme*. Sed ex antiquo videtur faciendum *oppidanorum CDX. ferme*, hoc est quadringenti decem. *Jac. Gron.* Voces quoque *trecenti* desunt etiam in Flor. Voss. et Hearnii L. 1. Illas itaque ab ingenio librariorum esse, Gronovio ex vestigiis lectionis in Put. obviam statuenti adsentior; at medicinam, qua loco adfecto subcurrere conatur, probare

nequeo. Numerus enim quadringenarius in vetustioribus Mss. non hac nota *CD.* sed potius *CCCC.* vel quavis alia scribi solet; et, quod caput est, si Livius subtiliter adeo numerum exsequatur, ut etiam denarii rationem habeat, non opus est ut addatur *ferme*; qua voce indicari solet, numerum vel paullo majorem, vel paullo minorem fuisse. Conjectio igitur legendum esse *oppidanorum mille quingenti ferme*. Certe millenarii nota *D* etiam alibi degeneravit in literas *CO.* Vide ad xxxv. 35. § 4. Nota vero quingenarii numeri *IO.* sive, cui illa ductibus similis est, *D.* et litera *N.* interdum commutantur. Vide ad xxvi. 41. § 9.

§ 16 *Romanorum haud amplius nonaginta*] Scripsimus *haud plus*. Rhenan. Pal. 1. *haud amplius*. Pal. 2. *amplius centum decem*. Pal. 3. *haud plus CXX.* antiq. ed. *haud amplius LXXX.* Gebh. Pnt. alique meliores *haud amplius XC.* J. F. Gron. *Haud amplius* etiam Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod perperam Rhenanus in *plus* mutavit: *amplius* enim pro plures Livio frequens esse, constare potest ex illis quæ notantur ad xxi. 29. § 3. Id igitur revocavi. Præterea *LXXXta* Ber. et edd. ante Aldum: *centum decem* Lov. 4. Paulo ante *occidere urbis ejus obpugnatione* Flor. a m. pr.

CAP. IV. § 1 *Et imperatori ceteroque exercitui speciosum adventum*] *Distinximus ceteroque exercitui. Speciosum adventum.* Rhenanus. Jac. Gronov. edidit *exercitui, et speciosum adventum.* Et ita cum Hearnii L. 1. omnes mei, exceptis Lov. 2. Gaertn. et Ber. a m. pr. Mox *captivorum* deest in Voss. et Lov. 1.

§ 3 *In citeriorem Hispaniam omnes suas copias reduxit*] Nos reposuimus, veterem sequentes lectionem, *in citeriorem Hispaniam recipit exercitum.* Rhenan. Ita quoque Pal. 3. Sed an

unius libri scripturam multorum consensui prævalere, inclinante eo Rhenani novandi cupidine, verum sit, arbitros capiamus viros doctos: quippe Pall. duo et vet. ed. *omnes suas copias reduxit.* Gebh. [Vide Lectt. Var.] In lectionem Gronovii consentiunt omnes mei cum Hearnii L. 1. et N.

§ 4 *Ipse Tarruconem concessit*] *Ipse* non est in codice scripto. Rhenan. Pall. duo *captivis, Tarruconem concessit,* eliso τϕ *ipse.* Gebh. Illud *ipse* omnes mei agnoscunt. Paulo ante *divisisque in hiberna legionibus* Hav. Solitos esse librariorum ita variare, videbimus ad xxxvii. 45. § 19. Tum *misso cum Hannone* Hearnii L. 1.

§ 5 *Classis Romana, cum M. Valerio Lavino proconsule*] Tolle particulam *cum* ex vet. lib. Sigon. Sic [*cum M. Valerio*] omnes. Ex improbo suo τδ *cum* delet Sigoninus. Quid est autem *classis transmissa proconsule*? Cnr Latine loqui Livium non patitur? J. F. Gron. Illud *cum* deest etiam in Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. *classis Romana a M. Valerio* legunt Lov. 3. et Hearnii L. 1. ac N. *classis Romana a Valerio* Lov. 2. *Lavino* etiam deest in Hearnii L. 1.

§ 6 *Decemque et septem naves ex iis captæ sunt*] Non est in codice scripto *que post decem*; sed tantum *decem et septem naves.* Rhenan. *Decemque et septem* Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *decemque septem* Ber. Reliqui cum Rhenano faciunt.

§ 7 *Tuto inde mari pulsus hostium navibus*] Non est hæc absurda lectio. Verum nos malimus sequi Spirense exemplar, quod habet *Tuto inde mari pulsus hostium navibus.* Rhenan. *Tuto inde mari* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. et Branc. Latini. Sæpe hæc voces in Mss. commiscuntur. Vide ad ii. 48. § 8. ix. 21. § 4. xxi. 44. § 8. Sigoninum ad XLIV. 28. § 5. Duker. ad xxiv. 32. § 6. et quæ notavi ad Sillii x. 312. Utraque lectio hic ferri potest: Rhenani emendatio, si proxime

jungantur *pulsis toto mari*; altera autem hoc modo *subvecti tuto mari*: et ita causa, cur mare tutum sit, erit, quia naves hostium pulsæ erant. Utra igitur præferenda sit, lectoris est arbitrium. Sciendum tamen *Toto inde mari* esse in edd. principibus; Aldum dedisse *Tuto*; sed Frobenium 1535. ex sententia Rhenani *Toto* revocasse. Paulo ante *cum omnis generis præda*, una voce omissa, Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Vocabulum *frumentum* mox exsulat a Lov. 4.

CAP. V. § 1 *Quum Ægina hibernassent*] *Ægina* Hearnii L. 1. *Reginæ* Flor. *Regiæ* Voss. et Lov. 1. *egregiæ* Gaertn. Paulo ante vox *cjus* abest a Flor.

Romanæ V. et XX. quinqueres, regiæ V. et XXX.] Ita veteres habent libri, ut regia classis decem superaretur navibus. Quidam posteriorum numerum priori similem legunt: id si ita esset, opinor Livium diciturum fuisse *regiæ totidem*, non *V. et XX.*, cum is numerus jam præcesserat. *Glar.* Aldus est, quem carpit Glarean. Is enim ita edidit: ejus errorem secutæ sunt Colon. 1525. Frobenii utraque, et pancaë aliæ.

§ 4 *Quum ob Romanam societatem*] Antiqua lectio *ab Romana societate*. Rhenan. Vet. lib. *ab Romano societate*: nota dicendi forma est. Polybius autem hoc sic expressit, x. 38. Οἱ μὲν Αἰτωλοὶ προσφάτως ἐπρημένοι ταῖς ἔλπισιν ἐπὶ τῇ Ῥωμαίων καὶ τῇ τοῦ βασιλέως Ἀττάλου παρουσίᾳ. *Sigon.* Tum, pro *quum*, vel *cum*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Vide ad vi. 23. § 3. *Ob Romanam societatem* Lov. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. Reliqui recte Rhenano et Sigonio consentiunt. Vide ad xxvi. 1. § 3. Mox *populabantur* Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Vide ad x. 12. § 7.

§ 5 *Haud procul Argivorum fine*] Reposuimus *Argeorum*. Græci Ἀργείος dicunt, auctore Stephano. Rhe-

nan. Pal. 1. *Argeorum*. Reliqui omnes *Argivorum*. Gebh. *Argeorum* Rhenani ab ineptiente librario vel correctore est. J. F. Gron. *Argivorum* omnes nostri. At Gronov. ad xxxv. 27. § 9. non inepte dubitari posse putat, an *Argivo fine* scripserit Livius. *Haud procul Argivorum finem* Lov. 3. Sed vide ad xxi. 61. § 8. Paulo ante *Machinadas*, transpositis literis, Hearnii L. 1. Vide ad c. 7. § 14. Male. *Μαχάριδας* vocatur Paus. in Messen. 29. ubi docet, eum, sublato Cleomene rege, Lacedæmone tyrannidem invasisse, ac Nabin in ea successorem habuisse. Memoratur etiam Paus. in Arcad. 50. Præterea *Lacedæmoniorum tyrannus* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Vide ad xxvii. 29. § 9.

§ 6 *Quæ pericula terra marique portendebantur*] Scripsimus *portenderentur*. Similis locus est lib. præcedenti c. 10. 'Quod in sanctiore ærario ad casus ultimos servaretur:' ubi quispian scripserat *servabatur*. Rhenan. Pall. 1. 3. et vet. ed. *quæ* (Pal. 3. *qua*) *periculu terra marique portendebantur*. Pal. 2. *quæ pericula terra marique pertendebantur*. Gebh. *Portendebantur* etiam Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Priscam igitur lectionem revocavi.

§ 7 *Ne ex regno quidem ipsius tranquillæ nunciabuntur res*] Pal. 1. *ut ex regno quidem ipsi ut tranquillæ nunc. r.* Gebh. Mss. *ipsi ut tranquillæ*. Lege *ipsi sat tranquillæ*. J. F. Gron. *Ipsi ut tranquillæ* Flor. Cant. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii N. Quod Gronov. in pr. ed. notarum ad xxix. 1. tantum non probavit, sed postea rectius expunxit. Verum neque conjectura ejus, quam priori illi hic substituit, opus est. *Ipsi ut corrupte pro ipsius datum* puto. Præterea *minabantur* Harl.

Scerdiletum Pleuratunque motos esse] Optimus *Scerdilædum Pleuratunque motos esse*. J. F. Gron. *Scerdilædum*

vel *Scerdiledum* plerique mei, cum Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. Vide Gronov. ad xxvi. 24. § 9. et xxvii. 30. § 13. Præterea *molos* esse Lov. 3. *mortuos esse* Lov. 4. *moturos esse* Rec.

Et *Thracum maxime Medos*] *Mæilos*. Polyb. x. 38. *ἔτι δὲ τοὺς προσροῦντας τῇ Μακεδονίᾳ Θράκας καὶ μάλιστα τοὺς Μαλδοὺς, Σίγον*. Sic etiam Aldus, et quidam alii ediderunt. Vide ad xxvi. 25. § 6. *Maxime duces perperam* Hearnii L. 1. *Mox si quidem longinquum bellum* Gaertn.

§ 8 *Bæoti quidem et interiores Græciæ populi*] Vet. lib. *Bæoti quidem ipsi* et. Sigon. *Tò ipsi omnes scripti ignorant. Malim etiam interioris.* J. F. Gron. Unus meorum Hav. vocem *ipsi* agnoscit. Reliqui cum Hearnii Oxonn. constanter spernunt: *interioris* autem legit ed. Francof. 1578. *Mox Thermopylarum saltus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. edd. Aldina et eam secutæ, præter Curionem, omnes usque ad postremam Gruteri, quæ *saltum* revocavit. Certe alibi semper, quantum memini, numero singulari 'saltum Thermopylarum' Livius memorat. Infra xxviii. 7. 'Fusisque Ætolis, qui saltum Thermopylarum insidebant.' xxxvi. 15. 'Infra saltum Thermopylarum sese recepit.' Et mox, 'Ante saltum Thermopylarum in septentrionem versa Epirus.' c. 16. 'Munitionibus insuper saltum inpediebat.' 'Saltum Cætenum,' itidem numero singulari, vocavit Pompon. Mela ii. 3. 'Calcætum Graio Herculi solum, saltus Cætenus.'


Valloque intercludi ab Ætolis, nunciabant] Legendum est *nunciabant*. Rhenan. Contra omnes nostri *nunciabant*, quod a Rhenano ejectum jure iterum Gronovius contextui reddidit. Mox vocem *sociorum*, a Ber. et edd. vett. neglectam, recte admisit Aldus. Est enim in reliquis omnibus scriptis codd.

Delph. et Var. Clas.

§ 9 *Prout tempus ac res se daret, omnibus laturum se auxilium*] Sic Livius scripsit: *prout tempus ac res sineret, omnibus laturum aux.* O asinum, qui pro *sineret* supposuit *se daret*. Hujusmodi loquendi formulas imitatur postea, nondum satis repurgatis exemplaribus; quæ res periculo non caret. Rhenan. Atqui, Rhenane, ne hoc quidem periculo caret, temere aliquid rejicere, quod classici alicujus scriptoris auctoritate nititur; quod te hic fecisse dicerem, nisi mihi religio esset, manes tuos sollicitare. Quidquid id est, ut *sineret* hic locum habere posse non nego, ita etiam non invitus recipio, et retinendum censeo illud *prout tempus ac res se daret*, in Mogunt. quoque ed. veteri a me repertum. Modius. Pall. quidem 2. ac 3. *ac res sineret*. Sed o asinum (ntor Rhenani verbo) qui vulgatum damnat, propugnatum a Pal. 1. ac vet. ed. Gebh. Put. Flor. *tempus ac resideret*. Inde nihil potuit fieri commodius, quam *res se daret*, quod clare conspicitur in Men. Voss. et uno Pal. Neque tamen absurdum Rhenani *tempus ac res sineret*: quamvis id locum hic habere neget Modius. Sed non debuisset Beatus alteram phrasin negare Latinam. Plantus Bacchid. iv. 4. 25. 'Ac nesciebas, quam ejusmodi homini raro tempus se daret.' Virg. Georg. i. 217. 'Multa adeo melius gelida se nocte dedere.' Seneca Ep. 79. 'Omnibus præterea feliciter hic locus se dedit.' Restitimus et Statio Diatr. c. 20. J. F. Gron. *Laturum se auxilium* Put. Men. Cantabr. Voss. Gud. denique omnes. Et quare ultra cum vulgo ommitteremus *τὸ se*. Habet lib. seq. c. 13. 'Pedites, quos se per hiemem conscripturum pollicitus erat.' Jac. Gronov. *Tempus ac res sinerent* Hearnii L. 1. *tempus ac res sineret* Lovel. 3. 4. Rec. et Reg. Doujatii: *tempus ac resideret* Flor. a m. pr. *tempus ac res daret* a m. sec. quod etiam est in Lov. 2. et Harl. *tempus ac res*

Livius.

29 C



se daret reliqui mei, quod etiam Doujatius in Colb. et Hearnius in N. ac D. invenerunt. In hac locutione pronomen vel omittitur, vel additur. Supra v. 27. 'Longius solito, ubi res dedit, progressus.' Ter. Heaut. v. 1. 43. 'Quot res dedere, ubi possem persentiscere.' Hec. III. 3. 20. 'Ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.' Vide Vorst. de Latin. falso Susp. c. 11. et Burm. ad Gratii Cyneq. 143. Gronovius, putans Modium negasse emendationem Rhenani hic locum habere posse, non satis ad verba Modii adtendit. Denique in ultima parte horum verborum pronomen se Rhenanus etiam expunxerat. Id autem omitti posse, constat ex illis quæ notantur ad I. 23. § 5. Quum tamen id omnes mei tueantur, recte a Jac. Gronovio revocatum puto.

§ 10 *Quæ maxime urgebant, res pararent. Tum præsidium urbi mittit*] Non satis video, quid sibi hic velit asteriscus, quem habet ed. Asulanica. Nam, quod sequitur, 'unde allatum erat,' idem est quod nunciatum, et 'depopulatum' participium est, non supinum. *Rhenan.* Quæ sit ea urbs, non explicatur, et e Lemno jam cesserat Attalus. Ideoque is locus recte notatus est asterisco quibusdam in libris, fortassis ut exemplaria vetusta eo diligentius conspiciantur. *Glar.* Deest hic non urbis nomen, sed insulæ, in qua urbs erat. Fuit autem 'Peparethus,' ut ex Polyb. unde hæc ad verbum translata sunt, intelligi potest : cujus hæc verba sunt x. 39. *Καὶ προσορμίσαντας τῇ Πεπαρήθῳ κατεσχικένοι τὴν χώραν, τοῦτοις μὲν ἐξαπέστειλε τοὺς παραφυλάζοντας τὴν πόλιν.* Itaque legendum apud Livium puto *Tum Peparethum præsidium urbi mittit.* Vox enim *præsidium*, affinis quodammodo voci *Peparethum*, illam e loco suo eiecit. Est autem urbs in insula eodem nomine, ut ait Stephanus : *Πεπαρήθος νῆσος μία τῶν*

Κυκλάδων, δμῶνυμον ἔχουσα πόλιν. Σιγον. Restat in Pal. 1. *Limnum præsidium urbi mittit*: in Pal. 2. *Lemni præsidium urbi mittit.* Gebh. Jam ex primis editoribus, hæc integra non esse, suspicati sunt nonnulli : itaque asteriscum apposuerunt. Id reprehendit Rhenanus, et caussam ait se non videre. At Glareanus, quæ sit ea urbs, non explicari, eoque recte locum asterisco in quibusdam libris notari. Digitum ad fontem, quo ipse tamen pervenire non potuit, intendit nobis Sigonius, monens ex Stephano, *Πεπαρήθῳ* esse *νῆσον μίαν τῶν Κυκλάδων, ἐπῶνυμον ἔχουσαν πόλιν* et ex Polybio nomen hic ejus desiderari. Verba Polybii : *Προσπεσόντος δ' αὐτῷ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον τοὺς περὶ τὸν Ἀτταλὸν διάφραντας καὶ προσορμίσαντας τῇ Πεπαρήθῳ, κατεσχικένοι τὴν χώραν, τοῦτοις μὲν ἐξαπέστειλε τοὺς παραφυλάζοντας τὴν πόλιν.* Ergo Sigonius *Tum Peparethum præsidium urbi mittit.* Sed nondum sanitas reddita Livio. Put. Reg. Men. *urgebat respirarent lium præsidium*: ultima varietas aliter habetur in duobus posterioribus : nam Men. et Pal. et Voss. *limnum.* Reg. Pet. et Pal. alter *Lemnum.* Ceterum facile est ex istis vestigiis verum elicere : *in præsentia, quæ maxime urgebat res, Peparethum præsidium urbi mittit, unde allatum erat.* Quod Polyb. *κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον*, id Livius *in præsentia*: nec de rebus parandis aliis, quæ tum maxime urgerent, ulla significatio. J. F. Gronov. *Urgebat respiraret Limnum præsidium* Flor. Voss. et Cant. neque aliter Lov. 1. Haverk. Colb. apud Doujatium, et Hearnii N. nisi quod pro *Limnum* primus legat *Linum*, secundus *Limnium*, tertius *lumum*, quartus *Linium*. *Urgebant, respirarent tum Lemnium præsidium* Lov. 5. *urgebat respiceret Lemnum præsidium* Lovel. 2. *urgebat res pararent Livium præsidium* Lov. 4. *urgebat res pararent sumum præsidium* Harl. *urgebant res pararet Lemnum*

Ber. *urgebant res pararent tum levum præsidium* Gaertn. De veritate emendationis Gronovianæ non est dubitandum.

§ 11 *Polyphantum cum modica*] Scribe *Polyphantam cum modica manu*. Ut et libro præcedente c. 32. 'Cum Menippo et Polyphanta.' Nam Polyb. vocat Πολυφάνταν, et optimus codex *Polyphantam*. J. F. Gron. Error est ex ultima Gruteri ortus. Ea enim *Polyphantum* prima dedit. Omnes priores *Polyphantem*, quod servant Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. Ber. et Gaertn. *Polysantem* Lov. 5. *Polyphantam* proxime verum Flor. Vide ad xxxvii. 32. § 11. Mox *Menippum* Hearnii L. 1. *Enippum* ed. Rom. principes Aler. apud Hearnium: proxime in *Enippum*, vel inde *Enippum*. Mognnt. demum recte *Menippum*. Præterea *peltatis* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et Haverk. cum edd. omnibus usque ad Jac. Gronov. qui *peltastis* dedit. Id autem recentiores omnes servantur.

§ 12 *Additi quingenti Ænianum*] Si Polyb. sequamur, quem nescio cur non maxime sequamur, *Agrianum*, pro *Ænianum*, est restituendum. Is enim hac de re ita x. 39. εἰς δὲ Χαλικίδα καὶ τὴν ἄλλην Εὔβοιαν Μένιππον ἔχοντα πελταστὰς χιλίους, Ἀγριᾶνας πεντακοσίους. de quibus Stephanus: Ἀγρίαι, ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιονίας μεταξὺ Αἴμου καὶ Ῥωδόπησ' λέγονται καὶ Ἀγραιῶι, καὶ Ἀγριεῖς, καὶ Ἀγριᾶνες. *Agrianum* horum meminit post etiam sæpe Livius lib. XLIV. *Sigon*. Omnia hæc tria vocabula omittuntur in Hearnii L. 1. Sola vox *quingenti* deest in Flor. Voss. Lov. quinque, et Hav. Sed, numeri hujus notam *I*. minus cognitam sæpe omisisse librariorum, videbimus ad xxxvii. 40. § 11. ejus loco ad exhibet Harl. Deinde *Anianum* edd. principes: ejus loco Ascensius an. 1513. dedit *Ænianum*, quod servat Flor. *Enianum* Hav. et Lov. 2. *Henianum* Lov. 3. *Heianum*

Rec. *Enienum* Voss. *Emanum* Harl. et Gaertn. *Enniani* Lovel. 4. *Æniani* Lov. 5. *Amenum* Lovel. 1. ad *Venianium* Vatic. Latini. Sed emendationem Sigonii *Agrianum* probant Freinsh. Ind. Curtii, v. *Agriani*, et mox Gronov. ad § 15.

Scotussam est profectus] *Scopyssam* Flor. *Scopitussam*, duplici lectione juncta, Harl. *Cotussam* Gaertn. *Copissam* Voss. Lov. 1. 2. 4. Hafn. et Hav. *Corpissam* Vatic. Latini. *Scotusam* Ber. et edd. usque ad Gron. qui a. 1665. sibilantem literam duplicavit. Vide ad xxxvi. 14. § 11. Paulo ante *tucri posset*, neipe *Menippus*, Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

§ 15 *Quæ jam prope maturitatem erant*] Put. Men. Voss. nec sciunt τὸ *jam*. J. F. Gron. Voculam *jam* soli ex meis admittunt Harl. Ber. et Gaertn. Reliqui cum Hearnii D. recte eam a Gronovio expulsam esse testantur.

Maxime in sinu Æniano evastatis] Quis sit 'sinus' ille 'Æniamus,' hand temere dubitant plures: neque enim verisimile est, ad 'Ænum' urbem Thraciæ esse, sed sinus Maliaci partem, ad quem supra Scarphiam tenere populi 'Ænians,' vicini ab occasu Locris Epicnemidius, proxime Dorienses, ut tradit Strabo l. ix. p. 427. nec longe inde Heracleam abesse Ætolicæ ditionis ad Ætam montem, de qua hic noster author, obiter lib. xxxi. sub finem c. 46. At xxxvi. 22. copiose, post Thermopylarum descriptionem, ejus etiam situm ac obsidionem commemorat. *Glur*. Qui sit 'sinus Æniamus,' ut multa alia, quærit Glareanus: is est autem, de quo Polyb. x. 39. his verbis: τὸν δὲ σῆτον φθείρας καὶ παρελόμενος τῶν περὶ τὸν Αἰνείαν κόλπον κατοικοῦντων ἐπανήλθε. Et Stephanus: Αἰνία πόλις Περβραιβῶν, καὶ Αἰνιάδες οἱ οἰκοῦντες, καὶ τὸ κτηρικὸν Αἰνιάδος κόλπος. [In Polybio [immo Stephano] est Αἰνιάδος,

non *Ænianus*. Non immerito igitur dubitat Glareanus: immo, quæ Glareanus adducit, hic omittit Sigonius.] *Sigon*. Locus hic notabilis. Strabo I. 61. Αἰνεῖανες οἱ νῦν Αἰτωλοῖς ὕμοροι περὶ τὸ Δώτιον ἔκουν, καὶ τὴν Ὀσσαν μετὰ Περῆαιβῶν. Et IX. 427. Τοῖς δὲ Λοκροῖς τοῖς μὲν Ἑσπερίοις συνεχεῖς εἰσὶν Αἰτωλοὶ, τοῖς δ' Ἐπικνημιδίοις Αἰνεῖανες, οἱ τὴν Οἴτην ἔχοντες καὶ μέσοι Δωριεῖς. Vel potius Αἰνεῖανες, nam clare Stephanus διὰ τοῦ I, ad discrimen ejus, quæ est Αἰνεῖα Θράκης. Hinc autem intelligas licet, cur Stephanus vocet πόλιν Περῆαιβῶν: neque enim tum, quum hæ res agebantur, in Perrhæbiis erant *Ænians*, sed ad Maliacum sinum, et contributi *Ætolis*, eoque hostes Philippi. Deinde id vocabulum et apud Polybium, et apud Livium mendose scribi, nec magis Græce dici Αἰνεῖας κόλπος, quam Latine *Ænianus sinus* censeo. Placet autem Polybium edidisse τῶν περὶ τὴν Αἰνεῖαν κόλπον. Livium vero in *sinu Æniane*, vel, ut scripti, in *sinu Ænianum*. Nec *Æniensium sinum* cum magno interprete ausim: quorum etiam in indice video, quasi unus populus esset, factiones poni narratas Polybio pag. 1015. [1525.] At hæ sunt *Æniorum* in Chersoneso Thraciæ, quorum urbs *Ænos*. Jam quum hic pati potuerit Sigonius *segetes vastatas in sinu Ænianum*, quare ad xxxvii. 6. putavit, in sinum Maliacum non venire, nisi mari? Apparet enim ex utroque loco, *sinum Ænianum* et *sinum Maliacum* dici Livio pro terris circa sinum, quemadmodum etiam in mediis Alpibus XXI. 35. *promuntorium* ponit: exemplo Græcorum, quibus βίον et cacumen montis, et ad mare promuntorium. Justinus lib. II. c. 4. 'Frustraque et Ponti sinum et Asiam edomitam esse dicit, si Græcorum non tam bellis, quam rapinis, pateant.' Denique hic et Sigonius a Turnebo vindicandus. Lib. XL. c. 4. legitur 'Areho Poridi cuidam, longe

principi gentis *Ænianum*, nupsit.' Sigonius correxit *Æneatum*. Turnebus Advers. xxx. 4. libens retineat alterum, quia de urbe *gentem* non dixisset, et 'gens *Ænianum*' satis nota est. Prius frivolum est; posterius non ostendit ipse. Si gentis *Ænianum* princeps erat Poris, quid habebat metuendum a Philippo, cui nulla eam in gentem jurisdictio? cur habitabat Thessalonicæ? quid proficisceretur ad statum sacrificium *Æneam*? At si tu mihi *Æneatem* fuisse concedas, horum omnium liquida ratio est. Sic enim tradiderat Strabo VII. 330. Ὅτι μετὰ τὸν Ἀξίον ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶ πόλις, ἢ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο: κτίσμα δ' ἐστὶ Κασσάνδρον ὃς μετέκτισεν τὰ περιῆ πολίχνια εἰς αὐτὴν, οἷον Χαλδαστραν, Αἰνεῖαν, Κισσόν, καὶ τινα ἄλλα. Ergo majores Poridis fuerunt *Æneates*, et ex veteri patria traductis pro superstitione antiqua mansere quædam solennia sacra, et ipsis et posteris eorum ibi facienda, tanquam quæ loco mutari non possent: ut Romani, destructa Alba, sacra quædam ejus urbis intercidere non sunt passi. Facit huc, quod XLIV. 10. Romani milites classici 'omissa Thessalonicæ oppugnatione *Æniam* inde petunt: ' et c. 32. simul utraque urbs appellatur. Et in his librarios facile peccare ostendit, cum supplementum Bambergense xxxiiii. 3. ubi membrana, ab *Heraclea Xynius progressus in confinio Æneatum Thessalorumque*: ubi substitutum est *Ænianum*: et nemo dubitat quin recte. Et hoc ipso c. 5. *quingenti Ænianum* fecerant; quidam *Anianum*, alii *Acarnaanum*. Sed Polyb. et ratio evincit, legendum *Agrianum*, quod vidit Sigonius. J. F. Gron. In *sinu Ænianum* etiam Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Hav. pluresque alii, cum Hearnii L. 1. et N. quod admittendum putavi, quemadmodum etiam Crevier. admisit. Præterea *vastatis* edidit primus Jac. Gronovius. Verum *devastatis* Hav. *evas-*

tatis, ut antea in excusis legebatur, Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. et Gaertn. Hearne etiam Jac. Gronovium vastatis edidisse notans, neque verbum de Oxonn. suis addens, eos ab lectione hac dissentire, tacite indicat. Vide etiam Gebhard. ad VIII. 37. § 6. De verbo 'evastare' vide ad XXXII. 33. § 14.

Scotosam copias reduxit] Scripsimus *reducit*, et mox sese *recipit*, pro *recepit*. Rhenan. Scotusam Pelasgioticum hic putat, de qua Strabo lib. VII. ad finem: ad quam sunt Cynos Cephalæ, eodem auctore. *Glar.* Scotissam Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. Scotusam Ber. Scotosam Lov. 4. Cotossam Gaertn. in Scotussam, vel in Scotusam vetustæ euld. Vide ad § 12. *Reduxit* ex scriptis soli tumentur Ber. et Gaertn. reliqui *reducit*. At *recepit* est in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1.

§ 16 *Obcurrere, etiam in Phocidem*] Omnes Gall. et Voss. ut spurium arguunt τὸ etiam. J. F. Gron. Vocula illa in solis iterum Ber. et Gaertn. comparat. Reliqui omnes cum Hearnii Oxonn. eandem expellunt.

§ 17 *Ipsc in Cisseo (mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi)*] Ubi ille mons sit, in Peparæthone, an in continenti, non explicat. nec ego de hoc monte quicquam apud idoneos reperio auctores. *Glar.* Quod Glareanus quærit 'Cisseum' montem, imperite facit: etenim nullus est. *Tisæum* autem invenio apud Polyb. x. 39. ubi de hac re loquitur: Καὶ παρήγγειλε διασαφῆν αὐτῷ πάντα τὰ γιννόμενα διὰ τῶν πυρῶν ἐπὶ τὸ Τίσαιον τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς Θερραλίας ὄρος. Veteres etiam Liviani libri habent *Thiseo*, non *Cisseo*. [Glareanus recte dubitavit, et recte iudicavit de re: nomen ignoravit.] *Sigon.* Pall. 1. 3. *Tiseo*. Pal. 2. *Tisio*. Gebh. Put. Men. Voss. in *Tisæo*, ut voluit Sigonius. J. F. Gron. *Tisæo* etiam Flor. et alii multi, cum Hearnii Oxonn. Alii *Tiseo*,

Tiseo, *Tysseo* legunt.

§ 18 *Niceam trajecerunt*] *Nicæam*: Græci enim *Nικαίαν* edunt. *Sigonius*. Deformatissima sunt in Pal. 3. *Rom. imp. et Athalus a Papareto et Minicca jecerunt classem in Eub. ad urbem Oreum tramiti, quæ ab Demetriade consiuu, &c.* Gebh. *Nικαία* memoratur Polyb. x. 39. Vox illa deerat in Hearnii L. 1.

Ad urbem Oreum transmittunt] *Salmasius* et pater notarunt ex *Put. transmittunt*: quod supra aliquoties restitutum. Sic quoque c. 37. *transisit*, et c. 41. *transmissa*. Jac. Gron. *Transmittunt* etiam Flor. quomodo codd. quoque scribunt xxvii. 29. § 7. Et ita in aliis cum eadem præpositione compositis vocibus sæpius. Vide ad xx. 21. § 7.

Ab Demetriaco sinu Chalcidem et Euripum petenti] *Nicæa* ad sinum 'Maliacum' erat. Liv. xxxii. 32. 'In sinu Maliaco prope Nicæam litus elegere; eo rex ab Demetriade venit: quæ e Polyb. xvii. 1. sunt. Hoc quum satis certum sit, non immerito quæri potest, cur Livius eum hic *Demetriacum* vocet? *Ortelius* putat 'Demetriacum sinum' hic non esse 'Maliacum,' sed eum qui 'Pelagicus' et 'Pagasæus' dicitur. Sed hoc satis refelli potest ex situ Nicææ, et cursu navigationis Attali et Romanorum. Nam hi Peparætho profecti non potuerunt Nicæam et in sinum Maliacum venire, nisi trajecto prius sinu Pagasæo. Vide Melan. ii. 3. Au autem etiam alii sinum 'Maliacum' vocent 'Demetriacum,' mihi non constat. Pagasæo utique magis conveniret appellatio 'Demetriaci' ab urbe Demetriade, quæ ad sinum illum erat, quam 'Maliaco,' quem a Livio designari mihi non dubitandum videtur. Livius hæc et alia omnia in hoc cap. sine dubio ex Polybio descripserat. Sed Polybii de his verbis narratio x. 39. desinit in verbis Livii 'ipse in Tisæo speculam po-

suit: inde longam digressionem de ratione dandorum signorum per ignes sublato instituit. Quæ autem post hanc scripserat, et usque ad c. 9. exsequitur Livius, injuria temporis perierunt: ut adeo sciri non possit, quo nomine sinum, qui Livio 'Demetriacus' est, appellaverit. Sed quia sinum 'Demetriacum' nusquam alibi memorari invenio, suspectum mihi est hoc nomen. Quia et hoc et superiore libro frequens mentio 'Demetriadis' facta erat, facile alicui in mentem venire potuit, pro *Maliaco* scriptum esse *Demetriaco*. Dnk.

§ 19 *Ut Romani a mari, regii a terra oppugnarent*] Pal. 1. *a mari regiam terram oppugnarent*. Pall. 2. ac 3. *a mari, regii oppugnarent a terra*. Gebh. *Regium terram oppugnarent* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. Hafn. Hav. et ed. Parm. *regia terra oppugnarent* ed. Rom. 1472 - CAP. VI. § 2 *Altera urbis medio est*] Reg. *altera in urbis media est*. Pnt. *altera urbis media est*. Ita scribe. Silius Italicus l. 307. 'Concidit exacti medius per viscera teli.' Sic enim Colton. Oxon. et Marsi ed. ubi male vulgo *injecto telo*. Sed quid est 'medius teli?' inquit Barthius Advers. VII. 15. Dicam. 'Medius teli exacti per viscera' est, qui sic perfossus, ut æqua pars teli et a fronte et a tergo exstet ac promineat, media in visceribus abscondatur: qui mediam partem teli corpore tenet, hinc mucrone, inde capulo prominente. *J. F. Gron. Urbis media* etiam Flor. et panci alii, cum Regio Donjatii. Et ita edidit Curio, quem omnes editores, præter Sigonium, secuti sunt usque ad Modium, priorem lectionem revocantem. Ea, vel *in urbis medio* magis adridebat Donjatio, quia Livius non solet uti reconditis et nimis adfectatis locutionibus. Verum eadem ferme locutio etiam occurrit XLII. 58. 'Medius omnium rex erat.'

Quam a mari turris quinque tabulatarum, egregium propugnaculum, clau-

bat] Pal. 1. *a mare*. Pal. 3. *qua mare turris quinque tab. egregium prop. claudat*. Gebh. *A mare* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Eadem lectio in Mss. variis etiam sæpius apud Livium occurrit. Vide ad XXI. 20. § 3. XXV. 11. § 17. XXVII. 4. § 13. XXXIX. 34. § 3. XXXVII. 14. § 3. Et ita alios etiam locutos esse, constat ex Charis. Gramm. l. I. pagg. 44. et 111. et Prisc. l. VII. p. 759. Vide etiam Zinzerl. Prom. Crit. c. 16. et Voss. Grammi. IV. 11. qui tamen innuere videtur, apud poëtas potius, quam apud oratores vel historicos, id reperiri.

§ 3 *Ibi primo atrocissimum contractum est certamen*] Pal. 2. *acerbissimum contractum est certamen*. Gebh.

§ 4 *Quum omnium animos oculosque id certamen avertisset*] Lov. 5. *advertisset*. Utrumque bonum sensum reddidit: 'advertit' nempe ad se, 'avertit' vero ab aliis omnibus. Et solent hæc verba innumeris locis commutari. Vide ad VI. 23. § 8. Hic tamen ob codd. auctoritatem, et quia id majorem emphasin habere videtur, vulgatum præfero. Mox *pulsi inde mediam urbem*, omissa præpositione, Voss. Lov. 1. et Gaertn. Verum illa intercepta est a præcedenti voce *in*, sive *inde*. Vide ad XXXVII. 31. § 4. *Ad mediam urbem* Lov. 5. et Ber. *Insuper tetendere* Flor. a m. sec. Sed vide ad I. 50. § 5.

§ 5 *Qui fores portæ objicerent*] Pal. 1. *portis*. Gebh. *Fores portas* Flor. Lov. 4. et Voss. a m. pr. *fores portas* a m. sec. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Vir doctus ad marg. ed. Cur. legit *seras portæ objicerent*. Nihil muto. Propria est locutio et elegans 'objicere fores.' v. 8. 'Multi ante portas cæsi, dum objectis foribus extremos suorum excludere.'

§ 6 *Nec pertinaciter prælio iterato*] Legendum est *prælio inito*. Rhenan. Pal. 1. *nec pertinaciter prælium initum*. Antiq. editio *prælio iterato*. Sed a Rhenano restituta lectio confirmatur

quum Pall. 2. ac 3. tum ipso Livio supra c. 2. 'Vix inito prælio cum Magone effugerunt:' ubi tamen perperam Pal. 2. *vix mixto prælio*. Infra c. 13. 'Vixdum prælio inito fuderunt.' Gebh. *Prælium iteratum* Ber. *prælio irato* Gaertn. *prælium iutum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Sed recte Rhenanus *prælio inito*. Vide ad xxxviii. 17. § 4.

§ 7 *Ad Demetrium Theotidis exposuit*] *Phthiotidis* verius legitur. Plinius iv. 9. 'Pegase,' inquit, 'quæ postea Demetrias dicta est:' et confestim inde 'Phthiotidis,' inquit, 'montes.' Cæterum Theotis in Thessalia, quod sciam, legere non est. *Sabell.* Scriptum exemplar habet *ad Demetrium Thioditis*: ubi posterius vocabulum mutilum est. Legendum enim *ad Demetrium Phthiotidis*. Est autem *Demetrium* locus circa Thessaliam, ceu scribit Stephanns. Græci *Δημήτριον* vocant. Eodem auctore *Φθία πόλις καὶ μῶτρα Θεσσαλίας*: hoc est, *Oppidum et pars Thessaliæ*. Unam sane ex quatuor Thessaliæ partibus Strabo *Θεσσαλίαν Φθιωτικὴν* appellat. Quare hic in *Phthiotidis* subauditur *Thessaliæ*. At o supinam quorundam negligentiam in restituendo Livio! Non pudit illos *Demetrium* in *Demetriadum* vertere, quod paulo ante 'Demetriaci sinus' sit facta mentio. Sed nemo vult laborare. Quicquid in mentem primum venit, id infulcimus. Deinde, nisi manifestus sit solæcismus, huiusmodi lectionem omnes sequuntur. Sic legit Beroaldus, inquit, sic Sabellius, sic Baptista Pius. Et quis amplius dubitat? Equidem fuerunt viri celebres et literati, sed qui malent omnia interpretari, quam intelligere. Fidebant ingenio suo, fidebant eruditioni. Nec putabant opus esse scripta consilere exemplaria. Id quod rarerent admodum faciebant. Quin erant contenti auctoritate et opinione nominis, quam apud omnes sibi pepererant, ut jam propemodum suf-

ficeret illud *αὐτὸς ἔφα*. At alia res est castigare veterum auctorum libros. Eget enim non solum eruditione, sed et pertinaci studio, labore et diligentia, ac cum primis acri iudicio. Rhenan. Recte Sabellius *Phthiotidis* hoc in loco restituit. Sed *Demetriadum* putavit idem esse cum *Demetriade*. Superflue igitur adjecisset Livius *Phthiotidis*. Ego *Demetriadum* puto esse oppidum, quod Strabo *Demetrium* vocat ix. 435. ubi de Achillis regione disputat, *ἀπὸ τῆς Δήμητρος*, id est Cereris templo, quod ibi eximium habebat. *Glar.* *Demetrium Phthiotidis* veteres libri: et recte. Nam duo fuerunt oppida hoc nomine, ut Stephanns. *Δημήτριον τόπος Θεσσαλίας, κείμενος περὶ τὸν Ἀμφύρσον ἔστι καὶ πόλις Αἰολίδος. Σίγον*. Lectio, quæ ex emendationibus virorum doctorum nunc vulgo recepta est, *Demetrium Phthiotidis* vera est, licet in nullo fere scripto occurrat. Certe *Demetriadum* legitur Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Omnes præterea vel *Phthiotidis*, vel *Theotidis*, vel *Theothidis*, vel *Theodotis*.

Ipsæ ad Attalum se recepit] Ita primus edidit Froben. 1535. Omnes priores dederant *se se recepit*, quod servat Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *se se recepit* Lov. 3. *se recipit* ed. Bas. 1539.

§ 9 *Speciem intuenti primo gemini portus in ora duo versi præbuerit*] Castigavimus *ut speciem intuenti primo gemini portus in ora duo versi præb.* Rhenan. Hanc emendationem Froben. 1535. recepit, eumque secuti editores servarunt usque ad Gruter. qui in ed. ult. *τὸ ut* omisit. Id quidem Mss. aliisque codd. adversari, innuit Hearnius; adfirmo tamen *τὸ ut*, a Rhenano additum, sed a Grutero omissum, in nullo meorum codd. occurrere. Ceterum *præbuit* Ber. a m. sec. prioris lectionis vestigiis crasis: quomodo etiam præfert ed. Ascens. a. 1513. Priores cum scriptis

Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. legunt *præbuere*: pro quo emendandum puto *præbere*; ut oratio per infinitivum concipiatur, et hinc a librariis eam non intelligentibus corrupta sit. Vide ad 1. 50. § 5. Paulo ante § præc. *juncta classe*, pro *victrici*, Hafn. *victi* Cant.

§ 10 *Subiti ac procellosi dejiciunt*] Opinor scribendum *decidunt*. Rhenan. Frivola ac nihili hæc Rhenani conjectura est. Libri Mss. omnes ac vetusti cusi *deiciunt*. Dicitur ut Virgilio 'venti ponunt,' 'prora avertit.' Gebh. Omnes, ut ante Rhenanum, et *venti ab utriusque terræ præaltis montibus subiti ac procellosi dejiciunt*. Posses cogitare illa *venti ponunt, mutant, vertunt*. Aut, si hoc displicet, mitius certe fuerat, *procellosi se dejiciunt*, aut *dejiciuntur*, quam *decidunt*; quod ex sola opinione Rhenani receperunt editores. Sic infra c. 15. 'Nisi ex vehementi sole tanta vis aquæ dejecisset:.' ita enim omnes libri, præter solum Putean. qui confirmat Sigonii conjecturam, *ni se ex vehementi sole tanta vis aquæ dejecisset*. J. F. Gron. *Procellosi dejiciunt*, vel *deiciunt*, ut ante Rhenanum edebatur, omnes mei, et Hearnii Oxonn. quod probat Donjat. et refert ad naves, quæ ingruentibus ventis deprimantur. Mihi prior Gronov. conjectura præsertim placet; ut pronomen *se* interceptum sit a vocis præced. literis ultimis. Nisi cum eodem Gronov. et Gebh. *dejiciunt* hic *ὀδδέρεως* positum esse intelligendum sit, ad exemplum aliorum verborum, de quibus vide ad 1. 17. § 6.

Septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat] Vet. lib. *septies in die*. Sigon. Mei omnes *die* servant, nisi quod *diem* sit in Lov. 1. Deinde *temporibus statutis* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii D. et edd. Aldina prior, sollemni scribarum aberratione. Vide ad xxxix. 13. § 8.

Temere in modum venti] *In modum venti* dixisse videtur, pro 'ad arbitrium venti.' Mirum vero de Euripo ita nihil convenire apud authores. Quantus hic, Dii boni, commentandi campus! *Glar. Mox monti præcipiti* legunt Flor. Voss. Lov. 1. 3. et Harl. Deinde *nec de die, nec de nocte* Lov. 1.

§ 11 *Quæ fluxa et vana apud Oreum fuerant*] Scripsimus *fuerat*, nam refertur ad 'fidem.' Rhenan. *Fuerant* perperam retinent Flor. Lov. 1. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Stabile atque inexpugnabile fuit] Non abenit scripti. Induco tamen animum fuisse Livii, *præs. val. firmatum, præc. fide præf. princ., quæ fluxa et vana apud Or. fuerat, stabili inexpugnabile fuit*. J. F. Gron.

§ 12 *Ut in temere suscepta re*] Præpositio deest in Harl. et quibusdam edd. Tum *suspecta re* legunt Flor. a m. pr. Lov. 1. 2. 4. et Voss. frequenti librariorum lapsu. Vide ad iv. 58. § 14. vii. 41. § 1. x. 11. § 13. xxi. 44. § 8. xxxiii. 17. § 10. xxiv. 40. § 1. Adde N. Heins. ad Claud. in Eutr. i. 401. Corte ad Plin. Ep. iii. 9. 26. et viros doct. ad Snet. Tit. c. 7. Mox *celeriter* exsulat ab Harl.

Ad Cynum Locridis (emporium id est Opuntiorum, urbis mille passuum a mari sitæ)] Ego inter Locridem et Doridem *Cythinium*, non *Cynum*, apud Ptol. et Plinium reperio. Tu vide utra sit lectio sequenda. *Sabell.* Sabellicus hoc loco restituit *Cithinium* ex Ptolemæo, sed codex fefellit. Nam *Cynum* legendum est. *Glar.* Sic Stephanus: *Κύνος ἐπίγειον Ὀπούντος, ὡς φίλων καὶ Πανσανίας, Ἐκαταῖος δὲ πόλιν αὐτὴν φησιν.* Sigon. Pnt. Voss. *id est orbis et pontiorum mille*. Scribe, ut est in Gud. et distingue: *classenque inde ad Cynum Locridis (emporium id est urbis Op. mille pass. a mari sitæ) trajecit.* Strabo ix. 425. 'Ἀπέχει δὲ θαλάσσης περὶ πεντεκαίδεκα σταδίου· τοῦ δὲ ἐπιλείου καὶ ἐξήκοντα· Κύνος δ'

ἔστι τὸ ἐπίνειον, ἄκρα τερματίζουσα τὸν Ὀπούντιον κόλπον. *J. F. Gron.* Numerus passuum, quem hic edunt libri Livii, non convenit cum eo, qui apud Strabonem est. Nam quindecim stadia duo ferme millia passuum sunt. Probabilis est conjectura Wesselingii ad Antonini Itiner. p. 327. in Livio legendum esse *M. P. II.* Duk. *Emporium id est orbis et pontiorum* Flor. a m. pr. et Hearnii *N. emporium id est urbis et pontiorum* Flor. a m. sec. et Voss. a m. pr. in quo *Opuntiorum* emendat manus altera: *urbis Opontiorum* Lov. 2. et Ber. *urbis Opontiorum* Lov. 1. Hav. et alii, cum omnibus edd. usque ad Froh. qui ordinem hunc invertit a. 1535. Priorem igitur ordinem revocavi. Insuper, numerum passuum in Livio corruptum esse, viris doctis adsentior; sed, quamvis res eodem redeat, olim scriptum fuisse puto *MM. passuum*, et alterum *M.* inertia librarii omissum esse. Legendum itaque *duo millia passuum*.

CAP. VII. § 1 *Ignes ab Oreo editi moverant*] Placet magis, ut est in vet. lib. *monuerant*: ut sit, ignes ab urbe Oreo editi monuerunt Philippum obsideri Oreum. *Sigon.* *Moverant* Lov. 3. 4. et Hav. *minuerant* Flor. et Cant. *manuerant* Gaertn. *munierant* Voss. *monuerant*, ut Sigonius emendat, reliqui mei, cum Hearnii Oxonn. et edd. antiqq. Sed primus Ascens. omitta litera dedit *moverant*. Vide ad xxxv. 35. § 5.

Sed serius Platoris fraude e specula elati] Pal. 1. *ex specula lati*. Pal. 3. *sed euripo serius Platoris fraude et specula elati*. Gebh. *Fraude e specula lati* Harl. *fraude specula lati* Voss. a m. pr. *fraude speculati* a m. sec. et Lov. 1. *fraude exspeculari* Lov. 2. *fraude exspeculati* Hafn. *fraude ex speculo lati* Lov. 3. *fraude ex specula elati* Lov. 3. Gaertn. et Flor.

Impari tum maritimis viribus] *Tum* particula non est in cod. scripto.

Rhenan. *Tum* a Rhenano ejectum servant Lov. 4. Harl. et Ber. *impari cum viribus* Lov. 2. *impari tum viribus* Voss. Lov. 1. 3. et Hav. *impari tum vis viribus* Flor. et Cant. quæ scriptura indicare videtur olim scriptum fuisse *impari maritimis viribus*. Vide de ea scriptura ad vi. 31. § 5.

Ita re per cunctationem omitta, ad Chalcidis auxilium] Sic restituimus et distinximus: *ita res per cunctationem omitta*, (subaudi est.) *Ad Chalcidis auxilium, &c.* *Rhenan.* *Ita re cunctationem omitta* Hav. *ita percunctatione omitta* Flor. *ita cunctatione omitta* Lov. 1. 2. *ita re per cunctationem omitta* Lov. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. quomodo primus edidit Aldus. Priores enim defendunt *ita res per cunctationem omitta ad Chalcidis*, quemadmodum Rhenanus emendavit.

§ 2 *Ut ponte continenti jungatur, terraque aditum faciliorem, quam nari, habeat*] Expunximus quæ: nam elegantius subintelligitur. Et gaudet asyndeto Livius: sicut mox ‘dejecto præsidio, fuis Ætolis,’ non *fuisque Ætolis*. Sic enim intelligi debet ‘dejecto præsidio,’ quod erant Ætoli. Et dicit *dejecto*, quod essent in montibus et saltibus Thermopylarum, ubi angustæ fauces coarctabant iter. *Rhenan.* Libb. omnes, qua scripti, qua ensi, *terraqe aditum faciliorem*, contra quam voluit Rhenanus. Sic mox Pall. tres, et vet. ed. *dejecto præsidio fuisque Ætolis*. Gebh. Contra Rhenanum omnes Gall. Voss. et Pall. *terraqe*. Nec sane elegans hic asyndeton. Sic et mox ‘dejecto præsidio fuisque Ætolis.’ Nihil impedit copulativa, quin intelligamus, ipsos Ætolos fuisse hoc præsidium. *J. F. Gron.* Unus Lov. 3. *terra aditum*. Reliqui *terraqe*, et mox omnes *fuisque*. Utramque lectionem servant et Hearnii Oxonn.

§ 3 *Igitur Philippus, dejecto præsidio*] Nescio quid hic desiderem in sermone connexionem, præsertim cum

dicit *igitur*. Sed id lector consideret, si fortassis meliorem nactus fuerit codicem. *Glar.* Glareano nescio quid desideratur in sermonis connexione, præsertim quum dicat *igitur*: idque jubet considerare lectorem, si forte nactus fuerit meliorem codicem. At sic omnes etiam optimi codd. neque hilum desideratur: sed interponitur *igitur*, quia narrationem expeditionis Philippicæ interruperat descriptione situs Chalcidos. *J. F. Gron.* Crevier. hic peccatum putabat traiectione vocum, quæ sic melius digererentur: *Igitur Phil. quum ab Demet. Scot., inde de tertia vig. prof., dejecto præsidio fuisque Ætolis, qui saltum Thermop. ins., trepidos hostes Her. comp., &c.* Ceterum antea edebatur *inde tertia vigilia*, ut est in Lov. 3. 4. 5. Ber. a m. pr. Gaertn. et Hav. cum Hearnii L. 1. et D. Sed recte Gronov. substituit *inde de tertia vigilia*, consentientibus Flor. et reliquis. Vide ad ix. 44. § 10. Præpositio intercepta erat ab ultima syllaba vocis præcedentis. Vide ad xxxvii. 51. § 8.

Phocidis Elatiam] Recte addidit *Elatiam*. Nam ait Stephanus Ἐλάτεια πόλις Φωκίδος, καὶ Θετταλίας, καὶ Θεσπρωτίας. *Sigon.* Male igitur vox prior omittitur in Hearnii L. 1. Præterea *Eleriam* Lov. 1. 2. Voss. Hafn. et Hearnii N. *Elotiam* Lov. 5. *Eletiam* Hav.

§ 4 *Quia Oreum paucos ante dies ab Romano milite, &c. direptum fuerat*] Ὀρεὺς est in Strabone x. 445. genere masculino, cum Livius hoc in loco neutro genere proferat, paulo ante (c. 5.) genere fœminino, sed adjecto substantivo urbe. Hæc eo tendunt, ut minus anxii in his simus, cum videamus etiam magnos authores non ita anxie hæc ac similia observasse. *Glar.*

§ 5 *Quum Romana classis eo se recepisset. Attalus igitur ignarus*] Reposuimus ex scripto volumine *Romana classis Oreum sese receperat, et Attalus*

ignarus ad Ph. Non enim vult dicere Livius, quomodo sit captum Oreum, quod ante exposuit: sed quid interim fieret quum a Romanis, tum ab Attalo rege. Magnam quorundam temeritatem vides, qui Livii verba ad suum sensum vertere ausi sunt. Quale etiam est, quod paulo post pro *curso effuso mare ac naves petit*, scribit *curso effusus*. Rhenan. Sic [*Romana classis Oreum sese receperat, et Attalus*] Andreas et omnes usque ad Mogontiacenses, et retulit Rhenanus pro eo, quod ex Aldo inoleverat, *Cum Romana classis eo se recepisset*: non enim velle ait dicere Livium, quomodo sit captum Oreum, quod ante exposuit, sed quid interim Romani et rex Attalus facerent. Quasi hoc non intelligatur ex prisca lectione: quasi ex ea colligatur, quomodo captum sit Oreum. Erat et vulgo *Attalus igitur ignarus*: et sic etiam quidam codd. sed amabis cum optimis, *Quum Romana classis eo se recepisset, Attalus ignarus adventus Philippi*. *Eo* autem quid vult, nisi Cynum Locridis, ut dixit extremo c. 6. a Chalcide. Et vides quid fecerint Romani, nempe fuisse in statione apud Opuntiorum emporium Cynum, ut faverent Attalo Opuntem capienti: quid Attalus, nempe Opuntem diripuisse, et a locupletibus pecunias exegisse. *J. F. Gron.* *Quum Romana classis eo se cepisset, Attalus igitur ignarus* Voss. et Lov. 1. ac 2. *Quum Romana classis eo se recepisset, Attalus igitur ignarus* Lov. 3. 4. et Hav. *Quum Romana classis eo se cepisset, Attalus ignarus* Flor. a m. pr. et Cant. Sed *recepisset* emendatur in Flor. a m. sec. et ita est in Harl. Doujatii Colbert. et Hearnii Oxonn. Et id Crevier. in contextum recepit: *eo* recte Gronov. hic exponit *Cynum*. Ante in pr. ed. nott. interpretabatur *Oreum*. Quin et in pr. ed. nott. ad xxxi. 40. verbis præcedd. *concesserat eam, &c. direptum fuerat* parentheses nota inclusis, hic legebat *quum Ro-*

mana classis Oreum sese recepisset.

§ 7 *Potuerit. Attalus inermis atque incompressus cursu effuso mare ac naves petiit] Potuerit Attalus: inermis autem atque incompressus* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Deinde *cursu effusus* Flor. Voss. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vet. pro quo *cursu effuso* emendabat Rhenan. supra ad § 5. Ita II. 50. 'Quum improvidi effuso cursu insidias superasent.' cap. 65. 'Effusoque cursu pene agmine uno fugientes sequentesque castris incidere.' IX. 41. 'Cursu effuso in hostem feruntur.' XXXVI. 19. 'Ut qui non ante, quam Elatiæ, ab effuso constiterit cursu.' XXXVII. 42. 'Effuso cursu ad castra compulsi sunt.' Et ita 'fuga effusa,' de quo vide ad XL. 28. § 4.

Et molientibus ab terra naves Philippus supervenit] Sic dixit *molientibus ab terra naves*, quemadmodum infra c. 17. 'Quam Pœni anchoras molirentur.' Et in oratione Scipionis, qua Q. Fabio respondet, non procul a calce hujus libri, c. 44. 'Audiētis hinc molientem Hannibalem.' Et rursum postea, cap. 36. 'Et anchoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt.' Porro non est *supervenit* in scripto codice, sed *advenit*. Quod verbo cohæret, *tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit*, debet esse *metumque etiam ex terra nauticis præbuit*. Rhenanus. Vet. lib. *supervenit*. Sigonius. Pal. 1. et vet. ed. *supervenit*. Proxime iidem libri *tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit*. Gebh. Omnes, *molientibus ab terra naves Philippus supervenit, tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit*. Qua phrasi et x. 20. 'Tumultumque prælio ipso terribiliorem intermixti agmini præbebant.' xxv. 26. 'Tumultum tamen majorem hostes præbuerunt, quam certamen.' xxvi. 10. 'Ea res tantum tumultum ac fugam præbuit.' Et sic edd. prisca: *advenit* in primo invenio Gry-

phio, *metum* dedit Rhenanus. J. F. Gron. 'Moliri naves ab terra,' ut xxxvii. 11. 'Navium reliquarum ante portum aliæ, aliæ in portu deprehensæ, quædam a Nicandro, dum moliantur a terra, captæ.' Deinde *advenit* unus Rec. *supervenit* Lov. 5. *superrenerat* Voss. *supervenit* reliqui omnes. Præterea *metumque* Hearnii L. 1. et D. *tumultumque* omnes mei cum Hearnii N. Ceterum *advenit* æque ac *metumque* dedit Rhenanus; et hinc non in primo Gryphio existit, sed ita ex mente Rhenani jam ediderunt Frob. 1535. Basil. 1539. et Vascos.

§ 8 *Tantæ rei fortunam ex oculis prope raptam]* Pal. 1. *tanti regis fortunam*. Gebh. Ita perperam et Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. et Hav. Tò *raptam* insuper deest in Lov. 1.

§ 10 *Toronem est profectus]* *Thronium* Strabo IX. 426. triginta stadia a Scarphia abesse ait, apud quod oppidum Boagrius amnis oritur. *Torone* autem longe alia civitas ad Palleneu est, supra Cassandream, quæ olim Potidæa. *Thronium* igitur ubique hic legam. *Glar. Torone* ad sinum *Toronæum* est procul ab Opunte. *Thronium* pariter est Locrorum, atque Opus non procul a Thebis Phthiotidos. Itaque verisimilius est, *Philippum* ab Opunte *Thronium*, quam *Toronem*, venisse; præsertim vero cum a *Thronio* in *Doridem* finitimam regionem venisse subdat. Itaque his de causis *Thronium* puto legendum, de quo et *Stephanus*, et *Strabo*, et ceteri. Idem placet etiam *Glareano*. *Sigon.* Facile accedo *Sigonio* et *Glareano* *Thronium* corrigentibus. Id enim hic locorum ad *Boagrium* amnem, non longe ab Opunte. At *Torone* ad *Toronæum* sinum inter *Derrhin* et *Canastrum* promuntoria. J. F. Gronov. Similiter, post viros doctos ad hunc locum *Livii*, hic et bis infra emendabat *Palmer*. in *Græcia Antiq.* v. 5. pagg. 565. et 566.

Attalus primo Oreum se recepit] Pal. 1. *Attalus primo oratum est profectus*. Gebb. In omnibus scriptis habetur *Et Attalus primo Oreum est profectus*. Unde suspicor illud subjecisse, qui non ferrent eadem verba tam cito repeti, re vera autem et *se recepit* et *est profectus* esse additamenta infelicium correctorum, quum Livius rotunde scripsisset ac breviter, *Et Att. primo Oreum, inde, (quum fama acc., Prus. Bith. regem in fines regni sui transgressum) om. rebus atque Æt. bello, in As. truj.: Sulp. Æg. classem rec., unde iuit. veris prof. erat.* J. F. Gron. *Oratum est profectus* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. *Circhum est profectus* Hearnii L. 1. *Oreum est profectus* Lov. 2. et reliqui Oxonn. Hearnii. Conjecturam Gronovii recte Crevierius probavit.

In fines regni sui transgressum] Pal. 2. *in finem*. Sic c. 5. 'Hand procul Argivorum fine.' Gebb. Nullus meorum Pal. 2. consentit.

Omissis Romanis] Ex vet. cod. *rebus* ablativum adjecimus. *Rhenan.* Tò *rebus* adjecit Rhenanus, quod in prioribus editis deerat. At in optimo Gallicisque omnibus et Vossiano invisum τὸ *Romanis*. Idque eleganter ego dictum accipio pro sepositis, quæ in manu erant. Ut Plauto Epid. iv. 2. 35. 'Ego relictis rebus Epidicum operam quærendo dabo.' Ut Terentio, Andr. ii. 5. 1. 'Herus me relictis rebus jussit Pamphilum Hodie observare.' Non aliter Justin. xiii. 6. 'Perdicca alienatis rebus Aridæum et Alexandri Magni filium de summa belli in consilium adhibet.' τ' ἄλλα μεθείς' ἅπαντα μεθείς' τ' ἄλλα πάντα ἀφείς. J. F. Gron. *Omissis rebus*, voce *Romanis* omissa, Flor. Cant. Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii N. Vide ad xxxvii. 37. § 4. ubi eandem locutionem Livio restituere conatus sum.

§ 11 *Et Sulpicius Æginum classem recepit*] *Classem recipit* scripsimus,

pro *recepit*. Rhenan. Prima vocula *Et*, quam Gronov. supra § 10. hic omittebat, non comparet in Hearnii N. Deinde *repetit* Ber. *recepit* Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Revocandam itaque putavi lectionem, quæ ante Rhenanum in edd. vulgo exstitit.

Quam Opuntem Attalus ceperat, Philippus Toronem cepit] Verbum *ceperat* in nullis melioribus libris salvum est. Put. *decertæ*. Reg. *decertat*. Men. et Pall. *decertant*. Quid velint, non assequor. J. F. Gron. *Decertat* Flor. et Hearnii N. *decertans* Voss. Lov. 1. 2. Hafn. et Hav. Gronovius priori ed. nott. scribendum conjecit *Attalus, de itinere Philippus Toronem cepit*. Crevierius, voce omissa, *Attalus, Philippus Toronem, vel Thronium, cepit*.

§ 12 *Profugi ab Thebis Phthiotici*] Novem sunt oppida, quibus nomenclatura Thebarum olim tributa est. De quo hic fit sermo, Stephanus tertium facit. Τρίτη, inquit, Θεσσαλίας τῆς Φθιώτιδος. Est autem Phthia Thessaliæ pars, ceu ante diximus: unde Φθιώτις Θεσσαλία Straboni, et *Phthiotici* hic gentile nomen. *Rhenan.* Vide num potius *Phthioticis* legendum sit. Nam de *Thebis Phthioticis* Strabo meminit ix. 431. ubi de Achilles ditione disserit. *Glar. Ab Thebis Phthioticis* Pal. 1. at Pal. 2. a *Thebis Phytoticis*. Pal. 3. *Potici*. Gebb. Licet vario modo ultimum illud nomen in Mss. exaratum oberrat, de eo tamen inter omnes codd. si unum alterumve excipiamus, convenit, ultimam ejus syllabam non *ci* sed *cis* legendum esse. Et ita ante Glarean. ediderunt Basil. 1539. 'Thebæ' autem 'Phthioticæ' memorantur etiam xxxiii. 5. quas alibi Liv. 'Thebas Phthias' vocavit.

Quum in fidem Ætolorum perfugissent] In codice scripto *perceissent* est. Opinor autem pro *fidem* scribendum *finem*. Nam usurpare solet Livius *finem* pro *fnibus*: ut supra c.

5. 'Hand procul Argeorum sine positis castris terrebat.' *Rhœnan.* Pal. 1. et prisca ed. *quum in fidem Ætolorum perfugissent.* Gebh. Rursus nostri: *quum in fidem Æl. perf., sedem eis Ætoli eam ded. urbis vast. ac des. priore ejusdem Phil. bello.* Quæ mutavit Rhenanus, et præterea vult in *finem.* J. F. Gron. *Pervenissent* Rec. et Hearnii L. 1. ac D. Sed reliqui omnes *perfugissent*, nisi quod *profugissent* sit in Ber. a. m. pr. Neque etiam pro *in fidem* cum Rhenano scribendum *in finem.* Sed fides hic notat tutelam, patrociniū: ut autem 'perfugere in fidem,' ita 'venire in fidem' VII. 19. 'Ni universa gens, positis armis, in fidem consulis venisset.' VIII. 25. XXXVII. 6. Epit. Liv. lib. CXXXI. et alibi. Sic etiam 'tradere se in fidem' XXXVII. 44. 'dedere se in fidem' XXXIX. 53. 'in fidem tutelamque tradere' XXXVIII. 31. 'in fide et clientela alicujus esse' Flor. III. 1.

Urbis vastatæ ac desertæ priore ejusdem Philippi bello] Reposuimus, veterem librum secuti, *urbis vastæ ac desertæ priore quidem Philippi bello.* Urbs erat vasta Torone, ergo magnum populum capere poterat. Sic rursus aliquanto post, c. 11. 'Et infrequentes se urbes, agrum vastum ac desertum habere.' *Rhenan.* Vet. lib. *priore ejusdem Philippi bello.* Sigon. Utramque Rhenani emendationem editores servarunt usque ad Gronov. nisi quod interim Sigonius posteriorem rejecerit; sed a nullo auditus est. Ceterum *vastæ* soli ex meis Lov. 5. et Gaertn. quod 'magnæ' exponit Rhenanus. At unde constat profugos a Thebis Philthiotis magnum populum effecisse? Puto librariorum ita præferentes sollemni modo errasse. Vide ad XXIII. 30. § 7. *Deinde ejusdem Philippi omnes mei.* Recte igitur Gronov. lectionem, quæ ante Rhenanum in editis erat, pristino loco restituit.

§ 13 *Tritouon et Drymas, Doridis parva atque ignobilia oppida*] De his Stephanus: *Τρίτωνος πόλις Μακεδονίας. Δρυμία πόλις Φωκίδος.* Veteres etiam libri edunt *Drumias*, ex quo apparet, ita esse legendum. *Sigon.* Herodotus VIII. 33. *Ἐδήουν πάντα, καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμιον πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδραν καὶ Ἐρωχον, καὶ Θεθρώνιον, &c. καὶ Ἐλάτειαν.* Pausanias X. 3. *Καὶ Νέωνα καὶ Θεθρώνιον, καὶ Δρυμιαίαν αἱ δὲ ἄλλαι πλήν γε δὴ Ἐλατείας.* Liber optimus, *Uthronon et Drumias Dori parva.* J. F. Gron. Priorem urbem *Uthronon* vocat Flor. *Uthronon* Voss. Harl. Hav. et Hearnii N. Sed in Voss. duæ priores litteræ expunguntur, ut supersit *Horonon*, quod etiam exstat in Lov. 1. *Utorontum* legit Ber. *Ut thoronem* Lov. 2. *Turonum* Lov. 3. *Citroum* Lov. 4. *Citronon* Hearnii D. *Ytroron* ejusdem L. 1. *Borouon* Hafn. *Thitronon* Hafn. *Tithronon* Lov. 5. Quod proxime accedit ad Herodoti *Θεθρώνιον*, vel *Τιθρώνιον*, ut vocat Pausanias non tantum lib. X. loco laud. sed etiam c. 33. Posteriorem *Drumias* vocant Flor. Lov. 3. 4. 5. et Gaertn. *Drumisa*, transpositis litteris, Hafn. *Drymias* Voss. et Hearnii N. ac D. *Dymias* Ber. *Dumias* Harl. *Drumas* Lov. 1. *Drunnas* Lov. 2. *Drupnon* Hearnii L. 1. *Documias* Hav. *Drimias* edd. Rom. 1472. et Parm. *Dirimias* Mediol. 1480. et proximæ plures usque ad Moguntinos, qui primi *Drymas* dederunt. De utroque hoc oppido vide Palmerii Græc. Ant. VI. 15.

§ 14 *Nunciūs adfertur, Machinadam*] *Machinadem*, et paullo inferius *Machinadam* Hearnii L. 1. *Machiniadem*, et inferius *Machiniadam* Voss. Lov. quinque, Harl. Hav. et Hearnii N. Vide ad c. 5. § 5.

Olympiorum sollemne ludicrum parantes Eleos] Hoc pertinet ad XXVII. 30. *Duk.*

§ 15 *Se neque caussam ejus belli fuisse, nec morum*] Prima vocula deest

in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Deinde *belli per se nec moram* Lov. 2. *belli se, nec moram* Voss. et Lov. 1. relicta tamen in Voss. lacuna. An forte scripserat Livius? *neque causam ejus belli fuisse se, nec moram.*

§ 16 *Cum expedito agmine profectus*] In exemplari legitur *quam expedito*. Forte scribendum *perquam expedito agmine*. Rhenan. Gifan. Obs. in Ling. Lat. voce 'Quam' monet, in vet. cod. legi *cum quam expedito agmine*; forte autem, ejecta priori voce, legendum *quam expedito agmine profectus*; quod in Lov. 4. inveni. Et sane Livium in hac locutione præpositionem *cum* sæpissime omisisse, dictum est ad xxxi. 9. § 5. Verum hic, nno illo excepto, reliqui omnes codd. vulgatum tuentur.

Per Bæotiam, Megaram, atque inde Corinthum] Pnt. et alii boni *Megara*. J. F. Gron. Ita et Flor. a m. pr. aliique cum Hearnii N. Vide ad xxxi. 22. § 6.

Phileum Tapheneumque petit] Neque *Phileum* his locis, neque *Tapheneum* facile reperies. Contenderim proinde *Phliunta Pheneumque* legendum esse; utrumque oppidum circa Achaïam et Arcadiam satis notum. Sabell. Alii aliis pejores lectiones exhibent, sed Flor. legit *Phleium Tapheneumque*, vocibus inperite distinctis; unde, Sabellici conjecturam veram esse, satis colligitur.

§ 17 *Quam Eream venisset*] Vet. lib. *Heræam*, et recte: inquit et Stephanus Ἡραία ἐστὶ καὶ πόλις Ἀρκαδίας, κείται δὲ κατὰ Μεσσηνίην πρὸς Πελοπόννησον. *Sigon*. Pal. 1. *Hoream*. Pal. 2. et vet. ed. *Hereum*. Pal. 3. *Oreum*. Legendum cum Sigonio *Heræam*. Gebh. *Heræum* Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Harl. alii aliter. Sed recte Sigonius *Heræam*. Vide Cellar. Geogr. Ant. 11. 13. p. 786.

Audit Machanidam, fama adv. s. t. r. L. Ægiumque se ad conc. A. recepit]

Hic se doctus quispiam infeliciter exercuit. Nam, quum in exemplari reperisset *audito*, scripsit *audit*, et, non cohærente eo, quod sequitur, *Ægium se ad c. A. recepit*, adjecit particulam *que*, ut esset novæ sententiæ initium. Tu sic castiga locum: *Et jam, quum Eream ven., audito, Mach., fama adv. sui terr., refugisse Lac., Ægium se ad conc. Ach. recepit*. Ad hanc loquendi formulam pertinet, quod sequitur, c. 21. 'Quidam, quas disceptando controversias finire nequierant, pacto inter se, ut victorem res sequeretur, ferro decreverunt: pacto, id est, 'ubi pepigissent;' sic hic *audito*, id est, 'ubi audivissent.' Rhenan. *Audit et Eginamque Hearnii L. 1. audit et Ægiumque* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Ber. et Hav. Nihilominus veram puto lectionem, quam Rhenanus restituit. De genere loquendi vide ad 1. 41. § 6.

§ 18 *Paucis ante diebus inde Phocæas trajecerant Pæni*] *Phocæas*, si recte legitur, accusativus est Ionicus a nominativo Φωκείς, quod nomen est a Phocide regione Græciæ. Quidam igitur non recte diphthongum *æ* apposuerunt, tamquam a nominativo Φωκαίεδς, quod a *Phocæa* urbe Asiæ, nihil prorsus ad hunc locum, deducitur. Suspicio legendum *in Phocidem*. Sed lector geographiæ peritus judicet. Nam hæc duo nomina *Phocis* et *Phocæa*, cum suis denominativis et in Latinis et in Græcis codd. magnum fecere errorem. *Clar*. Pal. 1. *inde Væas*: vet. ed. *inde Eocæas*. Pal. 2. *inde Focæas*. Pal. 3. *Phocæas trajecerant Pæni*. Mox Pal. 1. *ne ad se iretur*. Gebh. Liber opt. et Reg. in *Devaccs*. Men. *indevacas*. Voss. in *denacas*. Neque aliter probatissimus quisque. *Phocæa* hinc longe, et *Phocæa*, non *Phocæa*. *Phocæ* sunt illa quidem in Græcia, sed et hinc remotæ, quippe in *Ætæo* sinu. Scribe, *Paucis diebus ante in Echinades trajecerant Pæni*. Fuerant nimirum in

statione apud Ægium, ex conducto expectantes Philippum: sed, audito, discessisse Romanos et Attalum ab Oreo Eubœæ, veriti ne ad se iretur, (sic enim omnes, non in se) et intra Corinthiaci sinus angustias coerciti caperentur, transmiserant ex illis claustris in Echinades, inde in Acarnanum portus. *J. F. Gron. In Phœceas* deest in Harl. in *Fœceas* legit Lov. 5. inde *Fœceas* Lov. 4. Ber. et Gaertn. inde ut eas Lov. 2. inde *naves Hearnii* L. 1. *indevæas* Florent. Cantabr. Voss. et Hearnii N. *indevacas* Lov. 1. 3. Hafn. et Hav. Longius a vulgato abit Gronovii in *Echinadas*. Crevierius conjicit in *Oxœas*, quas ex Echinadum numero insulas esse, probat auctoritate Strab. VIII. 351. Vide etiam Cellar. Geogr. Ant. II. 14. 798. Forte tamen vestigia codicum eo ducunt, ut legamus inde *Oxœas*. Ita enim nominibus insularum præpositionem addere sæpe Liv. neglexit. XXXIII. 41. 'Cyprum nihilominus tendens.' XLV. 11. 'Cyprum extemplo classem misit.' Deinde in se iretur Lov. 5. et Gaertn. ad se iretur reliqui mei cum Hearnii L. 1. Supra tamen Livius dixit II. 6. 'Sensit in se iri Brutus.' Vide ad IX. 43. § 18. Vim illam præpositionis in, ut infesti animi significationem præ se ferat, illustrat Nic. Heins. ad Nas. Her. III. 136.

CAP. VIII. § 2 *In concilio tamen* Libb. omnes autem. Gebh. Iidem *In concilio autem dissimulans*. *J. F. Gron. Autem* non tantum omnes mei, et Hearnii Oxonn. codd. verum etiam edd. vett. pro quo Froben. demum a. 1531. tamen substituit.

Se nulli loco, nec tempori defuisse Pal. 1. nullo loco. Pal. 2. testatusque Deos et homines, se nulli loco temporique defuisse. Vet. ed. disseruit: testatos Deos hominesque, nullo loco nec tempori defuisse. Gebh. Omnes Gall. cum Pal. nullo loco. Scribe nullo loco nec tempore defuisse: nempe rei gerendæ,

aut occasione. *J. F. Gron. Nullo loco nec tempori* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. nullo loco nec tempore, ut Gronov. emendabat, Lov. 4.

Quanta maxima posset celeritate, tenderet Vet. lib. contenderet. Sigon. In libb. omnibus tenderet. Gebh. Contenderet ab Sigonio est: quicquid nobis usui fuit librorum eo, *quanta maxima posset celeritate, tenderet*. Tacitus Ann. I. 39. 'Legatos audita consternatione ad Germanicum tendentes.' Idem Hist. IV. 50. 'Adrumeto ad legionem tendit.' *J. F. Gron. Quanta maxima poterat celeritate* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Deinde *tenderet* omnes et mei, et Oxonn. Hearnii. Supra XXV. 27. 'Postquam tendere ad se Romanas naves vidit.' XXXIII. 41. 'Cyprum nihilominus tendens.' Silins, Livii imitator, XVI. 138. 'Tendit ad Ansonios et adhuc hostilia castra.' Vide hoc lib. c. 18. § 4.

§ 3 *Sed vix rationem inire posse*] Lectio vetus *sed id rationem iniri posse*. Scribendum opinor *sed haud rationem iniri posse*. Rhenan. *Vix rationem iniri posse* omnes mei, nisi quod in uno Ber. servetur *inire posse*.

Ab se audiacus, an fugacius ab hostibus geratur bellum] In exemplari veteri legitur *quam fugacius*. Nec est a *Chalcide*, sed tantum *Chalcide*. Subauditur autem præcedens præpositio *ab*. Rhenan. *An fugacius* omnes mei. Tum *ab hoste* Ber. et Rec. Sed nec mox Rhenano præpositionem delenti faveo. Codd. enim, quibus utor, vel *a*, vel *ab Chalcide*. Et solet potius Livius præpositiones repetere. XXIV. 28. 'Si enim uno animo omnes vel ad Romanos, vel ad Karthaginenses inclinent.' XXVI. 25. 'In Macedoniam, atque inde in Thraciam exercitum ac Mædos eduxit.' c. 39. 'Et a Velia, et a Pæsto debitas (naves) exigendo.' XXVII. 46. 'Modo ab latere, aut ab tergo carperet agmen.' XXVIII. 28. 'Nec cum Pyrrho, nec cum Samniti-

bus aut Lucanis se conjunxerunt.' c. 39. 'Ita res hos annos in Hispania atque in Italia gessistis:' ubi tamen viri docti posteriori loco præpositionem expungunt. xxxi. 32. 'Quum de bello, aut de pace agere velit.' xxxii. 14. 'Ex præsentibus eos potius, quam ex præterito æstimat habitu.' xxxiv. 61. 'Rem ad consules et ad senatum deferrent.' Vide ad vi. 28. § 6.

Sic ipsis diebus] Omnes sic eis ipsis diebus Machanidam. J. F. Gron. Solus Ber. pronomen a Gronov. additum omittit: de qua locutione vide ad v. 43. § 4. Reliqui tamen eis, his, vel iis ipsis diebus. Neque aliter etiam edd. ante Francof. 1578. Sic ii. 5. 'Eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit:' ubi plura vide. v. 33. 'Cui tutor is fuerat ipse.' xxvii. 23. 'Is ipse primus ita vocit:' ita optimi codd. apud Gronov. τὸ ἰς vulgo ibi quoque deerat. xxxii. 39. 'Quas iis forte ipsis diebus L. Quinctius frater ejus adduxerat:' ubi etiam ante Gelen. omittebatur τὸ ἰς. xxxrv. 62. 'Precario ab se iter per eum ipsum agrum petisset:' ubi etiam unus cod. ipsum male omittit. xl. 41. 'Eum ipsum bonaque ejus vendere consul jussus.' xliii. 22. 'Is ipse cum octingentorum militum præsidio bis est præpositus.'

§ 4 *Si modo congressus cum hostibus sis*] Quum eleganter hic dixerit Liv., ceu non dubito, congressus cum hoste sis, (nam præcedit 'ab hostibus,' et sequitur 'confessionem hostium,') tamen asinus ausus est supponere ablativum plurativum hostibus. Rhen. Put. Pet. Pal. Men. congressus cum hostibus sis, secus atque Rhenanus. J. F. Gron. Cum hoste Harl. Ceteri mei cum omnibus Hearnii Oxonn. cum hostibus. Ad sensum nihil interest. Præstat igitur ut meliores et plures cum Gronovio sequamur.

§ 5 *Nequaquam pares esse eos sibi*] Idem addit de suo dativum sibi,

quum tamen illo expresso non fuerit opus. Rhenan. Pal. 1. pares esse sibi: vet. ed. pares esse eos sibi. Gebh. Put. nequaquam pareses ibi. Pet. et Pal. pares esse sibi. Reg. patere se sibi. Men. par esse sibi. Certe nusquam deest sibi, quo deleto gaudet Rhenan. Puto autem secundam lectionem veram esse. J. F. Gron. Pares esse eos, ut voluit Rhenanus, Lov. 5. et Rec. pares esse eos sibi Ber. parere sibi Flor. par esse sibi Voss. a m. pr. Lov. 1. 2. Harl. et Hearnii N. parem esse sibi Hearnii L. 1. pares esse sibi Voss. in marg. cum reliquis scriptis. Mox quam ope pugnatos Flor. Voss. Lov. 2. et Harl. quam ope oppugnatos Lov. 4. quam opere pugnatos Lov. 1. Ber. a m. sec. Hafn. et Hav.

§ 6 *Triphyliam. Alipheram*] Stephanus Τριφυλία, ἡ Ἑλῆς. Ἀλφείρα, πόλις Ἀρκადίας. Sigon. Pal. 1. Reddit inde Achæis Hereum et Trypillam. Pal. 2. Ereum etrifuliam. Pal. 3. Reddit inde Achæis Hereum et Triphylam. Gebh. Reddit Voss. Lov. 1. 3. Ber. Hav. et edd. ante Aldum. Vide ad Epit. Liv. 1. xcix. Tum Hereum tantum non omnes codd. Sed vide ad cap. præc. § 17. Hinc Triphyllam Flor. Triphyllam Hearnii N. Triphulam Lov. 4. Triphylam Ber. Triphilam Hearnii L. 1. Tripillam Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Trypillam Lov. 5. Denique Aliphera Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl. Aliphola Hav.

Quod suorum fuisse finium satis probabant] Vet. lib. quod suorum jus esse finium satis probabant. Sigon. Pall. 2. ac 3. quod suorum fuisse finium. Panllo post navibus acceptis Bacheys Pal. 2. Gebh. Omnes Gall. et vett. edd. quod suorum fuisse finium. Lib. xl. c. 25. 'Culta ea loca suorum finium esse.' xlii. 10. 'Finium is ager Cassandrensius erat.' Vide et ad xxxii. 5. Sed τὸ quod molestum est. Aut pro eo quam vel qui legendum, aut pro supervacuo cancellandum est,

hoc modo: *Aliph. autem Megal. (suorum fuisse finium satis probabant) restituit.* J. F. Gron. *Suorum jus esse finium* etiam Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Hafn. et Hav. Sed recte alterum superest in aliis meis, atque omnibus Hearnii Oxonn. Liv. XLIII. 10. 'Hand procul inde Uscana oppidum finium plerumque Persei erat.' Ceterum Gronovius in prima ed. notat. quod putabat esse pronomen, atque ad illud intelligebat τὸ ὀππίδον. Verum Ant. Perizon. in ora Livii, et Doujatius ad hunc loc. volunt esse particulam causalem. Philippus ideo Triphyliam Megalopolitis restituit, quod, quoniam satis probant, fuisse suorum finium. Et ita Gronov. conjectura nihil opus est.

§ 8 *Ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupalium sunt*] Stephanus: Ἐρυθρὰ πόλις Ἰώνων, καὶ Λιβύης, καὶ Λοκρίδος, καὶ Βοιωτίας, καὶ Κύπρου. Εὐπάλια πόλις Λοκρίδος, ἣν Εὐπάλιον Ἀρτεμιδιῶρος φησι. Sigonius. *Eruthras* Florent. et Voss. *Erutras* Hearnii N. *Erytras* Harl. *Enittras* Lov. 2. *Eurytas* Lov. 4. *Erhitias* Ber. *Erithias* Hearnii L. 1. *Eryteas* Gaertn. Deinde *Euphalium* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Moguntinam. *Eubalium* Hearnii L. 1.

Descensionem fecit] Codex scriptus habet *excensionem fecit*. Rhen. *Descensionem* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *defectionem* Hav. *excensionem* Lov. 3. *excursionem* Lov. 4. *escensionem* Flor. a m. pr. *ascensionem* a m. sec. Sed recte *excensionem* Rhenanus. Vide ad VIII. 19. § 7.

§ 9 *Potidaniæ ac Apolloniæ*] Stephanus Ποτιδανία πόλις Αἰτωλίας, τρίτη Ἰταλίας. Sigon. *Potidoniæ* Lov. 3. et 4. *Postidoniæ* Rec. et Hearnii L. 1. ac D. *Potidaniæ* Flor. Voss. Lov. 1. Harl. Ber. a m. sec. et Hav. *Potidomas* Lov. 2. *Potidoneus* Lov. 5. Tunc atque *Apolloniæ* Flor. Cant. Voss. Lov. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edil. ante Froben. a. 1535. Idem et Crevierius

Delyh. et Var. Clas.

in Victor. invenit. Esse autem verissimam lectionem, non modo tot codd. consentientium conspiratio evincit, verum illa etiam ratio, quæ notatur ad x. 36. § 17.

§ 11 *Ipse, ab Ænotriis præter terram Atticam super sinum navigans*] Quomodo in Italia subito Philippus ex Corintho? Nam Ænotria est Italia. Videtur mihi plane quispiam lector ludere voluisse. Sed mirum est, hactenus hoc a nemine perceptum. Oportet hic ingenue dicere, quod verissimum est, nimia securitate fidunt studiosi quibusdam typographicis officinis, ut in Italia Asulanicæ, quasi vero castigatissima sint omnia, quæ ex illis prodeunt. Quibus hactenus credendum erat, ut rem judicio prius et collatione explorarem. Interim studiosi merito suæ credulitatis pœnas sæpe luunt. Restituimus hunc depravatissimum locum juxta scriptum archetypum hoc modo: *Ipse, a Cenchreis præter Atticam per Sunium navigans, inter medias prope hostium classes Chalcidem pervenit.* Vide per Musas, in paucis verbis ingentia errata. 'Cenchrearum' civitas, de qua hic loquitur Livius, apud Corinthios navali statione fuit insignis. Atque eadem est, cujus et Divus Paulus meminit in fine Epistolæ, quam ad Romanos scripsit. Sunium vero promontorium est Atticæ. Cæterum usurpavit forma Græca *Atticen*, ut nihil fuerit opus emendare *terram Atticam*. Rhenan. Quidam pro a *Bænotris*, ab *Ænotriis* emendarunt; sed inepte, meo quidem judicio. Strabo enim lib. VIII. p. 380. ubi de sinu Corinthiaco, Holmias promontorium sinum efficere, in quo et Cænoa sit et Pagæ; atque has quidem Megarense castellum esse, Cænoan autem Corinthiorum. De eadem Cænoa Plin. IV. 7. Et de hoc loquitur (ut puto) hic Livius: terra missum exercitum per Bæotiam, ipsum vero regem præter Atticam circa Sunium promontorium

Livius.

29 D

mari Chalcidem venisse. Quare verba Livii ita legi possunt : *ipse, ab Ænoa præter Atticam super Sunium navigans, inter medias prope hostium classes, Chalcidem pervenit. Cenchreis non minus quadrat, quod Beatus Rhenanus restituit. Glar.* Stephanus *Κεγχρέαι πόλις Τρωάδος, δευτέρα πόλις καὶ ἐπίκειον Κορίνθου.* Hoc loco Cenchreas, quæ ad Corinthum sunt, intelligit, ut supervacanea sit hujus loci emendatio, quæ a Glareano affertur, qui contra fidem veterum librorum legendum putat *ab Ænoa.* Sigon. Pal. 1. *ipse ab bæno tris præter terram Atticam super sinum navigans.* Pal. 2. *ipse a Chenebris præter Anthycera super sinum navigans.* Pal. 3. *ipse a Beontris super sinum navigans.* Gebh. Lectio, capiti hujus adnotationis adposita, non in officina Aldi Asulanica nata est, sed jam ante prostitit in ed. Mogunt. Omnes priores habuerunt a *Beontris*, quod etiam est in Flor. Ber. et Hav. *ab Ænotriis* in Hafn. *ab Enotis* in Lov. 2. *ab Ævoterris* in Voss. et Lov. 1. *ab ceno tris* in Harl. *ab Cenoterris* in Lov. 3. et Hearnii L. 1. *ab Cheneris* in Lov. 5. *ab Centris* in Gaertn. *ab Cenchrís* in Lov. 4. et Hearnii L. 1. quæ omnia monstrant, *ab Cenchreis*, ut Jac. Gronov. edidit, legendum esse. De *Cenchreis* vide Wasse ad Thucyd. viii. pag. 513. Deinde *præter Atticam* Hearnii L. 1. quod ex emendatione Rhenani omnes posteriores editores receperunt usque ad Gronov. qui restituit priorem lectionem *præter terram Atticam*, in pr. ed. nott. testatus, optimum cum pluribus ita legere ; quod nulla de causa in edd. sequentibus omissum est. Certe ita præferunt omnes mei. Præterea *super sinum* Lov. 1. 2. 4. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *super Sinium* Flor. et Voss. *super Sunium* reliqui. Idem fere, quod hoc loco, iter describitur xxxii. 17. ‘Navales copiæ, duabus claris urbibus Eubœæ intra dies paucos captis, circumvec-

tæ Sunium, Atticæ terræ promontorium, Cenchreas, Corinthiorum emporium, petierunt.’

§ 12 *Neque timor, neque spes flexisset*] Scripsimus *flexissent.* Rhenanus. *Flexisset* tamen constanter Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1.

In posterum, ut eadem, &c. Oritanorum atque] Hæc verba cum mediis Livii esse, soli credimus Andreae primo editori. Mihi quidem nullis in scriptis occurrerunt, sed tantummodo *hortatusque oppugnationum fortunam mallent.* Numquid igitur fuit *dehortatusque, ne Opuntiorum fortunam mallent* : id est, ne cito se dederent. Nam et hos solos objurgasse dicitur c. 7. ‘Opuntii quoque ab eadem ira increpiti, quod, cum trahere obsidionem in adventum suum potuissent, viso statim hoste prope in voluntariam deditionem concessissent.’ J. F. Gron. Ut Gronovius in suis invenit, apud me quoque exstat in Flor. Voss. Lov. 1. Hav. et Hearnii N. *hortatusque Opuntianorum* Hearnii D. *hortatusque Opontiorum* ejusdem L. 1. *hortatusque Opuntiorum* Cant. Sed media verba, quæ in his omittuntur, servant ex meis Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Hafn. et Gaertn. præterea Reg. apud Donjatinn, et Victor. apud Crevierium ; qui, quum in his nihil Livio indignum deprehendat, et sine iis sensus constare nequeat, eadem etiam servanda duxit. Solæ tantum voces *in societate* deerant in Lov. 3. et 4.

Oreanorum et Opuntiorum] Vet. lib. *Oritanorum* : et recte. Nam Stephanus : ‘*Ὀρεὰς πόλις Εὐβοίας τὸ ἐθνικόν, Ὀρετρῆς.* Sigon.

§ 13 *Ab Chalcide Oreum navigat*] Hoc oppidum ab Attalo atque Sulpitio expugnatum fuit paulo ante, nec de ea recepta quicquam hactenus. Hic nunc eam (si Diis placet) principibus, qui Romanos fugerant, Philippus tradit. Vel igitur hic aliquis deffectus, vel authoris oblivio, *Glarean.*

Custodiam Orei concedit Philippus principibus urbis; quod, ab Attalo et Romanis paulo ante expugnatum, relictum deinde fuisse Philippi in Eubœam adventu intelligendum est. *Sigon.*

Primum ad opem ferendam] Scripsimus *primo ad opem ferendam.* Rhen. Sed alterum superest in tantum non omnibus meis. Præterea *copiis, pro sociis,* Flor. Lov. 2. Harl. et Hav. *Scopus* Voss. a m. pr. *Scopis* a m. sec. quod etiam præfert Lov. 1.

§ 14 *Cassandrea deinde centum navium longarum carinis positis]* *Cassandriae* Lov. 5. et Gaertn. Altera orthographia in hujus urbis nomine sæpius utitur Livius. Verum et hæc exstat XLIII. 23. § 7. ubi vide. *Cassandrae* edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *quinquaginta navium* Rec. Sed solent passim notæ numerales C. et L. confundi in Mss. Vide ad XXXIX. 46. § 2.

Contractaque ad effectum ejus operis et multitudinem fabricarum navalium] Copulativa et esterratum operarum in novitiis. Nam et Mss. et priores edd. eam non agnoscunt. *J. F. Gron.* Error ille demum commissus est in ultima Grut. ed. Ceterum *fabricarum navaliumque* male Lov. 1. sed vicissim ignorat sequentem voculam *quia.*

Ut Dardanis bellum inferret] *Ut dictois* Hearnii L. 1. *ut dictonnis* Lov. 1. *ut ditionis* Flor. et Voss. *ut Sitionis* Lov. 2. *ut Dardanii* a m. sec. Aliorum codd. scripturas recenset Jac. Gronov. Diss. Epist. ad Livii loca Geogr. epist. iv. p. 31. qui *ut Sintis* legendum contendit. Ei adversatus Jasitheus in Apologem. p. 26. vulgatum defendit, eoque pertinere existimat, quod supra in gestis anni proximi narravit Livius l. xxvii. c. 32. et 33. Dardanos, ab Erope concitos, atque in Macedoniam effusos, Orestidem occupasse, et in Ægestæum campum descendisse. Præterea *bellum ferret* Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. 2.

ac 3. De locutione ‘ferre bellum’ vide ad Siliii III. 365. Puto tamen primam syllabam *τοῦ inferret* haustam esse a litera finali vocis præced. Vide ad v. 27. § 6.

CAP. IX. § 1 Q. *Fabius Maximus Pr.]* *Prætor* non est in codice *Spirrensi. Rhenan.* Neque hujus, neque præcedentis anni Q. *Fabium Maximum* prætorem invenies, quare hoc nomen suspectum. Ego *prætor* temere adjectum suspicor: et vetusta quædam exemplaria non habent. *Glur.* Duo Q. *Fabii Maximi* per hoc tempus celebres fuerunt, pater et filius, uterque consularis: quorum neuter hoc anno præturam gessit. Itaque, quoniam vox *prætor* non habet locum, *pater* legendum est: sic enim ipsi inter se distinguuntur, ut alter *pater*, alter *filius* nominetur. In epit. prioris libri, ‘*Fabius Maximus pater consul Tarentinos per proditionem recepit.*’ Livius lib. priore c. 29. ‘Q. *Fabium filium ad exercitum Venusianum miserunt.*’ Errandi causa profecta est a brevi scripturæ genere *PR.* et *pr.* quarum altera *prætorum*, altera *patrem* significamus. Sic apud Pæd. in *Divinat.* c. 22. ‘*Hic est ergo Lentuli Surae pater, in carcere strangulati propter conjurationem: puto enim legendum Hic est avus Lentuli Surae prætoris, in carcere.*’ Etenim *P. Lentulus* vere *Surae* non *pater*, sed *avus*, fuit, auctore Ciccone, et *Sura* in conjuratione iterum *prætor* erat, teste Dione xxxvii. 43. [‘*Hanc animadversionem sibi vindicant Robortell. Emend. 1. 31. furti accusans Sigoninum.*’] *Sigon.* Pal. 1. *Maximus P.* unde inepti castigatores invexerunt *prætor.* Sed a *Pall.* reliquis et *prætor* et *pater* abest. *Gebh.* Libri melioris notæ Q. *Fabius Maximus P. legatus.* Quod primi editores reddiderunt *prætor.* Sed optimis *Maximi.* *Gudianus* integre cum Q. *Fabius Maximus filius legatus.* Sed uter? Alterum circa hæc tempora jam fato

functum volunt, alterum, quem a-
 gurem in patris mortui locum factum
 scribit Livius xxx. 26. a. 101. idem
 septem annis post xxxiii. 42. mor-
 tuum tradit admodum adolescentem,
 priusquam ullum magistratum cape-
 ret. Credibilius equidem est, e filiis
 alterum, quam patrem extrema
 ætate, eo munere functum: et cur
 moneret Fabius Livium, ne, prius-
 quam genus hostium cognosset, tem-
 mere manum consereret, ut est xxvii.
 40. si ipse cum eo exiturus erat? Aut
 igitur major post hanc demum lega-
 tionem decessit, aut in minore voca-
 bulum 'adolescens' apud Nostrum
 haud ita anguste capiendum, ut illum
 hoc tempore puerum fuisse necesse
 sit. *J. F. Gron.* Hæc recte adversus
 Sigonium disputantur. Qui hic Q.
 Fabium filium, eum, qui a. 101. con-
 sul fuerat xxiv. 43. ideo non posse
 intelligi volunt, quod is circa hæc
 tempora jam fato functus fuerit, quo
 argumento id probant? Ex Plutarchi
 Fabio et Cic. Catone cap. 4. constat,
 eum ante patrem, cujus mortem Liv.
 xxx. 26. in rebus a. 101. refert, diem
 obiisse; sed neuter annum mortis de-
 finit. Plutarchus quidem statim post
 secundum triumphum patris, id est a.
 101. secundum Fastos, mortem fi-
 llii, ac deinde dissensionem patris ac
 Scipionis narrat. Sed ex illius nar-
 ratione certus annus mortis filii con-
 stitui non potest: eum enim post
 mortem Marcelli a. 101. adhuc su-
 perfuisse, scimus ex Livii xxvii. 29.
 Hæc autem, de quibus hic agitur, in
 annum sequentem inciderunt; ante
 quod tempus eum decessisse, de-
 monstrari non potest. Immo pater
 illius h. l. c. 40. et Scipio c. 43. ita de
 eo loquuntur, ut qui a. 101. paullo
 post initum a Scipione consu-
 latum adhuc vixerit. Non dubito,
 quin vera sit scriptura cod. Gudiani.
Dukerus. Q. Fab. Maximus pontifex
Gaertn. Q. Fab. Maximus p̄tor Ber.
Hafn. et Hav. Q. Fab. Maximus P.

Lov. 1. 2. et Hearnii N. *Q. Fab.*
Maximus, omisa voce sequenti, Lov.
 3. 4. 5. et Hearnii L. 1. *Q. Fab. Max-*
imi P. Flor. Omnino vera est Gro-
 novii emendatio, quam etiam Cre-
 vierius probavit. Scriptum fuerat
Q. Fab. Maximi F. Litera autem *F*
 nullo negotio in literam *P* degenera-
 vit. Ejus erroris alia exempla vide
 ad xxxix. 6. § 15. Solere autem Li-
 vium, ubi patris cognomen illustre
 est, ab eo filium indicare, dictum est
 ad iv. 45. § 5.

Legatus ab M. Livio consule Romam
ad senatum missus nunciasset] Pal. 1.
Romam ad senatum nunciasset, excluso
 $\tau\phi$ *missus*. Gebh. Put. et meliores ex-
 cludunt $\tau\delta$ *missus*. Nec nobis, ea voce
 expuncta, deesse quidquam vide-
 tur. Ut apud Plautum frequenter 'ab
 aliquo nuntius,' 'quemque a milite.'
 Livius l. xxxiii. c. 48. de Annibale:
 'Percontantibus legatum se Tyrum
 dici jussit.' *J. F. Gron.* Præter Ber.
 Rec. et Gaertn. omnes reliqui mei
 cum Hearnii L. 1. et N. ignorant vo-
 cem *missus*. 'Legatus ab M. Livio,
 ut ii. 3. 'Legati ab regibus superve-
 niunt.' c. 13. 'Mucium dimissum le-
 gati a Porsena Romam secuti sunt.'
 c. 15. 'Legati a Porsena de rednendo
 in regnum Tarquinio venerunt.'
 iii. 38. 'Legati ab Tusculo præsi-
 dium orantes.' iv. 37. 'Legati quo-
 que ab Latinis et Hernicis nuncia-
 bant.' v. 23. 'Legati a Volscis et
 Æquis venire.' c. 33. 'Legati ab
 Clusinis veniunt.' xxxii. 27. 'Le-
 gati ab rege Attalo coronam auream
 in Capitolio posnerunt.' xxxviii. 8.
 'Legati ab Ætolis Phaneas et Damo-
 teles ad consulem venerunt.' xlii.
 43. 'Primi a Chæronea legati in iti-
 nere obcurrerunt.' xlv. 14. 'Ab
 rege Prusia et paullo post ab Rhodiis
 legati auditi sunt.' c. 19. 'Legati ab
 Ptolemæo et Cleopatra regibus vo-
 cati sunt:' ita præfert codex unus in
 Epit. Liv. l. xiiii. 'Cineas legatus a
 Pyrrho ad senatum petiit:' ubi etiam

vulgo additur *missus*. Ita ‘nuncius a collega:’ vide ad x. 43. § 2. ‘Literæ a L. Porcio:’ vide ad xxvii. 39. § 1. Præterea *legatus Romam*, de quo vide ad xl. 54. § 9.

§ 2 *Patres non M. Livium tantum*] Vocabulum *Patres* non est in cod. Spirensi. *Rhenan.* Id tamen vocabulum omnes mei constanter retinent.

§ 3 *Quod M. Livii exercitum reduci*] [Vide Lectt. Var.] Cantabr. legitur *deduci*: quod solemne de provinciis. *Jac. Gron.* Et hic etiam omnes cod. mei in vulgatum conspirant. Contra, unum a se inspectum etiam *deduci* præferre, Crevierius testatur, et hinc lectionem illam recepit. Mihi tamen tam andaci esse non licuit, partim quia ob silentium Crevierii, codicis sui nomen tacentis, de ejus auctoritate judicare non potui: partim quia ‘reducere exercitum’ Livio in usu fuisse probavi ad vi. 33. § 12. partim denique quia librarii passim has voces commutarunt; ut vidimus ad vi. 26. § 8. Ceterum tota hæc periodus *Id modo in decreto, &c. in provincia jusserunt* deficit in Lovel. 5. et Hearnii L. 1. negligentia scribarum ob vocis *jusserunt* repetitionem. Vide ad ix. 11. § 11.

§ 4 *Inter consules ita per literas convenit*] Pal. 1. *Inter quos ita*. Gebli. *Inter quos* pariter Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Hav. quæ lectio ex ignorantia scribarum proflixisse videtur, quod non adsequerentur epitomen scribendi *Inter eos*. Similem errorem habuimus ix. 25. § 4.

Quemadmodum uno animo rempublicam gessissent] Vet. lib. *rem gessissent*. Sic infra, ‘Quoniam in provincia M. Livii res gesta esset.’ Hac de loquendi forma etiam dictum est supra. *Sigon.* Omnes Gall. Voss. *rempublicam*, defendimusque olim contra *Sigonium. J. F. Gron.* Similiter *rempublicam* omnes mei. Vide ad viii. 31. § 2. Deinde *egissent* Lov. 1. frequenti scribarum errore. Vide ad

xxii. 28. § 1.

Uno quoque tempore ad urbem accederent] *Conjunctio quoque* non est in cod. Spirensi. Quare et nos expunximus. *Rhen.* *Uno quoque tempore servavit* Lovel. 2. Harl. Ber. et Gaertn. *unoque tempore* Voss. et Lov. 1. ac 5. Reliqui rectius consentiunt *Rhenani* libro.

§ 6 *Non salutabant modo universi, sed*] Vet. lib. *Non sal. modo universi circumfusi, sed*. *Sigon.* Vocem *circumfusi* agnoscunt non modo omnes scripti mei, sed etiam edd. vet. Omissam demum vidi in ed. Froben. 1535.

Sed, contingere pro se quisque victrices dextras] [Vide Lectt. Var.] *Sed contingere quisque* Lov. 3. *sed pro quisque* Flor. *sed pro se quisque* Lov. 5. *sed prospicere quisque* Voss. Lov. 1. 2. 4. Hafn. et Hearnii L. 1. ac N. *sed respicere quisque* Hav.

Quod eorum opera incolumis] Antiqua lectio *eorum ope*. Sed magis placeat *opera*. *Rhenan.* *Quod eorum opera* Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Ex *opere* deinde, sive *ope* aut *op'e*, factum est *ope* in cod. *Rhenani*. Nam hæc passim a librariis commutantur. Vide ad viii. 16. § 4.

§ 7 *Pro republica fortiter feliciterque administrata*] Antiqua lectio *fortiter fideliterque administrata*. Sic infra hoc cap. ‘Quam forti fidelique duorum præcipue legatorum opera usi essent.’ *Rhen.* *Fortiter feliciterque* Put. Reg. Men. Pall. Voss. non *fideliterque*, quod urget *Rhenanns*. Sic ii. 49. de Fabiorum exercitu, ‘Ire fortes, ire felices jubent.’ xxxi. 20. ‘Quum in senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuisset.’ Imperatorum eorumve, quorum auspiciis aut ductu res geritur, ‘virtus et felicitas;’ sociorum, legatorum, militum ‘virtus et fides.’ Itaque illorum ‘fortis et felix,’ horum ‘fortis et fidelis’ opera. Hinc illa formula tam frequens ‘bene et feliciter gesta republica.’ Noster xli.

16. 'C. Claudius gloriaretur, sua virtute ac felicitate neminem jam cis Alpes hostem populi Romani.' At ecce alteram formulam. Lib. xxiii. c. 16. de L. Bantio: 'Ut nemo inde sociorum rem Romanam fortius ac fidelius iuverit.' Lib. xxiv. c. 47. de Hispanis transfugis: 'Operaque eorum forti ac fideli persæpe respública usa est:' ut et iterum priore libro (xxiii. 46.) de aliis ejus generis: 'Eorum forti fidelique opera in eo bello usi sunt sæpe Romani.' Lib. xxxi. c. 9. ad legatos Ptolemæi: 'Regni que ejus opes scire subsidia firma ac fidelia suæ reipublicæ esse.' xxxvii. 53. de Masinissa: 'In Africa adversus Syphacem et Carthaginienses fideliter atque impigre vobiscum stetit.' l. xl. c. 49. de Thurro regulo Hispano: 'Secutus est inde Romanos, fortique ac fideli opera multis locis rem Romanam adjuvit.' xlv. 14. iterum de Masinissa, 'Populum Romanum ab eo bello Punico forti fidelique opera adjutum.' Et hujus libri hoc ipso cap. 'Quam forti fidelique duorum præcipue legatorum opera usi essent.' Quod frustra jubet adesse correctioni suæ Rhenanus. Agricola ad milites apud Tacit. Vit. Agric. c. 33. 'Ex quo virtute et auspiciis imperii Romani, fide atque opera vestra Britanniam vicistis.' Vides contra morem et decorem Livianum τὸ *fideliter* hic intrusum, quod post optimum Beatum, ut multa alia, secuti editores transierunt. Adde Fabrum Semestr. i. 19. *J. F. Gron. Fortiter fideliterque* etiam Hearnii D. Sed reliqui ejus L. 1. ac N. cum omnibus meis *fortiter feliciterque*, quod recte Gronovius contra Rhenanum vindicavit, docens 'fortiter ac feliciter' de imperatore dici, ut apud Cic. pro Mur. c. 18. 'Numquam iste plus militi laboris inposuit, quam sibi sumisit ipse, cum fortis, tum etiam felix:' 'fortiter' autem 'et fideliter' de sociis, legatis, ac militibus: ut

xxi. 44. 'Vos socios fidelissimos fortissimosque ob iram justissimam pugnaturos.' Et hinc passim prædicari imperatoris 'virtutem et felicitatem,' vel 'fortunam.' Vide ad x. 36. § 9. Pauca tamen supersunt exempla, ubi 'fortiter ac feliciter' de militibus usurpatur. Supra v. 30. 'Tribules prensantes orare cum lacrimis cœpere, ne eam patriam, pro qua fortissime felicissimeque ipsi ac patres eorum dimicassent, desererent:' et c. 43. 'Mirandoque ubi illi viri essent, qui secum Veios Faleriosque cepissent, qui alia bella fortius semper, quam felicis, gessissent.' Verum 'fortiter fideliterque' de imperatore non memini me umquam apud Livium observare.

§ 9 *Et supplicatione amborum nomine, et triumpho utriusque decreto. Inter ipsos] Vet. lib. et supplicationem amb. nomine et triumphum utriusque decreverunt: quod valde probo. Sigon. Pal. 1. utrisque. Pal. 3. et supplicatione verborum nomine et triumpho utriusque decreto. Gebh. Mutavimus distinctionem: et supplicatione amborum nomine, et triumpho utriusque decreto, inter ipsos, ne quum, &c. ita convenit: ut plane Barberinus. Atque apparet supervacuum esse conatum Sigonii, qui valde probat ex suo libro et supplicationem amborum nomine et triumphum utriusque decreverunt. Quod nos in nullo invenimus, et manum correctoris audacis manifestissime prodit. J. F. Gron. Jam ante, adlato a legatis nuncio victoriæ, supplicatio in triduum decreta, et celebrata fuerat. xxvii. 51. nunc iterum decernitur; quod raro factum videtur: nam Livius plerumque semel tantum aut postulatam aut decretam supplicationem refert. Duk. Nullus meorum vel Oxoniensium Hearnii codicum Sigonio consentit. Soli tantum Cant. Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. a m. pr. et Hearnii L. 1. legunt supplicationem; licet in reliquis vulga-*

tum servant.

Ita convenit: ut, quoniam et in provincia, &c.] Mihi magis hic probatur lectio vetusti voluminis, quæ videtur antiquam aliquam formulam referre: neque enim est illic *ut* particula, nec *et* conjunctio ter repetita. Sic autem habet: *ita convenit: Quon. in provincia M. L. res gesta esset, eo die, quo pugn. foret, ejus forte ausp. fuisset, ex Liv. ded. R. venisset, Ner. deduci de prov. non potuisset, ut M. Livium.* Hic tandem sequitur *ut*. Ad istum modum singula castigavimus in contextu. *Rhen. Pal. 1. ita convenit, ut, quon. et in provinciam Livii res gesta esset, et eo die, quo pugn. foret, ejus forte ausp. fuisset, et ex Liv. ded. R. venisset, Ner. ded. non potuisset de prov., ut M. Livium: ita ferme vet. ed. nisi quod traductus, pro deductus, exhibet. Pal. 3. convenit fere cum vulgatis, nisi quod ita convenit, ut, quoniam scriptum continet. Gebh.* Quas particulas delet Rhenanus, eas Put. et omnes melioris notæ libri tenent, hoc modo: *ut, quon. et in provincia M. Liv. res gesta esset, et eo die, quo pugn. foret, ejus forte ausp. fuisset, et exerc. Liv. ded. R. venisset, Ner. de prov. deduci non potuisset, ut M. Livium quadrigis, &c.* Si usquam nexas arenas fecit Rhenanus, hic fecit. Sed et duplicatum *ut* ferre non potuit. Cur igitur Plautus Bacchid. 1. 1. 9. ‘sibi qui caveat, aliquem ut hominem reperiam, Ab istoc milite; ut, ubi meritum sibi sit, se ut revehat domum.’ Noster xxii. 11. ‘Ut, quibus oppida castellaque immunita essent, ut hi commigrarent in loca tuta:’ sic enim legendum est vestigiis vet. librorum quod eadem de causa vulgo vitiatum. Lib. xxxvi. c. 3. ‘Ut, quos L. Quintus milites conscripisset, et quos sociis noninque Latino imperasset, quos secum in provinciam ire oporteret, et tribuni militum legionis primæ et terciæ, ut hi omnes Brundisium Idibus Maiis convenirent:’

sic ibi quoque legendum. Et super hæc alibi sic Livium restituemus: nam hæc revera antiqua formula est, non quam somniavit Rhenanus. *J. F. Gron. Convenit, ut, quoniam omnes omnino mei, et Hearnii Oxonn. De geminato ut vidimus ad xxii. 11. § 4. Tum et in provincia iidem, nisi quod rō et desit in Hav. et Hearnii D. Mox etiam et exercitus Livianus omnes iterum iidem. Contra vero Hearnii suum L. 1. exercitusque legere testatur. Hinc traductus Romam venisset Ber. Gaertn. et edd. ante Ald.*

§ 10 *Neronis de provincia deduci non potuisset]* Nota triumphatum ab eo, qui exercitum ex provincia non deportasset. Vide xxvi. 21. ob id negatus Marcello triumphus. Neque enim confecta provincia erat, ex qua exercitus non deduceretur. Vide omnino xxxi. 48. et xxxix. 29. *II. Vales.* Sed causa negati Marcello triumphus non tam fuit, quod exercitum non deportarat, quam quod successori exercitum tradere jussus fuerat, nondum confecta provincia, et manente adhuc in ea bello, ut l. d. significat Livius. Nam alioqui, eos, qui perdomitam pacatamque provinciam successoribus tradiderant, etiam non deportato exercitu triumphare potuisse, intelligitur ex xxxix. 29. et xlv. 38. ubi hæc leguntur: ‘Si quando non deportati ex provincia milites ad triumphum sint, fremunt, et tamen tum quoque se absentes, quod suis manibus parta victoria sit, triumphare credunt.’ Adde Græchium Refutat. ad Poster. Sigonii Disput. sect. 20. *Duk. Neronis deduci non potuisset de provincia* edd. antiquissimæ: pro quo Aldus, in alium ordinem digestis vocibus, substituit *Neronis de provincia deduci non potuisset.* Licet autem Rhenanus adhuc alio ordine eadem vocabula produxerit, Aldina tamen lectio obtinuit usque ad Jac. Gronov. qui primarum edd. ordinem revocavit, consentien-

tibus omnibus, quibus utor, codd. Et tamen Hearnius postea Aldo adhæsit. Mox Claudii prænomen C. deest in Hav. *consul Claudius* legunt Lov. 4. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum.

§ 15 *Unius equo per urbem verum triumphum vehi*] Scripsimus *Uno equo*. Nam præcedit ‘multijugis equis.’ Et sic habet liber vetus. *Rhenan.* Pal. 1. *Unus equo*. Antiqua ed. *Unius equo*. Gebh. *Undequo* Flor. et Cant. *Unius equo* Lov. 1. Ber. et Hav. *Unus equo* Gaertn. *Unum equo* Lov. 2. Sed *Rhenani* lectio vera est, quam reliqui codd. firmant.

Neronique, &c. vel parto eo bello, vel spreto triumpho gloriam memorabilem fore] Quo sensu dictum est *vel parto eo bello*? Nos istam sententiam ex vestigiis veteris scripturæ sic restitimus: *Neronemque, etiamsi pedes incedat, vel parta eo bello, vel spreto eo tr. gloria mem. fore.* *Rhenan.* Pall. 1. et 3. *vel parto eo bello, vel spreto triumpho gloriam mem. fore.* Pal. 2. *Neronemque, etiamsi pedes incedat, vel partam eo bello vel spretam eo triumpho gloriam mem. fore.* Gebh. Optimorum codd. vestigia eo ducunt, ut *Rhenani* lectionem veram credamus. In *Putean.* enim legi ex *Sallierio* didici, *Neronemque, etiam si pedes incedat, vel partem ea bello vel spreto triumpho gloriam mem. fore.* Neque hinc multum abeunt *Flor.* et *Cant.* nisi quod præferant *spreto triumpho*.

§ 16 *Pecuniam in ævarium tulerunt sestertium tricies*] Castigavimus, *Pecunia in ær. tulerunt sest. tricies, octoginta millia æris.* *Rhenan.* Hæc forent centum viginti sex talenta, minus quatuor millibus nummum: nostra pecunia 75800. scutati. At *Polybius* xi. 3. ait πλείω τῶν τριακοσίων τάλαντων quod esset plus septuagies bis. An excidit litera L, cum notatum foret LXXX. quod est octogies? ea enim trecenta triginta talenta, viginti minæ. J. F. Gron.

Perizonius in *Dissert. de Ære Gravi* § 19. observat, in hoc triumpho primum a *Livio* memorari ‘sestertios,’ in eoque multo majorem argenti, quam æris summam nominari, contra quam in triumphis, qui *Decade* prima referuntur: ejusque rei causam esse, quod jam tum usus argenti præ ære in commerciis invalescere cœperat. Ex *Epit. lib. xv.* intelligitur, *Livium* in eo tradidisse, quando *Romani* primum argento signato uti cœperint. Sed in hujus belli libris hæc est prima ‘sestertiorum’ mentio. *Duk. Pecuniam*, ut ante *Rhenanum* legebatur, *Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.* quod per adpositionem recte accipi potest.

Octoginta millia æris] *Muretus* e L. v. *DCCC. millia æris.* J. F. Gron. *Hearnius* in D. invenit *DCCCC. millia æris.* Testatur autem, *Gronovium* conjecisse *Octogies mill. æris.* *Vernm*, ubi *Gronov.* ita conjecerit, non memini; nisi forte respiciat ad verba præcedd. Sed tum erravit.

§ 18 *Notatum ea die*] Pall. 2. et 3. *Notatum est eo die.* Gebh. *Notatum est eo die* Lov. 3. Ber. *Hearnii* D. et, teste eodem *Hearnio*, ed. *Rom. princeps.* *Notatum est ea die*, edd. quas vidi, proximæ usque ad *Aldum*, qui substituit *Notatum eo die.* Ejus loco iterum *Curio* dedit *Notatum ea die*, succinente nro *Gaertn.* Id servarunt *Lugdun. 1553. Paris. 1573.* et reliqui editores usque ad *Jac. Gronov.* qui *Aldi* lectionem revocavit. Eam autem servant reliqui codd.

In C. Claudium, quam in consulem suum, jactata. Equites] Pal. 2. *plura carmina militaribus jocis in consulem Cl., quam in consulem Livium. Equites.* Gebh. *In consulem Claudium* Lov. 2. 4. 5. *Harl. Ber. Gaertn. Rec. Hav.* et edd. Aldo priores: *in Claudium*, omisso prænomine, *Lov. 3.* Deinde *quam consulem suum* *Flor.* et *Ber.* a m. pr. Sed solet *Livius* post voculam quam præpositionem, quæ præ-

cesserat, repetere. Vide ad iv. 58. § 4. Td̄ in igitur interceptum est a vocis præced. litera finali. Vide ad x. 13. § 3. *Quam in consulem Livium* Lov. 2. 3. 5. Harl. Rec. et Gaertn. Tandem *icta* Harl. *jacta* Rec. Vide ad x. 37. § 10.

CAP. X. § 1 C. *Claudius consul M. Livium collegam*] *Consul Claudius consulem M. Livium* Lov. 5. *consul Claudius M. Livium* Hearnii L. 1. Mox § seq. *creati sunt consules* Lov. 2.

§ 3 T. *Claudius Asellus, Q. Manlius Thurinus*] *Lege Ti. Claudius Asellus, Q. Manilius Thurinus* ex vet. lib. et lap. Capitol. atque ita in his ubique. *Sigon.* Idem prænomen Claudio Asello restituendum monuit Sigonius xxvii. 41. § 7. et xxix. 11. § 13. Et ita etiam quidam codd. Male autem cognomen scribitur *Aselus* in Lov. 2. *Asellius* in Hav. *Aselius* in Hearnii L. 1. Vide ad posteriorem loc. Livii. Hinc Q. *Manilius* Flor. Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Q. *Marinus* Rec. Vide Sigon. ad xxvii. 36. § 9. Corruptam lectionem *Manlius* servant Ursin. in Nummis Famil. in Gente 'Manlia.' Sigonii emendationem *Manilius* probat Spanhem. de Præstant. et Us. Numism. diss. vi. pag. 518. ed. sec. Contra priscae iterum lectioni adhæret Haverk. in Comment. ad Morelli Thes. tom. 1. p. 259. Deinde *Turinus* Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. ante Moguntinam. *Turrinus* Flor. Et, ita id nomen in nummo scriptum obcurrere, monuit Spanhem. de Præst. et Us. Num. diss. x. p. 34. *TVRIYVS* scribitur in Fast. Capitol. ad a. 1014. quod secutus sum.

§ 4 *Ex senatusconsulto est profectus*] *Ex senatusconsultu* Voss. et Lov. 1. Sed vide ad v. 13. § 5. Et ita quidem operæ excuderunt in ed. Jac. Gronovii. Verum inter errata monemur, alteram lectionem restituen-

dam esse.

§ 5 *Sub adventu ejus*] *Legendum sub adventum*: id est paullo ante, quam veniret. *Rhenan.* *Sub adventu* Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. et Gaertn. *sub adventum* Flor. et reliqui. Vide ad ii. 55. § 1. et mox ad § 11. Paullo ante *Umbrorumque* edidit Jac. Gronov. Codd. tamen mei legunt *Umbrorumve*, ut exhibent excusi priores.

§ 6 *Et ludi Romani ter toti instaurati*] Particulam *Et* expunximus. *Rhenan.* *Et ludi Romani* Voss. Lov. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 7 *Manio Pomponio Mathone*] Ita primum adparuit in ultima Gruteri, quam omnes priores exhibuissent *M. Pomponio*. Idem autem 'Marci' prænomen ei datur in Mss. Flor. Lov. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. idque verum puto. Videtur enim idem M. Pomponius Matho esse, atque ille qui deinde prætor creatur xxix. 11. et passim eo libro, ut et xxxi. 12. 'Marcus' vocatur. Id igitur hic restitui. Mox *Turrino* iterum Flor. et Harl. cum edd. Moguntina prioribus. *Turino* Lov. 1. Ber. Gaertn. et Hav. Vide ad § 3.

§ 8 *Consulibus ambobus, ut cum Hannibale bellum gererent, provincia decretæ*] Cur hic asteriscum non apposuerunt? deest enim nomen provinciæ. Reposuimus nos ex Ms. codice, et Q. *Cæcilio Metello consulibus Bruttii ambobus, ut cum Annibale*, et quæ sequuntur. *Rhenan.* Vet. lib. *Bruttii ambobus, et ut cum Annibale*. Sigon. *Sigonius ambobus, et ut cum*; placetque Freinshemio ad Curtium. Et videtur confirmari xxvi. 28. 'Ut alteri consulum Italia bellumque cum Hannibale provincia esset;' et hoc lib. inferius c. 45. 'Alteri Bruttii et bellum cum Hannibale.' Nostri tamen omnes tenent vulgatum, et confirmat quod xxx. 1. 'Uter Bruttios adversus Hannibalem, uter Etruriam ac Ligures provinciam haberet.' J

F. Gron. Particulam *et a Sigonio* additam omnes nostri ignorant. Contra omnes agnoscunt vocem *Bruttii* a Rhenano insertam, nisi quod abfuerit a Ber. a m. pr. Præterea male *ambo pulsî*, pro *ambobus*, Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. Tota illa vox abest ab Harl.

§ 9 *Q. Mamilius peregrinam*] Pal. 1. *Q. M. Emilius peregrinus*. Paulo post in eodem cod. habetur *Q. Mamilio*: et iterum sicut *P. Mamilius tenuerat*. Gebh. Ita et Hav. *Q. M. Emilius peregr.* Flor. *Q. M. Emilius* etiam Lov. 2. et 3. *peregrinus* autem pariter Lov. 1. Paulo ante *sortiti sunt provincias, M. Cæcilius*, addita media voce, Lov. 5. et Hearnii L. 1. At commode ea vel similis subintelligi potest. Vide ad xxvii. 36. § 11. Præterea *Metellus urbis* Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn.

§ 10 *Habuisse exercitum*] *Habuisse* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et primæ edd. quod cur posteriores editores mutarint, causam non video. Paulo ante *Q. Claudius prætor* Lov. 3.

§ 11 *A. C. Terentio proconsule*] *Opinor scribendum prætor*. In vet. cod. mendose est *pro publicare*: quas voces indoctus scriba semper supposuit, quoties scriptum repperit *propr.* Rhenan. Prænomen *Terentii C.* non exstat in Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et quibusdam ex edd. antiqq. Deinde *proprætor*, ut Rhenanus, omnes codd. mei. Supra xxvii. 35. ‘*C. Terentius Varro in Etruriam prætor missus.*’ Mox etiam *Livii prænomen M.* omittitur in Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum: *hujus proconsulis*, pro *M. Livius proconsul*, legit Gaertn.

§ 12 *Cui L. Porcius prætor præfuerat*] Legendum est *prætor*: nam anno priore prætor fuerat, et Galliam provinciam habuerat l. xxvii. capp. 35. 36. 41. et 46. Hoc etiam

vidit Pighius ad an. 1047. nam ‘*prætor*’ L. Porcium vocat. *Duk. Prætor* librariorum errorem esse, ejusque loco *prætor* legendum, existimat etiam *Crevier*. Mox *depopulari* Hav. Sed sæpe hæc voces mutantur. Vide ad x. 12. § 7. Hinc *sub adventu* Flor. Voss. Lov. 3. Ber. a m. pr. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. 1535. Vide modo ad § 4.

§ 13 *Sicut P. Manlius tenuerat*] Hic priore anno, atque adeo præcedente libro, ab ipso authore bis (capp. 35. et 36.) *C. Manlius* vocatur, non *P.* ubi prætor Siciliæ creatur. *Glar.* Hic est ille, quem xxvii. 35. ‘*C. Mamilius*’ nominavimus ex veteribus libris, cum *C. Manlius* vulgo legeretur. In iisdem libris hoc in loco est *P. Mumilius*, in quo inest vestigium veritatis. *Sigon.* *P. Mamilius* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. *P. Mamilius* Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii D. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed recte Sigonius *C. Mamilius* restituit. Mox § seq. *cuiam Hostilius* Flor. *cui jam Hostilius* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. *cui jam Aulius Hostilius* Gaertn.

§ 15 *Q. Claudio, ut Tarentum*] Pighius in Ann. ad a. 1047. p. 211. emendat: *Q. Claudio Flaminio T. Quinctius Flamininus successor extra ordinem datus obtineret ut Tarentum.* Ratio ita emendandi hæc erat, quia anno sequenti h. lib. cap. 43. ‘*ceteris*,’ prætoribus proconsulibusque, ‘*qui exercitibus provinciisque præfuerant, prorogata imperia*’ dicuntur: at anno ei proximo xxix. 13. decretum esse dicitur, ‘*ut T. Quinctius Tarentum, sicut priore anno, cum vetere præsidio obtineret.*’ Firmat autem emendationem ex eo quod Plut. in T. Quinct. Flamin. p. 369. tradat T. Quinctium, post M. Marcellum, sub quo tribunus militarat, occisum, ad rempublicam admissum esse, atque in Tarentina provincia administranda plurimum gloriæ, jus-

titia magis cultu, quam bellicis rebus, sibi comparasse. Denique cognominis 'Flaminini,' quo uterque, et T. Quinctius et Q. Claudius, usi sunt, similitudinem librariis errandi causam fuisse existimat. At recte Jac. Perizon. in Animadv. Hist. iv. p. 168. audacissimam hanc Pighii conjecturam refellit. Docet autem, frequenter Livio, multitudine rerum, quæ exponendæ erant, quasi obruto, evenisse, ut aliquid poneret, tamquam de quo in superioribus egisset, licet ejus nusquam antea meminisset; unde interdum parum sibi constare videtur: præsertim autem id evenisse in his provinciæ permutationibus, quas non ubique accurate ac diserte, ut oportuerat, literis mandavit. Putat igitur, T. Quinctium anno proximo, quo in genere 'ceteris,' qui tum provincias habebant, 'prorogata imperia' Livius dicit, Q. Claudio successisse, illamque unam in provinciis tunc factam mutationem eum ibi adnotare oblitum fuisse, et tamen postea, quasi suo loco memorasset, locutum esse: vel satis habuisse, dum brevitati studet, mutationem hanc anno et lib. sequenti verbo indicari. Frustra autem huc advocari auctoritatem Plutarchi, qui annum non exprimit, quo Quinctius Tarento præpositus est. Tandem Q. Claudium non 'Flaminini,' sed 'Flaminis,' cognomen habuisse. Mox provinciam haberent, pro haberet, Flor. a m. pr. ut referatur ad Q. Claudium et C. Hostilium simul, quomodo habuissent, pro habuisset, scripti præferunt supra § 9.

§ 16 *Triginta navibus C. Serrilio traditis*]. Reg. *relictis*. Put. Men. Voss. *præditis*. Scribe *præbitis*. Neque hoc magis mirum, quam xxxv. 12. 'Aditum in Græciam Romanis nullos alios, quam Ætolos, dedisse, et ad vincendum vires eodem præbuisse: deinde quantas peditum equitumque copias præbituri Antiocho ad bellum

essent.' xlv. 31. 'A. Bæbius unus est damnatus, quod milites Romanos præbuisset ad ministerium cædis.' J. F. Gron. XX. *navibus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Hearnii N. Sed *triginta* memorantur c. 45. Tum *traditis* Lov. 1. 3. 4. 5. Rec. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii D. *præditis* Flor. a m. pr. *præbitis* a m. sec. quod superest in reliquis Mss. Paulo ante *maritumæ oræ* Flor. Vide ad vi. 31. § 5.

CAP. XI. § 1 *In civitate tanto discrimine belli sollicita*] Pal. 1. *sollicitata*. Gebh. De similibus scribarum erroribus vide ad x. 37. § 2.

§ 2 *Foribus ipsis duo prolapsi angues*] Vet. ed. et Pall. 2. ac 3. *prælapsi*. Pal. 1. *perlapsi*. Gebh. Omnes Gall. Voss. et melior Pal. *perlapsi*. J. F. Gron. *Prolapsi*, quod in multis existat codd. primum invenio in ed. Ascensii 1513. priores habent *prælapsi*, quod etiam superest in Lov. 4. et Hearnii L. 1. *perlapsi* Flor. quod recte etiam Crevier. probavit, et in contextum recepit. Mox *ab Aricia*, pro *ab Antio*, Lov. 3. Tò *esse* autem exsulat a Lov. 4.

§ 3 *Alba duos soles visos referēbant*] Pall. 1. et 3. *duos soles visos ferebant*. Gebh. Gronov. edidit *duo soles*, et quidem ex auctoritate Put. cod. ut constat ex illis quæ notavit ad xxxv. 21. § 5. *Duos* plerique mei cum Hearnii L. 1. Mox *ferebant* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antiqq. Se idem in Put. et Victor. invenisse, Crevier. testatur. Frobenius demum a. 1535. *referēbant* substituit. Paulo ante *agnus masculus*, pro *mas*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Ber. Hav. et edd. ante Aldum. Vide ad xxxvii. 37. § 5. Mox in seq. *lucem oportet* Flor. *lucem apertam* Hafn. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. *lucem ortam* Ber. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *noctem apertam* Lovel. 4. Deinde § seq. *multo manasse sudore*

Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Ber. Hav. et typis descripti ante Froben. qui a. 1535. ordinem in vulgatis nunc obvium induxit.

§ 5 *Supplicationem unum diem habere*] Vet. lib. in *unum diem*. Sigon. Pal. 1. *unum diem*. Gebhard. Iidem prorsus *unum diem*. Lib. xxv. c. 7. 'Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit.' xxvii. 37. 'Et supplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum.' J. F. Gronov. *Unam diem* Ber. Gaertn. et edd. Ascensiana 1513. vetustiores: *per unum diem* Hearnii L. 1. *uno die* Rec. *una die* Cælius Curio, et post eum reliqui plerique editores usque ad Gronov. qui recte *unum diem* vindicavit, consentientibus ceteris scriptis meis. Infra xxxvi. 38. 'Unum diem supplicatio esset.' xl. 2. 'Diem unum supplicatio fuit.' c. 19. 'Triduum feriæ et supplicatio esset.' Vide ad v. 10. § 7. x. 21. § 6. et xxxix. 22. § 3.

§ 6 *Ob quam causam cæsa flagro est Vestalis virgo, cujus custodia*] Scriptus codex tantum habet *Vestalis*. Professor aliquis inter exponendum dixit *Vestalis* subaudi 'virgo:' id postea receptum est in contextum. Rhenan. Vet. lib. *flagris*. Sigonius. Dele centonem trium vocam, quem a mala manu adsutum coarguunt Put. Reg. Men. Voss. exhibendo *terruit animos hominum ignis in æde Vestæ extinctus: Cæsaque flagro est Vestalis*. Itaque et bene delevit Rhenanus *τὸ virgo*. Sed et verbum *est* supervacaneum videtur, scribendumque *ignis in æde Vestæ extinctus, cæsaque flagro Vestalis*. Sed et pro *cujus*, nonnulli codd. *visa*. An fuit *cujus custodia noctis ejus fuerat*? Neque enim Livius vereri debuit frequentatum etiam Ciceroni, J. F. Gron. *Ob quam causam cæsa flagro* servant Lov. 2. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *ob eam causam cæsa flagro* Rec. At *Vestalis virgo* Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Sed reliqui omnes cum Hearnii Ox-

onn. *cæsaque flagro est Vestalis*, aliis vocibus omissis. Tuentur tamen vocem *est*. In nullo vero inveni *flagris*. Quin et Ciofan. ad Nas. Met. xv. 777. testatur veterem Livii librum, qui penes se est, *flagro*, non *flagris*, habere; idque præstare putabat. Tum *visa custodia ejus noctis* Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. vox *cujus* omittitur in Flor. et Hav. *cujus custos* legitur cod. Ciofanis: *cujus custodia*, hunc locum laudans, citat Lipsius de Vesta c. 8. Sed non placet. Licet enim Cic. ita loquatur, hujus tamen locutionis exemplum apud Livium nondum obcurrisse recorder.

L. *Licinii pontificis*] Ita ed. Jac. Gronovii errore, ut puto, librariorum; quem tamen, quum inter errata non adnotatus esse, fideliter adoptavit J. Clericus, licet sollemniter promisisset, se J. F. Gronovii ed. diligenter secuturum. Intelligitur autem P. Licinius Crassus pontifex maximus. Vide ad xxxiv. 44. § 2. Pontificem autem maximum, adhibito reliquorum pontificum collegio, de delictis Vestalium cognovisse, notius est, quam ut probari necesse sit. Ceterum *pontificis P. Licinii* Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum: *pontificis P. Licinio* Voss. et Lov. 1. ac 2.

§ 7 *Supplicationem ad Vestæ aram haberi placuit*] Qui hic infulsit accusativum *aram*, non fuit admodum Latine doctus. Legendum est *ad Vestæ*, et subauditur 'templum,' aut 'aram.' Horatius Sat. i. 9. 35. 'Ventum erat ad Vestæ.' De quo sermonis genere sæpe monuimus in prima Decade. Rhenan. *Ad Vestæ aram* tantum Lov. 5. Ber. et Gaertn. *ad vestem* Harl. Lov. 2. et 3. *ad Vestam* Flor. et Lov. 1. 4. Sed recte Rhenanus *ad Vestæ*. Vide ad x. 23. § 12.

§ 8 *Moniti ab senatu sunt*] Scriptus *admoniti*. Et in sequenti versu *ct posse sine mctu*. Rhenan. *Moniti* omnes Gall. et Vossianus, non *admo-*

niti, ut Rhenanus. *J. F. Gron. Moniti* etiam omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. cujus solus D. legit *admoniti*. At insuper *moniti senatu sunt* Harl. *moniti ab senatu fuerunt* Ber. *profiscerentur ad bellum consules, ab senatu moniti sunt* Lov. 2. Mox *ab urbe Romana*, pro *ab urbe Roma*, edidit Jac. Gronov. Vide ad Epit. lib. XLIX. Nec aliter Hearnii L. 1. et omnes mei, nisi quod perperam Gaertn. *ad urbem Romanam et latius esse* dederit. Particula deinde *et*, quam post Rhenan. receperunt omnes, deest in Flor. Voss. Lov. 1. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 9 *Et liberis cultoribus bello absumtis*] Copula deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Mox vocem *consulum* ignorat Voss.

§ 10 *Et infrequentes se urbes, agrum vastatum ac desertum habere*] *Agrum vastum* reposuimus, sicut c. 7. ‘*Urbis vastæ ac desertæ priori quidem Philippi bello.*’ Rhenan. Prima vocula omittitur in Lov. 3. Contra alia addita *et jam infrequentes* legunt Flor. Lov. 4. Hearnii L. 1. D. et Pnt. apud Crevier. qui se eum non adspernari testatur: *et frequentes se urbes* perperam Ber. a m. pr. Gaertn. et primæ edd. Hinc *agrum vastatum* tuentur Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. et Gaertn. reliqui cum Rhenano faciunt. Vide ad XXIII. 30. § 7. Paulo ante *ab incolis Gallis, pro accolis*, non recte Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 11 *Cremonenses aut Placentini essent, ante certum diem*] Reposuimus *atque Placentini essent, ante certam diem*. Rhen. Præter Ber. et Gaertn. reliqui priore lectionem servant, nisi quod *certum diem* etiam præferat Lov. 5. Sed vide ad l. IV. c. 36. § 3. Paulo ante *dixerunt, vel edixerunt, qui cives*, onisso $\tau\acute{\omega}$ ut, Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. et Hav. Id autem post verba jubendi, imperandi, et si-

milis sæpe omitti, vidimus ad x. 41. § 8. Hic tamen potuit excidisse ob ultimas literas præced. *edixerūt*. Vide ad XXXVII. 24. § 13.

§ 12 *Exercitum ab Gn. Nerone*] Sed Claudio, quis non videt, scribi oportuit. *Sabell. Ab Clau. Nerone*, ut Sabellicus conjecit, Ascensius 1513. edidit, quum ipse triennio antea, et alii ante cum rectius recepissent *ab C. Nerone*, ut plerique habent scripti. Sed *ab Cl. Nerone* est in Ber. a *cos. Nerone* in Lov. 4. a *C. Nerone consule* in Gaertn. Q. *Cæcilius consul a C. Nerone exercitum* in Lov. 3.

§ 13 *A Brutiis jaculatoribusque Numidis turbati sunt*] Andi hic, mi lector, rem ridiculam, quid librarium deceperit, ut synceram scripturam depravaret: *disturbati*, a ‘*disturbor, aris,*’ forte scriptum erat priore syllaba a cæteris per spaciolum aliquid distante, hoc modo, *dis turbati*. Placuit vocabulum *turbati*, *dis* scriba fragmentum alienius dictionis esse putavit: ipse syllabam novam adjecit, ut fieret *mundis*. Et quum hæc vox locum hic non habeat, doctus aliquis scripsit *jaculatoribusque Numidis*, adjecto *que* ad finem dictionis prioris. Sic autem indubie Livius scripsit, *in saltu angusto a Brutiis jaculatoribus disturbati sunt*. Rhenan. Rhenanus restituit *a Brutiis jaculatoribus disturbati*. Sigon. *A Brutiis jaculatoribusque Numidis turbati sunt* servant constanter Pall. et vet. ed. qua de causa Rhenanus *jaculatoribus disturbati sunt* e cerebro suo ab artificio patris præpingui inferisit? nam librum suum auctorem laudare non audet. *Gebh.* Omnes mei in vulgatum conspirant, nisi quod Flor. præferat *jugaratoribusque Numidis turbati sunt*; et Voss. *vigulatoribusque Numidis turbati sunt*: in cujus tamen margine *jaculatoribusque* emendatur. Se etiam receptam lectionem in vet. suo Livii libro invenisse, auctor est Ciofanus ad Ovid. Fast. l. 609.

§ 14 *Non præda tantum, sed armati quoque*] Abjiciunt *τὸ tantum* Put. Voss. Gud. J. F. Gron. Prior lectio tantum superfuit in Lov. 4. Ber. et Gaertn. sed *non prædatores tantum, sed legit Lov. 3. non inermes, sed Hearnii L. 1. non prædasset Flor. a m. pr. et Cant. non præda sed Flor. a m. sec. quod reliqui mei confirmant.* Sed ‘tantum,’ ‘modo,’ ‘solum,’ et similes particulas, in his eleganter omitti, docuerunt Gruter. ad Cic. in Verr. III. 1. pluresque alii, quos laudat Duker. ad Flori II. 2. § 20. Promeritus itaque non est magnus Gronov. ut a Crevier. brevitatis, etiam cum aliqua interdum obscuritate, captator vocetur, quoniam, codd. optimos secutus, voculam *tantum* eiecerit.

Et præmissa præda, incolumes legiones in loca occultu evasere] Quidam emendarunt *in loca culta*. Verum hæc ita narrantur, perinde atque aliquis adsit verbis defectus, quod equidem opinor. Glar. Vet. lib. *in loca tuta evasere*. Sigon. Pal. 2. *incolumes legiones in loca tuta evasere*. Pal. 1. vero *incolumes et legiones in loca culta evasere*. Pal. 3. et vet. ed. etiam *in loca culta*. Quidam legendum præferunt *in loca occulta*. Gebh. [Vide Lectt. Var.] *Incolumes et legiones* etiam Lov. 1. Harl. Hav. et alii cum Hearnii Oxon. N. Deinde *in loca occulta* Hearnii L. 1. *in loca culta* Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. principes : quod probat Freinshem. ad Curt. VI. 4. § 20. Mihi *in loca tuta* magis placeret. Supra x. 17. ‘Locus erat munimento naturaque tutus.’ II. 62. ‘Retulere castra in tutiora loca.’ XLII. 60. ‘Præsens pavor dentus erat in tuto castra habentibus.’ ‘Loca tuta’ sunt munita. Vide Burm. ad Luc. II. 504.

§ 15 *Inde in Lucanos profecti*] Prima vox exsulat a Flor. Cant. Voss. Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hav. Verum quum breviter *in* scribi soleat, a

voce sequenti absorpta fuisse videtur. Vide ad XXXVII. 52. § 2. Mox *in ditionem* Voss. Ber. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXVI. 21. § 17. Omnia hæc verba cum sequentibus usque ad finem cap. omittuntur in Hearnii D.

CAP. XII. § 1 *Cum Hannibale nihil eo anno rei gestum est*] Silius meus XVI. 1. ‘Bruttia merentem casus patriæque, suosque,’ &c. *Modius*.

In tam recenti vulnere publico privatoque] *Voluntate*, pro *vulnere*, corrupte præferre Put. monet Gronov. ad XXIX. 27. § 5. *Voluntate* Florent. Cant. Voss. Lov. 1. Hav. et Hafn. *voluntarium* Lovel. 2. *luctu* Harl. in margine, quod alterius est glossema.

§ 2 *Ac nescio, an mirabilior fuerit adversis, quam secundis, rebus*] Pal. 1. *an mirabilior adversis, quam secundis rebus tulerit*. Pal. 2. et vet. ed. *an mirabilior in adv., quam in sec. rebus fuerit*. Pal. 3. *an mirabilior adv., quam sec. rebus fuerit*. Gebh. Put. Reg. Men. Pal. Voss. *an mirabilior adv., quam sec. rebus tulerit*. Pet. alterque Pal. *an mirabilior adv., quam sec. rebus fuerit* : ut et edd. ab Andrea usque ad Frobenium. Transpositum video primum in Gryphio. Sed aliud quid latet : nam scripti omnes *quippe et in hostium : τὰ qui, quum* exclusissima : et *inferius ita quodam uno : non quodammodo uno, non quondam uno*. Videor mihi propemodum adsequi, quid significant : nempe profectum ab auctore : *Ac nescio, an mirabiliori adversas, quam secundas res, tulerit virtute : et in hostium terra per annos tres, cum procul ab domo varia fort. bellum ger. ex. non suo civili, sed misto ex col. gentium, &c. ita quoniam uno vinc. cop. cos*. In his postremis intelliges ex superioribus, ‘et nescio, ita quoniam uno vinculo?’ J. F. Gronov. *Mirabilior adversis, quam secundis rebus tulerit* Flor. Lov. 1. et Harl. in marg. *mirabilior adversis, quam secundis rebus*

fuert reliqui, nisi quod in *adversis* praferat Ber. et *ac nescio, ulmirabilior* Harl. Verbi autem *fuert* trajectionem post *mirabilior* non in Gryphio primum notavi, sed jam vidi in Frob. 1535. Basil. 1539. et Vascos. edd., quæ Gryphiana fuerunt antiquiores: in *adversis* præferunt etiam typis descripti editione Frob. 1535. priores. Ceterum Jac. Perizon. ad marg. Livii cum his conferri jussit Polybiana p. 1438. Verius tamen Doujat. ac postea Crevier. notarunt hæc Livium vertisse ex Polybii xi. 17.

§ 3 *Quippe qui, quum et in hostium terra*] Pall. 1. et 2. *quippe et in hostium terra*. Pal. 3. *quippe cum in hostium terra*: vet. ed. *quippe cum et in hostium terra*. Gebh. *Quippe et in hostium terra* Flor. Cant. Voss. Harl. et Hav. *quippe quum et in hostium terra* Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. et edd. Ascensiana 1513. vetustiores: *quippe qui et in hostium terra* Lov. 2. *quippe quum in hostium terra* Lov. 4. *quippe qui quum in hostium terra* Lov. 1. Particulam *et vacare*; contra vero *quod* necessarium est, in nullo scripto adparere, testatur Crevier. quum in tot meis supersit.

Quibus non lex, non mos, non lingua communis, &c.] Silius xvi. 11. sic cecinit idem, quod Livius admiratus: 'Sed vigor hausurus Latium, si cetera Martis,' &c. *Modius*.

§ 4 *Ita quondam uno vinculo copulaverit eos*] Comparet in Pall. omnibus, et vet. ed. *ita quodam uno vinculo copulaverit*. Gebh. Hæc lectio primum occurrit in ed. Basil. 1554. et ita præfert Hav. sollemni scribarum lapsu. Vide ad xxxvii. 11. § 7. Antea velgabatur *quodam uno vinculo*; quod in reliquis scriptis superest, et Gronovius recte revocavit.

§ 5 *Commeatus in hostium agro deesset*] *Commeatus in agro deesset* Ber. a m. pr. et edd. ante Aldum: *commeatus in agro hostium deesset* Ber. a m. sec. et Gaertn. *deesset* etiam Voss.

Flor. Lov. 2. 4. et Hav. Sed male. Vide ad ix. 15. § 3. *Deessent* reliqui, quod primus Frob. 1535. recepit.

§ 6 *Post Hasdrubalis vero exercitum cum duce, &c. deletum*] *Tò cum deest* in Flor. et Cant. Sed illud elisit ultima syllaba vocis præced. Vide ad xxxv. 23. § 10. *Post Hasdrubalis vero exercitum ducis* corruptius Voss. Lov. 1. 2. 4. et Hav. Mox *victoria reposita* Lov. 2. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum, nisi quod Rom. 1472. et Parm. legant *victoria reposita*. Deinde *cedendoque in agrum Bruttium Hafn.* et Hav. At xxvi. 41. 'Hannibal in extremum angulum agri Bruttii compulsus:' et hoc lib. c. 42. Florus iii. 20. § 13. 'Circa Bruttium angulum clusi.'

§ 8 *Cum magnam partem juventutis*] *Scriptimus, tum magnam partem juventutis*. Rhenan. Ita et mei, nisi quod tunc sit in Voss. Lov. 1. 2. Ber. et Gaertn. quod receperunt etiam edd. Rom. 1472. ac Parm.

Mos vitio etiam insitus genti per latrocinia militiam exercendi] *Scriptimus inter latrocinia*. Rhenan. Omnes *per latrocinia*. Optimus et Voss. *par latrocinia*. Suspecta mihi hic etiam vitii vox *vitio*, vereorque, ne scripserit auctor, *et mos ultro etiam insitus genti*: id est, per se, sua natura: libro seq. c. 6. 'Latrociniiis magis, quam justo bello, in Bruttiiis gerebantur res, non societate magis Punica, quam suoapte ingenio congruentibus in eum morem.' *J. F. Gron. Par latrocinia* Flor. a m. pr. *per latrocinia* a m. sec. quod posterius servant omnes reliqui, uno excepto meorum Rec. Tum *mos ricit etiam insitus genti* Voss. Lov. 1. 2. Ber. a m. sec. et Hav. *vitio* contra Gronov. tuctur Crevier. et exponit, malo studio, mala libidine.

§ 9 *Retinenda sollicitis, tamquam omnia prospera in Italia essent. In Hispania*] Horum verborum omnium nec

volam, nec vestigium ullum in optima et aliis fide dignis membranis deprehendimus. Nec video, quare necesse fuerit, causam aut hic addi, aut hanc excogitari, quum una perpetua passim inculcetur, invidia Barcinæ factionis. Quid desiderabis? si legas *nec ab domo quicquam mittebatur. Hispaniæ res quadam ex parte eandem fortunam, quadam longe disparem habebant.* Vacat enim τὸ de, ut sæpe alibi. J. F. Gron. Eadem voces exsulant etiam a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. Donjatius legebat, *nec ab domo quicquam mittebatur. In Hispania res quadam ex parte eandem fortunam, quadam longe disparem habebant:* et ita est in Lov. 3. Sed verius puto, hæc omnia excidisse culpa librarium, quibus repetitio τῶν in Hispania post τὰ de Hispania fraudi fuit, et causa exstitit ut media omitterentur. Vide ad ix. 11. § 11. Similiter etiam sentit Crevier.

§ 12 *Itaque ergo prima Romanis inita provinciarum, quæ quidem continentis sint]* Hoc ait propter Sardiniam et Siciliam, quæ primæ provinciæ fuerunt, Velleio auctore et cæteris, sed non sunt in continente. Sigon. *Itaque ergo* Lov. 1, 2, 3. Hearnii D. edd. Sigonii, et proximæ, usque ad Modium, qui iterum *Itaque ergo* revocavit. Vide ad i. 25. § 2. Tum *Romanis prima inita provinciarum* Lov. 1, 2. Ber. et typis excusi ante Aldum. *Romanis prima inicia provinciæ* Gaertn. *Romanis prima inita provincia* Lov. 3.

§ 13 *Hasdrubal Gisgonis filius, maximus clarissimusque eo bello, &c. dux]* Put. relegat vocem *filius*, et nos cum eo. Sic enim Noster xxv. 35. 'Ad Asdrubalem Amilcaris citatum agmen rapiunt.' Eodemque lib. c. 37. 'Asdrubalem Gisgonis venientem ad reliquias belli delendas.' xxvi. 17. 'Asdrubal Amilcaris ad lapides atros castra habebat.' xxvii. 22. idem *Asdrubal Gisgonis* bis exstat, et in Epit. lib. ejusdem. Servius ad illud in

Georg. i. 138. 'claramque Lycaonis Arcton:' 'Subandi filiam, ut Deiphobe Glauci.' Adde enndem ad primæ Æneidos vs. 41. 'Ajacis Oilei.' Cæterum idem Put. omnesque Gallici, et Voss. ignorant *clarissimus*, habentque modo *maximusque*. Quid velint laud scio: nisi forte et particulam deleri, scribique *Asdrubal Gisgonis, maximus eo bello.* J. F. Gron. Videntur Mss. indigetare, reponendum *maximus qui eo bello.* Scilicet ferre non poterunt, pronomen illud postponi, quamvis ita Liv. xlii. 1. 'Per oppida iter qua faciendum erat.' c. 11. 'Quantum beneficiis etiam suis, ingentia quæ in eum congesta erant, existimaret deberi.' c. 19. 'Persei qui secuturi amicitiam essent.' c. 34. 'Ordine quo me dignum judicant, ipsorum est potestatis.' xlv. 12. 'Redde responsum, senatui quod referam.' ita enim illic distinguendum. Plautus Epid. iii. 4. 29. 'Volo illam facere meam libertam, mihi concubina quæ sit.' Mostell. iii. 1. 79. 'Videtur idoneus, Danista qui sit.' Nihilominus sæpissime hæc infuscantur librarii. Sic restitutum xxix. 27. 'Maria terrasque qui colitis.' Maxime autem in *que* particula descivit, verborum sensu miris sæpe modis turbato. Cujus aliquot hic afferre exempla non abs re erit: iii. 38. Romani a decemviris oppressi 'contemni cæpti erant a finitinis, imperiumque ibi esse, ubi non esset libertas, indignabantur:' corrigo *imperium qui ibi.* iv. 17. 'Quum potestas major, tum vir quoque potestati par hostes ex agro Romano trans Anienem submovere, collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt, referentes castra: nec ante in campos degressi sunt:' quæ verba ita torserunt Mognntinos et Glareanum, ut τελεῖαν σιγγμῆν ponerent ante *hostes*. Sed omnia plana erunt et perspicua, si scrihamus *colles qui inter Fidenas et Anienem ceperunt.* xxviii. 18. 'Ut non Syphacem

modo, sed hostem etiam infestissimum, facunde alloquendo sibi conciliarit, mirabilioremque sibi eum congresso coram visum præ se ferebat, quam bello rebus gestis.' Quis vereatur refingere? *mirabiliorem qui sibi cum.* XLI. 25. 'Ab uxore veneno est sublatus, damnataque eo crimine in exilium abiit.' Genninum videtur *damnata quæ eo crimine.* Jac. Periz. Si omnibus locis, quibus Livius eodem modo utitur copula *que*, substituendum est relativum, adhuc non pauca emendanda sunt. XXI. 13. 'Hi nunciantes, si in Campaniam exercitum admovisset, &c. Annibalem, &c. moverunt; monitosque etiam atque etiam, promissa rebus adfirmarent, &c. dimisit.' XXIII. 23. 'Neque tamen elanguit cura hominum ea mora, frequentesque eum domum deduxerunt.' XXIV. 25. 'Extemplo prætores rogationem promulgarunt, acceptaque pene prius, quam promulgata est.' In his quoque locum habere poterat relativum, quod tamen non facile quisquam ibi pro copula *que* reponendum putabit. Idem sentio de multis aliis locis, in quibus viros doctos *que*, ut non suo loco, aut contra usum sermonis Latini positum offendit. Vide ad III. 38. Non dissimilis est usus disjunctivi *neque*, pro *qui non*, cap. 33. 'Pedestre certamen anceps erat, nisi equites supervenisent: neque ex adverso tantum illati obvios obtrivere, sed circumvecti etiam quidam.' Duk. *Tō filius* etiam ab Oxon. L. 1. abesse, Hearninus monet; quæ vox licet in omnibus meis supersit, Gronovio tamen optimi auctoritate eam expungenti non adversor. Supra XXVII. 20. 'Hasdrubal Gisgonis ultimam Hispaniæ oram ignaram adhuc Romanorum, eoque Karthaginensibus satis fidam, rensabat.' Et hinc forsitan etiam adsentiendum scriptis et excusis, ita exhibentibus I. XXXVII. c. 18. 'Seleucus Antiochi quum per omne hibernorum

Delph. et Var. Clus.

tempus exercitum in Æolide continuisset: ubi vulgo editur *Antiochi filius.* Vide Burmannum ad Suet. Cas. c. 4. Illustr. Gramm. c. 10. et Duker. ad Flori II. 6. § 19. Gebhard. etiam ad Liv. XXIX. 28. § 7. Tum *maximusque eo bello* Flor. Cant. Lovel. 2. 3. Harl. Hav. et Hearnii N. Nisi igitur perperam vocem excidisse in tot numero codd. statuere malimus, adsentiendum puto Perizon. *maximus qui eo bello* legenti, ac censenti inde ortum esse errorem, quod ferre non potuerint, relativum postponi. Alibi similiter conjectandi ansam dari, vidimus ad III. 38. § 2. XXIII. 18. § 9. XXIV. 25. § 10. et cap. 42. § 6. Sed vereor ne in his modis excedatur: ceteroquin ita etiam emendari posset XXIX. 32. 'Annis ingens fugientes accepit, rapti qui gurgite et in obliquum prælati,' pro *raptique gurgite.* Et ita Barthius *vita qui*, pro *vitaque*, emendavit in Gratii Cynege. vs. 4. Contra non necesse est, ut *omnesque*, pro *omnes quæ*, legamus cum Nic. Heius. in Phædri lib. III. fab. 18. vs. 13. licet id postea adoptarit Anonym. in Epist. Critic. de Bentleii ed. Phædri. Vide tamen Dukerum ad XXXVI. 31. § 7.

Et quatuor millia et quingentos equites armavit] XL. *et quingentos* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. et Gaertn. *XL. D.* Lov. 4. *et XL.* *et quingentos* Harl. et Hearnii N. *et quatuor et quingentos* Lov. 3. 5. *quadraginta millia equitum et quingentos* Hav.

§ 14 *Peditum septuaginta millia quidam adducta ad Silpium urbem scribunt]* Intelligit Polybium, qui sic ait XI. 18. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν κατεστρατοπέδευσαν οὐ μακρὰν ἀπὸ τῆς πόλεως τῆς προσαγορευομένης Ἑλίγγας, βαλλόμενοι τὸν χάρακα, καὶ πρὸς ταῖς ὑπερείαις, καὶ προθέμενοι πεδία πρὸς ἀγῶνα καὶ πρὸς μάχην εὐφυῆ· πλῆθος δὲ πεζῶν μὲν εἶχον εἰς ἑπτὰ μυριάδας, ἵππεῖς δὲ τετρακισχιλίους. *Gisgonius. Peditum LXXV. milia* Lov. 1. Deinde ad Su-

Livius.

pium urbem Lov. 2. *ad Silipiam urbem* Lovel. 5. *ad Silupiam urbem* Gaertn. *ad Salapiam urbem* Hafn. Rec. Hearnii L. 1. D. et ed. Mediol. 1505. *Silviam* legisse videtur Simler. ad Antonini Itin. p. 406. quod unde hauserit, nescio. In nullo certe cod. vel ed. inveni. *Elinga* vocatur Polyb. loco land. Verum, quum et *Silpia* et *Elinga* geographis æque incognitæ sint, Doujatius *Sitiam* aliquam literarum adfinitatem servare cum Livii *Silpia*, *Osingi* vero cum Polybii *Elinga* observat. Quoquo tamen nomine vocarentur, loca hæc in Beturia non longe a Corduba fuisse conjicit. Καρεβώνη urbs vocatur App. in Hispan. pag. 268. Καρβώνη pag. 270. ubi in exercitu Punico fuisse dicuntur ἑπτακισμύριοι πεζοὶ, καὶ ἵππεῖς πεντακισχίλιοι, καὶ ἐλέφαντες ἕξ καὶ τριάκοντα. ubi tamen male interpres vertit *equites mille et quingenti*.

CAP. XIII. § 1 *Quum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata esset*] Pal. 2. *tum ad eum tanti comp. exerc. perlata fama esset*. Gebh. *Tanti comparati fama exercitus* Gaertn.

Turtæ se fore parem multitudini] *Fore* verbum additum videtur: nos induximus: neque enim est in vetusto. *Rhenan.* Vet. lib. *parem fore multitudini*. Sigon. Pall. tres, et vet. ed. *parem fore multitudini*: cum illud *fore* indigne ab Rhenano ejectum sit. Gebh. *Parem fore multitudini* Voss. et quidam alii: *fore parem multitudinī*, ut ante Rhenanum edebatur, Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 3 *Præmissa Silano ad Colcam, duodetriginta oppidis regnantem*] Huius reguli merito (ut ego existimo) vel unam nominasset civitatem Livius. Eam negligentiam in oppidis Hispaniarum cui adscribere debemus, haud equidem scio: sed certe ea nimis magna est. *Glar.* Polybins xi. 18. Πόπλιος δὲ Μάρκον μὲν Ἰούνοιον ἐξαπέστειλε πρὸς Κολίχαντα παραληφόμενον τὰς ἐτοιμασθείσας αὐτῷ παρὰ τοῦ

του δυνάμεις. *Sigon.* Legendum ex fragmento Polybii, quod a nobis editum est, Legat. 22. *Colichanta*. Græce enim Polyb. habet Κολίχαντα. Ursin. Pal. 1. *ad Sculcham*. Pal. 2. *ad Scolcam*. Gebh. *Ad Sculcham* Flor. Voss. Harl. Hav. et Hearnii N. *ad Schulcam* Lov. 1. *ad Sculeam* Lov. 2. 5. et Hafn. *ad Seuleam* Lovel. 4. *ad Scolcham* Lov. 3. *ad Sciultum* Gaertn. *ad C. Latium* Hearnii L. 1. Quum autem et Polyb. et optimorum codd. consensus adspirationem huic voci addendam clamitent, *ad Colcham* edi curavi. Ceterum hunc *Colchiam*, si *duodeviginti* oppidis imperasse a Livio diceretur, conjici posse. Edetanorum vel Celtiberorum regem fuisse, existimat Doujatius, quia Ptolem. utrisque totidem oppida adsignat. De Celtiberis id verum esse, non autem de Edetanis, quibus pauciora oppida Ptolem. tribuit, patet ex ejus II. 6. Præterea magna mutatio accidisse potuit inter bellum Punicum secundum et ætatem Ptolemæi. Insuper, *Colchæ* regnum et *duodetriginta* hæc oppida quærenda esse in Hispania ulteriore, constat ex Livii xxxiii. 21. At Celtiberi et Edetani siti erant in Tarraconensi, ut ex Ptolem. eodem loco et aliis geographis constat.

§ 4 *Castulonem pervenit. Eo adducta ab Silano auxilia*] Verba hæc desunt in Hearnii L. 1. culpa scribæ ob τοῦ auxilia repetitionem. Vide ad ix. II. § 11.

§ 5 *Tria millia peditum et quingenti equites*] Polyb. ibid. Αὐτοὶ δὲ οἱ πεζοὶ μὲν τρισχίλιοι, ἵππεῖς δὲ πεντακόσιοι. *Sigon.* Equitum numerus omittitur in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Harl. et Hearnii L. 1. Causam vide ad xxxvii. 40. § 11. *Et equites quingenti* Ber. Gaertn. et edd. ante Frobenianam 1535. *et equites mille* Hav.

Inde ad Betulam urbem progressus cum omni exercitu] Scripsimus *processum*. Subanditur *est*. Impersonali-

ter dictum. *Rhenan.* Polybius xi. 18. Ἐγγίσας δὲ Κασταλῶνι καὶ τοῖς περὶ Βαίκυλα τόποις, καὶ συμμίξας ἐνθάδε τῷ Μάρκῳ καὶ ταῖς παρὰ τοῦ Κολίχαντος δυνάμεσιν, &c. Ac aliquanto post, ἔχων πεζοὺς μὲν εἰς τετταρακισμύριους καὶ πεντακισχιλίους, ἵππεῖς δὲ περὶ τρισχιλίους id est, *peditum quinque et quadraginta millibus, equitum tribus millibus*: ut vere hanc summam non reddidisse Livius videatur, nisi quid vitii subsit. *Sigon.* Put. clare ad *Bæculam*. Et ita scribendum, nam Polyb. Βαίκυλαν vocat x. 35. de Asdrubale altero: ἐτύγγανε μὲν διατρίβων ἐν τοῖς περὶ Κασταλῶνα τόποις περὶ Βαίκυλαν πόλιν. Sic ergo in eadem historia parte refinge apud Nostrum libro præc. cap. 18. 'Proximus Carthaginiensium exercitus prope urbem Bæculam erat.' In hac ipsa autem lib. xi. c. 18. Ἐγγίσας δὲ τῷ Κασταλῶνι καὶ τοῖς περὶ Βαίκυλα τόποις. Cætera vulgata est Rhenani. Nam Put. *progressus omni exercitu civium, sociorum*, sublata præpositione. Sic Cæsar de B. Gall. ii. 19. 'Cæsar, equitatu præmisso, sequebatur omnibus copiis.' Et ibidem: 'Subito omnibus copiis provolaverunt.' Et jam de hoc loquendi genere monuimus. *Progressus omnes alii libri.* Sed potius utrumque ejice, ac scribe, *inde ad Bæculam urbem exerc. omni civ., soc., ped. eq. quinque et quad. millibus castra ponentes eos.* Puta Scipionem et Silanum. J. F. Gron. Scribe: *inde ad Bæculam urbem progressos, omni exerc. civ., soc., eq. quinque et quad. millibus, castra pon. eos Mago et Mas. cum omni eq. aggressi sunt.* Hoc est, cum civium, sociorum, milites vel pedites equitesque haberent ad 45000. Nam τὸ *peditum* in bonæ notæ scriptis non habetur. Solere autem veteres ita loqui, diximus ad principium hujus libri. Jac. Gronov. *Ad Bæculam*, vel certe librariorum, diphthongum æ et e passim confundentium, errore ad *Bæculam*, omnes, uno vel altero excepto, codd. Vide ad xxvii. 18. § 1.

Donjatius tamen Bæculam hanc ab illa, quæ ibi memoratur, diversam esse existimat: hanc enim in fine Andalusie orientali ad Castellæ Novæ limites sitam esse censet, illam vero in Catalonia tractu Emporitano. Vide quæ hoc et illo loco notavit. Posterioris tamen *Bæculæ* alibi mentio non obcurrit; neque alio argumento, quam convenientia nominis *Besalu*, quo locus ea regione vocatur, sententiam firmavit. Deinde *progressus omnes mei.* Hinc pronomen *cum* ignorant Flor. et pauci alii; vocem autem *peditum* idem Flor. Cant. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Parum itaque abest, quin probem Jac. Gron. conjecturam; illa enim J. F. Gronovii, qui vocem *progressus* vel *processum* ejicit, audacior videtur. De ellipsi præpositionis *cum* vide ad xxii. 9. § 5.

§ 6 *Castra ponentes eos Mago et Masinissa cum omni equitatu adgressi sunt*] Polybius xi. 19. Μάγων ἀναλαβὼν τὸ πλείστον μέρος τῶν ἰδίων ἱππέων, καὶ Μασσανίσσην μετὰ τῶν Νομάδων, ἤλαυε πρὸς τὴν παρεμβολήν. *Sigon.*

Ni abditii post tumultum opportune ad id positi a Scipione equites] Polyb. ib. Ὅ δὲ πάλοι προοράμενος τὸ μέλλον, ὑπὸ τινὰ βουὴν ἵππεστάκει τοὺς ἵππεῖς ἴσους τῶν Καρχηδονίων. *Sigon.* Omnes scripti *positum.* Scribe, *ni abditii post tumultum opp. ad id positi ab Sc. equites.* Nisi malis *opportune oppositum.* J. F. Gron. *Positum* defendi potest ex cap. 17. 'Finibus etiam regni apte ad Hispaniam, quod freto exiguo dirimuntur, positus.' *Duk.* *Opportune ad id oppositum*, ut Gronov. conjecit, Hearnii D. quod placeret, modo plures eam lectionem firmarent. Ita enim xxv. 15. 'Tectus collibus, ad tegendas insidias obpositis: ubi male Faber *adpositis.* xxix. 34. 'Tectis tumulis, qui peropportune circa viæ flexus obpositi erant.' xxxi. 48. 'Ex duabus coloniis, quæ velut claustra ad cohibendos Gallicos tumultus

obpositæ fuissent.' XL. 51. 'Ab his columnis, quæ incommode obposita videbantur, signa amovit:' ubi vide Gronov. *Ad id positum tuentur* Flor. Voss. Cant. Lovel. 1. 2. 3. Harl. et Hav. quare id non videtur mutandum.

§ 8 *Plures et integri fessis subirent*] Hic deerat usque dictio, quam inseruimus: *plures usque et integri fessis subirent*. Rhenan. Insititium istud usque disparet in Pal. 1. et vet. ed. In Pal. 3. legere est *plures iisque et integri fessis subirent*. Gebh. Omnes Gall. et Pall. cum Voss. abolent τὸ usque ab Rhenano profectum. Sed nec subirent Put. Reg. Men. Voss. aut ullus sinceriorum admittunt: quod mirabar initio, nunc certum habeo fullonum et sarcinatorum esse. Sermo Livii purus hic fuit: *sed quum ab stat. primum exp. coh., deinde ex opere ded. mil., atque arma capere jussi plures et integri fessis, magn. jam ag. arm. a cast. in præl. rueret, tergu haud dubie vert. Pæni Num.* In quo rueret pertinet ad integranda omnia priora membra: ut et expeditas cohortes ruisse, dein ex opere deductos milites ruisse, tum arma capere jussos integros quoque plures his, qui sive opere sive prælio fessi essent, ruisse, immensum denique agmen ruisse a castris in prælium intelligamus. Fuit et difficultas in hoc, quod non viderent, τὸ fessis esse casum obsequentem comparativo *plures*: nam 'arma capere jussi plures et integri fessis' est jussi in hostem exire et pugnam capessere etiam integri plures his, qui erant fessi partim opere munitionis, partim præliando. J. F. Gronov. *Usque a Rhenano additum in uno superest* Rec. ejus loco *hisque præfert* Lov. 2. *iisque* Lov. 4. In omnibus reliquis, ut et Hearnii Oxonn. id non adparet. Præterea *subirent* exsulat quoque a Flor. Cant. Lov. 1. 2. et Hav. quod a Gronov. expulsum revocavit Crevier. quum sine eo oratio ipsi curta et ab-

rupta videretur. Sed, optimis Mss., invitis, Livio obtrudere non audeo.

Terga haud dubie vertunt Pæni. Numidaque primo turmatim] Hunc locum depravatum sic restituimus, *terga haud dubie vertunt Pæni Numidaque. Et primo turmatim*. Rhenan. Eadem lectio est in omnibus meis codd.

§ 9 *Et primo turmatim abibant, nihil, &c.*] Polyb. XI. 19. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐν τάξει τὴν ἀναχώρησιν ἐποιοῦντο. Τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐγκειμένων αὐτοῖς, λύσαντες τὰς ἕλας κατέφυγον ὑπὸ τὴν αὐτῶν παρεμβολήν. Sigou. Omnes *Et primo turmatim*, non *primum*. J. F. Gron. Gruteri demum postrema ed. dedit *primum*. Sed *primo* est in omnibus prioribus, ac scriptis, nisi quod *primi* sit in Lov. 2. *prima* in Gaertn.

Acrius ultimis incidebat Romunus] *Incidebat* Voss. Lov. 3. Ber. a m. sec. et Hav. Passim has voces confudit stupor librariorum. Vide ad IX. 24. § 10. *Mox quacumque proximum fuit, pro qua cuique, Flor. Voss. Lov. 2. et Hav.*

§ 10 *Eo prælio aliquantum et Romanis aucti, et diminuti, &c.*] Polyb. ibid. Οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι τούτου γενομένου, θαρσαλέωτερον δέκειντο πρὸς τὸν κίνδυνον, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοῦναντίον οὐ μὴν ἀλλὰ ταῖς ἐξῆς ἐπὶ τινὰς ἡμέρας τὰς τε δυνάμεις ἐκτάξαντες ἐν τῷ μεταξὺ πεδίῳ, διὰ τῶν ἰππέων καὶ τῶν εὐζώνων ἀκροβολισμοὺς ποιησάμενοι, καὶ καταπειράσαντες ἀλλήλων, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ κρίνειν τὰ ἔλα. Sigou. Pal. 1. prius et fastidit. Dein cum Pal. 2. præfert et *diminuti*. Gebh. Prius illud et fastidit quoque Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. Deinde *diminuti* Flor. Voss. Lov. 4. Gaertn. et Hav. Vide ad II. 1. § 7.

Tamen nunquam aliquot insequentes dies ab excursibus equitum levisque urnaturæ cessatum est] Exemplar scriptum habet, *tamen nunquam prælio quod insequentis dies*. Ex qua mendosa lectione conjicio fuisse scriptum *tamen nunquam per aliquot insequentes dies*:

quemadmodum et emendavimus. *Rhenan.* Pal. 1. *tamen aliquoties sequentes dies.* Pal. 2. *tamen nunquam aliquot insequentes dies.* Pal. 3. *tamen nunquam prælio quod in sequentis dies.* Unde vides librum hunc quam simillimum esse exemplari, quod tamen sine iudicio Rhenanus per omnia et in omnibus sequitur. Vet. ed. non inconcinne *tamen nunquam aliquot insequentes dies.* Gebh. Put. *tamen aliquoties sequentis dies ab:* nec aliter Men. et purgatissimus Pal. Vossianusque, nisi quod *sequentes*, nec Reg. nisi quod *sequentibus diebus.* Fortasse *tamen aliquoties sequentibus diebus excurs.* eq. l. q. ar. *certatum est.* J. F. Gron. *Tamen aliquoties sequentes dies* Flor. Lov. 2. et Hearnii L. 1. ac N. *tamen aliquot sequentes dies* Lov. 1. et Hav. *tamen aliquot insequentis dies* Harl. *tū cuiq̄m insequentes dies* Gaertn. Suos etiam codd. τῶ *numquam*, quod tamen sensum necessario flagitare iudicat, carere, Crevier, monuit. Forte nihil mutandum est, nisi quod iterum inducenda sit præpositio *per* a Rheno inserta, quam etiam ignorant omnes codd. Supra III. 23. 'Aliquot menses Tusculi bellatum.' Vide ad x. 21. § 6.

CAP. XIV. § 1 *In aciem copias eduxit*] Pal. 3. *copias duxit.* Statim idem cum Pal. 2. *dein Romani processere.* Gebhard. *Deinde Romani processere* Gaertn.

§ 3 *Prior fessis stando signum recepturi dabat*] Pal. 1. *prior fessis in stando signum recepturi dabat.* Gebh. *Fessis in stando* Voss. Lov. 2. 3. 4. et Harl. *fessus in stando* Hav. Omnia hæc verba decrant in Lov. 1.

§ 4 *Mediam aciem hinc Romani, illinc, &c.*] Polyb. XI. 20. μέσους Ἀίβνας, τὰ δὲ θηρία προτιθέμενον ἐκατέρων τῶν κερμάτων. Sigon.

Erant autem utrimque Hispani pro cornibus] Pal. 1. *erant autem utrisque.* Gebh. Ita et Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 5. et Hav.

Elephanti castellorum procul speciem visu præbebant] *Vocabulum visu quispian infulsit.* Nos excemimus. *Rhen.* [Vide Lectt. Var.] *Visu præbebant* Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *usui præbebant* Lov. 1. *visui præbebant* Voss. *vi præbebant* Flor. Illo tamen VI. librarios hujus et Put. cod. *sex* indicasse, Gronovio adsentiri nequeo. Cur enim Livius sex tantum elephantorum nunc meminisset, quos tamen triginta duos in exercitu Punico fuisse Polybius tradidit XI. 18. vel triginta sex Appian. in Hisp. p. 268. An igitur legendum est *visi*? *Elephanti procul visi præbebant speciem castellorum.*

§ 5 *Medias acies Romanum Pænumque, &c. concursurus*] *Omnes Gall. et Pall. cum Voss. concursuros:* ut ad illa proximiora *Romanum Pænumque*, non ad *medias acies*, referatur. J. F. Gronov. *Concursuros* etiam omnes Hearnii Oxonn. ut et mei, nisi quod Lov. 1. legat *cursuos*: de quo errore vide ad IX. 24. § 12.

§ 6 *Obstinate credita animadvertit*] Put. *animoadvertit.* Videlicet pro *animom*, seu *animum advertit.* De quo ad XXIV. 48. Auctor de Bello Afric. c. 20. 'Et animum etiam advertibat, frumento se in Africa nisi importatio uti non posse.' J. F. Gron. *Obstinate credi* Lov. 5. Ber. Gaertn. Hearnii D. et edd. ante Aldum. Sed *credita* optimi constanter. *Deinde animo advertit* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *animis advertit* Victor. apud Crevier. Non adversor viris doctis *animum advertit* emendantibus. Quominus enim codicum scripturam *animo* probare audeam, illud obstat quod notavi ad IV. 27. § 8.

§ 7 *Tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem*] Polyb. XI. 20. Ἄμα γὰρ τῶ φωτὶ διαπεψάμενος τοὺς ὑπὲρ τας, παρήγγειλε πᾶσι τοῖς χιλιάρχοις, καὶ τοῖς στρατιώταις ἀριστοποιησάμενους, καὶ καθοπλισάμενους ἐξάγειν πρὸ τοῦ χά-

ρακος. Sigon.

Viri equique cum raptim pransi essent] Hic negator aliquis se exereuit. Livius scripsit, *ut ante lucem viri equique pransissent*, aut *pransi essent*. Ille adjecit *cum raptim pransi essent*. Rhen. Ait *viri equique pransi*. Novum vero, ut etiam equi 'prandere' dicantur. Vetus *viri equique curatæ pransi*. Lego *curati et pransi*. Hoc ad viros, illud ad equos retulit. Lipsius, Ep. Quæst. 1. 3. Prisca ed. *viri equique cum pransissent*. Pal. 3. *viri equique pransissent*: quod et prodidit Rhenanus. Sed Lipsio novum videtur, ut etiam equi 'prandere' dicantur; quare mavult *curati et pransi*, hoc ad viros, illud ad equos referendum censens. Pal. 2. proxime ad Lipsii correctionem habet, *ut ante lucem viri equique curati pransique essent*. Pal. 1. *viri equique curate pransi essent*. Mibi Pal. 2. scriptura non displicet: libet tamen credere, τὸ *curati* esse adjectivum *glossema τὸῦ pransi*, quasi non recte dicatur *equos prandere*, cum Apuleius 'jenticulum' etiam 'ambulatorium' dixerit de asino. Claud. Dausqueius ad Silli lib. vii. p. 306. laudat, *ut ante lucem viri equique cuncti et pransi essent*. Gebh. Put. Reg. et Pal. melior *ut ante lucem viri equique curati et pransi essent*. Cæteri omnes *curate pransi*. Non est dubitandum de sinceritate illius lectionis, quam et significabat scriptura ante Rhenanum *equique cum raptim pransi*. Cato de Re Rust. c. 104. 'Boves uti valeant et curati bene sient.' Mox 'ita boves et corpore curatiores erunt.' Gellius iv. 20. 'Et cur, inquit, ita est, ut tu sis, quam equus, curatior? quoniam, inquit, ego me curo, equum Staius nihili servus.' Ita legendum. J. F. Gron. Antiquissimæ edd. legunt *cum pransi essent*, *cum pransissent*, vel *cum persensissent*. Aldus postea inserta voce dedit *cum raptim pransi essent*. Verum *equique cum pransi* Ber. a m. pr. et Hav. equi-

que pransi Ber. a m. sec. *equique accurate pransi* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *equique curate pransi* Lovel. 3. 4. 5. Gaertn. et Hearnii N. *equique curati pransi essent* Flor. et Harl. *equique curati et pransi essent* Voss. et Lov. 1. quod recte viri docti probarunt. 'Curare' verbum esse mensæ et convivii, docet Broekhus. ad Tib. 1. 5. 33. Hinc 'corpora curare' apud Livium frequens est locutio. Inde etiam transfertur ad animalia. Varr. Rei Rust. iii. 10. 'Sic curati circiter duobus mensibus fiunt pingues.' Liv. XLIV. 40. 'Jumentum, e manu curantium elapsum, in ulteriorem ripam effugit.'

Eques frenatos stratosque teneret equos] Putean. *frenatos instratosque teneret equos*. J. F. Gron. Ita et supra ex Mss. emendavit Gronov. XXI. 27. 'Equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur, præter eos quos instratos frenatosque inposuerant in naves.' Simplex 'stratus' adhibetur XXXVII. 20. 'Non stratos, non infrenatos magna pars habebant equos.' Et mox, 'Equos non sternere, non infrenare, aut ascendere facile poterant.' Hic etiam omnes mei *stratosque* servant, sed sequor optimum cod.

§ 9 *Præter opinionem destinatum sociorum hostiumque*] Potest nuncumque se tueri. Malim tamen *præter opinione destinatum*, id est præterquam id quod opinione utrorumque destinebatur, vel præsumebatur. De hoc usu participiorum habes ad III. 20. Lib. XXIX. c. 20. 'Quem spe destinaverit Annibalem ex Italia deducturum.' XXII. 28. 'Animis autem Zeuxippum auctorem destinabant cædis.' XXXIX. 53. 'Simul et spe haud dubia regnum ei post mortem patris destinabant.' Sed præterea Voss. Gud. ac editi *suorum*. J. F. Gron. Liv. VII. 33. 'Adeo morte sola vinci destinaverant animis.' Hoc lib. c. 24. 'Regnum sibi Hispaniæ,

pulsis inde Karthaginiensibus, destinant animis.' Monuit tamen Dukerus, 'opinio destinata' hic dici videri, ut 'sententia destinata' apud Cic. Tusc. II. 2. 'Qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt.' Ceterum *sociorum* natum est ex ultima Gruteri ed. Omnes priores cum scriptis *suorum*. Vide ad XXXVII. 20. § 9.

§ 10 *Ex tabernaculo prosiluit*] *Prosilivit* Flor. Gaertn. et Hearnii L. I. qua forma etiam in cod. Memm. est apud Suet. in Cæs. c. 32. Sed vide ad II. 10. § 11.

§ 11 *Equitatum omnem extemplo in equites emittit*] Polyb. XI. 20. Οἱ περὶ Ἀσδρούβαν ἠναγκάσθησαν ἀπαρασκευάως ἐκ τοῦ καιροῦ τοὺς μὲν ἵπποις καὶ τοὺς εἰδῶνους ἐπαφίενοι τοῖς ἵππευσι τῶν ὑπεναντιῶν εἰς τὰ πεδία. Τὰς δὲ πεζικὰς δυνάμεις παρατάττειν οὐ πολὺ τῆς παρωρέας. Sigon. Omnes Gall. duo Pall. Voss. *emittit*. Vide ad X. 5. J. F. Gron. *In equites mittit* Hearnii L. I. *in equites emisit* Ber. et edd. usque ad Aldum, qui substituit *emittit*, consentientibus reliquis omnibus scriptis. Ea tamen lectio Grutero displicuit, qui edidit *in equites immittit*, quasi 'emittere in aliquem' dici non posset; quum tamen sæpius ita Livius locutus sit. Ut IV. 18. 'Primos equites clamore sublato in hostem emisit.' XXIV. 1. 'In permixtum omnium ætatum ordinumque multitudinem equites emisit.' c. 15. 'Eques etiam in hostem emissus.' XXVII. 41. 'Imperat, ut equites legionis in hostem emittat.' XXI. 2. 'In dehiscen-tem intervallis hostium aciem equites emisisset:' ubi etiam perperam alii *immisisset*. XXX. 18. 'Jussosque escendere in equos repente in hostem emittit.' XXXV. 30. 'Equitatum omnem in stationes hostium emittit.' Similiter 'emittere hastam in fines' I. 32. 'emittere saxa in naves' XXIV. 34. Eiusdem generis sunt educere in aciem, 'in castra,' de

quo vide ad III. 62. § 5. 'evocare in medium' IX. 17. § 2. 'erumpere in hostes' in Epit. lib. LXXIII. Plura vide ad I. 57. § 8. Mox *castra egreditur* probat Crevier. ex Victor. cod. Similiter ex meis legit Lov. 2. De locutione illa videbimus ad XXIX. 6. § 4. Quum tamen reliqui tot colligat, et inter illos optimi, stent pro vulgato, id non mutandum censeo.

Nec ex ordine solito quicquam in acie struenda mutat] Debebat esse *nec ex ordine solito quicquam acie instruenda mutat*: subauditur autem *in*. Rhenau. Ita et omnes mei cum edd. ante Mognt. nisi quod *acie instructa* sit in Gaertn.

§ 12 *Equitum jam diu anceps pugna erat*: *nec ipsa per se decerni poterat, quia pulsus (quod prope in vicem fiebat) in aciem peditum tutus receptus erat*] Miseret me plane optimorum quorumque auctorum, qui indignissime passim tractati sunt a castigatioribus non sat diligentibus: qualem hominum temeritatem cum alibi, tum hic, insigniter expertus est T. Livius. Antiqua lectio sic habet: *Eq. jam diu anc. pugna erat: nec quia pulsus, quod prope inv. fiebant, in ac. ped. tutus rec. erat*. Hanc mendosam lectionem quum non intelligerent castigatores, adjecerunt multa de suo, Liviique sensum inverterunt. Nos tamen, bene fortunantibus Mnsis, ex ista depravata germanam indicabimus; nempe hanc: *Eq. jam diu anc. pugna erat, nec depulsus (quod prope inv. fiebat) in ac. ped. tutus rec. erat*. Sensus clarus est, quod equites utriusque exercitus, quum in vicem depellerentur, sic ut nunc Romani Pænos, nunc vicissim Romanos Pæni depellerent, (nam hoc sibi vult interjecta clausula *quod prope invicem fiebat*), in aciem peditum tuto recipi non poterant. Nam sequitur postea: 'signo receptui dato, Scipio, patefactisque ordinibus, equitatum omnem levemque armaturam in medium acceptam,

divisamque in partes duas in subsidiis post cornua locat.' Confer nunc, quod nos castigavimus, cum vulgata lectione, et vide quale piaculum commiserint, qui eo, quod legebatur *quia pulsus*, quod nos castigavimus *depulsus*, sive *perpulsus*, hanc clausulam de suo adjecerunt, *nec ipsa per se decerni poterat*, conspurcantes Livii sensum invertentesque. Sed ubi non similia acciderunt in hoc anectore? *Rhenan.* Mire hic paratragædiatur in castigatores Rhenanus, qui hic Livium misere acceperunt. Ut eruditi judicare possint, enotabo scripturam Pal. 3. (nam in ceteris duobus, nec non principe ed. vulgata lectio sarta tecta conservatur) quæ ita concepta est: *Eq. jam diu anc. pugna erat, neque pulsus, quod prope inv. fiebat, in aciem pel. tutus rec. erat.* Sed legit ille, bene fortunantibus, ut ait, *Musis, nec depulsus, quod prope inv. fiebat, in aciem, &c.* At, si quid absurdi in altera lectione esset, demonstrandum tamen erat. *Gebh.* Hæc [*nec ipsa per se decerni poterat*] uni codici, hac parte mutilo, nimium credulus imprudenter delet Rhenanus. Habent nostri omnes nullo apice minus. Adde quæ ad VII. 9. *J. F. Gron.* Voces, a Rhenano damnatas, sed a Gronovio vindicatas, agnoscunt omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Vulgatam lectionem firmant etiam verba Polyb. XI. 20. *Τῶν δ' εὐζώνων ἄκριτος ἦν καὶ πάρισος ἢ συμπλοκῆ, διὰ τὸ τοὺς πιεζομένους καταφεύγοντας ὑπὸ τὰς ἰδίας φάλαγγας ἐκ μεταβολῆς κινδυνεύειν* ubi quod Polyb. dicit *ἄκριτος ἦν*, Livius reddit *nec ipsa per se decerni poterat*. De verbo 'decernere' vide Grævium ad Cic. ad Fam. x. 10. et quæ notantur ad d. 1. Livii. Ceterum *quia pulsus equitibus*, una voce auctior, Brancal. Latini.

§ 13 *Haud plus quingentos passus acies inter sese divisæ aberunt*] Quasi non satis Latine diceretur, *haud plus D. passus acies inter sese aberant*, qui-

dam inseruit *divisæ*. Rhenanus. Ex fragmento item Polybii XI. 20. in quo est *περὶ στάδιον*, videtur apud Livium legendum *centum quinquaginta passus, &c.* tot enim passibus stadium apud Græcos constabat. *Ursin.* *Divisæ*, a Rhenano expulsum, constanter superest in Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Deesse tamen videtur a Flor. et Cantabr. Stadium autem, quod Ursinus hic centum quinquaginta passibus apud Græcos constare dicit, apud Polybium tantum centum viginti passus continebat. Vide ad XXXVII. 6. § 4.

Patefactisque ordinibus, equitatum omnem, &c.] Polyb. ibid. *διαδεξάμενος διὰ τῶν διαστημάτων ἐν ταῖς σημαλαῖς εἶσω τοὺς ἀκριβολιζομένους, καὶ μερίσας ἐφ' ἑκάτερον κέρας ὀπίσω τῶν παρατεταγμένων, πρῶτον μὲν τοὺς γροσφομάχους, ἐπὶ δὲ ταύτοις τοὺς ἰππεῖς, &c.* *Sigon.* *Patefactis ordinibus*, copulativa deficiente, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Hav. Mox in medio acceptum Lov. 5. Sed paullo ante hoc cap. erat, 'socii in mediam aciem acceptis.'

§ 15 *Ipse e dextro cornu*] Livius omittit plerumque præpositiones, quæ elegantius subaudiuntur, quam exprimuntur. Castigatores priores usquam non infulserunt. *Ipse dextro cornu mittit*, subauditur 'a dextro cornu.' *Rhenan.* Unus ex meis Lov. 4. præpositionem omittit. Reliqui omnes agnoscunt; *ex dextro cornu* tamen legunt Voss. et Lov. 3.

Ad Silanum et Marcium] Polyb. XI. 21. *Λεύκιος Μάρκιος καὶ Μάρκος Ἰούβιος, Σίγον.*

In sinistram partem, quemadmodum se tendentem ad dextram vidissent] Codex scriptus habet *in sinistra parte*. Proinde non dubito scripsisse Livium *in sinistra parte, quemadmodum se tendentem a dextera vidissent*. Sic et nos reponere ausi sumus. *Rhen.* Omnes Gall. et Pall. cum Voss. *in sinistram partem*, et *ad dextram*, contra sententiam

tiam Rhenani. Polyb. xi. 20. Τῶ μὲν δεξιῶ τὰς σημαίας καὶ τὰς ἕλας ἐπιστρέφειν ἐπὶ δόρυ, τῶ δ' ἐδωδύμφ τ' ἐναντία· καὶ λαβῶν αὐτὸς μὲν ἀπὸ τοῦ δεξιῶ. J. F. Gron. In sinistram partem, et ad dextram pariter omnes mei, et Oxonn. Hearnii.

§ 16 *Pugnam consererent cum hoste*] Lipsius de Mil. Rom. iv. 6. hunc locum laudat, duobus postremis vocibus omissis. Forsitan putavit eas melius abesse, et ingratam esse iterationem præpositionis *cum*. Sed nihil vitii est in recepta scriptura. Duk.

§ 17 *Itu diductis cornibus*] *Deductis* Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et priscae edd. ante Mog. Sed *diductis* hic verum est. Vide ad xxi. 55. § 5.

Cum ternis peditum cohortibus, ternisque equitum turmis] Polyb. xi. 21. sic: τρεῖς ἕλας ἰππέων, καὶ τρεῖς σπέρας, τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ Ῥωμαίοις κόρπτις. Sigon.

Ad hoc velitibus] *Ad hæc* Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Brancal. Latini. Vide ad xxi. 52. § 10. Mox *sequentibus aliis in obliquum* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. Aldo prioribus. *Sequentibus in obliquum aliis* Branc. Latini. Vide ad xxxviii. 27. § 8.

§ 18 *Sinus in medio erat, quia segnius*] *Qua segnius* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. et Gaertn. quod, sibi quoque in Put. et Victor. obvium, probavit, et in contextum admisit Crevier.

§ 20 *Levisque armatura, et velites*] [Vide Lectt. Var.] Vide Schelium ad Hygin. p. 1052. Thes. Ant. Rom. Cap. seq. Livius: 'Tumultuoso genere pugnae equitum, velitumque, et levis armaturae consternati.' Duk. *Levisque armaturae velitis* Lov. 5. *levisque armatura, velites*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. quod recte Gronov. per adpositionem dictum docet. Supra xxi. 55. 'Balearum locat ante signa, levem armatu-

ram: ubi etiam Sigon. *perperam levemque armaturam*. Vide quae ibi notantur.

CAP. XV. § 1 *Et quum ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum quod turba Balearium tyronumque Hispanorum*] Hic in primis notandum est, quod in volumine veteri pro *turba Balearium* scriptum est *turba balirum*, ut suspicer, *ba* syllabam librarium perperam repetiisse. Quid si legas *lixarum tyronumque Hispanorum*? Deinde sciat lector, sic esse exponenda Livii verba: 'Et cum ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum,' (subaudi haudquaquam pugna par erat,) 'quod turba lixarum tyronumque Hispanorum Romano Latinoque militi objecta erat.' Id quod quum non animadvertissent olim Liviani castigatores, particulam *et*, quae sequitur, *et procedente*, temere eraserunt, conjungentes tum præcedens cum hac oratione, 'procedente jam die.' Verum nos *et* particulam hic necessariam de postliminio inserimus. Nam Livius duas præcipuas causas assignat imparis pugnae: unam, quod lixæ et tyrones a partibus Pænorum fortissimis militibus erant objecti: alteram, quod exercitus Punici deficere cœpisset ob incediam. *Rhenan*. Pal. 1. et vet. ed. *turba Balearium*, quo alludunt reliqui duo *turba Balearum*. Facinus hoc Rhenani, qui princeps legitimam mutavit lectionem. Nam infirmiores et impares Romanis Baleares, quia funditores et discurrere, non vero stabili pugnae in acie assueti. Gebh. Veteres libri *cum*. Sed scribendum *jam*. Neque enim, quod sequitur, *tum* huic particulæ respondet, sed insequentem. Ponit enim hic Livius, quod dein duobus rationibus affirmat: Non, inquit, erat jam par pugna. Quid ita? quia et impares compositi pugnantem, et Hasdrubalis exercitum jejunum deficiebant vires. J. F. Gron. *Et tum ab omni parte* primæ edd. Aldus sub.

stituit *Et cum ab omni parte*. Ultima tandem Gruter. revocavit *Et tum ab omni parte*. Id in nonnullis scriptis superest, alterum in longe pluribus. Sed solent illa hoc modo passim in Mss. commutari. Vide ad vi. 23. § 3. Si quid tamen video, præstat Gronovii conjectura *Et jam ab omni parte*. In fine cap. præc. dixerat 'cornua ancipiti prælio urgueri.' Nunc addit 'jam ab omni parte,' (id est non tantum in cornibus, sed etiam in media acie,) 'haudquaquam parem pugnam fuisse:' non in cornibus; quia ibi Baliares et tirones Hispani oppositi erant Romano et Latino militi; non in acie, quia Hasdrubalis exercitum, non firmatis cibo viribus exire coactum, vires deficere incipiebant. Mox *pugna Balearium* Flor. Voss. et Hav. *pugna Balearum* Lov. 4. *pugna bellarium Balearium* Lov. 2. Rhenani conjecturam, male a Curione in contextum receptam, recte Gruterus in postrema ed. inde iterum ejecit. Nam, ut Doujatius monuit, numquam apud Karthaginienses, populum belli peritissimum, obtinuit, ut lixæ militibus permixti in aciem educerentur. Lectio cod. Spirensis, quo Rhenanns usus est, indicare videtur olim scriptum fuisse *Buliarium*, non *Balearium*. Vide ad xxi. 21. § 12.

§ 2 *Procedente jam die*] Vet. lib. et *precedente jam die*. Sigon. Tò et revocandum esse, jam monuit Rhenanus ad verba præced. Deest tamen in Voss. Lov. quinque, Harl. et Ber. Ejus loco *tum quod* obfert Hav.

§ 3 *Peditum signa cornibus incurrerunt*] Scripsimus *concurrerunt*. Et mox ut prius *astus*, reposuimus *ita ut prius*. Rhenan. *Concurrerunt* Harl. et Hearnii D. *ocurrerunt* Gaertn. *currerunt* Lov. 4. *incurret* Lov. 1. *incurrerunt* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Silius xii. 453. 'claustra ipsa revelli Portarum ac totum miseris incurrere bellum.' Suet. Tib. c. 26. 'Natalem suum plebeiis

incurrerent circensibus vix unius bigæ adjectione honorari passus est.' Vide Burm. ad Lucani iv. 278. Jac. Gronov. edidit *incucurrerunt*. De quo vide ad i. 12. § 8. Vellem tamen indicasset, qua auctoritate ita vulgarit. Mox vocula *ita*, quam addit Rhenan. omittitur in Flor. Lov. 5. Harl. Gaertn. et Ber. *Pugnavit*, pro *pugna ut*, Voss. et Lov. 1. *pugnavitque* Hav. qui tres etiam τὸ *ita* non agnoscunt.

§ 4 *Fames sitisque corpora adficeret*] Ita primum exhibuit ultima Grut. ed. idque reliquæ deinceps retinuerunt: neque verbum etiam viri docti monuerunt. Si autem codd. addicerent, posset ea lectio servari, quum et alibi Livius duobus singularibus addat verbum itidem singulare. Vide ad xxxvii. 29. § 6. Omnes tamen, quos consului, codd. cum Hearnii L. 1. et edd. antiquioribus, quam ultima illa Gruteri, legunt *adficerent*, nisi quod in uno alterove sit *adfecerant*. Priorem itaque lectionem reduxi. Vide ad i. 31. § 7.

§ 5 *Nam super cetera elephantum etiam, tumultuoso, &c.*] Polyb. xi. 22. 'Ἐκ δὲ τῆς τούτων συμπλοκῆς τὰ μὲν θηρία διὰ τῶν γροσφομάχων καὶ τῶν ἰππέων ἀκοντιζόμενα καὶ διαταραττόμενα πανταχόθεν, ἔπασχε μὲν κακῶς, ἔβλαπτε δ' οὐδὲν ἧττον τοὺς φίλους, ἢ τοὺς πολέμιους. Sigon.

§ 6 *Haud secus, quam si imperio ducis cederet integra acies*] *Cederent integra acies* Flor. quod itidem Crevier. in Put. et Vict. invenit, et contextui reddidit: *cederet integra acies* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. quod substitutum est ab illis quibus displicebat, conlectivo nomini *acies* jungi verbum plurale. At ita etiam viii. 10. 'Nova ex improvise exorta acies clamore sublato principia Latinorum perturbant.' Vide ad l. xxvii. c. 12. § 15. Paulo ante *ordines servantes*, omissa media voce, Lov. 1. *ordinem tamen servantes* Lov. 2.

§ 7 *Quum eo ipso acrius, ubi inclinatum sensere, victores*] Posses referre ad ‘aciem,’ qua in voce præcedens membrum terminatur. Sed optimi *ubi inclinatum sensere rem, victores.* J. F. Gron. Hoc Livianum est. Lib. VI. c. 8. ‘Jam inclinata res erat.’ IX. 12. ‘Fraus deinde rem inclinavit.’ c. 32. ‘Nec prius inclinata res est.’ XXII. 6. XXV. 21. XXVIII. 22. Addit ‘in fugam’ VII. 33. ‘Tum primum referri pedem, atque inclinari rem in fugam apparuit.’ *Duk.* Vocem *rē*, vel *rem*, quam ex optimis Gronov. addit, in nullo meorum inveni. Hearnius etiam, Gronovii emendationem referens, nullius Oxon. consensum memorat; ut ab illis etiam hæc vox exsulasse videatur, quæ facile excidere potuit ob vocis præced. syllabam ultimam. Vide ad XXV. 22. § 1.

§ 9 *Quum proximus quisque hostem cæderet*] In exemplari vetusto legitur *proximi*. Proinde video sic quoque verba stare posse: *quum proximi quisque hostem cæderent.* Rhenan. *Quum proximus quisque hostem cæderet* habent edd. omnes, quas ego vidi. Male tamen, immo pessime, et contra mentem Livii, quæ ipsi constabit, si levissima mutatione scribas *cum proximus quisque hostem cæderet*: uti præcessit, ‘quamquam retinebat, obsistebatque cedentibus Asdrubal, ab tergo esse colles tutumque receptum, si modice se reciperent, clamitans.’ Invexerunt hoc vitium, qui ignorabant, ut ‘prope hostem,’ ita ‘proxime hostem’ Latinissime dici. Cicero ad Atticum VI. 5. ‘Habere exercitum quam proxime hostem.’ Et III. 11. ‘Quam proxime Italiam esse.’ Itemque I. 14. ‘Proxime Pompeium sedebam.’ Sallust. in Jugurth. cap. 19. ‘Proxime Hispaniam Mauri sunt.’ *Modius.* Et hunc locum depravatum ivit Rhenanus. Sed melius assecutus est mentem Livii *Modius*, levissima mutatione rescribens *cæderet*. Additque ‘proximus hostem’ dictum, ut

‘prope hostem,’ et cætera. Livius XXIX. 7. ‘Scorpione ictus, qui proximus eum forte steterat.’ Ejus lectioni favent Pall. duo, et vet. ed. Mentem quoque Livii perceptam habuit Pal. I. exscriptor *quum proximus quisque hosti cæderet.* Gebh. Immo *cæderet.* Jac. Gron. Malo cum *Modio cæderet*, quam cum aliis *cæderet.* Et ita hunc locum intelligebat J. F. Gronov. ad VIII. 32. § 12. ubi *proximus* cum casu quarto illustravit; de quo etiam vide ad I. 21. § 1. *Proximus quisque hoste cæderet* legit Flor. a m. pr. *proximus quisque hosti cæderet* a m. sec.

§ 10 *Consistere signa in radicibus collium, ac revocare*] Pal. I. ingerit *Ac primo cons. sic in rad. collium: hac revocare.* Gebh. Quia signa non possunt dici ‘revocare milites,’ primum cogitabam melius esse *constituere signa.* XXXIII. 10. ‘Paullisper novitate rei constituit signa.’ XXXIV. 20. ‘Quadringentos inde ferme passus constituit signa.’ v. 55. ‘Signifer statue signum.’ Nam et ‘consistere’ et ‘constituere’ facile permutantur. Vide Gron. ad XXVII. 16. et XXVIII. 33. Deinde nihil tentandum putavi: nam eodem modo loquitur cap. 16. ‘Sed quum ad crebros tumultus signa consisterent, et nunc equestria, nunc cum velitibus auxiliisque peditum prælia consererent:’ ubi quemadmodum in posteriore parte *hostes*, ita hic *præfecti, duces* suppleri potest. *Duk.* *Consistere si una in radicibus* Flor. *consistere sic una in radicibus* Voss. et Lov. I.

Inde ut inferri impigre signa viderunt] Scripsimus *deinde.* Rhen. *Inde* tenetur Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Heurnii L. I. quare revocavi. Id autem pro ‘deinde’ poni, videbimus ad XLII. 55. § 6.

Integrata fuga, in castra paridi] [Vide Lectt. Var.] *Integra* etiam Flor. Voss. Lov. I. 2. Harl. Ber. a m. sec. et Hav. Quamvis autem ‘inte-

grare' et 'iterare' apud Livium sæpe commutentur, ut III. 70. § 6. v. 25. § 11. IX. 22. § 6. et alibi; non tamen puto ex *integra* cum Gron. conjiciendum *iterata*: sed potius errore librarii *integra* datum esse pro *integrata*, ut *redintegra* pro *redintegrata* XXXV. 5. § 6. De similibus eorum peccatis vide ad X. 37. § 2. 'Integrare aliquid' autem, pro instaurare, ab integro incipere, Livio frequens est. Ita 'integrare pugnam' VII. 7. 'integrare cædem' IX. 43. et similia passim. Vide ad III. 70. § 6. Etiam Jac. Perizon. ad marginem Livii notavit, conjecturam Gronovii sibi displicere,

§ 11 *Nisi ex vehementi sole, &c. tanta vis aquæ dejecta esset, ut vix, &c.]* Scribe, *nisi se ex vehementi sole, &c. tanta vis aquæ dejecisset.* Sic enim veteres libri. At Polyb. XI. 22. εἰ μὲν ὀν μὴ θεὸς αὐτοῖς τις συνεπέλαβετο τῆς σωτηρίας, παραχρήμα ἂν ἐξέπεσον ἐκ τῆς παρεμβολῆς· ἐπιγενομένης δὲ κατὰ τὸν ἄερα συστροφῆς ἐξαισίου, καὶ καταρῥαγέντος ὕμβρου λάβρου καὶ συνεχροῦς, μόλις εἰς τὴν αὐτῶν στραταπεδείαν ἀνεκομισθησαν οἱ Ῥωμαῖοι. Reliquia desiderantur apud Polybium, quæ ad hanc rem pertinent. *Signon*, Pal. 1. *ni se ex vehementi sole, quales inter graves imbres effulget* (Pal. 2. *effulgit*) *tanta vis aquæ dejecisset.* Gebh. Omnes *dejecisset.* Optimus quoque, ut Sigonius, *ni se ex vehementi.* J. F. Gron. Lectio, quæ ante Sigonium obtinuit, superest in Lov. 3. 5. Ber. Rec. et Hearnii L. 1. *nisi ex vehementi sole tanta vis aquæ dejecta erat* Gaertn. *dejecta esset* etiam in Hearnii D. Sed alteram recte reliqui firmant; quam etiam probavit Gronov. ad c. 6. § 10. Sollemni autem errore scribarum *dejecta esset* datum est pro *dejecisset.* Vide ad XXIII. 29. § 15.

Ut vix in castra sua receperint se victores; quosdam etiam religio ceperit] Scripsimus *ut vix in castra sua recipe-*
rent se victores; quosd. etiam rel. cepe-

rat. Rhenan. Vet. lib. ceperit. Quod laudo; congruit enim cum priore verbo *receperit.* *Signon.* Omnes Gall. et Pall. *ut vix in castra sua receperint se victores,* Rhenani ingratiis. J. F. Gron. *Recipebant* unus Lov. 3. Deinde *ceperat* unus Hav. Reliqui *receperint* et *ceperit.* Neque aliter etiam Oxonn. Hearnii. Sigonius edidit *recipe-*
ret se victor, invitis omnibus scriptis.

§ 13 *Munimento sese, &c. defensuri]* *Munimentis Hearnii D.*

§ 14 *Ab Attane regulo Turdetanorum]* *Attene* Flot. Voss. Lov. 4. Harl. et Hav. *Actene* Lov. 2. *Athene* Lov. 5. *Arthene Hearnii L. 1.* Mox § nit. *Hasdrubal movet,* ommissa media voce, Lov. 1.

CAP. XVI. § 1 *Signa ferri jubet]* *Efferri* Lov. 3. et Gaertn. Male. Supra XXVII. 47. 'Vigilia prima signa ferri jussit:' ubi vide.

§ 2 *Citato agmine educti sunt]* *Scripsimus ducti sunt.* Rhenan. Pariter omnes codd. mei, et edd. Rom. 1472. ac Parm.

Sed ducibus est creditum] *Scripsimus ducibus est creditum,* particula *sed* expuncta. Rhenan. Pal. 1. et vet. ed. *sed ducibus est creditum.* Gebh. Particulam *sed* agnoscent Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Quum tamen nihil ex Flor. vel Cant. notari videam, eo potius inclinatur animus, ut librarios antiquum obtinuisse, et melius connectendæ orationi illam addidisse credam. Vide ad VI. 32. § 8. Mox ad *Betham fluvium Hearnii L. 1.*

§ 3 *Ad oceanum flectit]* Addit Pal. 2. *sed perperam flectit iter.* Gebh. Utrumque 'flectere iter,' et simplex 'flectere,' Livio in usu fuit. Vide ad VIII. 19. § 13. Quum autem nulli meorum additam vocem agnoscant, recte eam Gebhardum sprevisse puto.

Idque aliquantum ab legionibus Romanis intervalli fecit] Pal. 2. *itaque aliq. a leg. Rom. intervalli fecit,* Gebh. *Itaque* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3.

4. Harl. et Hav. Præterea, ordine mutato, *ab leg. Rom. aliq. intervalli vulgavit* Jac. Gronovius. Non aliter est in omnibus, quos consului, scriptis, ut et Hearnii L. 1. atque edd. usque ad Froben. 1535. Mox § seq. *fatigabant morabanturque* Ber. reliquis nolentibus.

§ 4 *Nunc ab tergo, nunc ab lateribus obcurrendo*] Quomodo *ab tergo* alicui 'occurri' possit, non intelligo. Nec 'occurrere' hic eam significationem habere potest, quam c. 5. 'Ut ad omnes hostium motus posset occurrere' et c. 8. 'Nulli tamen se rei tempore occurrisse.' 'Incurrere' in hac re usitatum est. 1. 37. 'Utrisque in cornibus positos, &c. ita incurrisse ab lateribus ferunt.' Infra c. 11. 'In latera incurrebant.' Sallust. Jug. c. 101. 'Sulla, profligatis iis, quos adversum ierat, rediens ab latere Mauros incurrit.' Et in Fragmentis ex Ruliniano p. 34. 'Atque eos a tergo incurrerunt.' Aliis verbis Livius xxvii. 42. 'Equites in tergo hærebant, in transversa latera invaserant cohortes.' Duk.

§ 6 *In proximos colles cum septem millibus*] Omnes Gall. et Pall. cum Voss. *sex millibus*. J. F. Gron. Ita et omnes mei cum Oxonn. Hearnii, nisi quod *septem* sit in Ber. et Gaertn. Paulo ante *trucidatio veluti pecorum fieri captu*, addita ultima voce, Lov. 5. *Tum ipse dux ac fugæ auctor* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav.

§ 7 *Quum hostis nequidquam subire iniquo adscensu conatus esset*] Emendavimus ad lectionem veterem *quum hostes nequicquam subire iniquo ascensu conati essent*. Ceterum quemadmodum hic singularem numerum in pluralem mutavimus, sic mox pluralem vertimus in singularem, *Itaque transitiones ad hostem fiebant*, ad vitandum cacophaton. Astipulatur autem nobis liber vetus. *Rhenan.* Pal. 1. et antiq. ed. *quum hostis neq. sub. i. ascensu conatus esset*. Pal. 3. *iniquo ac-*

cessu. Forte legendum *iniquo escensu*. Cujus voculæ antiquioris ignorantia varietati causam dædisse videtur. *Gebh.* Put. et optimus quisque, *cum hostis nequidq. subire iniquo ascensu conatus esset*, nolente Rhenano. Sed mox, ut ille voluit, neque impetravit ab editoribus, *itaque transitiones ad hostem fiebant*. J. F. Gron. Rhenano, legenti *hostes conati essent*, unus astipulatur Hearnii D. Reliqui ejus L. 1. et N. cum omnibus meis alterum tuentur. Tum *iniquo accessu* Lov. 4. Ita variant libri scripti etiam xxxiv. 28. § 2. Similiter 'ascendere' et 'accedere' interdum commutantur. Vide ad Siliî xiiii. 182. Mox § seq. cum eodem Rhenano, *transitiones ad hostem* emendante, faciunt Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Proximi editores dicto ipsi audientes fuerunt. Sed priorem lectionem revocarunt Paris. a. 1573. et inde reliqui servarunt. Reduximus itaque, quod Rhenanus voluit.

§ 8 *Nec procul inde aberat mare*] Put. non agnoscit *τὸ inde*. J. F. Gron. Non agnoscit etiam Flor. Paulo ante Jac. Gronov. edidit hoc ordine *Postremo dux ipse*: quod probant omnes mei, Hearnii L. 1. et edd. antiq. Frobenius demum a. 1535. dederat *Postremo ipse dux*.

§ 9 *Mille equites reliquit Silano*] Scripsimus *mille equites relinquit*. Rhenan. Ita et mei, nisi quod *reliquit* supersit in Lov. 1. 4. Ber. et Hearnii L. 1. Paulo ante *fuga hostium audita* Harl. *fuga ducis audita* Haverk. *fuga ducis hostium indita* Vossian. et Lov. 1. *fuga ducis hostium indica* Hav. *fuga ducis hostium indicata* Lov. 2.

§ 10 *Causis regularum civitatumque cognoscendis*] Pal. 1. *civitatumque*. Sic c. 18. libri Pall. *contrahere in colloquium dirimendarum simultatum causa est conatus*. Gebh. *Civitatumque* etiam Flor. et edd. Mediol. a. 1480. ac Ven. a. 1495. quod recepi. Vide

ad xxxiii. 20. § 11.

§ 12 *Quam documento post id tempus constantissimæ ad ultimam senectam fidei*] Hæc non bene capio. Sententia, ni fallor, est, tum quidem non existisse, non adparuisse causam subitæ mutationis, sed constantissimam fidem ad ultimam senectam documento fuisse, eum ne tum quidem sine probabili causa fecisse. Si ita est, potius legendum videtur *constantissima fide*, quam *constantissimæ fidei*. Non tam existente, adparente eo tempore subitæ mutationis causa, quam constantissima fide existente documento, eum, &c. *Duk. Ad ultimam senectutem* Lov. 5. Ceterum *Crevier. documento fidei* pro 'docente fide' positum notat.

§ 13 *Pars transitione, pars fuga, dissipati*] *Put. Reg. Men. Pall. Voss. ca-*rent posteriore *pars*. Vide ad iii. 37. Lib. xliii. c. 18. 'Quum sine intermissione interdum noctuque alii succedentes, pars scalas muris, ignem portis inferrent.' *J. F. Gron. Pars transitione, fugaque dissipati* legunt *Hav. et Hearnii L. 1. pars transitione, fuga dissipati* *Flor. Cant. Lov. 1. et Harl. quomodo Gronov. etiam emendandum* monuit in pr. ed. nott. ad xxxi. 21. *Mox nullo numero aut viribus manus insignis* *Flor. nulla manu, numero aut viribus insignis* *Lov. 1. nulla manu, numero, aut viribus insignes* *Voss. Lov. 5. et Harl. nulla manu aut numero aut viribus insignis* *Lov. 3. Paulo ante Gades petiit* *Hearnii D.*

§ 14 *Ductu atque auspicio proconsulis Scipionis, pulsus Hispania Karthaginenses*] Nos scripsimus *P. Scipionis*. Næm ubique librarius pro *P.* litera prænomini, hoc est pro *Publio, proconsulem* scripsit. *Rhen. Pal. 2. pulsus in Hispania. Forte pulsus vi.* *Gebh. Errorem, quem Rhenanus indicat, sæpius commisisse librarios, certum est. Exempla vide ad c. 27. § 15. c. 34. § 5. xxxix. 13. § 3. c. 19. § 6. xxx. 1. § 3. xxxi. 2. § 3. c. 4. § 1. c. 8. § 6.*

xxxii. 1. § 3. c. 3. § 2. c. 7. § 2. et aliis locis. Similiter litera prænomini *C*, vel *Caii*, ab iisdem mutatur in *consul*. Vide ad xxii. 14. § 13. Hic tamen *auspicio Scipionis*, voce media neglecta, *Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1.*

Quartodecimo anno, post bellum initum] Hic erat annus tertiusdecimus, ut ipsemet Livius ab initio hujus anni de consulibus dixit c. 10. Et ut hoc excusari nulla ratione potest, ita nescio quo pacto id diluam, quod paullo post de *L. Scipione Romano* cum nobilibus captivis misso subjungit. Certe non ita longe ab initio hujus libri c. 4. etiam missus est, nec, ubi interea redierit, uspiam memoratur. At ego credo, *Livium* memoria lapsum eandem rem bis scripsisse. Nam, bis missum ut credam, adduci non possum. *Glar. In veteribus libris est quartodecimo, non tertio decimo, ut emendavit Glareanus. Legendum est tamen duodecimo. Forma autem est loquendi, qua primus annus non comprehenditur, ut cum ait 'quinto anno, postquam Scipio imperium accepit.' Etenim revera hic est Punici belli annus decimus et tertius, et imperii Scipionis sextus: at cum dicit 'post initum bellum,' 'post acceptam provinciam,' annum primum excipit. Qua de ratione loquendi in libro trigesimo extremo (c. 44.) agemus. Sigon. Omnes libri constanter exhibent quartodecimo anno, post bellum initum. Gebh. Quartodecimo anno etiam omnes mei, et Hearnii Oxoni. Hinc post bellum Punicum, pro initum, Hearnii L. 1.*

Quinto, postquam provinciam et exercitum accepit] Reposuimus duas dictiones, quæ deerant: *quinto, postquam P. Scipio prov. et ex. accepit. Rhenan. Pal. 1. quinto, postq. recipi prov. et ex. acc. Pal. 2. et vet. ed. quinto, postq. proconsul Scipio prov. et ex. acc. Pal. 3. denique quintum proconsule Scipio provinciam et ex. acc. Gebh. Cantabr. 70*

post non exstabat; et mirum, ni sic alii quoque scripti, quamvis nihil notatum inveniam. Sic enim gaudet loqui Livius xxviii. 45. 'Die quadragesimo quinto, quam ex silvis detracta erat.' Sic xxv. 31. xxvi. 27. xxvii. 5. l. xxxi. capp. 7. et 14. Similiter iii. 33. 'Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat.' Quod repetit iv. 7. Nec aliter Epitome xxv. Adde notas ad xxx. 21. Jac. Gronov. Voces *P. Scipio*, quas Rhenanus restituit, primus omiserat Aldus, consentiente Hav. Priores ediderunt *quinto, posteaquam proconsul Scipio prov.* quod superest in Ber. et Gaertn. *quinto, postq. proconsul Scipio in provinciam ex. accepit* in Lov. 3. *quinto, postq. Scipio prov. et ex. acc.* in Lovel. 4. *quinto, postquam recipi provinciam et ex. acc.* in Lovel. 1. et Voss. *quinto, postq. recepit prov. et ex. acc.* in Vossian. margine, et in Lov. 5. *quinto quam*, omisso τῶ post, in Flor. et, ut ex Sallier. didici, in Put. quare eam lectionem recepi. Exempla hujus locutionis in Livio sunt frequentissima. Illis quæ Gronov. laudavit, plurima addi possunt. Ita iv. 47. 'Die octavo, quam creatus erat, magistratum se abdicavit.' vi. 29. 'Die vicesimo, quam creatus erat, dictatura se abdicavit.' vii. 18. xxi. 15. xxxix. 35. xxxi. 7. c. 14. aliisque locis. Ex Livii imitatione eadem locutio etiam adhæsit auctori Epit. vide ad Epit. lib. cxi. De eadem vide etiam Duker. ad Flori l. ii. c. 2. § 7. et Abrah. Gronov. ad Justini lib. xxvi. cap. 1. Ceterum, labente in deterius Latino candore Livium ita loqui, adfirmat Hadrian. Cardin. de Serm. Lat. p. 69.

CAP. XVII. § 1 *L. Scipio cum multis nobilibus captivis*] In exemplari Spitensi legitur *cum multis nob. captivis*. Rhenan. Præcussit supra c. 4. 'L. Scipione fratre Romam misso, et Hannone hostium imperatore ceterisque nobilibus captivis, ipse Tarraconem

concessit.' Glareanus itaque ad c. 16. § 14. credebat, Livium memoria lapsum eandem rem bis narrasse. At Perizon. in Animadv. Hist. cap. 4. p. 165. statnere videtur duplicem L. Scipionis profectionem Romanam; sed in eo Livium peccasse, quod interim nullam reditus ejus in Hispaniam mentionem fecerit. Id autem verius videtur. Primo enim a fratre missus est, ut, nunciata victoria de Karthaginiensibus in Hispania reportata, Hannonem hostium imperatorem ceterosque nobiles captivos Romam deduceret: at nunc missus esse dicitur, ut receptæ Hispaniæ nuncius foret; qua occasione iterum multos nobiles captivos Romam adduxit. Ceterum *Ab Scipione cum multis* legit Lov. 3. *Et ab Scipione cum multis* Lov. 4. Deinde *captivis* omnes tumentur. Solent autem sæpe 'captus' et 'captivus' commutari. Vide ad vi. 22. § 4.

§ 2 *Receptas Hispanius ducebat*] *Ducebat* Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Hafn. et Hav. Sed nihil mutandum. Solent hæc verba in scriptis confundi. Vide ad xxxviii. 43. § 1. 'Ducere' hic est existimare. Vide ad ix. 22. § 3. Paulo ante *eandem rem*, pro *eam*, Lov. 2. Vide ad x. 10. § 6.

§ 3 *In suum decus nomenque velut consummatam ejus belli gloriam spectabat*] Sic quidem omnes libri. Vide tamen an legendum sit *et in suum decus nomenque olim consummandi ejus belli glor. spect.* J. F. Gronov. Conjecturam Gronovii admitti posse, donec vel liber aliquis, vel conjectura felicior veram huic loco sanitatem adferat, existimat Crevier. simul monens, eod. num. e suis *velut consummaturam* legere. Codd. mei nihil mutant. Neque aliquid mutandum arbitratur vel Jac. Gronov. vel Ger. Haverkamp. Dissert. de voce *Méyas*. Livium enim more suo adjectivum cum alio nomine construxisse, quam cum quo construi debebat, ac dixisse, *consummatam ejus belli gloriam*, pro

consummati ejus belli gloriam.

§ 4 *Præmoliendas ibi ratur jam res conciliandosque*] Putean. et quivis optimi *præmolienda sibi ratur jam reconciliandosque.* Scribe, *Itaque præmoliendam sibi ratur jam rem, conciliandosque.* J. F. Gron. Puteaneo consentiunt Flor. Voss., Lov. 1. 2. et Harl. Neque aliter, ut Hearnius testatur, Oxonn. et ed. Romana princeps. *Itaque præmoliendas sibi ratur jam res conciliandosque* Lov. 3. 4. 5. a quibus in eo differunt Ber. a m. pr. et Gaertn. quod *præmolienda*, et reliquæ edd. principes, quod *reconciliandosque* legant. *Itaque præmolienda sibi ingenia ratur jam reconciliandosque* Ber. a m. pr. Hafn. et Hav. *Itaque permolienda sibi ingenia ratur reconciliandosque* Brancal. Latini. Sed optimorum codd. vestigia ostendunt, veram esse Gronovii conjecturam.

Syphacem primum regem statuit tenture. Masæsyorum is rex erat] Libro xxiv. sub finem (c. 48.) Galam, Masanissæ parentem, Masæsyorum regem Livius scripsit, hic Syphacem. Et certe hoc loco posita descriptio convincit, Sigam fuisse, ubi Scipio applicaverit, ea Africæ parte, qua Nova Carthago eam spectat, ut hic fatetur author. Cirtha vero (quamquam magis credo, eam caput regni Syphacis fuisse, quod postea l. xxx. c. 12. scribet Livius) huic loco minime quadrat. Suspicio autem Livium duobus his nominibus *Masalybum* ac *Masæsyorum* deceptum: quod nulli mirum videri debet, cum in codd. Strabonis, qui tamen lib. ultimo ex professo ea distinguit, idem erroris in omnibus, quæ nos vidimus, exemplaribus acciderit. *Glar.* Pal. 1. *Masesulorum.* Pal. 2. *Masesulorum.* Pal. 3. *Masesulorum.* Vet. ed. *Massesulorum.* Silius Ital. xvi. 171. 'Massylis regnator erat ditissimus oris.' Ad quem locum Claud. Dausquei. rescribendum censet *Massylorum is rex erat.* *Massyli gens affinis Mauris.* Vide

notas ad xxiv. 48. *Gebhard.* Similes aliasque adhuc lectiones, quam ex suis adfert Gebhardus, in codd. meis inveni, quæ tamen omnes docent, potius *Masæsyorum* et *Masæsyli*, quam *Massylorum* et *Massyli*, legendum esse. Præter illa quæ dixi ad xxiv. 48. § 2. videndus est Cellar. Geogr. Ant. iv. 5. in princ. *Misenorum is rex erat.* *Gatuli gens affinis Mauris Hearnii* L. 1.

§ 5 *Regionem Hispaniæ, maxime qua sita Nova Carthago est, spectant*] Pal. 1. *in regionem.* Gebh. Omnes Gall. unus Pall. *in regionem.* Sic v. 1. 'Aliis frons in Etruriam spectans obstruebatur.' Plinius xviii. 33. 'In hunc Italiæ palmites spectent.' Et iterum, 'Quum æstate pasces, in occidentem specta ante meridiem, post meridiem in occidentem.' cap. seq. 'In hunc Asiæ, Græciæ, Hispaniæ, maritimæ Italiæ, Campaniæ, Apuliæ, arbusta vineæque spectent.' J. F. Gron. *Vulgatum regionem Hispaniæ spectant* apud me tantum superest in Ber. et Gaertn. apud Hearnium autem in solo D. Reliqui cum Brancal. Latini *in regionem.* Supra v. 5. 'Munitiones non in urbem modo, sed in Etruriam etiam spectantes.' Colum. vii. 3. 24. 'Ante meridiem grex in orientem spectans agatur.' Vide Jac. Gronov. ad xxv. 9. § 10.

§ 6 *Fædus ea tempestate regi cum Karthaginensibus erat*] Hic idem rex bis cum Romanis fædus iniiit, semel etiam missis ad hoc Romam, et rursus a Roma ad regem legatis: et a posteriore quidem fædere tres duntaxat anni intercesserunt. Nec satis hoc purgatur, quod rex barbarus erat, cum Scipio hoc idem timere debuerit, qui hic novum (si Diis placet) sancit fædus. Si cum perfido, quorsum id ferre attinebat? Sin cum eo, cui utique fidendum erat, qui fit, ut eum veteris fæderis et prope nuper icti non admonuerit? Sed profecto suspicio Livium oblitum postea eo-

rum, quæ antea scripserat: id quod jam sæpe admonuimus. *Glar. Pal. 3. Fœdus ea temp. regium Carth. erat, quod aut gravius eis antiquiusque, quam vulgo barbaris. Gebh.*

§ 8 *Pœnis autem in Italia adversæ*] Particulam autem expunximus. *Rhen. Pal. 1. et vet. ed. Pœnis autem in Italia adversæ. Pal. 2. Pœnis in Italia adversæ. Pal. 3. Pœnis in Italia adversæ, Hispania nulla erat. Gebh. Particulam autem agnoscunt Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum Hearnii L. 1. Particulam hæc ex numero earum esse, quibus librarii orationem Livii, ut putabant, male hiantem fulcire conati sunt, vidimus ad XXI. 40. § 11. An tamen tot testibus fide dignis firmata lectio unius auctoritate immutanda sit, hæc in merito dubitare videor.*

Amicitiam se Romani accipere] Gall. omnes, et Voss. *Romanorum. J. F. Gron.* Ita non tantum omnes codd. mei, sed etiam edd. antiqq. Quum autem Parisienses 1573. et sequentes editores per compendium dedissent *amicitiam se Rom. accipere*, ultimam tandem Gronteri ed. *Romani* substituit.

Nisi cum ipso coram duce Romano] Non adsentior Freinshemio, qui ad Curtii VIII. 12. § 6. deleta præpositione, legebat *nisi ipso coram duce Romano*. Omnes enim, et scripti, et typis editi, stant a vulgata lectione, quæ etiam commodum sensum habet. Syllax recusabat promittere, se amicitiam firmaturum, nisi cum ipso duce Scipione, et quidem cum eo non per legatum Lælium, sed præsentem ac coram. Mecum sentit Dukernus, qui non minus recte dici putat 'firmare fidem cum aliquo,' quam 'servare fidem cum hoste' apud Cic. de Off. III. 29. et 'mutare fidem cum illo' apud Ter. Phorm. III. 2. 27. quod frustra Gujetum et Bæclerum sollicitare judicat. Ceterum Jac. Perizon. hæc verba ita in margine Livii

Delph. et Var. Clas.

interpretatur, *cum ipso* (scilicet Lælio) *coram duce Romano*, (nempe Scipione). At sensum Livii esse puto *cum ipso duce Romano* (Scipione), et quidem *coram*: ut *coram* hic ponatur adverbialiter, quemadmodum II. 47. 'Ad restituendam aciem se ipse coram offert.' XLIII. 5. 'Si coram cum arguere vellet.' Cic. ad Fam. v. 12. 'Coram me tecum eadem hæc agere sæpe conantem pudor deterruit.' Et paullo post, 'Sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar.'

§ 9 *Ad Scipionem rediit*] *Ad Scipionem redit* scripsimus. *Rhenan.* Ita et Voss. Lov. 1. 4. Harl. Hav. et omnes, quas vidi, edd. usque ad Froben. qui a. 1535. *rediit* substituit. Quum itaque in ea demum ed. adnotationes Rhenani prodierint, et ex ipsius mente Livius ibi emendatus sit, existimo manum Rhenani hic aberrasse, eumque *rediit*, pro *redit*, legere voluisse. Si enim *rediit* veram lectionem putasset, non opus erat hac adnotatione, quum omnes priores jam ita exhiberent. *Rediit* autem est in reliquis scriptis. Vide ad XXXVI. 35. § 2.

§ 10 *Opulentissimus ejus terræ*] Hic deerat vocabulum *rex*, quod inseruimus, *opulentissimus ejus terræ rex*. Et mox, pro *qua freto exiguo dirimuntur*, reposuimus *quod freto exiguo dirimuntur*, subandi 'fines.' Paulo post prænominis literam Syllano præfiximus. Sequimur enim ubique, quatenus licet, auctoritatem Msti codicis. *Rhen. Pal. 3. Magnum in omnia mom. Siphax aff. rex Affricæ erat op. ejus terræ rex, &c. finibus ejus regni apte ad Hisp.* Gebh. Vocabulum *rex* exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. et Hav. In præcedentibus alio ordine *res erat Africæ* legitur Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1535. In sequentibus *quo freto* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Reliqui codd. *quod*, ut Rhenanus voluit. Mox vero in § seq. Silani præ-

Livius.

29 F

nomen *M.* a Rhenano additum omit-
titur in Flor. Lov. quinque, Ber. Hav.
et Hearnii L. 1.

§ 12 *Interdum et leni adjuvante ven-
to*] Scripsimus *juvante*. Rhenan. *Ju-
vante* Rhenanus. At nostri *adjuvante*.
J. F. Gron. *Adjuvante* similiter om-
nes mei, et Hearnii Oxonn. Præ-
terea *interdum leni* Lov. 5. *interdum
etiam leni* Hav. *interdum et leni* Voss.
Lov. 1. 3. 4. Ber. Gaertn. et edd.
ante Ascens. 1513. Vide ad xxxvi.
31. § 8.

§ 14 *Haud cuiquam dubio, quin*] Pe-
rizonius ad Sanctii III. 6. § 6. III. 9.
§ 1. et IV. 4. § 28. citat *haud cuiquam
dubio opprimi posse*. Errare humanum
est. *Duk.* Ant. Perizon. ad margi-
nem Livii conjecit *haud quoquam du-
bio*, id est, 'dubitante.' At Jac. Pe-
riz. ad Sanct. loco posteriore expo-
nendum docet *haud cuiquam dubio* sc.
'ente,' vel 'existente.' Vide ad IV.
47. § 7. Ceterum *quum*, vel *tum*, *con-
secute duæ quinquereemes videntes scp-
tem triremes, quod sine dubio hostium
essent* Lov. 2. Hav. et Hafn.

§ 15 *Quam Pæni anchoras molirentur*]
Sic supra c. 8. 'Et molientibus
ab terra naves Philippus advenit.'
Rhenan. De hac locutione plura ad
eum loc. notantur. Paulo ante τδ
paullo non adparet in Lov. 1. 2. 5.
Harl. Gaertn. Hav. et edd. ante
Aldum. *Tum acriore vento legit* Lov. 4.

§ 16 *Nec ultra tumultum edere quis-
quam in regio portu audebat*] Antiqua
lectio *nec ultra tumultum agere quisq.*
in regio portu aud. Ex iis corruptis
verbis hanc germanam Livii lectio-
nem erui: *nec ultra tumultum agere
quis quicquam in regio portu audebit.*
Rhenan. Vet. ed. et Pal. 1. *nec ultra
tumultum edere quisquam.* Pall. 2. ac
3. *nec ultra tumultum agere quisquam.*
Gebh. *Agere quis quicquam* est a
Beato, cum vulgo esset *edere quis-
quam.* Pnt. *nec ultra tumultum ciere
quisquam.* Alii omnes libri plus aut
minus vitiati. Fortasse malis *nec vim
facere aut tumultum ciere quisquam in*

regio portu audebat. J. F. Gron. *Tu-
multum edere priusquam in regio portu
Lov. 1. tumultum edere quisquam in re-
gio portu* Voss. et Ber. *tumultum agere
quisquam in regio portu* Lov. 3. Gaertn.
et Hearnii L. 1. ac D. *tumultum dare
in regio portu* Hav. *tumultum dere quis-
quam in regio portu* Cantabr. et Flor.
a m. pr. in quo *edere* interpolatur a
m. sec. Reliqui *tumultum ciere quis-
quam in regio portu*, ut Gronov. vo-
luit; quod idem Gronov. se in quin-
que codd. reperisse testatus est, ac
probavit Obs. IV. 6. pag. 84. Infra
XLI. 22. 'Quid vanos tumultus cie-
mus?' Sic 'seditiones ciere' IV. 52.
Similiter 'pugnam,' 'prælium,' 'bel-
lum ciere'; de quo vide ad II. 47. § 1.
ubi etiam quidam codd. *agebat*, pro
ciebat. Vide etiam ad Silii XIV. 31.

Itaque prior in terram Hasdrubal]
In antiquo libro legitur *Ita in terra
prior Hasdrubal*; subaudire poteris
verbum 'fuit.' Rhenan. De his et
sequentibus ita Silius XVI. 178. 'Has
adungere opes avidus, reputansque
laborem,' &c. *Modius.* Pall. 2. ac 3.
Ita in terram prior Asdrubal. Gebh.
Consentit Flor. Sed *Ita prior in ter-
ram Hasdrubal* Lov. 1. 2. 5. *Itaque
prior Hasdrubal* Hav.

CAP. XVIII. § 1 *Magnificumque id
Syphaci, nec erat alias visum*] Volumen
Spirense non habet *alias*, sed *aliter*.
Qui nobis hunc Livii locum deprava-
vit, *alias* pro *aliter* supponendo, in
hoc lapsus est, quod *visum* ordinabat
cum *aliter* adverbio: quæ quum illi
parum Latina videretur oratio, *aliter*
vertit in *alias*. At *visum* postrema
vox referenda erat ad primam 'Mag-
nificumque,' et ea posterior clausula
per parenthesis legenda hoc modo:
*Magnificumque id Syphaci (nec erat
aliter) visum*: quemadmodum nos in
contextu restituimus. Rhenan. *Ali-
ter* etiam omnes mei, nisi quod *alter*
sit in Lov. 2. Præterea *Magnificum*
Flor. a m. pr. sed *que* postea adjec-
tum est.

§ 2 *Et quoniam fors eos sub uno tecto*

esse, atque ad eosdem penates, voluisset] Et particula non est in cod. scripto. *Rhenan.* Non est mihi dubium, quin Livius scripserit *atque in eodem penate, voluisset*: quod est in veteribus libris. De qua voce sic Festus: 'Penatis Labeo Antistius singulariter posse dici putat, quia pluraliter Penates dicantur, cum patiarum proportio etiam Penas dici, ut optimas, primas, Antias.' Hunc loquendi morem cum ignorarent, qui ante me Livium emendarunt, veteres libros temere depravarunt. *Sigon.* Responunt Pall. duo *rd ct.* Dein Pal. 2. *atque in eosdem penates.* Unde Sigonius non dubie emendandum censet *atque in eodem penate.* Gebh. [Vide Lectt. Var.] Copulativum *et* omnes mei agnoscunt. Tum *sors*, pro *fors*, Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, frequentissimo scribarum lapsu. Vide ad 1. 9. § 15. Hinc *esse ad eosdem penates* Lov. 2. *esse at eosdem penates* Gaertn. *esse atque eosdem penates* Ber. *esse atque in eosdem penates* Rec. Reliqui recte vulgatum *atque ad eosdem penates* servant: *ad* hic est 'apud.' Supra 11. 19. 'Ad alterum cornu Æbutius magister equitum in Octavium Mamilium inpetum dederat.' Vide ad VII. 7. § 4. Alter virorum doctorem, qui emendationem Sigonii probavit, est magnus Scalig. qui locum Livii ex mente Sigonii laudavit ad Fest. voce 'Penates,' ut Gronov. in Obs. d. 1. observat.

Contrahere ad colloquium dirimentiarum simultatum causa est conatus] Non est in cod. scripto *ad colloquium*, sed *in colloquium.* *Rhenan.* Contra omnes mei *ad colloquium*; id igitur recte Jac. Gronov. revocavit, quem Froben. 1535. et mox reliqui, *Rhenano* obsecuti, *in colloquium* vulgassent. Deinde *simultatium* Flor. quod se etiam in Pall. invenisse, Gebhardus testatur ad c. 16. § 10. Id autem in contextum admisi. Vide ad IX. 38.

§ 12. Mox § seq. etiam Jac. Gronov. priscarum edd. lectionem *se cum hoste agere quidquam* Livio reddidit, consentientibus plerisque scriptis. Aldus primo dedit *quicquam se cum hoste agere*; quod firmat Flor. postea Froben. 1535. mutavit *se quicquam cum hoste agere.*

§ 4 *Illud magnopere contentente rege*] Melius hic placuit vulgata lectio, quam ea, quæ est in vet. libro. Si quidem habere videtur *Illuc magnopere tendente rege.* Nos tamen aliter distinximus sententiam. *Rhenan.* [Vide Lectt. Var.] Vulgatum *magnopere contentente* est in Hearnii L. 1. *magno opere tendente* in ejusdem N. et D. Sæpe librarii *magno opere* et *magnopere* inter se commutarunt. Supra 1. 17. 'Quia nemo magno opere eminēbat in novo populo.' Ita tres codd. et insuper Lov. 1. ac 2. III. 18. 'Introductis nunciis magno opere censet:' ita ex auctoritate sex codd. ibi edidi, quibus accedunt Flor. et Lov. 1. c. 71. *Magno opere se suadere populo*: ita duo ibi codd. quibus adde Lov. 1. et 2. VI. 5. *Haud magno opere plebem moverant*: ita ex septem meis, et duobus Gebhardi Mss. vulgari curavi. c. 22. *Civiles jam res haud magno opere obeuntem bella excitabant*: ita duo mei. VII. 14. *Tullius magno opere a dictatore petere*: et *Illi quoque tamen videndum magno opere esse*: sic utroque loco quatuor codd. IX. 33. *Negare Appius, interrogationem tribuni magno opere ad causam pertinere suam*: sic iterum quinque codd. XXI. 33. *Quia nec montanis primo percussis, nec loco magno opere impediēbantur.* XXII. 37. *Quæ ne accipere abnuant, magno opere se Patres conscriptos orare*: ita utroque loco unus ex optimis meorum; posteriori etiam optimi Gronovii. XXV. 40. *Magno opere monuisse duces dicitur*: sic iterum tres codd. XXXIV. 60. *Magno opere confidere, ut Karthaginenses ad rebellandum ab se compelli posse.* XXXV. 46. *Ætoli magno*

opere suadere. xxxvi. 28. *Nec, Heracle, inquit, magno opere nunc curo.* xxxvii. 60. *Nihil magno opere ea Cretenenses moverunt;* ita his quatuor locis varii codd. Similiter etiam apud Colum. iii. 10. 17. *Magno opere censeo in eligendis seminibus adhibere curam.* iv. 24. § 17. *Publites claviculis ac nepotibus liberandos magno opere censeo;* sic utroque loco optimus Sangerm. Vide Gebhard. ad Liv. iv. 3. § 2. et Corte ad Plinii i. 7. 3. Similiter 'tanto opere:' vide ad xxvi. 50. § 11. 'quanto opere:' vide ad xxxvii. 56. § 9. 'maximo opere' apud Cic. ad Fam. iii. 2. 'A te maximo opere etiam atque etiam quæso et peto:' 'magno opere' Cic. de Inv. ii. 1. 'Quum puerorum igitur formas et corpora magno hic opere miraretur.' Præterea *tendente*, pro *contendente*, omnes mei, cum edd. ante Ascensianam 1513. *contendente* natum puto ex glossa interpretis. Ita peccatur vi. 34. § 3. xxviii. 8. § 2. et alibi. De verbo 'tendere' hoc sensu vide ad xxxii. 32. § 7.

§ 5 *Et eodem etiam lecto*] Particulam et delevimus. *Rhenan.* Sed male. Eandem enim servant omnes mei, cum Hearnii L. 1. Sed particulam jam pristino loco restituit Jac. Gronovius.

§ 6 *Facunde adloquendo sibi conciliaret, mirabiliorumque sibi eum virum congresso*] Scripsimus *sibi conciliarit*: *mirabiliorum sibi eum*, conjunctione que et accusativo *virum* disjunctis. *Rhenan.* Put. Men. Gud. Voss. Mur. *sibi eum virum congresso.* Videntur desesse, quia sequitur 'illi viro.' Nec negem, alterntro loco supervacaneum esse; sed utro, considerandum. *J. F. Gron.* *Sibi conciliaret*, ut ante *Rhenanum* edebatur, Flor. Voss. Lov. l. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Deinde *mirabiliorumque præ se ferebat* consistere nequit, quia præcessit 'ut conciliarit,' vel 'conciliaret; unde dicendum erat

mirabiliorumque præ se tulerit, vel ferret. *Rhenanus* quidem expunxit copulam que; sed illam agnoscunt omnes codd. Mitiori itaque conjectura Jac. Perizon. ad c. 12. § 13. legebat *mirabiliorum qui*: quod videtur præstare. Præterea *eum virum Florent.* Cant. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. Si autem, quod Gronov. non negabat, alterntro loco vox illa supervacanea esse existimari debet, eam hic potius delerem, auctore *Rhenani* codice, quam infra, ubi in ea conservanda conspirant omnes codd. Verum neque hic *virum*, neque infra *viro* mihi suspectum est. *Livium* enim a repetenda voce, quæ modo præcessit, non abhorre, satis probatum est ad i. 3. § 9. Denique *congressio coram visum* Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hav. *congressu coram visum* Hearnii D. Male. Jungendum enim est *sibi congresso coram.*

§ 8 *Regnumque ejus jam in Romanorum esset potestate*] Particulam *jam* *erasimus.* *Rhenan.* Omnes Gall. *regnumque ejus in Rom. esset potestate.* *J. F. Gron.* *Rhenano* favet unus Hearnii D. Reliqui Oxonn. cum omnibus meis particulam illam tuentur. Deinde, quum vel Parisini 1573. vel alii *in Rom. esset potestate* per compendium edidissent; ultima tandem Gruteri pessime vulgavit *in Romana*, in cujus locum veram scripturam reduxit Gronov. Vide ad c. 17. § 8. Tandem *Syphax regnumque ejus esset, pro esset*, Flor. Lov. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. principes. Quod idem quum se quoque in Put. et Victor. reperisse profiteatur Crevier. Livio reddere non dubitavi. Vide ad i. 31. § 7.

§ 9 *Non quo modo Hispania amissa sit*] *Idem non quomodo Hispanie amissæ sint*: ut et edd. vetustiores. Cur ergo numerum mutarunt? nisi Hispaniam citeriorem et ulteriorem eandem esse crediderint. *J. F. Gron.*

Hispania amissa sit in solo iterum est Hearnii D. Ceteri cum omnibus meis Hispaniæ amissæ sint. Neque aliter edd. ante Froben. 1535. Supra c. 17. 'Parvum instar eorum, quæ spe ac magnitudine animi concepisset, receptas Hispanias ducebat.' Mox cap. seq. 'Hispaniæ sicut a bello Punico quietæ erant: et iterum, 'Quum dubiæ Hispaniæ essent.' c. 28. 'Et sic loquor, tamquam sine duce Hispaniæ futuræ fuerint.' Vide ad xxx. 30. § 13.

§ 10 *Relictis exercitibus, duabus navibus in Africam trajecisse, et commisisse sese in hostilem terram in potestatem regiam]* Put. Men. Reg. Voss. et præstantior Pall. *relictis ex. duobus in Afr. traj. sese in host. terram regiam, in fidem inexpertam.* Sic, inquam, resectis mediis, illi quinque, nisi quod Reg. hoc uno differens *duabus quinqueremibus. Exercitibus duobus, nempe altero sub L. Marcio Tarracone, altero sub M. Junio Silano Carthagine Nova. Trajecisse sese accipe, ut sit, quod est, trajiciendo mare venisse, et commisisse sese 'in hostilem terram, regiam, infidam, inexpertam.'* Ita videtur sufficere, quod est in scriptis, ut centonibus opus non sit. 'Regiam' dicit anam barbari regis, cui non temere te credas, nisi fidei et incolumitatis quædam pignora habeas. J. F. Gron. Codicibus Gronovii consentiunt Flor. Cant. et Hearnii L. 1. Neque inde abeunt Hav. et Hearnii N. nisi quod, ut Gronov. conjecit, *infidam, pro in fidem, præferant: relictis ex. duobus, navibus in Afr. traj. (trajecisse in Africam Lov. 5.) sese in host. terram, regiam in fidem inexpertam Lov. 1. et 5. relictis ex. duobus in Afr. traj., et commisisse se in host. terram regiam, in fidem inexpertam Lov. 3. relictis ex., ducibus, navibus in Afr. traj., et commisisse in host. terram, in potestatem regiam, in fidem inexpertam.* Vulgatum superest in Ber. et Gaertn. neque aliter legunt Lov. 2.

et 4. nisi quod in eorum priori sit *duobus pro duabus, in altero desint et commisisse.* J. F. Gronovius olim Obs. iv. 6. p. 88. quia in optimo Put. supererat *duabus, vocem navibus vicinitate similium literarum elisam esse credebat, eaque addita ad arbitrium optimorum librorum legebat, duabus navibus in Afr. trajecisse sese, in host. terram, regiam in fidem inexpertam.* Emendationem firmabat testimonio Val. Max. quem in Livio *duabus navibus, et trajecisse sese legisse putabat, quum eum imitatus scriberet ix. 8. 1. 'Quam temere se Africanus superior ex Hispania duabus quinqueremibus ad Syphacem trajecit, in unius Numidæ infidis præcordiis suam pariter et patriæ salutem depositurus! Crevier. etiam duabus navibus servandum putabat, eamque lectionem, præterquam loco Val. Max. etiam illustrabat loco Liv. ex c. 42. 'Duabus navibus populi Romani imperator fortunam publicam et majestatem imperii commisit.' Deinde, ejectis vocibus et commisisse, ultimam partem periodi in hostilem terram, in potestatem regiam, in fidem inexpertam auctoritate Victor. cod. tuebatur. Potius tamen voces in potestatem, tot tantisque eodd. confisus, ejeci. 'Trajicere sese,' ut 'trajicere milites;' de quo dictum ad ii. 11. § 2. Alia ejus locutionis exempla passim obvia sunt. Infra c. 36. 'Ut classem in Italiam trajiceret.' c. 42. 'Quos (exercitus) regio more per superbiam consules, quo terrarum velint, trajiciant.' c. 46. 'In Italiam navibus duodecim millia peditum trajecit.' Sic xxxi. 45. xxxvi. 19. lib. xxxvii. capp. 2. et 3. xxxviii. 25. xlii. 18. 31. 37. 51. et alibi.*

Sed potiundæ Africæ spem affectantem] 'Affectare spem' utcumque grammaticè dicitur. Verum non satis intelligo quid sibi velit, quod dicit, *potiundæ Africæ spem affectantem.* Certe Scipio spem magno emit, si tantis periculis nihil aliud adsequi in

animo habebat, nisi ut affectaret spem Africæ obtinendæ. Ego opinor locum esse vitiatum. Codex scriptus habet *spe adsectantem*. Si quis divinationem nostram recipere velit, legat *sed potiundæ Africæ pretia sectantem*. Quæ sententia Livio digna erit. Scriba mutavit *pre* in *spe*, et *tia* in *ad*. Ea posterior particula cum sequenti participio connexa constituit *adsectantem*, quod alius postea vertit in *adfectantem*, cum *speu* pro *spe* scripsisset. *Rhenan.* Rhenanus hic iterum occasionem affectat imprimendi vulnus Livio: quippe, his verbis nequicquam in dubium vocatis, ex codicis sui, qui habere dicitur *spe adsectantem*, vestigiis reponit *pretia sectantem*. Pall. 1. 3. et antiq. ed. vel minimum hic innovare dissuadent: solus Pal. 2. *sed provinciæ Africæ spem affectantem*. Gebh. *Sed potiundæ Africæ spem adfectantem* omnium vett. librorum auctoritate confirmatum est, nec mutandum cum Rhenano *pretia sectantem*. Habet eandem figuram loquendi Ovidius *Metam.* v. 377. ubi Venus de Proserpina, 'nam spes adfectat eandem.' *J. F. Gron.* Nihil etiam hic vel mei, vel Oxonn. Hearnii mutant. Gronovius in pr. ed. nott. malebat *Africæ spem sectantem*. Perstinaciter tamen contendere volebat contra eum, qui se in vulgato aliquid acuminis reperisse, et hinc defendendum putaret.

§ 12 *Et plerisque sævis in alto jactatus ventis*] Scripsimus et *plerunque sævis*. *Rhenan.* Unus Ber. a m. pr. servat *plerisque*; a m. autem sec. nua cum reliquis Mss. legit *plerunque*.

CAP. XIX. § 1 *Sicut a bello Punico quietæ erant*] Ita Pal. 1. et vet. ed. Sed reliqui duo codd. *sicut bello Punico quietæ*. Gebh. *Sicut bello Punico quietæ* etiam Lov. 4. Alterum est in reliquis omnibus. Vide ad II. 34. § 1.

Illiturgum et Castulo erant] Legendum *Illiturgi et Castulo erant*, suffra-

gante codice vetusto. Plinius III. 1. 'Illiturgi, quod forum Julium.' Desinunt autem pleraque vetera Hispaniæ oppidorum nomina in *i*, ut 'Ipasturgi,' 'Astigi,' 'Virgi,' 'Sexi,' 'Ossigi,' 'Tnati,' 'Attubi,' 'Alostigi,' et similia. *Glar.* *Illiturgum* edidit Aldus, cui fere concinit Hearnii L. 1. *Ylliturgum* exhibens. *Illiturgium* Lov. 5. *Illiturgia* legunt edd. antiqq. cum Mss. Ber. et Gaertn. *Illiturgi* Flor. a m. pr. et Voss. *Illiturgi* reliqui; quomodo fere semper alibi scribitur. Vide ad § 4.

§ 2 *Castulonenses, quum prosperis rebus socii fuissent, post casus cum exercitibus Scipiones defecerant*] Antiqua lectio *Castulo, quum prosp. rebus socii fuissent, post casus cum ex. Scip. defecerat ad Pænos*. Nec dubito, sic scripsisse Livium. Castigatorem offendit verbum *socii* pluralis numeri. *Rhenan.* Pall. tres, et vet. ed. *Castulo, quum prosp. rebus* (rò *rebus exemptum* est Pal. 2.) *socii fuissent*. Gebh. Dictum de Pec. Vet. II. 4. scribendum esse *Castulo, quum prosperis*. Nec aliter codex Rhenani. *J. F. Gron.* *Castulo* non modo omnes mei, (numm excipio Hafn. qui servat *Castulonenses*.) et Hearnii Oxonn. verum etiam edd. omnes ante Ascensianam 1513. Plerique etiam codd. mei *defecerant*, sed *defecerunt* est in Lov. 5. et Hav. *defecerat* in Lov. 1. et multis edd. vett. Male. Locutio 'Castulo, socii' illustratur ad xxxviii. 29. § 11. 'Castulo defecerant' apud Gronov. de Pec. Vet. d. l. Est autem quasi nomen collectivum, pro incolis ejus urbis. Vide ad xxxv. 26. § 9. Ceterum *fuissent, caso cum exercitibus Scipione* perperam Hearnii D.

Scelus etiam defectioni addiderant] Hæc verba *scelus etiam defectioni* non sunt in exemplari vetusto, sed tantum addiderant. Pro quo verbo fortassis scribendum *perfidi erant*, hoc modo: *Illit., prodendis, qui ex illa*

clade ad eos perf., (sive profugerant) interf. perfidi erant. Nam sequitur infra, 'Ab iis perfidiæ et crudelitatis et sceleris pœnas expetendas esse.' Non tamen reprehendo lectionem vulgatam: nam et hic *sceleris* scriptum est. *Rhenan.* Omnibus elementis hanc lectionem tuetur vet. ed. nec multum discrepant Pall. duo, quorum Pal. 2. *ex ea clade*: dein idem cum Pal. 1. *scelus etiam defectionis addiderant*. Sed Pal. 3. *intersciendisque addiderant*. Simile quid enim in suo Spirensi exemplari reperisset *Rhenanus*, rescribere induxerat animum *interficiendisque perfidi erant*, Glanci permutatione. Et hoc est, quod toties ingemino, hominem non snbacti satis iudicii minus libri aura latum esse ad tot Livio plagas infligendas. Sicut verbis proximis prodigiose Livium depravat: cuius correctio quoniam maximæ Livio noxæ est, obliterare oblivione malui, quam in illa exagitanda et convellenda verba ac tempus terere. *Gebh.* Salvum hoc integrumque in omnibus libris, ut et *merito magis, quam utiliter, sævitum foret*, et est ntrumque expeditissimo sensu. Quæcumque hic molitur *Rhenanus*, ea omnia non sunt nanci: et lenti videbimur multis, qui temeritatem tantam pruriginemque innovandi non acerbe increpemus. Sed hominem fuisse cogitamus; sed multa egregie restituisse, de quibus, quia jam sunt recepta, nihil iteramus; sed tot bonis libri sui abreptum ad vitia ejusdem luscitiosum fuisse; sed eo vixisse tempore, quo nondum fulgebat lux tanta literarum. Et melius est, mixta malis bona accepisse nos, quia subnascitur alius plerumque, qui aliquando ea cautius discernat, quam utrisque caruisse. *J. F. Gron.* Optime *Gebhardus* et *Gronovius* vulgatum adversus *Rhenanum* vindicarunt. Nam nihil etiam nostri mutant, nisi quod *scelus etiam defectionis addiderant* le-

gant *Voss.* *Lov.* 1. 4. et *Hav.* *scelus etiam defectioni addiderunt* *Ber.* et edd. ante *Aldum*.

§ 3 *Merito magis, quam utiliter, sævitum foret*] *Mirror* in Livio tot loca prodigiose corrupta reperiri, quando omnium studiosorum manibus assidue teritur. Certe hic tam est vitiosa lectio, ut totam sententiam coherentem obscurarit perdideritque. Nec quicquam profuit codex scriptus. Deprehendi post longam expensionem sensus, legendum hic *increditos magis, quam ut aliter sævitum foret*: pro eo quod est *merito magis, quam utiliter, sævitum foret*. Quibus verbis restitntis, facile est instaurare totam sententiam aut male distinctam, nimirum hoc modo: *In eos pop. primo adv., quum dubiæ Hisp. essent, increditos magis, quam ut aliter sævitum foret, tunc jam* (sic enim est legendum, quod tamen mendose in Spirensi volumine est *tunicam*) *tranq. rebus, quia temp. exp. pœnæ videb. ven., acc. ab Turr. L. Martium cum tertia parte cop. ad Cast. opp. mittit.* Hic habes verbum, huc usque procurrente sententia. *Rhenan.* Nihil mutant codd. nisi quod *Ber.* *Gaertn.* et edd. Aldo priores exhibeant *sævium esset*. Recte autem, *Rhenani* conjecturam sibi displicere, *Gebh.* et *Gron.* ad verba præcedd. ostenderunt. Receptæ lectionis hic sensus est; meruisse hos populos, ut *Scipio* primo adventu perfidiæ et sceleris pœnas ab iis exigeret: quo minus tamen in eos sæviret, obstitisse utilitatem publicam, ne, quum dubiæ Hispaniæ essent, atrocitate supplicii animos Hispanorum a se magis alienaret. Nescio, cur vulgatum *Rhenano* displicuerit, nisi forte illa causa exstiterit, quod verba seqq. 'tunc jam tranquilliss rebus' præcedenti membro non satis coherere viderentur, cui emendatione sua mederi conabatur. Mitiori medicina legisset, addita voce, *itaque tunc jam tranquilliss rebus*: verum, Li-

vium sæpe hanc et similes voces connectentes omisisse, dictum est ad xxvii. 23. § 7.

§ 4 *Ad Illiturgim*] Scribe *ad Illiturgi*. Est enim ἀπρωρον, ut supra dixi. Sigon. Put. et Voss. *Illiturgin*. J. F. Gron. *Ad Illiturgium* Lov. 5. et Hav. *ad Illiturgum* Lov. 4. *ad Liturgium* Harl. *ad Illiturgiam* Ber. Gaertn. et edd. vett. *ad Illiturgin* Flor. *ab Illiturgin* reliqui. Vide ad xxi. 60. § 7. xxiv. 41. § 8. et xxvi. 17. § 7. Paulo ante *ad Castulonem obpugnandam mittit* Ber. et edd. ante Froben. 1535. *ad Castulonem mittit oppugnandum* Flor.

§ 6 *Hinc et hortari milites*] Vet. lib. *Hinc exhortari*. Sigon. Ita et Hav. ac pauci alii. *Hinc adhortari* Lov. 2. *Hinc et cohortari* Lov. 5. *Hinc et hortari* Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. Id quod Crevier. etiam in Put. invenit, et ei, quod Sigonius reposnerat, merito prætulit. Est autem hic error scribarum sæpe in codd. antiquis obvius. Exempla vide ad ii. 45. § 8. c. 48. § 10. ix. 37. § 6. et ad Epit. Liv. l. xxxv. Adde Pier. ad Virg. Æn. viii. 286. et quæ notavi ad Silii iii. 57. Similiter *efferritate*, pro *et feritate*, præferunt codd. xxxviii. 49. § 4. ubi alia vide.

Ipsos claudendis portis indicasse Hispanos] Reposuimus *claudendo portas*. In veteri legitur *claudendos portas*. Paulo post *cum illis sine ira prope*, sic ordinavimus *cum illis prope sine ira*. Rhenan. Put. sane quoque *claudendos portas*. Inclino tamen magis in *claudendis portis*, quod vulgabatur ante Rhenanum, et in multis habetur scriptis. Atque ita sæpe locutum Livium olim adnotatum est. J. F. Gron. *Claudendos portas* etiam Flor. *claudentes portas* Lov. 3. 4. et Harl. *claudendis portis* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Pro ea etiam lectione tres e suis (an et Put.) stare, seque eam præferre,

monuit Crevier. Et recte. Vide ad i. 53. § 3. Insuper Gronov. ad viii. 19. § 10. legendum conjicit *judicasse*, quod ipsum in Lov. 4. reperi. Sæpissime autem ita librariorum peccasse, videbimus ad Epit. Liv. l. lxxiii. Mox transpositionem vocum a Rhenano inductam probant omnes nostri.

§ 7 *Ab iis perfidia et crudelitatis*] Malim *ab his*, uti et Vossianus. J. F. Gron. Ita, compluribus libris auctoribus, edidit etiam Crevier. Consentiant ex meis Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N. Ita *illis* ad propius, *his* ad remotius erit referendum, de quo vide ad xxiv. 29. § 3. Mox *esse* deficit in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§ 8 *Evenisse tempus*] Scripsimus *Venisse tempus*. Rhenan. *Evenisse* est in Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Ber. et Hav. Sed plerique eorum omiserunt vocem præcedentem *esse*, ut modo vidimus; quæ quum breviter *ēē* scribatur, τῆ *Venisse* perperam adcrevit. Mox *instructam stragem* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antiquissimæ. Deinde *Romanum civem militem vel in ulla* Flor. Voss. Lov. 1. 2. *militemque in ulla* edd. Aldina antiquiores.

§ 9 *Ab hac exhortatione ducis*] Put. et omnes Gall. unusque Pal. cum Voss. *cohortatione*. J. F. Gron. Ita et Flor. omnesque ceteri, nisi quod *exhortatione* servet Gaertn. *hortatione* Lov. 4. Mox J. F. Gronovius enimque secuti ediderunt *partitoque exercitu*. Priores ignorant copulantiem particulam, quæ etiam deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N.

§ 10 *Sed sua ipsorum conscientia culpæ metu, &c. hortatur*] Hanc depravatam clausulam sic restituimus: *sed suis ipsorum ex consc. culpæ metus ad defendendam impigre urbem hortatur*.

Rhenan. Non secus, ac Rhenanus, Pal. 2. Et ferme, nisi unico elemento, (habet enim *hortantur*) consentit Pal. 3. At Pal. 1. et vet. ed. *sed sua ipsorum conscientia, culpæ metus ad defend. imp. urb. hortatur.* Gebh. Lectio, quæ ante Rhenanum vulgo exstitit, primum reperi in Mediol. 1505. Ea autem in nullo mihi codice obvia fuit. Edd. principes habebant *sed sua ipsorum consc. culpæ metus, contentibus Voss. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hav. sed sua ipsorum ex consc. metus Harl. sed suos ipsorum consc. culpæ metus Lov. 1. 3. 5. sed suos ipsorum consc. culpæ metus Flor. a m. pr. sed suæ a m. sec.*

§ 11 *Et meminerant, et admonebant alios, supplicium ex se, non victoriam, peti]* Vet. lib. *admonebant alii alios.* Sigon. Pal. 1. et antiq. ed. *et meminerant, et monuerant alios.* Pal. 2. *et meminerant, et admonebant, ex se supplicium.* Pal. 3. *et admonebant, supplicium.* Gebh. Hearne ex L. 1. *laudat et meminebant, ac respici jubet Vossium Gramm. v. 39.* Verum ita quidem antiqui, et qui antiquos imitantur, locuti sunt; non tamen hunc archaismum Livio, sed erranti ejus librario, adscribo: *et meminerant* deest in Lov. 1. Deinde *et monebant alios* Voss. et Lov. 1. *et monebant alios* Lov. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. *vett. et admonebant alios* Flor. et Lov. 4. *et monebant alii alios* Lov. 2. 3. *et monebant supplicium ex se* Hearnii L. 1. Si Sigonii emendationem probamus, credendum est alteram vocem alterius similitudine excidisse. Vide ad xxxiii. 27. § 4. Crevier. lectionem, quæ ante Sigonium exstitit, veriorum putat, idque ob duplicem causam; primo quia vocem ab eo additam Mss. respuunt; deinde quia Latine loquentibus *admonebant alii alios* non notat: *admonebant sese invicem, sed admonebant alii* quidem hos, alii vero illos. Verum prior sola sufficit; et alteram non additam ma-

luisse. Certe enim eo sensu 'alium alium' vel 'alii alios' apud ipsum Livium obcurrere videtur. Ut II. 10. 'Cunctati aliquamdiu sunt, dum alium alium, ut prælium incipiant, circumspectant.' c. 24. 'Exsultare gaudio plebes; ultores superbiam Patrum adesse dicere Deos; alium alium confirmare, ne nomina darent.' IV. 22. 'Quadrifariam diviso exercitu, qui alii aliis succederent ad pugnam.' VII. 8. 'Tandem equites alium alium increpantes, quid deinde restaret, &c. His inter se vocibus concitati.' IX. 5. 'Alii alios intueri, contemplari arma mox tradenda.' XXXVII. 24. 'Non tam victoria læti, quam alium alium accusantes, quod non omnis submersa aut capta classis hostium foret.'

Ubi quisque mortem obpeteret] Pal. 1. *quisque.* Probe. Gebh. *Ut quisque* Lov. 1. *Ubi quidque* Flor. *Ubi quisquam* Hav.

§ 12 *An postmodum, cremata et diruta urbe]* Put. *postmodo.* J. F. Gron. Ita et Flor. Vide ad xxv. 38. § 12. *Hinc gravata* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. Ber. Hav. et edd. *vett. Scriptum primo fuerat gremata, confusis C. et G. de quo vide ad vi. 25. § 6. ex eo deinde facile factum gravata.*

§ 13 *Sed feminæ quoque puerique]* Tò quoque deest in Pall. Mox Pal. 1. *pugnantibus tela ministrant.* Pal. 3. *oppugnantibus.* Gebh. Omnes Pall. et Gall. *ejiciunt quoque:* quibus non repugnamus. J. F. Gron. Unus Ber. *retinet quoque,* quod abest a reliquis meis, et omnibus Hearnii Oxonn. Mox, *Non libertas solum agebatur, sed ultima omnium supplicia et facta mors ob oculos erat.* Vide ad II. 6. § 1. *Sed pueri feminæque* est in Lov. 2. Deinde *pugnantibus* Hearnii N. *pugnantibus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. principes.

§ 14 *Non libertas sola agebatur]* Quis unquam dixit 'libertas agitur,' et non potius 'libertatis negocium

agitur?' Antiqua lectio *Non liberata sola alebatur*. Ex mendosa scriptura synceram venabimur. Prima syllaba verbi *alebatur* sumpta est a fine præcedentis dictionis. At *lebatur* nihil significat: quid ergo fuit? fuit *lædebatur*. Id, a litera accedente, factum est *aledebatur*, pro quo semidoctus scriba supposuit *alebatur*. Tu lege *Non libertas sola lædebatur*. Rhenan. Damnat hunc locum Rhenanus. Frustrat. Nam Pal. 1. ne apicem demutat ab vulgari lectione. Dein Pal. 2. 3. ac vet. ed. *Non libertas sola agebatur*. Gæbh. *Non libertas solum agebatur* omnes sine ulla varietate, nisi quod duo Pall. *solu*. Sed quis unquam dixit *libertas agitur*, et non potius *libertatis negotium agitur*, vociferatur Rhenanus: itaque substituit *Non libertas sola lædebatur*. Sed norint illud tirones ex Livii VII. 31. quum legati Campani urbem, et populum, divina, humanaque Romanis dedidissent, 'tum jam fides agi visa, deditos non prodi.' Quæque diximus ad illud XXVII. 34. 'Donec cognati hominis caussa M. Livii Macati, quom fama ejus ageretur, stantem coëgit in senatu sententiam dicere.' Cicero Lælio c. 17. 'Ut minus justæ amicorum voluntates adjuvandæ sint, in quibus eorum aut caput agatur, aut fama.' J. F. Gron. *Non libertas sola agebatur* Lov. 4. et edd. quas vidi, principes. *Non libertas solum agebatur* Aldus substituit, quod, concinentibus reliquis scriptis, servarunt secuti editores: in uno Harl. est *agebatur* sollemni scribarum errore. Vide ad XXVII. 9. § 11. De locutione 'agitur libertas' vide ad XXVII. 34. § 7. et Sigonium ad XXVIII. 33. § 5. Mox *tantum* displicet Crevier. quia præcedit 'solum,' et paulo ante 'modo,' 'tantum.' Sed omnes scripti eam particulam servant.

Sed ultima omnibus supplicia, et fæda mors ob oculos erat] Galliçi omnes optimisque Pall. et Voss. *omnium*. Cu-

jus sensus est, non tantum suam quemque, sed aliorum etiam, primo propinquorum, dein amicorum et civium vicem miseratum, et futuram calamitatem animo præcepisse. J. F. Gron. *Omnibus soli* Ber. Gaertn. et Hearnii D. Reliqui, et mei, et Oxonn. Gronovio consentiunt.

§ 15 *Haud satis decoro prælio trepidaret*] Scripsimus *haud satis decoro prælio trepidarit*. Rhenanus. Omnes mei tuentur *trepidaret*; quod Crevier. quoque de Put. et Victor. et Hearnii de Oxon. L. 1. testantur. Id igitur Livio reddidi.

§ 16 *Veritus, ne vanis tot conatibus suorum hostibus cresceret animus*] In exemplari Spirensi duntaxat est *veritus ne vanis tot con. cresceret animus*. Fortasse legendum est *veritus ne vanis tot con. decresceret animus, et senior miles fieret*. Ita bene haberet sententia. Rhenan. *Veritus ne vanis con. suorum hostibus cresceret animus* Put. et omnes Gall. optimusque Pal. et Voss. secus atque voluit Rhenanus, omisso interim τφ *tot*. J. F. Gron. Cantabrig. et *hostibus cresceret animus*. Jac. Gron. *Ne vanis conatibus tot suorum* Ber. et edd. principes ante Asc. 1513. quæ dedit *vanis tot con. Ne vanis tot suorum con. Rec. ne vanis con. ut suorum* Gaertn. Omnes reliqui ignorant voculam *tot*. Voces *suorum hostibus*, quas Rhenanus ejecit, supersunt in omnibus meis, et Hearnii Oxonn. et ex Spirensi tantum excidisse videntur negligentia scribæ ob similitudinem nitimarum syllabarum in vocibus *conatibus* et *hostibus*. Ceterum *hostium cresceret animus* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii L. 1. N. Brancal. Latinii, et edd. principes. Sic l. x. c. 14. 'Crevit ex eo hostium animus.' XXXVIII. 54. 'Morte Africani crevere inimicorum animi.' XLII. 57. 'Regis creverunt animi vastatione concessa.' Sed *hostibus cresceret animus*, ut Aldus edi-

dit, Flor. et Cant. quod longe Livio frequentius, et simul elegantius est. II. 27. 'Plebi creverant animi.' cap. 47. 'Tuscis crescit audacia.' c. 50. 'Multo successu Fabii audaciam crescere.' III. 60. 'Crevit extemplo Romanis animus.' v. 26. 'Camillo gloria in Faliscis crevit.' XXV. 41. 'Itaque et Romanis crevit animus.' XXXI. 36. 'Ut cresceret simul et negligentia cum audacia hosti.' XL. 32. 'Unde illis terror, inde Romanis animus crevit.' XLIV. 11. 'Hac virium accessione animus crevit prætori.' Vide ad VII. 7. § 4. *Insuper et hostibus cresceret* etiam Flor. quod Crevier. similiter in Put. et Reg. superesse monuit, et recte eorum fide recepit.

Sibimet conandum ad partem periculi capessendam esse] Emendavimus ac partem periculi c. esse. Rhenan. Pal. 1. ac partem a manu emendatrice, quod in Pal. 2. initio scriptum est. Pal. 3. *sibimet conandum hanc partem periculi*: vet. editio *ad hanc partem*. Gebh. Non dubito, quin verius Rhenanus *sibimet conandum, ac partem periculi capessendam esse ratus*. J. F. Gron. *Ad partem periculi* Flor. Voss. Lov. 5. Gaertn. et Hav. *ad hanc partem periculi* Ber. et edd. vett. Placet tamen Rhenani emendatio. Solent autem voculæ *ac* et *ad* passim in Mss. confundi. Vide ad XXI. 32. § 2.

Se ipsum, si ceteri cunctentur, ascensurum minatur] Pal. 3. *se ipsum, si ceteri contemnat, ostensurum min.* Gebh. *Seque ipsum* Lov. 4. *et se ipsum* Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antiq. Primus Froben. hanc particulam a. 1535. omisit; sed operarum culpa excidisse potuit ob vocis prioris literas finales. Vide ad XXXV. 41. § 7. Deinde *ascensurum* plerique meorum: *assensurum* Lov. 1. *assensurum* Ber. et edd. principes. At Gronov. ad II. 28. § 6. quum in aliis *ostensu-*

rum; in aliis *et scensurum* reperisset, *escensurum* legendum conjecit, idque etiam in contextum recepit. Tum *minatur* Hav. Eadem varietas erat II. 43. § 2. Alibi sæpe frequentativa et illa, unde formantur, commutari, vidimus ad v. 40. § 3.

§ 17 *Lælius instat. Tum victa oppidanorum vis, dejectisque propugnatoribus occupantur muri*] Antiqua lectio, *Lælius institit. Tum victu opp. exercitui prop. occup. muri.* Mendo-us locus est. Castigator, quum non posset se explicare, sensum utumque reddidit. Diu luctatus sum cum depravato vocabulo *exercitui*, priusquam germanam, ut spero, lectionemprehenderim, quam arbitror hujusmodi fuisse: *Tum victa oppid. extrema vi ab oppugnatoribus occupantur muri.* Rhenan. *Tunc victo oppidanorum exercitu propugnatoribus occupantur muri* Pal. 3. ex qua depravata scriptura Rhenanus *Tum, victa oppid. extrema vi, ab oppugnatoribus occupantur muri.* Causam non video, qua vulgata lectio, cæterorum Mss. codd. consensu nixa, exterminetur. Gebh. [Vide Lectt. Var.] *Institit* soli tantum præferunt Ber. et Hearnii D. cum editis ante Aldum. Præterea, *Ex ea altera parte lentius instat: victa oppid. vis, dejectisque oppugnatoribus occupantur muri* Lov. 4. Reliqui mei, et Oxonn. Hearnii lectionem, quæ ante Rhenanum obtinuit, defendunt.

Ab ea parte, qua inexpugnabilis videbatur] Scripsimus *quæ inexp. videbatur.* Rhenan. Similiter Lov. 4. Reliqui præscam lectionem recte tuerunt.

CAP. XX. § I *Et oppidanis in ea tuenda, unde periculum videbatur, versis*] Put. *in ea tuenda.* Fortasse *in ea tantum tuenda.* J. F. Gronov. Quum forte pro *tantum tuenda*, per compendium ac non distinctis vocibus scriptum fuisset *tātūtūenda*, inde, omissa duarum literarum vel unius syllabæ repetitione, facile fieri potuisse ta-

tuenda non diffiteor. Videndum tamen an non potius scribendum sit in ea tutanda, ut tatuenda natum sit ex conjunctione duarum lectionum tutanda et tuenda. Sæpissime autem τῶ tutari Livius usus est. Exempla vide ad v. 32. § 4. Adde xxxi. 9. 'Tutari socios populo Romano in animo esse.' c. 25. 'Ita tamen æquum est, inquit, me vestra meis armis tutari;' hoc cap. 'Quam urbem non Hispani modo convenæ tutabantur.' xxxiv. 31. 'Possum quidem et in hoc me jure temporis tutari.' xxxv. 11. 'Pro se quisque currere ad sua tutanda.' xlvi. 19. 'Mœnia sua oppidani tutabantur.' xlv. 28. 'Naves Macedoniam cum frumento petentes tutarentur.' Solent autem verba 'tueri' et 'tutari' in Mss. commutari. Vide ad v. 32. § 4. x. 45. § 12. xxi. 45. § 14. xxiii. 28. § 2. c. 37. § 3. c. 42. § 10. xxx. 30. § 14. xxxiv. 62. § 8. xl. 25. § 7. et alibi. Et hoc iterum exemplum est, frequentativa cum illis, unde formantur, commutari. Vide ad v. 40. § 3.

Et Romanis subeuntibus scalis mœnia, qua adire poterant] Dno verba scalis mœnia quispiam inseruit; quasi vero non bene dictum sit, et Romanis sub., qua adire poterant, nos submovimus. Rhen. Bene Pal. 2. sub., qua adire. At Pal. 1. sub. S. C. tr. quam adire. Pal. 3. sub. que adire poterant. Vet. ed. sub. scalis mœnia, qua adire. Gebh. Sub. scalis mœnia, qua adire Ber. sub. scalis turrin, quam adire Hafn. et Hav. sub. scalis, quam adire Lov. 5. sub. S. C. Ro. qua adire Gaertn. sub. S. C. qua adire Lov. 2. sub. S. C. Tr. quam, vel qua adire Flor. Voss. et Lov. 1. ac 4. sub. quam adire Harl.

§ 2 Editissimam urbis partem, quæ rupe præalta tegebatur, neque opere ullo munitam] Legendum est quia rupe p. t. Rhenan. Quia non interpolandum. Reddit enim rationem, cur nullo opere munita, atque ab defensoribus vacua. Attamen Pall. duo, et vet. ed.

quæ rupe præalta tegebatur. Gebhard. Omnes Gall. Voss. duoque Pall. quæ rupe præalta. J. F. Gron. Quæ rupe Flor. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et Branc. Latini. Crevierium deceptit error operarum, in plerisque notarum Rhenani edd. commissus, ut crederet, eum legisse qua rupe, et lectionem illam probaret. At prima ed. earum legit, non qua, sed quia; et ita ex mente Rhenani etiam Froben. 1535. edidit in contextu Livii, quod in hunc diem obtinet. Idem etiam editissimam arcis partem legendum censet. Sæpe librarii voces arx et urbs confuderunt. Vide ad vi. 11. § 5. Nihil tamen hic codd. mutant. Vide igitur an editissima urbis pars sit circumscriptio arcis, quia arces ea parte extrui solebant. Præterea rupe peralta Branc. Latini: rupe alta Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldm. Male. In deliciis Livio fuisse vocem 'præaltus,' dictum est ad Epit. Liv. lib. vii. Ita 'præalti montes' hoc lib. c. 6.

§ 3 Qua per inæqualiter eminentia rupis poterant, scandunt] Pal. 3. quia inæq. emin. rupis poterat, scandendum. Gebh. Inæquabiliter quædam ex edd. vetustis.

§ 4 Sicubi nimis arduum et leve saxum obcurrerat] Vir doctus, qui ad Curtium corrigit læve, non meminerat, levis producta priore syllaba dici a λείος. J. F. Gron. Freinshem. est, qui ita corrigit ad Curtii v. 3. § 20. et vii. 11. § 15. Præterea sed ubi nimis Lov. 5. Male. xlii. 64. 'Modico intervallo sequentes, sicubi sparsos et dissipatos invadere possent.'

§ 5 Primi sequentes extrahentes manu] Legendum est primi insequenteis extrahentes. Rhenan. Primum insequentes Lov. 2. 4. primum sequentes Harl. et Hav. primi sequentes Flor. Lov. 1. 3. Ber. et Gaertn. quod pro insequentes revocavi.

Sublevantes eos, qui præirent] Legendum est *qui præ se irent*. Rhenan. Pal. 1. et vet. ed. *præirent*. Pal. 3. *per se irent, in sinum exadunt*. Gebh. Put. Reg. Men. Voss. Andreas atque Aldina *qui præirent*. J. F. Gron. *Qui præ se irent* Harl. et Hearnii D. *qui perirent* Lov. 5. *qui præirent* reliqui omnes. Mox *in urbe jam capta* Hearnii L. 1.

§ 6 *Nemo, &c. prædæ memor est*] Legendum videtur *prædæ memor*, non *prædæ memor est*. Nam id elegantius subauditur. Rhenanus. *Tò est* tamen agnoscunt uno ore omnes nostri. Paulo ante *ab ira et odio typis* descripti ante Aldum. Male. Vide ad VI. 28. § 6.

§ 8 *Ex dissipata passim fuga*] In vet. est, *et dissipata pass. fuga*. Poteris legere *e* vel *ex dissipata passim fuga*. Rhenanus. *Et dissipata* etiam Lov. 4. *ex dissipata* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Quid igitur *e dissipata* mutasse adtenuit? Paulo ante *quam urbem non Hispani modo avenerant* Hav. *quam urbem non Hispani modo convenerant* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Gaertn. *in quam urbem non Hispani modo convenerant* Lov. 5. Male. De voce 'convenera' vide ad II. 1. § 4.

§ 9 *Terrorque deinde ac desperatio invaserat*] Scripsimus *terrorque inde ac desp.* Rhenan. Vet. lib. *invaserat omnes*. Sigon. Vox ultima [omnes] adjecta est in Sigoniano codice ab iis, qui mirabantur, verbum *invaserat* intransitive poni. Nam nec in Voss. nec in ullo Gall. aut Pall. apparet. Sallustius ad Cæsarem II. 7. 'Nam ubi cupido divitiarum invasit, neque disciplina, neque artes bonæ, neque ingenium ullum satis pollet.' Livius XXXIII. 36. 'Et primo adeo acriter invaserunt, ut antesignanos impulerint.' Talis est in princ. Instit. de Libertinis: 'Sed postquam servitus invasit:' ubi male addiderant *ingenuitatem*. J. F. Gronov. *Deinde*, pro

quo recte Rhenanus *inde* reponit, servant Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. alterum est in reliquis: *omnes* autem, a Sigonio additum, in nullo vel meo, vel Oxon. Hearnii adparet. 'Invadere' sine casu etiam est v. 13. 'Dulcedo invasit proximis comitiis tribunorum militum plebeios creandi:' ubi alia vide. Paulo ante *adventu Scipionis pervenerat* Harl. *adventum Scipionis præverat* Flor. a m. pr. *prævererat* a m. sec. Vide ad XXIV. 5. § 6. Aliis tamen pro vulgato stantibus, nihil innovandum pnto.

§ 11 *Ceræubellus propalam deditiois auctor*] *Cerdubalus* Lov. 1. *Credubellus* Lov. 3. *Credubalus* Lov. 5. *Cordubalus* Hearnii L. 1. *Cerdubelus* Flor. Voss. Lov. 2. 4. et Hav.

CAP. XXI. § 1 *Marcus inde in barbaros, &c. sub jus ditionemque redigendos missus*] Vetus liber habet *Martius dein barbaros*. Vide num legendum sit *Martius deinde in barbaros*. Rhenan. Livius meus clamat, interpolatum fæde hunc locum esse. Ille sic: *vol. deditio. Inde in barbaros, &c. sub jus ditionemque red. legatis missis, Scipio Carthaginem*. Pura puta Livii et scriptura et historia. Qui Martii nomen intruserunt, legatorum ejecerunt, putarunt unicum Martium missum, quia unius illius res gestæ postea narrantur. Boni viri non audiunt scilicet Livium ipsum, stantem a lectione scripta, aliquam multis infra lineis cap. 22. 'Res,' inquit, 'interim nihilominus ab legatis gerebantur. Martius superato Bæti amne,' &c. At a quibus legatis, si missus solus Martius? Sed aliorum non meminit Livius: quid mirum? si levia gesserint, nec scriptione magno opere digna. Lipsius, Ep. Quæst. I. 16. Pal. 1. omittit τὸ *Martius*, et missos exhibet. Pal. 2. *Martius deinde ad barbaros*. Gebhard. Lipsianus codex deficitur Marcii nomine, deinde habet *redigendos legatis missis, Scipio Carthaginem*.

Eam puram putam Livii et scripturam et historiam dominus ejus existimat. In priore Pal. unum, et Men. et Voss. ex nostris habet adsentientes, in posteriore ne illos quidem. Voss. sane *missos*, et ad marginem recentiori manu *legatis missis*. At Put. et quidquid est aliorum, ignorant ultimam vocem *missus*. Eamque abesse debere, et elegantius subaudiri censeo. Sic Cicero ad Att. VII. 5. 'Ego in Tusculanum nihil sane hoc tempore: devium est τοῖς ὑπαντῶσιν, et habet alia δύσχηστα: sed de Formiano Tarracinam pridie Kal. Januar. inde Pomptinam summam: inde Albanum Pompeii: ita ad urbem tertio Nonas natali meo.' Aut ita distingue: 'Marcius inde in barbaros, si qui nondum perdomiti erant, sub jus ditionemque redigendos: Scipio Carthaginem ad vota solvenda Diis, &c. rediit.' Nam ex ultimo hoc verbo ad finem præcedentis membri referendum τὸ ἰί. Lipsius objicit vulgatæ, quod inferius c. 22. 'Interim nihilominus res per legatos gerebantur.' Atqui, quo minus eæ res et per Marcium dignatione principem, et per quos ei legatos Scipio adjunxerat, gestæ intelligantur, nihil vetat, neque absurdum eum solum nominari. Nam, quod sequitur, totum gessit Marcius, donec Astapensi illa obsidione finita rediisset, deinde cum Lælio ad Gades proficisci jussus. J. F. Gronov. *Marcius dein barbaros* Lov. 4. *Marcius deinde in barbaros*, ut Rhenanus conjecit, Harl. Nihilominus *inde in barbaros* malim. Id enim reliqui tuentur: *inde* autem pro 'deinde' accipiendum, de quo vide ad XLII. 55. § 6. Vocem *Marcius* ignorant Lov. 1. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Deinde *redigendos misit* legit Hearnii L. 1. *redigendos missos* Flor. a m. pr. et Cant. *redigendos missum* Lovel. 5. et Hav. *redigendos missus* Flor. a m. pr. Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. apud Donjatium Reg.

et apud Hearnium N. et D. Quin etiam Crevier. ita et in Put. et in cæteris omnibus suis exstare testatur, nisi quod quidam *missos*. Qui error ex eo fonte ortus est, quem indicavi ad VI. 3. § 8. Paternam emendationem probare videtur Jac. Gron. ad xxv. 37. § 11. Quum tamen vir summus hic non ea, qua solebat, diligentia Mstum optimum consuluerit, et non Put. tantum, sed et plerique alii codd. τὸ *missus* servant, ipsi adversentur, puto recte Crevier. vocem illam Livio reddidisse, et lectionem, quæ ante eum vulgo exstabat, bene habere.

Munusque gladiatorium, quod mortis causa patris patrique paraverat, edendum] In veteri libro *munusque gladiatorum*, et mox *gladiatorum spectaculum* legitur. Rhen. Vet. lib. *gladiatorum*: quo pacto loquitur paulo post: 'Hnic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi:' et Suet. in Cæs. c. 39. 'Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorum, Indos etiam regionatim urbe tota.' Sigon. *Munusque comparaverat edendum* Lov. 1. et Voss. *munusque paraverat edendum* Lov. 2. *munusque quod comparaverat edendum* Lov. 4. qui omnes media omiserunt. Tum *gladiatorum* Lov. 3. Hav. Hearnii N. et edd. quas vidi ante Ascens. 1513. una forsitan Rom. an. 1472. excepta. Mox autem § seq. *gladiatorum spectaculum* non illi tantum, sed et Lov. 1. 4. Harl. ac Gaertn. Eandem varietatem in Sueton. notasse Burm. vidimus ad x. 38. § 3. et nos ad Ep. hujus lib. Optimi tamen hic vulgatum *gladiatorium* vindicant.

§ 2 *Servorum delectu ac libertorum, qui venalem sanguinem habent*] Antiqua lectio *servorum de causa ab liberorum*. Dii boni! quæ portenta hæc sunt? Doctus aliquis, qui olim Livium castigavit, non diu se ipsum torquens, pro *de causa* statim scripsit *delectu*, et, pro *ab liberorum, ac libertorum*. Ego suspicor scribendum *servorum*

censu haud liberorum, qui (subaudi 'servi') venalem sanguinem habent. Rhenan. Videndum an legi debeat *servorum de catasta, aut liberorum, &c.* *Servus de catasta* qui dicitur, notum est. Ursin. *Servorum delectu ac libertorum* reperitur in ed. antiqua. Pal. 1. tria vocabula *delectu ac libertorum* non continet. Pal. 2. legit *servorum de causa ac libertorum*. Pal. 3. *liberorum*: ex cuius vestigiis Rhenanus suspicabatur rescribendum *servorum censu, haud liberorum, qui venalem sanguinem habent*, magno errore antiquitatis; nam non solum liberti, sed etiam ingenui, immundæ isti, ut Propertius appellat, saginæ addicebantur. F. Ursin. forte felicius *servorum de catasta aut liberorum* coniecit. Gebhard. *Servorum delectu ac liberorum, qui venalem* satis commodi sensus est lectio. Neque enim nisi delecti et corpore roboreque præstantes ad hanc servitii patientiam idonei. Sed Rhenanus refert ex suo, *servorum de causa ab liberorum*: unde coniecit *servorum censu haud liberorum*. Fulvius Ursinus *servorum de catasta aut liberorum*. Quæ quanti sint, facile vident, qui oculos habent. Ex Pall. duo, prope ut Rhenani liber, optimus cum Putean. omnibusque Gallicis et Vossiano tria hæc verba *delectu ac liberorum* nullo vestigio agnoscunt. Quicquid dicant conjectores, veterum librorum ignari, aut vulgatarum lectionum, sensum modo habentium, (nempe quas homines illis similes, tantummodo ut sensum facerent, sunt fabricati) patroni, non temere est, quod vetustissimæ atque his proximæ membrauæ hunc centonem Livio abjudicant. Neque profecto opus esse censebis, si videas, restitutis duabus literis, quas pares vicinæ absorpserant, omnia esse plana atque integra, *servorum quive venalem sanguinem habent*. Elisa illa particula ad facinus audendum fartores nostros induxit. *Servorum puta-*

bant minus commode conjungi cum præcedentibus: id velut atomum Democriti hamo instruxerunt, apponeruntque τὸ delectu. Tum proveci ulterius, quia *servorum* tantum mentio fiebat, meminissent autem desperatos quosdam etiam liberos in ludum se addixisse, non putarunt aliter constare orationem, quam si adderetur præterea *ac liberorum*. Sed τὸ *servorum* æque pendet a τῷ *genere*, atque *hominum: liberorum* autem mentione nulla opus, quum se vendere in ludum, aut venalem sanguinem habere, nisi qui liber sit, neminem posse satis intelligatur. Perinde est ergo, ac si expressum esset 'ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est, *servorum* puta eorumque, qui venalem sanguinem habent.' Julius Firmic. lib. viii. Astron. hos vocat, 'Qui se ob alienæ gratiæ voluptatem nundinati sanguinis jactura ad mortis spectaculum vendunt.' J. F. Gronov. Rhenani codici fere consentire Oxon. L. 1. testis est Hearnius: *servorum de causa ac libertorum, qui venalem* legit Lov. 3. ac 4. *servorum delectu ac liberorum, qui venalem* Ber. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Reliqui Mss. mei cum Hearnii N. *servorum, qui venalem*. Non igitur dubitandum quin, duabus literis ex vocis sequentis initio repetitis, Gronov. recte emendarit *servorum, quive venalem*: quam lectionem Clerici et Crevierii exemplo recepi.

§ 4 *Provocarent, provocative haud abnuerent*] Scripsimus *provocatique haud abnuerent*. Rhenan. Ita et Flor. aliique.

§ 5 *Pacti inter se*] Emendavimus, *pacto inter se, ut victorem res sequeretur, ferro decreverunt*. Sic supra de Philippo Liv. cap. 7. 'Et jam quum Erean venisset, audito, Machanidam, fama adventus sui territum, refugisse Lacedæmonem, Ægium ad concilium Achæorum se recepit: sic enim nos illic castigavimus, quum ante legere-

tur audit. *Pacto*, id est quum pepigisset, sicut illic *audito*, quum audisset. Hoc quum falleret eum, qui locum emendavit, pro *pacto* scripsit *pacti*. Rhen. An *pacti*? ut xxxvii. 32. 'Tum portas aperuerunt, *pacti*, ne quid hostile paterentur.' xxxviii. 9. 'Ambracienses prius *pacti*, ut Ætolorum auxiliares sine fraude emitterent, aperuerunt portas.' J. F. Gronov. *Pacti inter se*, ut ante Rhenan. edebatur, unus servat Ber. Reliqui *pacto* probant. De hoc usu participiorum passivorum casu sexto, non adjuncto alio nomine, vide Burm. ad Suet. Othon. 7. Arentz. ad Auct. de Gente Pop. Rom. xiiii. et quæ notantur ad i. 41. § 6. ubi huc faciens inprimis ex Silio laudavi exemplum xiv. 97. 'jungit nova fœdera, *pacto*, Cederet ut Siculis victor Sidonius oris?' ad quem ipsum etiam locum alia notavi. Similiter Græci utuntur participiorum passivorum genitivo. Polyh. ii. 5. Προσαγγελλέντος δ' αὐτοῖς, Σκερδαλίδα παραγίνεσθαι κατὰ γῆν. Quod Latine reddi potest *Nunciato autem ipsis, Scerdilædum terrestri itinere adventare*. Paulo ante *nequiverant* dedit Gruter. in ultima ed. Et Livium sæpissime ita loqui solitum esse, vidimus ad v. 10. § 10. Priores vulgauerunt *nequiverant*, quod servant Florent. Voss. Lovel. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Eorum itaque fide id revocavi.

§ 6 *Corbis et Orsua patruales fratres*] Silius meus, qui utrumque occubuisse dicit, non minorem tantum, ut Livius tradit, xvi. 534. 'Hos inter gemini, quid jam non regibus ausum?' &c. Modius.

De principatu civitatis, quam Ibem vocabant] Id nominis, ut pleraque Hispanica, apud posteriores non facile reperias anthores. Et *Astapa* Floro *Githinn* quibusdam libris vocata fuit; sed id ex Livio emendatum: quanquam ego haud scio, liceatne ad eum modum emendare libros. Asta-

pensium autem factum a Livio ut crudele narratur, quum Saguntinorum haud dissimile fuerit; et tamen ut forte laudatur. Sed scilicet hoc pro Romanis, illud contra Romanos fuit. Hoc est historiam scribere. *Glar. Quam Idem vocabant* Flor. Lov. 4. et Hearnii N. *quem Idem vocabant* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *quem Ibem vocabant* Lov. 3. Harl. Ber. Gaertn. et edd. Rom. an. 1472. ac Parm. *quam Ybera vocabant* Hearnii L. 1. Donjatus scribendum conjicit *quam Lacibem vocabant*, additis tribus a capite literis, quas exteri potuisse existimat, ut intelligatur Lacibis Turdulorum urbs a Ptolemæo memorata. Si id nomen Livio restituendum existimaretur, potius legerem, *de principatu civitatis (Lacibem vocabant) ambigentes*. Vide ad xl. 57. § 3. Verum nihil muto. Quod enim nomen urbis aut alterius loci a Livio memorati apud alios non obcurrat, non sufficit, ut id mendæ suspectum fiat.

§ 8 *Negatum id ambo dicere communibus cognatis*] Pal. 3. *legatum id ambo dicere cognatis communibus*. Gebh. *Cognatis communibus* etiam Flor.

§ 9 *Robore major, minor flore ætatis ferox*] In sequentibus Livius majori usum armorum et astum, minori stolidas vires adscribit; quæ cum his verbis pugnare existimans Barth. ad Stat. Theb. xi. 500. et observans Val. Max. etiam ix. 11. ext. 1. minori corporis vires tribuere, vocem *Robore* in Livio mendosam esse pronunciat. Deleto autem proxime præcedenti verbo *esse* ita emendat *Martem se judicem habituros. Exercitio major, minor flore ætatis ferox*. Verum omnes codd. vulgatum constanter servant.

Ut alter alterius imperio subigeretur] Scripsimus *subjiceretur*. Rhen. Pal. 1. et vetus ed. *subigeretur*. Gebh. *Subigeretur* quoque Flor. Voss. Lov. 3. Ber. Gaertn. et Hav. Sed veram puto Rhenani emendationem. Voces has a librariis commutari, videbimus

ad Epit. Liv. lib. cxviii. Facillime autem hic error committi potuit; olim enim scribi solebat 'subicere,' 'conicere.' Vide ad II. 10. § 9. Literæ vero C et G ubique confunduntur. Vide ad vi. 25. § 6.

Quum ab tanta rabie dirimi nequiret] Reposuimus quod ab tanta rabie dirimi nequirent. Rhenan. Pall. et antiq. ed. cum (Pal. 3. quod) dirimi ab tanta rabie nequirent. Gebh. Putean. Voss. et meliores quum dirimi ab tanta rabie nequirent. J. F. Gron. Similiter omnes mei, et Hearnii L. 1. et N. quare eam lectionem admisi. Mox inter mortales parit Hav. invitit aliis.

§ 10 *Pro copia, et provinciali et castrensi adparatu*] Prius et non inconcinne tolli, et legi posse videtur, pro copia provinciali, et castrensi adparatu, id est, pro ea copia, quæ in provincia erat, et adparatu non magnifico, sed qualis in castris esse poterat, in quibus non erat copia instrumenti ad ludos magnifice faciendos. Ser. Sulpicius ad Cicer. ad Fam. iv. 12. 'Ubi pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei amplum faciendum curavi.' Liv. xxvii. 6. 'Ludos pro temporis ejus copia magnifici apparatus fecerunt.' Nec tamen omnino necesse est aliquid mutari: 'pro copia' sic dixit Liv. xxvi. 11. 'Primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes.' Et ante eum Plautus Mercat. iii. 1. 8. et Trucul. i. 2. 46. Duk. Crevier. vocem adparatu vacare, et in contextum inrepsisse judicat ex margine, ubi ad interpretandam vocem copia a nescio quo poni potuit. At vocem illam constanter defendunt omnes codd. Si quid igitur mutandum, cum Dukero legam pro copia provinciali et castrensi adparatu. Ita enim Hav. Verum, ut recte addidit, potest et vulgatum servari.

CAP. XXII. § 1 *Bate amni, quem incolæ Circium adpellant*] Vet. lib. habent Circem appellunt. Corrupte autem Stephanus, apud quem ita legitur Delph. et Var. Clus.

tur: Βαῖτις ποταμὸς κατὰ Ἰβηρίαν, ὃς Πέρκης λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Suspicio autem esse legendum ὄσπερ Κίρκης: fecerunt enim errorem librario syllabæ illæ finitivæ περ et κυρ. Itaque sine dubio Circem, non Circium, legendum arbitror. Eustathius in Dionysium vs. 337. Ταρτησὸν vocatum esse tradit. Sigon. Male Cirtium, et in Ms. Livio reperio Certim, quod prope abest a scriptura Stephani. Arbitror autem in Stephano scribendum Κέρκης, pro Πέρκης. Lipsius, Ep. Quæst. iv. 4. In ed. quoque Mogunt. Certim expressim reperio. Modius. Prisca ed. quem incolæ appellant Cirtim. Pal. 1. appellant Certim. Pal. 2. Cirem. Pal. 3. Circem. Gebh. Put. omnes Gall. et optimus Pal. Certim, ut voluit Lipsius. Etiam Certima Celtiberorum oppidum Graccho deditum memoratur Nostro xl. 47. J. F. Gron. Bochartus Chanaan. i. 34. non e Livio Stephanum, sed ex hoc illum emendandum censet. Nec dissentiant interpretes Stephani. Jac. Gronov. ad Gellium ii. 22. dubitat, an a Certis sit nomen Cercii venti, qui vulgo Circius. Duk. Cirtium primum adparuit in ed. Froben. 1535. Antiquiores enim omnes Cirtim, concinente Ber. Cirtem Reg. apud Donjatium. Chertum Hearnii L. 1. Cyrem ejusdem D. Cretim ejusdem N. cum Gaertn. Circen Lov. 3. Cercim Lov. 2. Certim Flor. Voss. Hav. et reliqui.

In deditionem accepit] Reposuimus in deditionem accipit. Rhenan. Libri omnes accepit. Gebh. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Ceteri Rhenano favent. Paulo ante opulentissimas civitates edd. Aldina vestustiores.

§ 2 *Astapa urbs erat, Karthaginensium semper partis*] Tò erat respunt Pall. 1. 2. Præterea Pal. 2. habet Abstraba. Pal. 3. Abstada. Gebh. Verbum erat melioris notæ membranis omnibus procul. J. F. Gron. Astaba

Hearnii L. 1. et D. in cuius posterioris margine est *Astrapa*, quod etiam servant Lov. 3. Hafn. Ber. Gaertn. et Hearnii N. *Ascapa* Lov. 2. *Abstaba* Lov. 4. *Tò erat* exsulat a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N.

Quam quod extra necessitates belli] Mendosam, mehercule, veterem lectionem *quam quod necessitatis belli* (sic enim in scripto cod. legitur) restituere conatus doctus aliquis scripsit, *extra necessitates belli*. Suspicio legendum, *quam quod, vel cessante bello, præcipuum in Romanos gerebant odium*. Rhenan. Corrupta nnius cod. lectio Livium Rhenano mendi suspectum reddere non debuerat. Omnes nostri stant pro vulgato. Sæpe numero multitudinis hac voce 'necessitas' usus est Livius. Exempla vide IX. S. XXII. 60. XXIII. 48. XXV. 34. At 'necessitates belli,' ut hoc loco, etiam ntitr IV. 57. 'Quam belli necessitates non exspectant humana consilia.' Præterea *gerebat* Lov. 5. quomodo dedisse librarius videtur, quia referendum ad 'Astapa.' Male. Vide ad XXXVIII. 29. § 11.

§ 3 *Lixasque et mercatores exciperent*] *Scriptissimus aut mercatores*. Rhen. *Scripti lixasque et mercatores*. J. F. Gron. Ita et omnes mei, cum Hearnii Oxonu. Paulo ante *quæ fortiores*, pro *ferociores*, Lov. 1. et Hav. Sed vide ad c. 42. § 4.

§ 4 *Iniquo loco interfecerunt*] *Scriptissimus interfecerunt*. Rhenan. Membr. *interfecerunt*. J. F. Gron. Ita cum Hearnii Oxonn. etiam meæ, nisi quod *interficerent* sit in Lov. 4. Mox § seq. *urbem* omittit Hearnii D. Præterea *neque spes manibus* legunt Flor. et Lov. 4. Vide ad IX. 9. § 14.

§ 6 *Quo pretiosissima rerum suarum congererent: super eum cumulum*] Pall. 2. et 3. *congregarent: super eum tumulum*. Gebh. *Congregarent* etiam Hearnii D. quod est ex glossa interpretis. Mox *tumulum* Voss. Lov. 3. et

Gaertn. sollempni scribarum errore. Vide ad x. 29. § 19.

Ligna circa exstruunt] [Vide Lectt. Var.] *Exstrui* etiam Flor. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii L. 1.

§ 7 *Corporumque, quæ cariora fortunis essent*] Pal. 3. *cariora ex fortunis essent*. Pal. 1. autem post *atque in eo esse jam, ut urbs caperetur*. Gebh. *In eo esse jam, ut urbs* etiam Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. cum edd. ante Aldum: *in eo esse, ut jam urbs* Lov. 5. Deinde *morte in ipsa pugna obituros, pro mortem*, Lov. 2. 3. Sed literam finalem ejus vocis interceptit proxima vocula *in*. Vide ad XXXVII. 29. § 5.

§ 9 *Servitute infami finienda esset*] *Servitute infinienda* Flor. a m. pr. *servitute finienda* a m. sec. Et ita Lov. 2. 3. 5. Harl. et Hav. *servitute infimæ* Gaertn. Mox *possit*, pro *posset*, Voss. Lov. quinque, Ber. a m. sec. et Gaertn.

§ 10 *Quæ peritura forent*] Omnes *essent*. J. F. Gron. Ita et omnes mei, nisi quod *forent* supersit in solis Ber. et Gaertn.

§ 11 *His adhortationibus execratio dira adjecta*] *Perperam* Pal. 1. *excitatio*. Supra XXVI. 25. 'Diram execrationem in populares, obtestationem, quam sanctissimam potuerunt, adversus hospites composuerunt.' Gebh.

Patentibus portis ingenti cum tumultu erumpunt] *Scripti* nesciunt præpositionem. J. F. Gron. Eandem ex meis nesciunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Hav. et Hearnii N. ac D. Supra VII. 7. 'Consulto prius dictatore equites, permissu deinde ejus, relictis equis, clamore ingenti provolant ante signa.' Nescio quæ caussa fuerit Clerico, ut, non monito lectore, scripturam a Gronovio abolitam revocaret. Paulo ante *tū concitato agmine* Gaertn. Voces *in* et *tū* ob ductuum similitudinem etiam alibi commutantur. Exemplum habuimus VI.

29. § 7. *Ita concitato agmine Hearnii D.*

§ 12 *Neque erat ulli satis firma statio obposita*] In codice scripto non est *firma*. Quod si ordines *satis* cum participio *opposita*, bene habebit oratio. *Rhenan.* Exclusa est Pall. 2. ac 3. vocula *firma*, quam et *Rhenanus* exemit. Pal. vero 1. *Neque erat ulli spes satis firma, satis obposita.* Gebh. Omnes mei constanter servant *rd firma*.

Nil minus, quam ut egredi manibus auderent] Pal. 1. *quia nihil minus, quam ut egredi posse manibus auderent.* Gebh. [Vide Lectt. Var.] *Nil minus primum* vidi in edd. Gruteri. Omnes priores cum scriptis meis et Hearnii L. 1. ac D. praefert *nihil minus*. Nihil interest. Verius tamen puto, ut priscam scripturam, quam operum aberrationes, sequamur. Praeterea *egredi posset* Lov. 1. et Harl. *egredi posse* Gaertn. et Hearnii L. 1. Etiam Flor. illud a m. pr. hoc a m. sec. praefert. Jac. Gronovii conjectura verisimilis videtur.

Ad id ipsum emissa obcurrit] Legendum opinor *ad id emissa*. *Rhen. Pall.* 2. et 3. *repente castris ad ipsum missa.* Pal. 3. tamen *emissa*. Gebh. *Repente castris ad ipsum emissa obcurrit* Lov. 4. *repente e castris ad ipsum obcurrit* Ber. *repente e castris ad ipsum emissa obcurrit* priscæ edd. pro quo *Ascens.* 1513. *ad id ipsum* reposuit. Omnes certe *rd ipsum* a *Rhenano* expunctum retinent. Praeterea *equitum turmae levisque armaturæ, &c. obcurrit* Voss. et Lov. 2. Male. Non enim *turmae levis armaturæ*, sed *cohortes*. Erant enim pedites. *Equitum turmae levisque armatura obcurrit* Lov. 1. 3. Sed vulgatum tuentur optimi.

§ 13 *Eques, qui primus hosti se obtulerat*] Nos reposuimus *qui primum se*. *Rhen. Vet. ed. et Pall.* 1. et 2. *qui primus se hosti obtulerat*. At Pal. 3. *qui se primo hosti obtulerat*. Gebh. *Qui primus hosti se obtulerat* fere omnes. Unus *primo*. Nullus *primum*, ut *Rhenanus*. Vide *Observationes. J. F.*

Gron. Respicit, opinor, ad lib. 1. Obs. 7. Duk. Primus etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Deinde se hosti obtulerat Lov. quinque, Harl. et Hav. *Paullo ante ullo ordine* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. usque ad *Froben.* 1535.

§ 14 *Diu vetus miles adversus temerarios impetus pertinax*] Pal. 1. *dein vectus miles*. Pal. 2. *deinde vetus*. Pal. 3. *dein vetus*. Post *vet. ed. pertinaci cade primorum insequentis* sumsit. Gebh. *Put. Men. de invectis*. Scribe *dein vetus*, ut erat in duobus Pall. et Aldina. Pal. 3. et *Andreas deinde vetus*. Lib. xxxvii. c. 11. ‘*Pausistratus primo, ut in re necopinata, turbatus parumper, deinde vetus miles celeriter collecto animo.*’ *J. F. Gron. De invectis Hearnii N. dein vectus miles* Voss. Lov. 1. 4. *dein vectus miles* Gaertn. *deinde vetus miles* Lov. 2. Ber. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum: *deinde vetus miles* Flor. et reliqui mei, cum Hearnii D. et ed. Aldina, eamque secutis usque ad *Francof.* 1578. in qua primum *diu vetus miles* inveni, dissentientibus omnibus membranis. Mox *cade priorum* Lov. 5. Sed vide ad xxxvii. 43. § 10. *Atroci cade primorum insequentes suppressit conatus* Ber. et edd. antiq. *Voces cade primorum insequentes suppressit* desunt in Lov. 1.

§ 15 *Conatus paullo post ultra inferre pedes*] Ita edidit *Gronov.* 1665. eamque lectionem sequentes servarunt. Interim tamen eam ortam puto ex librariorum lapsu, pro *ultra*, quomodo est in *Flor. Cant. Lov.* 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. prioribus; quod verum est, ac restitui. *Ultra* enim hic ponitur pro ‘*in super,*’ de quo vide ad xl. 12. § 4.

Ut neminem cedere] In scripto volumine est *ut non cedere*. Suspicio scribendum ut *non cedere*. *Rhen.* At omnes mei *ut neminem cedere*. Errans unius colicis lectio *Rhenanum* decepti.

CAP. XXIII. § 1 *Atque hæc tamen hostium iratorum*] Pal. 1. *Atque habitum hostium.* Pal. 3. *cum hostium.* Gebh.

Dimicantium, jure belli in armatos repugnantesque edebantur] Put. Reg. Men. Voss. *dim. pugnantisque edebantur, vel pugnantesque: cætera nusquam.* Una particula *que* in causa fuit, cur tot verba infulcirent. Mitius poterant, *Atque hæc tamen hostium ir. ac tum maxime dim. pugna visque edebat.* Nam illud *jus belli* non magis hic ab Livio profectum puto, quam superius xxvi. 31. *J. F. Gron.* Quæ in suis deesse notavit Gronov. exsulant etiam a Flor. et Lov. 1. *dim. pugnantesque edebant* legunt Lov. 2. 5. Hav. et Hearnii N. ac L. 1. Gronovius pr. ed. nott. legebat *dim. in pugnantes edebantur, vel dim. in pugnantesque edebantur,* hoc sensu, edebantur ab dimicantibus et in pugnantes. Contra Crevierius, testatus verba eadem in nullo sibi cod. occurrisse, attamen, quin Livii forent, non dubitabat, quum et auferent sententiam, nec quidquam peregrinum aut pingue redolerent.

§ 2 *Turbam feminarum puerorumque inbellem inermemque*] *Vetus liber habet imbellem, inermem, sine particula que.* Rhen. Vet. lib. *imbellem inermemque.* Sigon. Comparet in Pal. 3. *inbellem, inermem.* Amplius idem Pal. 3. *et in succensum rogo semianima pleaque inciderent corpora.* Gebh. *Inbellem inermemque omnes mei.* Deinde *incenderent corpora* Lov. 2. *inciderent corpora* Hearnii D.

Flammam orientem restinguerent] Pal. 1. margo continet *exstinguerent:* ipse textus vero *restringerent,* sicut idem inferius cap. 42. 'Jam velut ad commune restringendum incendium occurrerent.' Gebhard. *Restringerent* Gaertn. *exstinguerent* Ber. Reliqui nihil mutant.

Cum armis medio se incendio injecerunt] Quid, si quis legat *injicerent,*

pro *injecerunt,* ut tota sententia cohæreat? Rhenan. *Injecerunt omnes codd. tuentur.*

§ 4 *Aurum argentumque, cumulo rerum aliarum interfulgens*] Pal. 1. *aurum argent., cum. rerum aliarum interfluens, ing. hum. av. rapere ex igne velent:* quæ exactius rerum circumstantiis respondent, quam vulgata. Gebh. *Interfluens etiam* Flor. Cant. Voss. 1. 2. 5. Harl. Hafn. Gaertn. et Hav. Non video tamen, cur Gebhardus id rerum circumstantiis exactius respondere putarit. Certe, si aurum et argentum vehementia ignis jam liquidum fuerit, vix ex igne rapi potuit, antequam flamma resedisset.

Correpti alii flamma sunt] Exemplar Spirensis tantum habet *correpti* (ubi subanditur verbum *sunt*) *alii ambusti adflatu vaporis.* Rhenan. Pal. 1. margo *correpti flamma sunt, alii adusti a flatu vaporis.* Pal. 2. *alii combusti ad flatum vaporis.* Gebh. Omnes mei vulgatum probant, nisi quod *correpti flamma alii sunt* legat Ber. et mox *combusti adflatu* Voss. in margine: *ambusti a flatu* Gaertn.

Quum receptus primis, urgente ingenti turba, non esset] Nos inseruimus duas dictiones, quæ deerant, *ab tergo.* *Quum receptus primis, urgente ab tergo ingenti turba, non esset.* Rhenan. Pall. 1. ac 3. *urgente turba non esset.* Expunxi itaque ex vulgata, quæ ita se habet, *urgente ab tergo ingenti turba,* duo ista vocabula *ab tergo:* quippe et Pal. 2. et vet. ed. mihi adstipulantur, offerentes *urgente ingenti turba.* Gebh. [Vide Lectt. Var.] Non modo voces *ab tergo* ignorant omnes nostri, et Oxonn. Hearnii, verum insuper vox *ingenti* negligitur in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. et N.

§ 5 *Ferro ignique absunta est*] Pal. 1. margo habet *ferroque aut igni.* Lege *ferroque et igni:* ad quam alludit scriptura etiam contextus. Gebh. De ea compositione orationis vide ad x. 30.

§ 2. Eodem alludunt Voss. Lov. 1. et Gaertn. *feroque igni præferentes*. Optimi tamen nihil mutant. Mox *Kurthaginem* deest in Harl.

§ 6 *Quod in ea urbe esset*] Dispunxi-
mus ablativum *urbe*. Rhenan. Voss.
et omnes Gall. *urbem Punicumque
præsidium, quod in ea urbe esset*. Etsi
non male *rd urbe* cancellet Rhenanus.
J. F. Gron. Tò *urbe* etiam exstat in
omnibus meis, et Oxonn. Hearnii.
Id igitur Gronovio non aliam ob rationem displicuit, quam quod modo præcessit. At, Livium ab hujusmodi repetitionibus non abhoruisse, dictum est ad i. 3. § 9. Paulo ante *Per eos dies* Harl.

§ 7 *Et trans fretum ex Africa ora, et ex proximis*] Antiqua lectio *et trans fretum Africae ope, et ex*. Tu scribe, *et trans fretum Africae oræ, et ex proximis Hispaniæ locis*. Rhenan. Omnes iidem *aliq. aux. et trans fretum ex Africa ora, secus atque idem Rhenanus. J. F. Gronov.* *Et trans fretum Africae oræ* Rhenano faventes Hearnii L. 1. et D. *ex Africae ora* Lov. 2. At reliqui omnes *trans fretum ex Africa ora*: quod amplector: *Ora Africa*, ut 'terra Italia,' de quo dixi ad xxv. 7. § 4. Similiter 'Africa præsidia,' de quo vide ad xxi. 22. § 2.

§ 8 *Cum septem triremibus, quinqueremi una*] *Vet. lib. et quinqueremi una*. Sigon. Scribe *cum septem triremibus, quinqueremi una*. Nam copulativam abdicant omnes scripti. *J. F. Gron.* Copula etiam deest in omnibus meis. Præterea vox *una* in Gaertn. Supra vero voces *cum expeditis cohortibus et Lælius* negleguntur in Voss. Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. quæ perperam omissæ sunt a male festinante librario ob repetitionem voculæ *cum*. Vide ad ix. 11. § 11.

CAP. XXIV. § 1 *Insita hominibus libidine*] Put. Reg. Men. Voss. *insitu hominum libidine*. Quamquam aliorum frequentius etiam Nostro, non

hic tamen vet. librorum spernenda auctoritas. Sic xxxviii. 10. 'Dum in fide Romanæ societatis mansisset, insita gentis tranquillitate quiesse eos.' Justinus v. 3. 'Qui quum insita genti superbia crudeliter in plebem consuleret.' Notat Bongarsius, in quibusdam libris fuisse *gentis*: quod non temere rejiciam. *J. F. Gron.* *Hominibus* restat in Lov. 3. 4. 5. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii L. 1. Ita sæpissime Livius loquitur. Supra ii. 27. 'Insita superbia animo.' cap. 49. 'Ab insita animis levitate.' vi. 18. 'Nec hoc natura insitum vobis est.' Hoc lib. c. 12. 'Mos vitio etiam insitus genti.' c. 21. 'Ad specimen insitæ genti virtutis ostendendum.' cap. 40. 'Insitæ ingenio meo cunctationis.' xxxvi. 8. 'Ab insita regibus vanitate.' xlii. 39. 'Cura insita mortalibus videndi.' xlii. 30. 'Violentiam insitam ingenio intemperantia vini accendebat.' Nihilominus tamen *hominum* hic quoque Flor. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii D. quorum fide id recte præferre Gronovium puto. Paulo ante ad id *quisque, quod erat*, pro *quod audierat*, Voss. Lovel. 1. 2. Hafn. et Hav. *quod haud erat* Harl. *quod aut terra* Flor.

§ 2 *Adparuitque, quantam excitatura*] Pal. 2. *aperuitque*. Gebh. Sæpius hic error in scriptis committitur. Vide ad xlii. 28. § 10. Nostri nihil mutant.

§ 3 *Pulsis inde Kurthaginiensibus, destinant animis, nihil pro spe contigerat*] Pal. 1. *expulsis inde Carthag., destinaverant animis, nihil prospere contigerat*. Pall. 2. 3. et vet. ed. *nihil prospere continebat*. Gebh. *Expulsis* Voss. Lov. 1. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Deinde *nihil prospere* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hafn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. eædem. Ita alibi etiam peccarunt librarii, duo hæc *pro spe* et *prospere*, sive *prospere*, commu-

tantes. Vide ad VII. 11. § 4. XXII. 40. § 3. et XXXIV. 22. § 4. *Nihil prope Flor.* Vide ad VIII. 25. § 5. Tandem *contingebat* Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. et eadem iterum edd.

§ 4 *Lacetani autem erant*] *Lacelani* Flor. *Laceni* Voss. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii N. Quum autem Mandonius 'regulus Ilergetum' dicitur XXVI. 49. et 'Ilergetem' eum vocet Livius XXI. 2. passim etiam Ilergetes videantur proprius fuisse Indibilis et Mandonii miles, hinc miratur Crevier. solos hic Lacetanos tamquam Mandonii et Indibilis populares memorari. Conjicit itaque nominis Ilergetum deformata quædam remanere vestigia in voce *autem*, quam nullo modo hic necessariam dicit, ac scripsisse Livium *Lacetani et Ilergetes erant*. Verum vulgatum *autem* omnes tuentur, et in simili locutione etiam adhibet Liv. VII. 41. § 8. Potuerunt itaque ambobus populis, qui vicini erant, præfuisse, quorum hic Lacetani, alibi Ilergetes tantum nominantur. Certe, Mandonium et Indibilem non minus Ilergetes, quam Lacetanos, ad rebellionem perlexisse, constat ex c. 27. et c. 31. Et tamen interdum in ipsa hac historia Ilergetes soli nominantur, ut capp. 31. et 34. verum hic soli Lacetani.

Juventute Celtiberorum excitata] Vet. lib. *excita*. Sigon. Pall. 1. 3. et vet. ed. *juventute Celt. excita*. Gebh. Omnes Gall. duo Pall. Voss. *excita*, ut Sigonius. Lib. IV. c. 9. 'Plebs ad expugnandam secum Ardeam Volscos excitare.' XXI. 21. 'Celtiberi nuncio misso a Scipione exciti.' XXX. 7. 'Et omnem juventutem adfirmat exciturum ex regno.' *J. F. Gronov. Excitata* demum in Froben. 1531. inveni. Priores cum omnibus, quos consului, Mss. *excita*, ut viri docti voluerunt. Supra VII. 7. 'Omne Herculicum nomen, omnis militaris ætas excitur.' VIII. 11. 'Se, ex Latinis et ex Volscis populis juventute

propere excita, rediturum infesto exercitu.' XXI. 16. 'Trahere secum tot excitos Hispanorum populos.' XXI. 21. 'Nuncio misso a Scipione exciti arma capiunt.' XLV. 4. 'Qui paullo ante Bastarnarum excivisset auxilia:' ubi vide quæ notantur. Justin. II. 4. 'Qua re effectum est, ut paucæ, repente tumultu excitæ, arma sumerent.' Silius v. 191. 'Horresco, ut pendente malo, ceu ductor ad arma Exciret Tyrius:' ubi antea contra leges metricas edebatur *excitet*. Vide quæ ibi notantur. Solent autem 'excire' et 'excitare,' ac præsertim 'excitus' et 'excitatus' innumeris locis in Mss. commutari. Vide ad I. 48. § 1. II. 49. § 5. c. 62. § 4. c. 64. § 9. III. 50. § 2. v. 8. § 7. VI. 8. § 5. VII. 26. § 9. c. 36. § 2. VIII. 10. § 3. IX. 8. § 3. X. 5. § 4. XXVII. 12. § 7. Similiter confunduntur 'citus' et 'citatus:' vide ad II. 10. § 3. 'concire' et 'concitare:' vide ad IX. 37. § 1. 'concor' et 'concorator:' vide ad XXIII. 41. § 3. Alia hujus fere generis vide ad X. 37. § 2.

In agrum Suessitanum Sedetanumque] Ilergetum regulus erat Mandonius, ut XXI. 21. ait Livius, Lacetanorum autem Indibilis, ut puto. Cæterum XXV. 34. Suessanos adversus P. Scipionem duxisse idem Indibilis dicitur, quum Suessitani hoc loco amici populi Romani prædicentur: nisi duos populos fuisse intelligamus. Mira profecto in his est obscuritas, et quam ne Livio quidem satis notam fuisse existimo. *Sedetanos* autem puto *Edetanos* Ptolemæo dici atque Plinio III. 3. *Glar. Suessitanum*, ut supra. *Sigon.* Donjatius *Vescitanum*, pro *Suessetanum*, legendum censet. Sed vide quæ notantur ad XXV. 34. § 6. Neque codd. mutant, nisi quod alia orthographia *Suesitanum*, *Sucsetanum*, *Suesitanum*, *Suessitanum*, *Suessitanum* legant. Deinde *Sedetannumque Florent. Setetanumque* Voss. *Setutannumque* Hearnii N. *Am-*

phitunumque ejusdem L. 1. Vide quæ notantur ad Silii III. 372.

§ 5 *In castris ad Sucronem*] Sucronis eodem in loco meminit Plinius. Ptolemæus ultra Valentiam statuit. Id autem mirum, quomodo hi milites Mandonio Indibilique conjungi potuerint, interpositis tot amicis populis, Edetanis ac Snessitanis: ipsi ultra Iberum, præsidium gentibus cis Iberum: Mandonius autem ac Indibilis citra Iberum. Merito hæc lectori, ut obscura, indicari poterunt. *Glar. Ad Sutronem* Hav. *ad Succonem* Hearnii L. *ad Succem* ejusdem N.

§ 6 *Non tum, quum primum de vita imperatoris dubii rumores adlati sunt*] Omnes Gall. *non tum primum, quum de vita.* Deinde Put. Reg. Men. ignorat vocem *rumores*. Regius inter hos *dubii allati sunt nuntii*. Puto hanc vocem in antiquissimo cod. corruptam esse in verbum substantivum, una mutata, duabus omissis literis; hinc ex sensu adjecisse recentiores, alios *rumores*, alios *nuntii*: cum olim fuisset, *Motæ autem mentes eorum non tum pr., quum de vita imp. dubii allati nuntii: sed jam ante.* Quamvis et liceat *dubie allatum sit*, pro *allatum est*: quippe isto modo sæpissime in optimo libro verbum substantivum coheret; non quod ita Livium fecisse putem, sed compendium existisse puto librariorum. Ex eo facile fuit *allati sunt* formare. J. F. Gron. *Non tum primum, quum de vita* etiam Voss. Lov. 1. Hav. et quidam alii. Deinde *dubii allati sunt* Voss. et Harl. quorum prior in margine *dubii sermones allati sunt* exhibet: *sermo dubii allati sunt* Lov. 1. sed *sermones* alia manu emendatur: *dubii rumores allati* sine verbo substantivo Hearnii N. *dubie allatum sit* Lov. 2. et Hav. *dubia allata sunt* Hearnii L. 1. Crevierius, in Victor. etiam inveniens *dubie allatum sit*, Gronovii conjecturam *dubie allatum est* non improbat, quæ mihi

quoque maxime adridet. De locutione ‘adfertur,’ ‘adlatum est,’ ita simpliciter adhibita, vide ad XXII. 14. § 11. Paulo ante *Motæ eorum autem mentes sunt* Flor. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1535. Sed vide ad VI. 17. § 3.

Licentia ex diutino, ut fit, otio collecta] Huic licentiæ maxime occurrendum esse prudenti imperatori, ait Polyb. lib. II. ubi de hac re agit. *Sigon.* Gruteri ed. ultima præfert *ex diuturno*, idque omnes recentiores servarunt. Quin et, quum omnes sileant, quid in codd. suis repererint, latet. Sæpe quidem hæ voces in Mss. commutantur. Vide ad IV. 32. § 6. V. 11. § 5. VI. 32. § 2. VIII. 4. § 5. XXIV. 18. § 2. XXVIII. 3. § 1. XXXIX. 51. § 9. c. 56. § 2. viros doctos ad Suet. Calig. c. 1. et ad Val. Max. I. 8. 2. et III. 3. prine. Hic tamen *diutino* restitui, quia ita inveni in omnibus meis. Vide ad XXV. 7. § 11.

§ 7 *Ac primo sermones tantum occulti serebantur*] Put. Reg. Men. Voss. *Ac primores tantum occulti*: vel *primones*: sed illud in Put. Scribe, *Ac primo rumores tantum occulti serebantur*. J. F. Gron. *Ac primo tantum occulti* Cant. *Ac primo res tantum occulte* Flor. *Ac primo res tantum occulte* Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *Ac primores tantum occulti* Hearnii L. 1. Non male sensui consulit, qui *Ac primo sermones* dedit: at melius *Ac primo rumores* scribendum, ex Flor. vestigiis conjecit etiam Salvinius. Mox voces *quid sese inter pacatos facere? si debellatum jam et confecta provincia esset* desunt in Harl. et Hearnii N. librariorum negligentia, ob repetitionem τὸν esset. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 9 *Nihil instituto ac disciplina militiæ, aut imperio*] *Instituto aut discrimine militiæ* Flor. Voss. Lov. 1. Hafn. et Hav. *instituto aut disciplina* Lov. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Froben. 1535. *instituto ac disciplina militari* Lov. 3.

§ 10 *Forma tamen Romanorum castrorum constabat una ea spe*] Pal. 3. *forma tantum Rom. castr.* Gebhard. Freinsh. Indice in Flor. voce 'Species,' *forma tamen Romanorum castrorum constabat una ea specie.* Melius *una ex parte.* J. F. Gron. *Fortuna tamen Rom.* Lov. 1. 4. et Hafn. Vide ad xli. 20. § 1. Quod autem librarius *forma tantum Rom.* dederit, itidem inter sollemnes id generis hominum errores referendum est. Vide ad ix. 12. § 6. Ceterum Freinsh. conjecturam probavit Gronov. in pr. ed. nott. eandem etiam Gronovii conjecturæ præfert Doujatius: certe 'species' et 'spe' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad iii. 9. § 13. Male et contra omnes codd. ultima Gruteri ed. legit *una ex spe*, quod tamen occasionem Gronov. præbnisse videtur conjiendi *una ex parte.*

Expertes seditionis defectionisque rati forent] Legendum est *rati fore*. Nam sequentia cohærent, nec sunt separanda, quemadmodum in vulgatis edd. factum videmus. *Rhenan.* *Rati fore*, præter solum Ber. omnes mei.

Et jura reddere in principiis sinebant] Consensu Put. Reg. Men. Voss. *ut jura reddere in principiis sinebant.* Quasi significant, speciem tantum jurisdictionis et imaginem tribunis concessisse. Sed hoc forte argutum nimis. Lege *ut jura redderent.* J. F. Gron. *Sed jura reddere* Gaertn. et Hearnii D. *ut jura reddere* Flor. Lov. 2. et Hearnii N. quam lectionem Gronov. probasse videtur in pr. ed. nott. ad xxix. 1. *Ut jura redderet* Lov. 1. *ut jura redderent* Hearnii L. 1. Nondum tamen hanc lectionem in contextum admittere ausus sum, licet etiam duæ ultimæ literæ *roû* redderent facile absorberi potuerint a vocula sequenti *in*.

Signum ab eis petebant, et in stationes ac vigiliis in ordinem ibant] Non est in scripto cod. *et signum ab eis petebant*, sed tantum *et ab eis petebant*.

Quia tamen sequitur c. 27. 'Signum ab iis petitum est,' probò vulgatam lectionem. Nec est *in ordinem ibant*, sed *ordine ibant*. Sic autem integra sententia legi debet: *Forma tamen Rom. castr. const. una ea spe, quod trib. ex cont. fur. haud exp. sed. def. rati fore, et jura reddere in princ. sin., et sign. ab eis pet., et in stat. ac vig. ordine ibant.* *Rhenan.* Omnes Gall. et Voss. *in stationem ac vigiliis in ordinem ibant.* J. F. Gron. *In stationem ac vigiliis in ordinem ibant* Flor. *in stationem ac vigiliis in ordinem ibant* Voss. Lov. 1. et Hav. *in statione ac vigiliis in ordinem ibant* Lov. 2. et 5. *in stationem ibant*, reliquis omissis, Harl. Quod Rhenanus voluit, in nullo est meorum Mstorum. At *ordine ibant* fuit in editis ante Aldum.

§ 11 *Ultero ipsi imperantes, serrabant*] [Vide Lectt. Var.] *Ipsi imperantes, serrabant* legunt Lov. 3. 4. 5. Harl. et Ber. *se imperatores serrabant* Lov. 2. *ultero ipsi in paucos serrabant* Gaertn. *ultero si imperantes serrabant* Lov. 1. Voss. et Flor. a m. pr. *ultero sibi imperantes serrabant* Flor. a m. sec. et Hav. quomodo Gron. in pr. ed. nott. maluit, et in contextum recepit, inde postea ea lectio per reliquas recentiores edd. propagata est.

§ 13 *Ac paullo post e castris*] *Canabr. post paullo.* Itidem ex Voss. et Gnd. notavit pater, de quo vide ad xxii. 60. *Jac. Gron.* Ita et Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. Vide ad d. l. xxii. 60. § 16.

C. Atrium Calenum et C. Atrium Umbrum] Scripsimus *C. Atrium Umbrum*. Et mox *delatum omnium consensu imperium est.* *Rhenan.* Quidam pro *Actium* restituerunt *Atrium*: quod in oratione Scipionis postea c. 28. ita legatur: *Sed illi tamen non Actium Umbrum semilixam, nominis etiam abominandi ducem.* *Atrium* ab 'atro' dici voluisse, non 'Actium.' Verum res non est tanti momenti. *Glar.* *Atrium* vocant omnes codd. et edd. *princi-*

pes; *Actium* principibus illis proxima: pro quo *Atrium* iterum dedit Aldus, quem hic tangit Glareanus. Deinde Atrii hujus prænomen omitunt Lov. 1. et ed. ultima Gruteri, quod recte Jac. Gronov. restituit. Neutri prænomen additur in Hearnii N. Cujus L. 1. legit *C. Albium et U. Acrimum*. Etiam particula *et* exsulat ab omnibus ante Aldum edd. quam defendunt codd. Tandem verbum *est*, in sequentibus a Rhenano additum, omnes agnoscunt, præterquam Ber.

§ 14 *Neque iis venit in mentem, suis tergis suisque cervicibus*] Particulam que delevimus. Sic enim hic dixit Livius *suis tergis, suis cervicibus*, ut c. 23. ‘turbam fœminarum puerorumque imbellem, inermem.’ *Rhenan*. Reposui *suis tergis suisque cervicibus*, secutus Pall. tres, et antiq. ed. *Gebh*. Omnes Gall. et Voss. *suisque cervicibus*. Dein relegant τὸ *iis*. Quis credat in his minutiis esse aliquid elegantia? Est tamen: nam sic Cic. ad Fam. ix. 15. ‘Et quidem, quum venit in mentem, ponor ad scribendum.’ Nempe illis, et ab illis senatusconsultorum conditoribus. Livius vi. 37. ‘An jam memoria exisse, quum tribunos militum,’ &c. xxxiii. 5. ‘Veniat in mentem, ut trepidos quondam majores vestros, &c. defenderimus.’ xxvi. 13. in oratione Virrii: ‘Jam e memoria excessit, quo tempore, et in qua fortuna a populo Romano defecerimus?’ xxxi. 1. ‘Quum in mentem venit, tres et sexaginta annos æque multa occupasse volumina mihi.’ *J. F. Gron*. Copulativam omnes mei tuentur. Pronomen autem *iis* tantum est in Ber. a m. pr. ejus loco *his* in Lov. 3. et Gaertn. a reliquis omnibus exsulat. Supra v. 54. ‘Quotiescumque patria in mentem veniret, hæc omnia obcurrerant.’ viii. 5. ‘Non venit in mentem pugna apud Regillum lacum?’ xxv. 38. ‘Quotiescumque obcurreret memoria illorum, velut si adhortantes signumque dan-

tes videatis eos, sic prælium inire vos velim.’ Cic. ad Att. vii. 13. ‘Quum autem Dolabellæ venit in mentem, paulum respiro.’ Cicero tamen sæpissime casum addit.

§ 15 *Sub ejus vulgatam jam famam*] Libri duo Mss. *vulgatam mox famam*. Paulo ante Pal. 2. *excæcabat animos*. *Gebh*. Gall. duoque Pall. et Voss. *sub ejus vulg. mox famam*. *J. F. Gron*. *Jam famam* Lov. 3. Gaertn. et Hearnii D. Reliqui, et mei, et Hearnii Oxon. *mox famam*.

CAP. XXV. § 2 *Et subtrahentes se quoque, ut credidisse*] Archetypon Spirense habet *et subtrahentes quoque*. Lego *et subtrahentes quoque*. Nam sequitur, ‘ut credidisse potius temere, quam finxisse, rem talem videri possent:’ quæ clausula velut per parenthesis interjecta legi debet. Sensus est: et subtraherentur, ut temere credidisse, non finxisse, viderentur: non quod se subduxerint. Hic locus hactenus non fuit intellectus. Quod vero sequitur ‘sua ipsi insignia’ fascas intelligit et secures, sc. ‘horrebant.’ *Rhenan*. Rhenani Spirense exemplar habnit *et subtrahentes quoque: meum et subtrahentes quoque*. Ille primus reposuit *et subtrahentes*. Addit gloriæ causa, a nemine hactenus locum istum intellectum: verissime: sic tamen, ut a se comptet. Quis enim non videt, nihilo secius hæere sententiam? nec esse, quo illud *subtrahentes* applicetur. Ἡ δὲ ἐὶ σιωπῆν, ἢ λέγειν ἀμείνωτα, ait ille. Emendo *et subornant eos quoque: vel et subdiderant*, facili sententia, et, audebo dicere, Livii germana. *Lipsius*, Ep. Quæst. 1. 16. *Et subtrahentes quoque* reposuit Rhenanus, jactans locum a nemine hactenus fuisse intellectum. Cujus inanes gloriæ obterit *Lipsius*. Pal. 1. *et subtrahentes se quoque* (haud secus Pall. duo reliqui, et prin. ed.) *ut credidisse, quam finxisse potius temere rem talem videri possent*. *Gebh*. *Et subtrahentes se quoque* omnis vetns lectio meliorum librorum, quam vere ait

Rhenanus hactenus non intellectam. Sed tamen nequaquam ipse sententiam Livii est adsecutus supponendo et *subirascentes quoque*. In pari fiducia par fortuna Lipsii, increpantis licet Rhenanum et præfati, ἢ δεῑ σιωπῶν, ἢ λέγειν ἀμείνονα. Ille ergo et *subornant eos quoque*, vel et *subdiderant*: facili sententia, et, audebo dicere, inquit, Livii germana. Habeamus sententiam, (nec habemus) utrum tandem recipiemus in contextum? Hoc ipsum nos ambiguos facit, quod duplex conjectura est. Vide ut unica litera superflua tantorum virorum frustrata sit ingedium, ne *στοχαστικῆν*, quæ in syllaba tenet aliquamdiu pendentes animi homines restituendæ et explicandæ antiquitatis studiosos, jure apud male criticos in odium et fastidium venire putes. Scribendum est, *tum primi auctores requiri cæpti, et subtrahente se quoque, ut cred. potius temere quam finx. rem talem videri posset; dest. duces jam sua ipsi insignia, &c.* nam ita quoque, non *possent*, optimi codd. Quum subtraheret se quisque, et auctorem fuisse negaret, ut potius accessisse numero temere credentium, quam ipse eum rumorem vulgasse, aut ementitus esse videretur, tum Calenus et Umber expavescere. Cicero ad Q. Fratrem II. 8. 'Quo me libentius a curia et ab omni parte reipublicæ subtrahō:' sic conjeceram dudum, et scriptum postea in Put. duobusque Flor. inveni. *J. F. Gron.* Omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. et *subtrahentes quoque*, vel et *subtrahentes se quoque*, vel et *subtrahentes quoque se*, præter unum Flor. qui et *subtrahente se quoque*, ut jam Gronov. monuit, exhibet; quod forte etiam superest in Cant. et Ber. ex quibus nihil notatur. Et recte hanc lectionem Gronov. probavit. Liv. XLIV. 16. 'Postquam deterrere eum a bello nequii, primo subtrahere esse per alias atque alias causas, ne interesset iis, quæ non probabat, cæpit.' In fine vocis *subtrahentes ad-*

creverat ultima litera ex principio sequentis. Id in litera *s* sæpissime evenisse, ut ex initio vocis sequentis in fine præcedentis perperam vel addatur, vel omittatur, jam monuerunt Pier. ad Virg. Æn. II. 332. Casaub. ad Suet. Cæs. c. 27. Ciofan. ad Nason. Her. VI. 107. Burm. ad Seren. Sam. vs. 866. Cort. ad Plinii II. 11. 17. et Markl. ad Statii Silv. I. 1. 63. Innumera ejusdem erroris exempla ex unius Livii Mss. laudari possent. Exempli causa vide ad I. 2. § 5. c. 6. § 3. c. 9. § 2. II. 7. § 7. c. 16. § 7. c. 29. § 1. c. 45. § 15. c. 52. § 7. c. 54. § 9. c. 57. § 3. c. 64. § 11. III. 3. § 6. c. 7. § 2. c. 9. § 12. c. 11. § 3. c. 15. § 2. c. 35. § 5. c. 36. § 6. c. 37. § 8. c. 38. § 8. c. 46. § 4. et alibi. Hinc *credidisse, quam finxisse potius temere* Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. et Hav. *credidisse potius, quam finxisse temere* Gaertn. *credidisse, quam finxisse potius*, voce *temere* omissa, Lov. 1. Deinde *posset*, præter Ber. et Hearnii D. omnes et mei, et Oxonn. Hearnii.

Mox in se versuram potestatem exhorrebant] Omnes Gall. et Pall. cum Vossiano *horrebant*. Interpretare autem *versuram παθητικῶς*, pro *versum iri*. J. F. Gron. *Exhorrebant* primum vidi in Ascens. 1513. ejus loco *hæc horrebant* legunt priores, consentiente uno codicum Ber. Reliqui enim mei cum omnibus Oxonn. Hearnii *horrebant*. De activo 'vertere' sensu passivo vide ad II. 62. § 2.

§ 3 *Stupenti ita seditioni*] Pal. 1. *Stupente ita seditione*. Pal. 2. *Stipenti*. Mox Pal. 1. et vet. ed. *qui ab ipso Scipione sunt missi*. Amplius Pal. 1. omittit τὸ *supervenerunt*. Gebh. Hæc parum integra scripti codd. arguunt. Primum omnes Gall. Voss. et Pal. unus *Stupente ita seditione*. Deinde Put. *septem a qui ab ipso Scipione sunt*. Pal. Men. Voss. *septem qui ab ipso Scipione sunt missi*. Reg. *septem missi ab ipso Scipione*. Denique τὰ *missi supervenerunt* pror-

sus abolerent Put. Pet. Reg. posteriorem vocem etiam Men. Pal. Voss. Non satis me expedito: conijcere tamen in re crepera licet, *Stupente ita seditione, quidam vivere primo, mox etiam val. Scip. certi auct. adferunt, trib. mil. septem missi ab ipso Scip.* Vel, *septem ad hoc ab ipso missi.* J. F. Gron. *Stupente ita seditione* Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. a m. sec. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Vox *superreuerunt* in tribus tantum, iisque minimæ fidei codd. apud me superest; eorum primus est Lov. 4. qui legit *septem ab ipso Scipione superreuerunt missi*: secundus et tertius sunt Lov. 5. et Ber. in quibus inveni *septem, qui ab ipso Scipione sunt missi, superreuerunt.* Reliqui eandem omitunt; et quidem *septem ab ipso Scipione sunt missi* legunt Lov. 2. et 3. *septem ab ipso Scipione missi sunt* Cant. et Voss. *septem, qui ab ipso Scipione sunt missi* Lov. 1. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *septem, qui ab ipso Scipione* Flor. Crevier. profitetur, vix quemquam sibi erepturum, quin credat, *quod superreuerunt*, quod tamen nullus codicum ejus agnoscit, germanam esse Livii scripturam, quæ et clara, et scita, atque elegans est. Concedit deinde, cum Reg. et Victor. legi posse *tribuni militum septem missi ab ipso Scipione sunt.* Libenter suum cuique judicium permitto: mihi vero vel cum Gronov. legendum videtur *certi auctores ferrent, tribuni militum septem missi ab ipso Scipione*, vel cum nonnullis codd. *certi auctores ferrent, tribuni militum septem ab ipso Scipione missi sunt*, quod posterius in contextum recepi.

Qui ab ipso Scipione sunt missi] Castigavimus ab ipso Scipione missi. Rhenan.

§ 4 *Exasperati animo*] Castigavimus *exasperati animi.* Rhenanus. Pal. 1. cum antiq. ed. exhibet *exasperati animo.* Nec longe hinc Pal. 2. *circumventes enim quidam tentoria.* Gebh.

Exasperati animo etiam Flor. a m. pr. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *exasperatos animos* Flor. a m. sec. Utrumque dici potest 'exasperati animo' et 'exasperati animi,' sive 'exasperatur animo' et 'exasperatur animus,' eodem modo ut 'cadit animo' et 'cadit animus,' de quo vide ad I. 11. § 3. 'exardescit animo' et 'exardescit animus,' de quo vide ad III. 30. § 2. Id tamen, quod Rhenanus reposuit, apud Livium frequentius obcurrit. Infra XXXIII. 39. 'Ut de mandatis agi ceptum est, animi exasperati sunt.' XL. 20. 'Hoc præcipue criminum genere exasperari animum sentiebat.' XLII. 14. 'Exasperavit animos ferocia animi Harpali.' Mox § seq. *dein principis tentorio* Lov. 1. 2. et Hav. *deinde principiis tentorioque* Lov. 3. primo vox per compendium scripta fuerat *dein*; ejus autem ultima syllaba præpositionem in absorpsit. Vide ad XXXVII. 31. § 4.

§ 6 *Stipendium non datum ad diem*] Vide Scelium ad Polyb. c. 6. Duk.

Quo scelus Illiturgitanorum exstitisset] Scripsimus *Illiturgitanum exstitisset.* De quo supra habes. Rhenan. Omnes mei stant pro vulgato *Illiturgitanorum*, quod propterea recte Jac. Gronovium revocasse censeo.

Post duorum imperatorum duorumque exercituum stragem] In Spirensi libro tantum est *post duorumque exercituum stragem.* Si non est illic aliquid omisum librarii incuria, fortassis legendum *post duorum quidem exercituum stragem.* Rhenan. Omnino Rhenanus incidit in cod. ex quo duæ voces librarii culpa exciderant ob vocem *duorum* et *duorumque* repetitionem, de quo vide ad IX. 11. § 11. Omnes nostri stant a recepta lectione. Infra c. 28. 'Quatuor imperatores, quatuor exercitus Karthaginiensium fudi, fugavi.' c. 38. 'Adversus quatuor se imperatores, quatuor victores exercitus in Hispaniam

issc.' c. 43. 'Quum quatuor exercitus Pœnorum, quatuorque duces omnia metu armisque tenerent.' XXI. 11. 'Cum sex imperatoribus eum, sex consularibus exercitibus acie conflixisse.' XXIX. 5. 'Ut duobus ducibus, duobus exercitibus Romanis resistatur.' XXXVIII. 53. 'Ideo quatuor nobilissimos duces Pœnorum in Hispania, quatuor exercitus fudit fugavitque.'

Suis recte factis] Inseruimus mediam vocem ab omnibus scriptis agnitam, sed a postremis quibusdam edd. male neglectam. Et pater eam quoque margini adposuerat. 1. 33. 'Discrimine recte an perperam facti confuso.' v. 47. 'Quum et recte et perperam facto pretium deberetur.' XXIX. 16. 'Omnium nobis recte perperamque factorum testis.' XLV. 37. 'Ita et pretium recte facti triumphum haberet L. Paulus et pœnam, si quid vetere gloria sua indignum fecisset.' Jac. Gron. Vocem *recte* a Jac. Gronov. additam agnoscunt omnes mei Mss. et edd. usque ad ultimam Gruteri, ubi pessime omittebatur. Ut autem 'recte facta,' ita 'bene facta' xxv. 31. 'Non plura per annos quinquaginta bene facta Hieronis.' XXXVII. 1. 'Veteribus bene factis nova pensantes maleficia.' XLIII. 7. 'Exposuit civitatis primum suæ bene facta.'

§ 7 *Et P. Scipionem Deum benignitate, et rempublicam esse gratiæ referendæ*] Nota hoc dicendi genus, *P. Scipionem et rempublicam esse gratiæ referendæ*. Sæpe enim per gerundium non hic modo, sed ceteri quoque authores loqui solent. *Glar.* Malo, pro *rempublicam, populum Romanum*, noto errore. Sensus: Quia milites dixerant, suis recte factis gratiam qui referant, non esse; respondent tribuni, se lætari, et *P. Scipionem Deum benignitate vivere*, cujus mortis fama percubuerat, et *populum Romanum esse*, ita ut gratiam militibus referre

possint. *Signon.* Sigonio scribendum videtur, *P. Scip. eum ben. et populum Romanum esse gratiæ referendæ*. Sed omnes Gall. duoque Pall. et Voss. *reipublicæ*. Vera est scriptura vetus. Quid ni enim *benignitas reipublicæ* laudetur, ubi senatus, ubi populus, illi qui rempublicam tractant, benigni sunt? Seneca de Benef. v. 17. 'Ipsa respublica quam ingrata in optimos ac devotissimos sibi fuerit, quamque non minus sæpe peccaverit, quam in ipsam peccatum est. Camillum in exilium misit: Scipionem dimisit.' Secus vulgatum non moveremus. Vide ad xxvi. 35. *J. F. Gron.* Sæpe *τὰ respublica et populus Romanus*, sive, ut breviter scribuntur, *r. p.* et *p. R.* a librariis confunduntur. Vide ad ix. 26. § 8. Verum hoc loco recte Sigonii conjecturam, nullius cod. fide nisam, Gronovio displicuisse puto. Ceterum *et reipublicæ*, ut in codd. suis invenit, apud me servant Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. Præterea *P. Scipionem proconsulem* edd. principes. Tum *rerum benignitate* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *Deorum benignitate* Lov. 3. Sed vide ad XXI. 22. § 5. Paulo ante *nilhil tristius, nihil insanabilius* Lov. 5.

§ 9 *Missis circa stipendiarias civitates exactoribus, stipendii spem propinquam facere*] Polybins XI. 23. *Χάριν δὲ τοῦ πιστεῦσθαι τὴν ἐπαγγελίαν, τὰς ἐπιτεταγμένας εἰσφορὰς ταῖς πόλεσι πρότερον εἰς τὴν τοῦ παντὸς στρατοπέδου χορηγίαν, τὰτα ὡν ἀπορῶζειν.* *Signon.* Omnes Gall. *missi et fecere*. Non dubito *exactoribus* factum pro *exactoris*, ut habuit scriptura vetustior, et reliquisse Livium, *leniter agi placuit: et missi circa stip. civ. exactores stipendii spem prop. fecere.* *J. F. Gron.* *Missi et fecere* etiam Hearnii in L. 1. invenit. Sed *missi* pauci tantum meorum, *fecere* nulli exhibent, nisi forte Harl. unde ad eam vocem nihil

notatum video: at *facere* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *facit* Hafn. et Lov. 4. *fecit* Lov. 2. Omnes deinde vel *exactoribus* vel *exactoribus*. Id quidem negligentia et errore scribarum ex *exactoris*, pro *exactors*, datum esse potuit, ita enim sæpe librarios peccasse vidimus ad xxii. 8. § 7. eo tamen inclinatus animus, ut *missis*, &c. *exactoribus*, &c. *facere*, quod in duobus etiam suis existare Crevier. testatur, verius credam, ut ita omnis hæc periodus pendeat a præcedenti *placuit*. Certe alteram lectionem, ut Gronov. fecit, in contextum recipere ausus non sum, sed potius priorem revocavi.

§ 10 *Edictum subinde propositum, ut ad stipendium petendum convenirent*] *Positum* Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. Verum, quum per compendium *positum* scriptum fuisset, facile prior litera intercidere potuit. Est autem propria et quam maxime obvia locutio 'proponere edictum.' Supra ii. 24. 'Hoc proposito edicto, profiteri extemplo nomina.' c. 30. 'Edictum deinde a dictatore propositum confirmavit animos.' xxvi. 12. 'Accessit edictum præconsulis ex senatus-consulto propositum:' et innumeris aliis locis. Præterea vocula *ut deest* in Voss. et Lov. 1.

Seu carptim partes vellent] Forte *per partes*. J. F. Gron. Hæc conjectura firmatur auctoritate Polybii, qui κατὰ μέρη dixit xi. 13. ἀντὶ κατὰ μέρη τοῦτο βούλωνται ποιεῖν, ἅθ' ὁμοῦ πάντες sive *per partes id vellent facere, sive omnes simul*.

§ 11 *Tranquillam seditionem, jam per se languescentem*] Voculam *jam* non agnoscit Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. Neque mox τὸ enim est in Lov. 3.

§ 13 *Omnia circumspicientes consilia*] Dele τὸ *consilia*, etsi teneant omnes libri. Justinus xiv. 2. 'Omnia igitur circumspicienti optimum visum

est ad Argyraspides decurrere.' J. F. Gron. Supra vii. 14. 'Omnia circumspicere atque agitare cœpit.' xxi. 31. 'Circumspectus sollicitus omnia incedebat.' Eadem locutione 'circumspicere' ac 'circumspectare omnia' sæpissime etiam Cic. utitur. Exempla habemus pro Quinct. c. 31. Agr. i. 8. in Pison. ad finem, et alibi. In vitis tamen codd. vocem *consilia* delere non audeo, licet mox repetatur 'consiliis.' Id enim Livio non insolitum esse, vidimus ad i. 3. § 9.

Præter unum tutissimum a malis consiliis receptum] Non semper tutus est iste a malis consiliis receptus, dum ad ducis clementiam confugitur. Nec adeo rebellibus istis militibus tutus fuit. Nam postea sequitur, deligatos ad palum, virgisque cæsos, et securi percussos fuisse seditionis auctores. Itaque non lego *præter unum tutissimum*, sed *præter vulgatissimum a malis consiliis receptum*: quod autem vulgatissimum est, non est propterea tutissimum. Hinc illustratur elegantia Liviana. Quid enim elegantius dici potest, quam committere se tandem vel justæ iræ, vel clementiæ principis aut magistratus, vulgatissimum esse a malis consiliis receptum? In archetypo Spirensi legitur *præter enim autissimum*. Mihi sane magis placet *vulgatissimum*, quam vel *notissimum*, vel *novissimum*, quæ duo tamen tolerari possent. *Præter vulgatissimum* a Rhenano ortum est, cui hæc conjectura magis placet, quam aliorum vel *notissimum*, vel *novissimum*. Vet. ed. *præter unum tutissimum*. Pall. tres *præter non tutissimum a malis consiliis receptum*. Quorum codicum scriptura potius inserenda est contextui, quam incertissimæ castigatorum suspiciones. Infra c. 34. 'Indibilis, abjectis belli consiliis, nihil tutius afflictis rebus experta fide et clementia Scipionis ratus.' Gcbh. Antea edebatur *præter*

unum tutissimum. Ubi sunt scripti, quos jactant editores? Nam Pnt. Pet. Men. tres Pall. duo Flor. Barberin. Voss. *præter non tutissimum a malis consiliis receptum.* Verissime: neque est sane tutus admodum receptus permittere se alienæ vel iræ vel clementiæ. Qui enim scias, majorem doloris ille vindicandi, an gratiæ quærendæ cupiditatem habeat? Cicero Fam. ix. 1. 'Ut nullam allevationem quisquam non stultissimus sperare debeat.' Epist. 9. 'Meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto.' Agrar. ii. 35. 'Romam in montibus positam et convallibus, non optimis viis, angustissimis semitis.' Auctor ad Herenn. iv. 38. 'At huic quidem pater (nolo nimium dicere) non tenuissimum patrimonium reliquit.' J. F. Gronov. *Præter unum tutissimum* Ber. Hafn. et Hav. *præter inum tutissimum* Lov. 5. *præter tutissimum* Lov. 1. *præter non tutissimum* reliqui mei, cum Doujatii Regio, et Hearnii Oxonn. *non tutissimum* est 'periculosissimum.' Ita 'haud quaquam sperendus' pro maximi faciendus, xxx. 45. et 'non minima opera' pro maxima opera xxxiii. 6. Vide quæ utrobique notantur. Mox *cum quibus dimicasset*, ommissa una voce, Lov. 1. 2. et Hav.

§ 14 *Sine vulnere, sine sanguine fuisse*] Ultima vox deest in Ber. et edd. usque ad Aldum. Ejus loco *esse* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav.

Nimio plus fœcunda] An potius *fœcunda*? multis scilicet inveniendis et animo fingendis, quibus iras adversus se conceptas molliri, et magnitudinem delictorum suorum extenuari posse sibi blandiuntur. Ovid. Trist. iv. 12. 38. 'Et fœcunda facit pectora laudis amor.' Et ex Pont. iv. 2. 11. 'Fertile pectus habes.' Plinius Præfat. Hist. Nat. 'Magna fœcunditas animi.' Et ii. 78. et xxxvi. 10.

'ingenia fœcunda.' 'Facundia' in sermone *προφορικῶ* est, de quo hic non agitur. Duk.

§ 15 *Inclinavit eo sententia, quod tutius*] Pnt. Reg. Pett. Men. duo Pall. Voss. arcent τὸ *eo*. Verissime: nam et vitiat scitum loquendi genus. Lib. xxxii. c. 13. 'Fluctuatus animo est, utrum protinus in regnum se reciperet, an reverti in Thessaliam posset. Inclinavit sententia, snum in Thessaliam agmen demittere.' Vicit pondere ea sententia, eundem esse universis, quod videbatur tutius. Tacitus Hist. i. 59. 'Octo Batavorum cohortes, tum discordia temporum a legione digressæ, prout inclinasset, grande momentum, sociæ aut adversæ.' J. F. Gron. Illud *eo*, in solo tantum inveni Ber. reliqui omnes uno ore damnant, consentientibus Hearnii Oxonn. Livius illam particulam modo addere, modo omittere solitus est. Et quidem addidit xxvii. 46. 'Multorum eo inclinant sententiæ, ut tempus pugnæ differretur.' Omittit i. 24. 'Hos ut sequar, inclinat animus.' vii. 9. 'Magis, ut belli Gallici causa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus.' Verius itaque est, ut codd. sequamur. Argumentum, quo Doujatius vulgatum probat, additam particulam *eo* sententiam magis perspicuam reddere, placere nequit: nisi quis similiter, aut omnibus aut melioribus Mss. in vitis, probanda putaret omnia librorum glossemata, quibus, quæcumque obscuriora putabant, interpolare non dubitarunt. Præterea *singulæne cohortes, an universæ* paullo ante Lov. 2. Harl. et Ber. a m. sec.

CAP. XXVI. § 1 *Consilium de iis Carthagine erat*] Omnes Gall. *Carthagini*. Notatum dudum eruditus in Planti Casina in Prol. vs. 71. 'At ego aio hoc fieri in Græcia et Carthagini.' Noster xxxi. 11. 'Magnam partem eorum palam Carthagini observari dici.' Servius ad Æn. iv. 224. 'Ty-

ria Carthagine qui nunc Expectat: Carthagine, pro Carthagini, et pro adverbio in loco, de loco posuit. Quod si cogitassent viri docti, non negassent, puto *Carthaginiensis* analogia carere. Est enim id conceptum quasi ab 'Carthagini,' non 'Carthagine:'. notum autem *i* longum in hujusmodi ἔθνικῶν formatione non semper elidi. Sic Latinus, Latini, Latiniensis. Cicero de Haruspicum Responsis cap. 10. 'Quod in agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu.' Aventinus, Aventini, Aventiniensis. Valerius Maximus l. vii. c. 3. 'Quisquis eam Aventiniensi Dianæ immolasset.' Sic Carthagini, Carthaginiensis. Neque vero, qui *Carthaginiensium* scribunt, id tantum faciunt Ennii auctoritate suffulti, ut ait vir doctus ad Curtium, sed imprimis Columnæ Rostratæ bello Punico primo a Duellio consule structæ, sed antiquissimorum codicum, inter quos insignis ille Puteaneus, et quisquis vetustior, sed Prisciani, qui plures lapides integrioresque libros oculis usurpavit, et ejusdem analogiæ aliud exemplum dat in voce 'Crotoniensis.' Quod confirmant codd. Liviani xxix. 36. et lib. xxii. extremo. J. F. Gron. *Carthaginensis* probant Scaliger ad Priap. carm. 32. Vossius de Art. Gramm. i. 43. et Freinsh. in Ind. Curtiano, voce 'Carthago.' Contra *Carthaginiensis* Politian. Ep. v. 3. Rivius ad Sall. Jug. c. 5. Aldus in Orthogr. et Borrich. in Cogitat. de Ling. Lat. ubi fere eadem omnia, quæ hic apud Gronovium, leguntur. Et hoc sine dubio verius est. Duker. *Carthagini* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. aliique, cum Hearnii L. 1. et N. Vide Gronov. ad Senec. Contr. i. 1. et quæ notavi ad Liv. xxvii. 5. § 11. xxx. 44. § 4. xxxi. 11. § 7. ad Epit. Liv. l. xxviii. l. xlviii. et l. xlix. Simili modo *Lucedæmoni*, pro *Lucedæmone*, quidam codd. præferunt xxxv. 35. § 1. Eo-

rum, qui *Karthaginiensis* scribunt, numerum augent Sigon. ad Epit. Liv. l. xiv. Curtius ad Sall. Catil. c. 51. § 6. et viri docti ad Front. i. 2. 3. Ejusdem analogiæ est 'Viboniensis,' de quo vide ad xxi. 51. § 4.

§ 2 *Certabantque sententiis*] Omnes mei *certabaturque*; neque aliter etiam Hearnii L. 1. et N. cum edd. antiqq. usque ad Modium, qui operarum errore dedit *certabanturque*. Ejus loco deinde Gruterus in ed. ultima substituit *certabantque*, quod recentiores omnes servarunt. Verum, quum etiam Put. *certabaturque* præferre ex Sallier. didicerim, non dubitavi quin hanc lectionem reciperem.

Haud plus, quam quinque et triginta] Polyh. xi. 20. Οὔτοι δὲ ἦσαν εἰς πέντε καὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν. Sigon.

§ 3 *Ut, unde orta culpa esset*] Pal. 1. *ut, unde culpa esset orta, ibi pæna consisteret: ad multitudinem satis esse castigationem.* Gebh. Pariter inveni in Voss. Lov. quinque, Harleian. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. 1535. *Ut, unde culpa orta esset* Flor.

§ 4 *Consilio dimisso*] Ita, pro *Concilio dimisso*, legendum monet J. F. Gronov. ad xliv. 2. § 5. idque recepit Jac. Gronov. Recte. Neque aliter est in Flor. et, uno tantum vel altero excepto, plerisque reliquis codd. meis. Similiter etiam edd. Rom. 1472. ac Parm.

Expeditio adversus Mandonium Indibilemque, &c.] Polyh. ibid. Τῶ δὲ μεθ' ἑαυτοῦ στρατοπέδῳ παρήγγειλε πρὸς ἡμερῶν τριῶν ἐφόδια παρασκευάζεσθαι εἰς πλείω χρόνον ὡς ἐπὶ τὸν Ἀνδοβάλην προρευομένῳ. Sigon.

Et cibaria dierum aliquot parare jubentur] Pal. 1. *et cibaria eorum aliquot.* Pal. 2. omittit τὸ et. Pal. 3. quoque et præciso, *cibaria dierum aliquot parari jubetur.* Gebh. Τὸ et exsulat etiam a Lov. 3. Deinde *cibaria eorum aliquot* Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. 2. Tum *parari jubentur* Lov. 3. ac 4.

§ 5 *Tribunis septem, qui et antea Sucronem, &c.*] Polyb. *ibid.* Τῶν μὲν χιλιάρχων τοῖς πρεσβέυσασι συνέταξε δι' ἀποβήτων ὁ Πόπλιος ἀπαντᾶν τοῖς ἀποστάταις· καὶ διελομένους, ἕκαστον πέντε τῶν ἀρχηγῶν τῆς στάσεως εὐθέως κατὰ τὴν ἀπάντησιν φιλανθρωπεῖν, καὶ καλεῖν ἐφ' αὐτοὺς, μάλιστα μὲν πρὸς κατασκήνωσιν· εἰ δ' ἂν μὴ δύνωνται τοῦτο, πρὸς γε δεῖπνον, καὶ τοιαύτην συνουσίαν. *Sigon.* Pall. continent *ad Sucronem.* Gebh. *Vox septem* deest in Hearnii D. Deinde *ante ad Sucronem* Lov. 4. *antea ad Sucronem* Gaertn.

Quina nomina principum seditionis edita sunt] Quidam *quina* pro quinque positum existimant. At ego existimo, cum tribuni septem iis obviam missi fuerant, et nocentim xxxv. ut ipse paulo ante fatetur auctor, intelligendum non quinque in univsum, sed singulis quinque, hoc est septies quinque, qui efficiunt xxxv. *Glar.*

§ 7 *Haud procul jam Karthagine aberant*] Pal. 3. *Haud procul ab Carthagine erant.* Reliqui duo codd. ignorant *jam.* Gebh.

Cum M. Silano in Lacetanos proficisci] *Cum Silano* Ber. et edd. Aldina priores: *cum M. L. Silano* Lov. 3. *cum Lælio Silano* Gaertn. *cum Lælio Silanoque* Rec. et Hearnii D. quomodo etiam Sigonius edidit; quem recte omnes deseruerunt.

Non metu modo omni, qui tacitus incidebat animis] Put. Reg. Men. Voss. τὸ *modo* ignorant: dein omnes Gall. et Pall. *insidebat.* J. F. Gron. Supra x. 41. 'Potentior alius metus insidens pectoribus.' *Duk.* *Non metu modo omni* Lov. 5. *non metu omni,* omissa vocula *modo,* Lov. 1. 2. Hearnii L. 1. N. et omnes codd. Crevierii, qui tamen eam necessariam iudicat. Verum, *non, sed etiam* pro 'non modo sed etiam' poni, vidimus ad c. 11. § 14. eodemque sensu etiam 'non, sed' poni, docuit Cortius ad Sall. Jug. c. 14. § 23. *Insidebat* autem

non tantum omnes codd. mei, et Oxon. Hearnii, sed etiam edd. antiquiores, pro quo *incidebat* primum Lugduni 1553. mox Paris. 1573. datum est: id autem recentiores servarunt usque ad Gronov. Solent autem verba 'insidere' et 'incidere,' vel ob minus distinctam verba præeuntis pronunciationem, vel aliam ob causam, inter se confundi. Vide ad III. 2. § 3. Salmas. ad Solin. p. 128. et Harduin. ad Plin. x. 23. p. 586.

Sed licentiam ingentem fecit] *Scriptissimus sed latitiam ing. fecit.* Rhenan. Pro *latitiam,* quidam *licentiam* reposuere, non recte, ut puto. Ceterum, quæ sequuntur verba, obscura sunt. Puto autem de Syllano intelligi, quem sperabant milites magis in ipsorum fore potestate, quam se in illius. *Glar.* *Licentiam* etiam Gaertn. cum plerisque edd. antiq. Sed recte *latitiam* præferunt reliqui scripti cum edd. Ven. 1498. Mediol. 1505. Asc. 1513. et Mog. Quum autem deinde Aldus *licentiam* revocasset, Rhenanus alteram lectionem præferendam esse non sine causa monuit. Verba autem seqq. non de Silano, ut Glareanus existimat, sed de Scipione, intelligenda esse, ipsa ratio docet. Quum enim omnis exercitus, qui Karthagine substiterat, postero die cum M. Silano in Lacetanos profecturus esset, hinc milites seditiosi, modo adventantes, Scipionem magis solum habituri, quam ipsi in potestate ejus futuri erant. *Vox futuri* in sequentibus deest in Flor.

§ 9 *Sub ipsa profectioe alterius exercitus venissent; corpora curent*] *Scriptissimus sub ipsum profectioem,* et *corpora curant.* Nam et hæc postrema clausula a superioribus pendet, quemadmodum nos distinximus. *Rhenan.* *Sub ipsa profectioe* in uno tantum vidi Lov. 3. Reliqui, consentientibus edd. Rom. 1472. et Parm. recte cum Rhenano *sub ipsam profectioem.* Ita § præc. recte Aldus edidit *Sub occa-*

sum solis, concinentibus plerisque scriptis, nisi quod Lovel. 1. Berol. Gaertn. et Hav. perperam legant *Sub occasu*, ut priores omnes præferunt edd. Vide ad II. 55. § 1. Deinde corpora curent Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Ber. et Gaertn. corpora curarent Hav. Sed bene iterum Rhenan. curant, quod simul cum ejus distinctione recepi. In edd. Gronovianis et quibusdam aliis ita distinguebatur: *viderunt, excepti serm. de ind. compositis: latum opp. adv. eorum imp. esse, quod sub ipsam projectionem alt. ex. venissent; corpora curant.*

§ 10 *Per idoneos homines inducti in hospitium*] Omnes perducti. J. F. Gron. Inducti Ber. et Gaertn. producti Lov. 3. Reliqui mei cum omnibus Hearnii Oxonn. perducti.

§ 11 *Exercitus, cujus simulabatur iter*] Legendum cui simulabatur iter, id est, a quo. Rhenan. Cui simulabatur Rhenanus: at nostri omnes cujus. J. F. Gron. Cujus etiam omnes nostri, et Oxonn. Hearnii. Mox *ne quis egredederetur* Ber. et typis descripti ante Aldum: *ne quis urbem egredederetur* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. quomodo etiam Vietor. apud Crevier. præfert, et se in Pall. invenisse testatur Gebh. ad XXIII. 16. § 10. Vide quæ ibi dicta sunt. Sed optimi meorum vulgatum tuentur, quos relinquere religio est.

§ 12 *Territori subclamationibus, concurrerunt. Simul et imperator in tribunal adscendit*] Reposuimus concurrunt: item in tribunal conscendit. Rhenan. Concurrerunt unus meorum servat Harl. reliqui cum omnibus, præter solam Froben. 1531. editionibus Rhenani sententiæ subseribunt. Similiter unus Hearnii D. Rhenano *conscendit* emendanti consentit. Reliqui Oxonn. cum omnibus meis *ascendit*. J. F. Gronov. edidit *escendit*, et quidem secutus est optimum Pat. ut testatur ad II. 28. § 8. Miror itaque, Clericum, qui se accuratissime Livium ad mentem J. F. Gronovii edi-

turum professus est, hic, deserto Gronovio, priorem lectionem *adscendit* restituisse, et tamen factæ mutationis lectorem non monuisse. Voces in *tribunal* desunt in edd. ante Aldum.

§ 13 *Reducti armati a portis inermi se concioni, &c.*] Polyb. XI. 25. πρὸς μὲν τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν χιλιάρχους ὁ Πόπλιος διεπέμψατο, κελεύων αὐτοὺς ἄγειν τοὺς στρατιώτας ἐν τοῖς ὄπλοις, καὶ περιστῆναι τὴν ἐκκλησίαν. Sigon.

§ 14 *Nihil aque eos terruit, quam præter spem robur et color imperatoris*] Polybius ibid. κἀπειτα παρὰ τὴν πρόσδοκίαν αἰφνιδίως ἐββῶμενον θεασάμενοι κατὰ τὴν ἐπίφασιν κατεπλάγησαν. Sigon. Rubor et color, transpositis literis, pro robur, Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Flor. a m. sec. quum robur a manu pr. scriptum fuisset.

Qualem ne in aciem quidem aiebant meminisse] Legendum *qualem ne in acie quidem*. Rhenan. In qua ed. Rhenanus in *aciem* repererit, nescio: certe nulla earum, quas consului, hanc lectionem præfert. Quæ proxime præcessit Rhenanum, Frobeniana a. 1531. etiam exhibuit in *acie*: omnes autem priores *ne acie quidem*, quod firmant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Id autem probari potest ex illis quæ dicta sunt ad IX. 32. § 12. et mox cap. seq. § 8. Præterea perperam agebant Voss. et Lov. 1. Vide ad VIII. 33. § 23.

§ 15 *Donec nunciatum est*] *Demuciatum* Lov. 5. et Hearnii N. quomodo etiam codd. variant in Epit. Liv. I. XLVIII. Mox τὸ jam non agnoscunt Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

CAP. XXVII. § 1 *Numquam mihi defuturam orationem*] Summa hujus orationis expressa etiam a Polybio est XI. 26. Sigon.

§ 2 *Non quo verba umquam potius, quam res*] Ultima Gruteri ed. præfert *non quod verba*, idque proximæ servantur, et habet etiam Lovel. 3. Ejus

loco deinde restituit Jac. Gronov. *non quo verba*, quomodo antea editum fuerat, et reliqui mei legendum clamant. Vide ad xxxix. 13. § 2. Deinde *quam rem* Hav.

Adsueveram militibus ingeniis] Cantabrigiæ legi *assueveram*. Et mirum ni idem in aliis Mss. habeatur. Hic tamen silentium vidi. *Jac. Gron.* Ita ex meis legunt Flor. et Hav. ex Crevierii autem Mss. Put. et Reg. qui id eorum fide recte recepit. Vide ad iv. 45. § 4.

§ 3 *Apud vos quemadmodum loquar*] Put. Meu. *ad vos*. J. F. Gron. Vulgatum superest in Lovel. 3. 4. Ber. et Hearnii L. 1. ac D. *Ad ut vos* legit Flor. *At ut ad vos* Lov. 2. et Hearnii N. *Ast ad vos* Voss. et Lov. 5. *At ad vos* Hav. *Ad vos* reliqui.

Quos nec quo nomine quidem adpellare debeam] Vet. lib. *ne quo*. Sigon. Pal. 1. *quos neque nomine quidem adpellare debeam*. Gebh. Scripti *ne quo*, ut et Sigonius. J. F. Gron. *Ne quo etiam Flor. et Gaertn.* cum multis edd. usque ad Froben. qui a. 1535. *nec quo* dedit, consentientibus Voss. Lovel. 1. 5. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed vide ad i. 10. § 3. *Quos nec quo nomine adpellare debeam* est in Ber. *quos neque quo nomine quidem adpellare debeam* in Harl. et Hav.

§ 4 *Qui a patria vestra desivistis*] Illi *descistis*. J. F. Gron. *Descivistis* unus Ber. *descitis* Gaertn. *desistis* Lov. 5. et Hav. *descistis* reliqui mei, omnesque Hearnii Oxonn. Vide ad xxiv. 45. § 2.

§ 5 *Illergetes et Lacetani*] *Iirgetes* Flor. Voss. et Harl. *Ilergetes* modo, modo *Illergetes* in vulgatis Livii edd. scribuntur: sed prius verum esse, ex vestigiis optimorum codd. patet. Vide etiam ad xxi. 22. § 3. *Tum aut Lacetani* Flor. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. *An voluerunt ac Lacetani?*

Ad Umbrum Atrium et Calenum Albinum] *Albinum*, ut supra. Sigon. *Ubru-*

im Atrium Flor. Vibuum Atrium Lov. 4. *Umbrinum Atrium* plerique reliqui cum Hearnii L. 1. Male. Vide ad c. 24. § 13. *Albinum* operarum errore primus dedit Vascos. inde reliqui habuerunt.

§ 6 *Amentiam esse. Libenter credam*] Malim distinguere: *paucorum eum furorē atque amentiam esse libenter credam negantibus*, scilicet de vobis omnibus. J. F. Gronov. Perionium, qui conciones Livianas edidit, similiter olim interpunxisse, Hearne monuit. Hanc distinctionem recepi; et ita sensus est: *negantibus vos id omnes fecisse aut factum voluisse, libenter credam, esse eum paucorum furorē atque amentiam.* Sed et vulgatæ interpunctioni sua inest elegantia. Ea si placet, *Negate* resolvendum est in ‘dicite non,’ ex quibus solum *dicite* repetendum erit ad posterius membrum ‘paucorum enim furorē atque amentiam esse.’ Vide ad xxxix. 15. § 11.

§ 7 *Nisi tacta tractataque sanari non possunt*] *Tacta atque tractata* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Haveik. Deinde *sanari nequeunt* Ber.

§ 8 *Nullum locum tota provincia*] Vet. lib. *in tota*. Sigon. Tò in Sigonius adjecit. Mss. non admittunt. J. F. Gron. Nullus etiam meorum præpositionem admittit: neque ea etiam necessaria videtur. Vide ad cap. præc. § 14. At omnia hæc verba exsulant a Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Præterea mox *nullos homines credebam esse, ubi visa esset sic mea* Flor. *nullos homines credebam esse, ubi vita esset sic mea* Cant. et Harl. *nullos homines credebam esse, ubi vita esset sicut mea* Voss. et Lov. 1. *nullos homines rebelles credebam esse, invidiu mei* Hav. neque dissentit Hafn. nisi quod *in invidia mei* legat: *nullos homines rebelles credebam esse, ubi vita invisā esset mea* Lov. 2.

§ 9 *In castris meis (en quantum me*

opinio fefellit!)] Antiq. ed. *In castris meis* (heu quantum me opinio f.) Pal. 1. *In castris en meis* (quantum opinio fefellit?) Pal. 2. *In castris et meis q. o. f.* Gebh. Omnes Gall. et Pal. sincerior, *In castris en meis* (quantum me opinio fefellit?) Cur transposuerunt? Alius quoque Pal. *In castris et meis*, nempe eodem digitum intendens. J. F. Gron. *In castris en meis*, quantum etiam Voss. et alii, cum Hearnii Oxonn. *In castris meis*, hem quantum Hav. Deinde quantum opinio fefellit Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

Fama mortis meæ non accepta solum, sed etiam expectata est] Antiqua lectio *spectata est*. Expende num *sperata* legi possit. Nam sequitur cap. 29. 'Horret animus referre, quid crediderint homines, quid speraverint.' Hoc nimirum est, quod hic dicit *accepta et sperata*. Rhenanus. Pal. 3. *fama mortis meæ non excepta solum, sed expectata est*. Mihi placet, quod reperit in sno Rhenanus, *sed etiam spectata est*, de quo ego superius ad VII. 24. § 6. quod ille tamen depravat in *sperata*. Pal. 1. *sed etiam expectata est vero: quod ego vulgari facinus per omnes velim*. Gebh. Hic iterum impugnet Rhenanus, dum, quid sit 'expectare mortem alienius,' tamquam rem desiderabilem, non cogitat. Ex libro adfert *spectata*, et corrigit *sperata*. Terent. Ad. 1. 2. 28. 'Sineres nunc facere, dum per ætatem licet, Potius quam ubi te expectatum eiecisset foras.' Et eadem fabula v. 4. 20. 'Illum, ut vivat, optant, meam autem mortem expectant.' Noster XI. 54. 'Et destituta senectus aliis expectantibus suam mortem, aliis ne expectantibus quidem.' Cic. in Paradox. 6. § 1. 'Si testamenta amicorum expectas; aut ne expectas quidem, at ipse supponis.' Rutilius Lupus de Figuris Sententiarum p. 2. 'Filius respondisset, non esse opus sæpe eadem oratione moneri, nec se patris mortem ex-

spectare.' J. F. Gronovius. *Spectata* etiam Lov. 4. quod neque cum Gebhardo probandum, neque cum Rhenano in *sperata* mutandum puto, sed errori scribarum tribuo, qui *spectare* sæpissime pro *expectare* dederunt. Vide ad xxx. 23. § 7. Pari infelicitate Freinslem. contra *expectare*, pro *sperare*, Livio obtrudere conatum esse, notat Gronov. ad 1. 47. § 2. qui recte hic vulgatum defendit. Supra 1. 9. 'Quantoque adparatu tum sciebant aut poterant, concelebrant; ut rem elaram expectatamque facerent.' Præterea *fama sortis meæ Flor. fama sortis meæ* Voss. in contextu, (altera lectione *mortis* in margine adnotata) et Lov. 1. Vide ad ix. 19. § 11. *Fama fortis meæ* Lov. 5.

§ 10 *Exercitum meum mortem mihi optasse*] *Tò meum* non agnoscunt Flor. Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hav. *nec multa jurearet Flor. nec vita jurearet Harl. nec multum jurearet vita* Hav.

§ 11 *Multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est, &c.*] Polybius planius hanc comparisonem expressit XI. 27. Ταῦτα δ' ἐστὶ, διότι πᾶς ὄχλος εὐπαραλόγηστος ὑπάρχει, καὶ πρὸς πᾶν εὐάγωγος· ὅθεν ἀεὶ τὸ παραπλήσιον πάθος συμβαίνει περὶ τε τοὺς ὄχλους καὶ τὴν θάλατταν· καθάπερ γὰρ καὶ κείνης ἢ μὲν ἰδίᾳ φύσιν ἐστὶν ἀβλαβῆς τοῖς χρωμένοις καὶ στάσιμος· ὅταν δὲ εἰς αὐτὴν ἐμπέσῃ τὰ πνεύματα βία, τοιαύτη φάινεται τοῖς χρωμένοις, οἷοί τινες ἂν ὦσιν οἱ κυκλοῦντες αὐτὴν ἄνεμοι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ πλήθος ἀεὶ καὶ φαίνεται γίγνεσθαι πρὸς τοὺς χρωμένους, οἷους ἂν ἔχοι προστάτας καὶ συμβούλους. Sigon. Pari fere similitudine nititur Liv. xxxviii. 10. 'Vulgata similitudine mari tranquillo, quod ventis concitaretur, æquiparando multitudinem Ætolorum usus, quum in fide,' &c.

Ut venti et procellæ cient, ita aut tranquillum aut procellæ in vobis sunt, et caussa atque origo] Locus hic mire vitiatus est, etiam in exemplari scrip-

to. Variant in hoc tantum edd. vulgatae, quod adverbium *ita* adjectum habent. Fide mihi, lector, hic, non te decipiam. Lege sic et distingue: *sed mult. omnis, sicut nat. maris, per se imm. est, ut venti et auræ cient, aut tranquilli aut procellosi. Et causa in vobis atque origo om. fur. penes auct. est.* Porro genitivi tranquilli et procellosi referuntur ad maris, quod præcedit. Rhen. *Ut venti et auræ cient: ita aut iraquillum aut procellæ in vobis sunt: et causa atque origo edebatur olim: sic omnis scripta lectio, nulla differentia, nisi in levibus et memoratu indignis. Ut quod Put. est et venti. Pet. sed et venti.* Eam sic, ut Medea Peliam, recoxit Rhenanus: *imm. est, ut venti et auræ cient, aut tranquilli aut procellosi: et causa in vobis atque origo omnis fur. penes auct. est.* Miram licentiam, quum ipse fateatur, scriptum codicem suum tantum in hoc a vulgato divertere, quod τῷ *ita* non habeat. Nempe et hic una vacans syllaba primo ipsum decepit, postea omnes, qui crediderunt tam speciosæ pollicitationi. Scribe, τῷ *ut deleto, sed mult. omnis, sicut natura maris per se imm. est, venti et auræ cient: ita aut tranquillum aut procellæ in vobis sunt.* Sermo quidem elegantissimus, et scita brevitate. Omnis, inquit, multitudo est sicut natura maris; hæc per se est immobilis, venti et auræ id commovent turbulentumque reddunt, &c. Scilicet, quid esset *tranquillum*, non meminerant. Atqui Tertullianus vocat 'mare de tranquillo probum.' Terent. Phorm. IV. 4. 9. 'Qui te ad scopulum e tranquillo inferat.' Noster XXIV. 8. 'Non tranquillo navigamus, sed jam aliquot procellis submersi pæne sumus.' Lib. XXXVIII. c. 10. 'Insita gentis tranquillitate quiesce eos: posteaquam flare ab Asia Thoas et Dicæarchus cœpissent, tum illam tempestatem coortam, quæ ad Antiochum eos, sicut in scopulum, intulisset.' Cicero

pro Chent. c. 49. 'Ex quo intelligi potuit id, quod sæpe dictum est: ut mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari, sic et populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus, concitari.' Herodotus VII. 16. Τάδε καὶ ἀμφοτέρα περιήκοντα ἀνθρώπων κακῶν ὀμίλη σφάλλοισι. Καθάπερ τὴν πάντων χρησιμωτάτην ἀνθρώποισι θάλασσαν πνεύματά φασι ἀνέμων ἐμπίπτοντα, οὐ περιορᾶν φύσει τῇ ἐωυτῆς χρῆσθαι. J. F. Gron. *Est, si et venti et auræ Voss. et Lov. 1. 2. ac 4. est et venientes auræ Flor. est si venti et auræ Lov. 3. et Gaertn. est, sed ut venti et auræ Lov. 5. et Harl. unde juvari potest Crevieri conjecturæ, qui, quum in duobus si et venti, in uno etsi venti invenisset, fortasse legendum putabat sed venti.* Præterea *tranquillitas Lov. 2. tranquilla Lov. 3. 5. et Gaertn. tranquilla vi Lov. 4. insigniter interpolatus est Hav. per se immobilis est, mobilis si veniens aura excitat: ita aut tranquillitas aut procellæ in vobis sunt: nam causa atque origo.* Lectio Gronovii mihi præsertim placet. De voce 'tranquillum' vide ad III. 14. § 6.

§ 12 *Quin mihi ne hodie quidem]* Omnes Gall. et Voss. *Qui mihi ne hodie quidem.* J. F. Gron. Unus Ber. *Quin mihi:* unus etiam Gaertn. *Quo mihi.* Reliqui recte *Qui mihi,* ut Gronov. restituit. Mox *progressi estis, pro sitis, Hav.*

Adversus auspicia, sub quibus militatis] Scripsimus *sub quibus militastis.* Rhenan. Pall. 1. 3. ac vetus ed. *militutis.* Gebh. *Optimi militatis.* J. F. Gronov. *Militutis* etiam omnes mei. Recte. Non enim *militaverant,* sed adhuc *militabant.* Mox *summi imperatoris majestatem, pro summi imperii, Lov. 5.*

§ 13 *Credideritis: is denique ego sim]* Pal. 1. *credideritis: denique ego sum, ejus imperitia edere exercitum.* Gebh.

Omnes dicti *avide credideritis: denique ego sim.* Ut et duo Pall. et Voss. omisso τῶ is. Et absit sane. J. F. Gron. Voculam *is* servant Lov. 3. 4. 5. et Ber. *idemque ego sim*, hand multum abludens, legit Harl. Reliqui eandem ignorant. Sed intercepta esse videtur ab ultima syllaba vocis præced. Per me igitur ne pereat elegans locutio *is ego sim*, quam illustravit Burm. ad Nas. Met. vii. 43. ubi etiam vulgatum hoc loco defendit. Pari modo ‘Ille ego sum,’ quamvis paullo diverso sensu; de quo vide ad Siliū ix. 128. Præterea *ego sum* Lov. 1. 5. Ber. a m. sec. et Hav. Deinde *cujus imperitia cadere exercitum* Harl. et Lov. 3. *cujus imperitiæ dere exercitum* Flor. *cujus imperitia edere exercitum* Voss. et Lov. 1. *sub cuius imperitia credere* Lov. 2. *cujus imperitia errare exercitum* Lov. 5. et Hav. *cujus imperitia perdere exercitum* Hafn.

§ 14 *Quid populus Romanus, cuius imperium, ablatum ab tribunis*] Reposuimus *quum imperium ablatum*. Nam sequitur ‘quum eo ipso non contenti.’ Rhen. *Cujus* Ber. *cui imperium* Harl. Reliqui *quum*. Præterea *Quid prætor quum imperium* Gaertn. Vide ad xxxi. 10. § 4.

§ 15 *Signum ab iis petatum est*] De signo sive tessera vide Lipsium ad Tacit. Ann. xiiii. in Excurs. A. *Modius*.

In tribunali proconsulis Scipionis] Malim *in tribunali P. Scipionis*. Nam in veteribus libris passim est hæc menda. *Signon*. Quod malit Sigonius, Put. et omnes cum Voss. Gall. *sederunt in tribunali P. Scipionis*. J. F. Gron. *Proconsulis Scipionis* primum datum vidi in ed. Froben. 1535. cui consentit Hearnii D. Priores exensilegerunt *proconsulis P. Scipionis*, ad stipulante Ber. Reliqui Mss. mei, nua cum Hearnii L. 1. et N. firmant Sigonii ac Gronov. emendationem *in tribunali P. Scipionis*. Literam præ-

nominis *Publii, P.* sæpe in vocem *proconsul* abiisse, vidimus ad c. 16. § 14. Ceterum *pro tribunali* Rec.

Submovente eo incesserunt] Pal. 1. et vet. ed. *summoto incesserunt*. Pall. 2. et 3. *summoti incesserunt*. Gebhard. Idem, et unus Pal. duo Flor. cum Barberino, *lictor apparuit: summoto incesserunt: fasces cum securibus prælati sunt*. Alludunt duo reliqui Pall. et duo alii Flor. *summoti incesserunt*. Jam ante diximus ‘incedere summoto’ notabili sermone esse incedere præeuntibus licitoribus, qui turbam obviam summovent. Lapis apud Gruter. p. CXXIV. n. 1. LVCVM. DEAE DIAE. SVMMOTO. ADSCENDERVNT. Prævit hoc Lipsius Elect. i. 23. ubi licitorum munus illustrat. Ubi tamen et M. Senecam minus recte corrigere videtur in controversia, Sacerdos prostituta: ‘Procedente hac licitor summovere videbitur: huic prætor via cedit: summum imperium, consules cedent tibi:’ reponit ille *summovere jubebitur*. At ego licitorem non hic intelligo virginis, sed prætoris aut consulis, scribendumque existimo *licitor summovere vetabitur*. Hic est locus, qui ob oculos erat Salmasio scribenti Eucharist. parte priorie. I. ‘Submoto incedere magistratum’ dicebant veteres, qui per turbam a licitoribus submotam incederet: quam locutionem olim Livio et Plinio restitimus. ‘Per dimotum incedere’ dixit Lactantius. Quod viri et rei causa libentissime adjeci. Plinii, credo, verba sunt viii. 46. de Api bove: ‘Cætero secretus, cum pronipit in cætus, incedit summoto, grexque puerorum comitatur carmen honori ejus canentium.’ Non enim *summoto licitorum*, aut *summoto strepitu licitorum*. Lactantii vi. 1. ‘Stipati familiarum gregibus, per dimotum populum semper incedant.’ J. F. Gron. Lectio a Gronovio rejecta, *submovente eo incesserunt*, in nullo cod. obvia fuit; quin etiam in nulla ed.

ante Ascensianam 1513. adparuit. Priores, quas vidi, habebant *submoto eo incesserunt*; quomodo etiam legunt Lov. 2. Ber. Gaertn. et Hav. *submotis incesserunt* Lov. 5. *submoti incesserunt* Lov. 3. 4. et Hearnii D. *submoto incesserunt* Flor. Cant. Lov. 1. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. id autem recte Gronov. probavit, qui de locutione 'submoto incedere' egit ad xxv. 3. § 16. Lapidem apud Gruter. pariter olim exposuit Guther. de Jur. Man. 1. 4. docens *submoto* adverbialiter dici, ut 'optato'; 'summoto ascendere' autem de illis, quibus lictores turbam submoventes adparent. Quæ explicatio præferenda est illi, quam dedit Gudius ad Phædri 1. 25. Putat autem in lapide scriptum fuisse *SUMMOTIO*, sive per compendium *SUMMOTO*; et 'summotio' adverbialiter poni pro summo otio, ut 'summpere,' 'maximopere;' indicari itaque, fratres Arvales leniter, non properanter, gravi et suspensio gradu, ut sacerdotes decebat, ascendisse. Quam interpretationem jam ante rejecit Burm. ad Petron. c. 51. p. 252. De locis Plinii et Lactantii a Salmasio obiter laudatis Gronovius ipsum a. 1644. antequam prima notar. in Liv. ed. prodiret, per literas consuluit. Vide Burmanni Syllog. Epist. tom. II. p. 607. Verum Salmasius, cujus responsum nondum editum est, ei satisfacisse non videtur, quia demum Gronov. Plinii et Lactantii verba in sec. ed. notar. produxit. In Plinio autem *submoto strepitu licitorum* conjecit Turneb. Adv. xxiv. 19. Verum *incedit submoto*, non *submotu licitorum*, vel *submoto strepitu licitorum*, legendum esse, docuit Salmas. ad Solin. p. 217. ubi quoque Lactantii locum memorat. *Submotu licitorum* tueri conatur Harduinus, et exponit 'submoventibus licitoribus.'

Fasces et secures prælatæ sunt] Vet. lib. *fasces cum securibus prælati sunt*. Sigon. Pal. 1. et vet. ed. *fasces cum*

securibus prælati sunt. Gebh. Frobenius demum a. 1535. *fasces et secures prælatæ sunt* edidit, quod servat unus Rec. Edd. priores obferunt *fasces cum securibus prælati sunt*: quod, præter codd. a Gronovio ad verba præcedd. laudatos, firmant reliqui nostri.

§ 16 *Et fulmina jaci de cælo, et insuetos fætus animalia edere, eos portentata esse putatis*] Pal. 2. *lapide pluere, et flumina jaci de cælo, &c. eos hæc portentata esse putatis*. Pal. 3. *et insuetos fætus animales edere, voces portentata esse putatis*. Gebh. Non fuit portentum fulmina cadere de cælo: unde enim alioqui caderent? sed loca fulminibus tangi, aut ea cadere, ut fortasse hic legendum *sereno*. Sic xxxi. 12. 'Priverni sereno per diem totum rubrum solem fuisse.' xxxvii. 3. 'Nursiæ sereno satis constabat nimbium ortum.' Dein Put. et Men. *animalis*. Pet. Pal. *animales*. Num *animantes*? Lucretius 1. 819. 'eadem cælum, mare, terras, flumina, solem Constitunt: eadem fruges, arbusta, animantis.' Cic. de Nat. Deor. II. 47. 'Animantium vero quanta varietas est? quanta vis, ut in suo quæque genere permaneant? quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ.' J. F. Gronov. Varro de Ling. Lat. viii. p. 122. 'Id imperite reprehendunt, ut si quis reprehendat naturam, quod non uniusmodi finxerit animales omnes.' Alioqui 'animantes' habes apud Livium xxi. 30. 'Alpes quidem habitari, coli, gignere, atque alere animantes.' Et inde xli. 18. 'animantium.' Plerumque tamen mavult *animali, animalium, animalibus* edere. Jac. Gron. Verum est, non aliunde, quam de cælo, jaci fulmina. Sed, si ratio, ob quam viro summo hic suspecta fuerunt verba *de cælo*, valet, dicendum est eadem omnibus locis scriptorum veterum, ubi qua-dam *de cælo tacta* et *icta*, nempe 'fulmine,' fuisse dicuntur, super-

vacua esse: neque enim aliunde, quam de caelo, tangi possunt. Et jaci cum effectu accipi potest, ita scilicet, ut loca hominesve iis tangantur; ut in Ovidio 'mittere' Trist. II. 33. 'Si, quoties peccant homines, sna fulmina mittat Juppiter.' *Duk. Fætus animalium* Hav. *fætus animalis* Harl. *fætus animales* Gaertn. et Hearnii L. 1. Gronov. in pr. ed. nott. nihil mutabat. Quod verius putarem. Mox tantum *facinus ausi sint* Lov. 1. 2. et Voss. *tantum ausi facinus* Lov. Flor.

CAP. XXVIII. § 1 *Quamquam nullum scelus rationem habet*] Pal. 1. *habeat*. Gebh. Vide ad II. 4. § 7. Omnes tamen mei *habet*. Contra *nullam scelus rationem* Lov. 1. 5. et Harl. *nullam rationem scelus* Lov. 2. Mox tamen *in re nefaria*, omissa vocula *ut*, Harl.

§ 2 *Rhegium quondam in præsidium*] Hac de re dictum in Epitomen libri XII. *Signon*.

Interfectis per scelus principibus civitatis] Pal. 2. *civitatis principibus*: Pal. tertio ablatum $\tau\delta$ *ciritutis* est. Gebh.

§ 3 *Tota legio, millia hominum quatuor, in foro Romano securi percussi sunt*] Scripsimus *in foro Romæ*. Rhenan. Pal. 3. *continet in foro securi percussi sunt*. Gebh. Epit. Liv. I. XV. 'Legio Campana securi percussa est.' Sed Casaub. ad Polyb. p. 124. e Polybio ostendit, diuturna obsidione numerum ad CCC. immiutum, et hos supplicio adfectos fuisse; Livium autem et alios tragica exaggeratione in ea re uti. *Duk. In foro Romæ etiam omnes nostri. Præterea in foro Romæ percussi sunt* Lov. 4.

§ 4 *Sed illi tamen non Atrium Umbrum semilixam*] Scripsimus *Atrium Umbrum*. Nec est in scripto codice *Sed illi tamen, verum Sed illi primum Atrium Umbrum*. Rhenanus. *Sed illi primum* etiam omnes mei. Tum recte *Atrium Umbrum*, quamvis plures legant *Umbrum*. Vide ad c. 24. § 13.

Sed Decium Jubellium] Pal. 1. *sed Jubellum*. Pal. 2. *sed D. Jubellium*.

Pal. 3. *Sex. Bellium*. Gebh. *Sed Vibellium* Flor. et Lov. 4. *sed Jubellium* Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. a m. sec. et Hav. *sed Jubilleum* Lov. 1. *sed Decium Mabellium* Gaertn. *sed Sex. Bellium* ed. Rom. princ. apud Hearnium, ut et apud me Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et Ven. 1495. et 1506. (nam periodus *Sed illi primum, &c. secuti sunt* deest in Rom. 1472. et Parm.) *sed D. Jubellium* edd. proximæ usque ad Aldum, qui *Decium* substituit. Vide *Signon*. ad Epit. Liv. I. XII. Tum *tribunum militie* Voss. *tribunum milites* Gaertn. Per compendium scriptum fuerat *trib. mil. id*, quamvis facillimum et in Liv. ubivis obvium, licet tamen librarii illi adsequi non potnerent. Similia vide ad IV. 57. § 9.

Nec cum Pyrrho, nec cum Samnitibus aut Lucanis] Est in scripto cod. *nec Samnitibus*. Subintelligitur *cum præcedens*, quare nos exemimus. Rhen. Vet. lib. *nec cum Samnitibus*. *Signon*. Pal. 1. et vet. eâ. *nec cum Pyrrho, nec cum Samnitibus*. Gebh. Omnes Gall. meliorque Pal. et Voss. *nec cum Pyrrho, nec cum Samnitibus aut Lucanis, hostibus populi Romani, se conjunxerunt*. J. F. Gron. Omnes mei etiam *nec cum Samnitibus*. Recte. Vide ad c. 8. § 3. Insuper *nec cum Lucanis* Ber. et edd. antiq. usque ad Aldum, vulgatæ lectionis auctorem, quam se in tot codd. reperisse Gronovius testatur; mihi vero eadem in reliquis meis obvia fuit.

§ 5 *Cum Mandonio et Indibili consilia communicastis, et arma*] Inserimus partientiam *et, et consilia comm., et arma consoc. fuistis*. Rhenanus. Vet. lib. *Yos cum Mandonio atque Indibili et consilia*. *Signon*. Pal. 3. *et consilia comm., et arma consoc. fuistis*. Gebhardus. Illud *et*, quod viri docti inseruerunt, præferunt meorum Lov. 4. Gaertn. Rec. et Hav. Id autem hoc modo adhibitum sapissime a librariis negligi solet. Vide ad II. 44. § 3. Nihilominus rectius

hic omissum puto. Nam ignorant reliqui, et inter eos optimi codd.

§ 6 *Capuam, Tuscis veteribus cultoribus ademptam*] In volumine veteri tantum est *Tuscis veteribus*. Inter prælegendum vocabulum *cultoribus* aliquis superaddidit. *Rhen. Vet. lib. veteribus cultoribus ademptam*. Hac de re supra etiam diximus. *Sigon. Veteribus cultoribus* omnes: neque est vox postrema insitiva, ut Rhenanus velit. L. x. c. 2. 'Thuriæ redditæ veteri cultori.' *J. F. Gron. Etruscis*, pro *Tuscis*, Hearnii L. 1. sollempni scribarum commutatione. Vide ad II. 47. § 6. Hinc vocem *cultoribus* ignorant Harl. et Hearnii D. Verum eandem reliquorum omnium, et meorum, et Oxonn. Hearnii, consensus Livio adserit. Supra VII. 38. 'Inibanturque consilia in hibernis eodem scelere adimendæ Campanis Capuæ, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent.' XXI. 52. 'Anxillum Romanorum terræ, ob nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti, orant.' XXII. 31. 'Ac si insulis cultorum egentibus prædarentur.' XXXII. 13. 'Xyniæ simili metu a cultoribus desectæ sunt.' XLV. 30. 'Incolas quoque permultos, Gallos et Illyrios, impigros cultores.' Et mox, 'Cultorum quoque ingenia terræ similia habet.' Mela I. 9. 'Cultores regionum multo aliter a ceteris agunt.' c. 19. 'Sindos in Sindonum finibus ab ipsis terrarum cultoribus condita est.' Vide ad IX. 13. § 7.

Mamertini in Sicilia Messanen] *Messanam* Put. ut Sallier. docuit: id voluit Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Harl. quorum scribæ, perperam distinctis et in voces divisis literis, in *Siciliam esse nam* dederunt. *Messanam* Ber. *Messanam* Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. antiqq. Verum quum deinde Francofurtenses 1578. errore operarum dedissent *Messanen*, id mox Modius in *Messanen* mutavit; quod recentiores omnes servarunt, quum tamen in nullo cod.

oberrant, et Livius passim *Messana*, *Messanam* dicere solitus sit. Vide exempla XXI. 49. lib. XXI. c. 7. 8. 9. et alibi. Priscam igitur lectionem revocavi.

Sic tum Rhegium habituri perpetuam sedem erant] Est duntaxat in volumine veteri sic *Rhegium*. Rhenan. Pall. tres, et vet. ed. *perpetuam sedem*. Gebli. Sic quoque omnes, non *spem*. J. F. Gron. Vocula *tum*, a Rhenano expuncta, in nullo meorum superest, eamque demum inveni in ed. Ven. 1495. quum priores sicut *Rhegium* præferant: *perpetuam spem* errore operarum dedit Modius 1588. pro quo jam Dan. Heinsius apud Elzevir. *perpetuam sedem* substituit, quod non tantum priores edd. sed omnes etiam scripti tneuntur. Supra c. 7. 'Urbe sua capta a Philippo, sedem eis Ætoli eam dederant.' Hav. exhibet sic *Rhegii habituri perpetuo sedem erant*. Sed 'Rhegium perpetuam sedem,' ut mox 'Sucronem domicilium.' Paulo post *Romanum* non adparet in Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Harl.

§ 7 *Decedens confectu provincia*] *Decedens* Voss. Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum, perpetuo librariorum errore. Vide ad II. 31. § 11. Propria autem est locutio 'decedere provincia.' Infra c. 32. 'Priusquam provincia decedat, opprimendos Iergetes duxisse.' XXXVII. 7. 'Tradito consuli exercitu provincia decessit.' XXXIX. 3. 'Decedere provincia prætor jussus.' XII. 10. 'Utrumque decedere provincia jussit.' Alibi dixit 'de provincia decedere.' Vide ad IV. 29. § 5. Mox *redieritis*, pro *rediretis*, Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Ber. a m. sec.

§ 8 *Sicut patriæ meique, ejeceratis animo*] Put. Men. Voss. *ejeceritis*. Et rectius puto: est enim non simplex affirmatio Scipionis, sed occupatio, quam Rhetores vocant. Sit ita, horum quoque sitis obliti: quæ autem via? quis exitus erat consilii? J. F. Gron. *Ejeceritis* etiam Flor. Cant.

Harl. Hav. et Hearnii N. ac D. Mox *si non ad ultimum dementis* Hav.

§ 9 *Cum quo ego die uno Karthaginem cepi*] *Uno die* edd. quas vidi, antiquissimæ. Et ita Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. et Gaertn. Ejus loco reposuit Aldus *die uno*, concinentibus Flor. Cant. Harl. Hav. et aliis. Frobenius deinde 1535. dedit *die una*; cujus lectionem servarunt ceteri usque ad J. F. Gronov. qui, ut ad § seq. notat, ex Put. et Men. lectionem Aldinam revocavit. Et recte. Frobeniana enim in nullo mihi cod. obvia fuit. Et solet potius Livius ‘dies unus,’ quam ‘una,’ dicere. Supra II. 10. ‘Agri quantum uno die circumaravit, datum.’ VI. 25. ‘Documento unus dies fuerat.’ X. 17. ‘Ut uno die vi atque armis urbem caperent.’ XXIV. 13. ‘Die uno Suessulam a Calibus contenderat.’ lib. XXV. capp. 7. 16. 48. lib. XXXII. capp. 1. 22. aliisque locis. Vide ad VIII. 11. § 15. Et hæc ratio est, cur potius *una clade* enim Rhenano et Gronovio, quam *una die* cum Sigonio, legere malim XXX. 6. § 6.

Quatuor imperatores, quatuor exercitus Karthaginensium fudi, fugavi, Hispania expuli] Asdrubales duos, Amilcaris et Gisgonis filios, Magonem Amilcaris, et Annonem, qui Asdrubali in Italiam profecto suffectus erat. *Sigon.* Pal. 2. et *Hispania expuli.* Gebli. Prima vox, teste Hearnio, abest ab ed. Rom. princ. duæ priores non reperiuntur in Flor. Lov. 1. 3. 5. Harl. Hav. et Hearnii N. sine dubio librariorum culpa ob vocis *quatuor* repetitionem omissæ. Vide ad IX. 11. § 11. *Quatuor duces et exercitus* legit Hearnii L. 1. *quatuor imperatores exercitus* Gaertn. et edd. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et Ven. 1495. At altera Ven. triennio recentior, vulgatum prima recte exhibuit. Vide ad c. 25. § 6. Deinde *fudi et Hispania* exsulant a Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Hav. et

Hearnii N. ex quibus insuper Lov. 2. *expulique.* Male. Sæpissime ‘funderé’ et ‘fugare’ junguntur. Vide ad XXXVIII. 53. § 2. *Fudi, fugavi, expuli* Flor. Cant. et Lov. 4. *fudi, fugavi, et Hispania expuli* Ber. et Gaertn. Solet Livius duo vel plura verba sine copula jungere. Supra VIII. 33. ‘Si fusus, fugatus, castris exutus fuisset.’ XXVII. 43. ‘Ut legionem a Capua Romam arcessant, delectum Romæ habeant, exercitum urbanum ad Narniam hosti obponant.’ Vide ad IX. 22. § 6.

Majoris certe omnes pretii, quam Albius et Umbrinus sunt] Hic Scipio blanditur militibus, timens eos scilicet. Locus mendo non caret. Archetypon habet *minoris certe omnes pretii.* Porro nihil dubito, legendum hic esse *Albius et Atrius*, non *Umbrinus*, quemadmodum dixit c. 27. ‘In prætorio tetenderunt Albius et Atrius.’ Sunt enim propria nomina ‘Albius’ et ‘Atrius,’ quæ conjunguntur: ‘Calenus’ et ‘Umber’ cognomina. *Rhenan.* Ut Rhenani liber, omnes Gall. et Pall. præter unum et alterum: *minoris certe omnes pretii, quam Albius et Atrius sunt, quibus vos subjecistis.* Sane *minoris* genuinum puto, non *majoris.* Deprimit enim eos in comparatione cum reliquo exercitu, quicum se Novam Carthaginem *die uno* (sic enim Put. et Men.) cepisse, quicum quatuor imperatores, quatuor exercitus hostium fudisse, fugasse, Hispania expulisse dixerat. *Minoris* autem pretii erant suo ipsorum iudicio, quippe qui Calenum et Umbrinum, tamquam præstantiores, sibi præposuerant. Qui vero illi? semilixæ, ut antea eos vocaverat. Nullo igitur genere cum cætero exercitu comparabiles evincit, quod voluerat. *J. F. Gron.* *Majoris* superest in Lov. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii N. Ceteri nostri cum ejusdem Hearnii L. 1. et N. recte *minoris.* Optime etiam Rhenanus *Albius et Atrius.* Verum vix aut

nostri, aut Oxonn. Hearnii adsentuntur. Priscam enim scripturam *Albius et Umbrius* servant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *Albius et Umbrus* Lov. 4. *Albius et Umber* Rec. et Hearnii D.

§ 10 *Amolior et amoveo nomen meum*] *A meliore tamen moreo* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Mox *vobis violatus sim*, omitta præpositione, Flor. Voss. et Lov. 5. Vide ad vi. 11. § 4. *Vobis violatus sum* Lov. 1. 2. Harl. et Hav. Tà a vobis desunt in Hearnii N.

§ 11 *Ne istud Jupiter optimus maximus sinat*] Germanam Livii lectionem archetypon Spirense continet, *ne istuc Jupiter optimus maximus sierit*, quam et nos in contextu restituimus, cum ob singularem elegantiam, tum ob vetustatem. Nam si quippiam in tota oratione Scipionis verborum est, quibus ipse fuerit usus, fortassis hæc clausula est, quam usurpavit alicunde Scipio, Livius ex annalibus aut aliquo vetusto scriptore retulit. Porro dictum est *istuc* pro *istud*, et *sierit* pro *sicerit* a 'sino.' Crassus aliquis id non intelligens vertit in *sinat*. Rhenan. Put. *ne istuc Jupiter optimus maximus sirit*, ut editum ad 1. 32. J. F. Gron. *Sinat* servant Lov. 2. 3. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et Hearnii Oxonn. idque voluerunt Voss. et Lov. 1. 4. qui *finiat* præferunt. Proxime veram scripturam *sinit* Flor. Cant. Harl. et Hav. Puto enim recte Gronov. emendasse *sirit*, quomodo præferunt Exc. Pithæi, Salvinus ad marginem Livii conjecit, et ante eum ac Gron. legendum monuit Gebhard. ad Liv. 1. 32. § 7. ubi plura vide. Præterea *ne istud* servant Lov. 5. et Ber. *nec istud* Voss. et Lov. 3. *nec illud* Lov. 2. *ne id* Hearnii N. *nec Jupiter*, media voce omitta, Gaertn. Sed reliqui recte *ne istuc*. Paulo ante *mecum expiraturum imperium populi Romani* Hearnii N. quod ex se-

quentibus perperam hic repetitum est, quum prius sollemni errore librariorum *R. P.* seu *respublica*, abiisset in *P. R.* sive *populus Romanus*. Lov. 3. in contextu habet *mecum est peritura respublica*. Insuper *casurum Romanum imperium erat* Lov. 2. *casurum imperium erat* excusi Aldo antiquiores.

Auspicato Diis auctoribus condita] Pall. 1. 2. et vet. ed. *Dis ductoribus*. Gebh. Ita et Flor. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. Interdum ita lapsi sunt scribæ. Vide ad iv. 26. § 6. xxi. 10. § 6. et Bentl. ad Horat. iii. 3. 65.

§ 12 *Flaminio, Paulo A. Graccho*] *A.* neque ratione, neque consuetudine pluribus Livianis exemplaribus scriptum pro *Æmylio* reperio: nam secundum nomen totum scribitur, prætereaque prima diphthongum habente. *Sabell.* *Æmilio* non est in veteri codice: quare et nos dispunximus. Simplicia nomina sunt *Flaminio, Paulo, Graccho*. Rhenan. *Æmilio* vel, ut ante Sabellicum legebatur, *A.* in nullo meorum vidi: quid tamen ei inserendo occasionem dederit, intellexi ex vitiosa Lov. 5. scriptura *Flaminio, P. aulo Greco*. Omnia autem tria hæc vocabula desunt in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

M. Marcello, T. Quinctio Crispino, C. Fulvio] *Cn. Fulvio* legendum. Et intelligit de *Cn. Fulvio Centimalo*, qui anno octavo hujus belli consul fuit, ut ad finem lib. xxv. habetur, deinde vero præconsul occiditur ab Hannibale ad Herdoniam, ut ab initio libri xxvii. narratum est. Viceerat alium etiam *Cn. Fulvium Hannibal*, ut xxv. 20. ante dictum: at is effugerat cladem, non item populi iudicium, ut lib. xxvi. ab initio. Verum Scipio hic de occisis loquitur. *Glarean.* Vet. lib. *T. Crispino*: quod probo, ut et hic duobus nominibus afficiatur. *Signon.* Pal. 2. omittit præ-

nomen Marcelli, et Pal. 3. Crispini. Gebh. Prænomen Marcelli exsulat ab Hearnii N. Voces *M. Marcello* a Ber. Deinde *P. Quintio Crispino* legunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hearnii L. 1. ac N. Quod, quamvis mendosum sit, firmat tamen reliquorum codicum lectionem, qui vocem *Quinctio* a Sigonio ejectam defendunt. Mox Fulvii prænomen abest ab Hearnii N. cuius loco *C.* vel *Gaio* legunt Lov. 5. Ber. et Gaertn. cum nonnullis edd. antiquis. De quo errore vide ad VII. 3. § 3.

Tot tam præclaris imperatoribus] Scripsimus *tot tam claris imp.* Rhen. Pall. 1. 2. et vet. ed. *tot tam præclaris imp.* Gebh. Omnes Gall. duo Pall. Voss. *tot tam præclaris.* Cic. Agrar. II. 33. 'in tam illustri imperio et tam præclara populi Romani disciplina.' *J. F. Gron.* Lectioni, quam male Rhenanus sustulit, non modo opem ferunt Gebhardi et Gronovii codd. sed et mei tantum non omnes, cum Hearnii L. 1. N. et illis quos Crevier. consuluit. Eam itaque, tot testium fide et consensu nisam, in contextum revocavi. Mox alio ordine dictionum *superstes est eritque populus Romanus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Gaertn. *superstes est eritque publica res* Hav. *superstes est eritque respublica* Ber. et edd. ante Aldum. Vide de hoc errore ad IX. 26. § 8.

Meo unius funere clata respublica esset] Reposuimus ad fidem exemplaris scripti *meo unius funere elata populi Romani esset respublica.* Tametsi illic mendose *elati*, non *elata*, legitur. Rhenan. *Mei unius funere* Hav. Male. Vide ad VII. 40. § 9. Tum *clata respublica esset* legunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *clata populi Romani respublica esset* Ber. et edd. ante Aldum, qui primus voces *populi Romani* expunxit. Forte scriptum fuerat breviter *elata P. R. R. P. esset.* Quum autem non intelligerent scribæ, quid his literis iudicaretur,

duas priores ejecerunt. Vide ad XXII. 10. § 2. et c. 53. § 10. De formula autem 'populi Romani respublica' vide ad locum priorem.

§ 13 *Septinium Martium*] *Septimum Marcium*, ut supra. *Sigon.* *Septimum Marcium* Flor. Lov. 2. 3. et Ber. quod Put. et hic, et ubique præferre, testatur Gronov. in pr. ed. nott. ac servandum iudicavit in pr. ed. nott. ad XXXII. 2. Sed vide ad XXV. 37. § 2. *Septimum*, quomodo legunt omnes typis exarati ante Aseens. qui a. 1513. *Septimum* dedit, hic cognomen esse, nisi legendum sit *Septimi F.* id est *Septimi filium*, iudicat Oudend. ad Front. II. 10. 2.

§ 14 *L. Scipio frater meus, C. Lælius legati*] Ita ultima Grut. ed. quum antea legeretur *et C. Lælius.* Silent omnes recentiores, ac lectionem illam servant. Interim tamen et omnes mei, et Hearnii N. et *C. Lælius* exhibent; quod quum etiam in Put. superesse ex Sallier. didicerim, Livio restituere non dubitavi. Ceterum hic locus in memoriam mihi revocat illum, quem supra in Epit. hujus libri in princ. habuimus, ubi Dukerus recte observat, perperam *M. Silanum* Scipionis legatum vocari. Quum autem ex hoc loco constet, *L. Scipionem* fratrem et *C. Lælium P. Scipionis* legatos fuisse, adsentior Joh. Alex. Roëllio, ibidem vocum transpositione legendum censenti, *Res in Hispania prospere gestæ a Silano, et ab Scipionis legato L. Scipione fratre:* vel *Res in Hispania prospere gestæ a Silano, et ab L. Scipione fratre, Scipionis legato:* vel *et ab L. Scipione, fratris Scipionis legato.*

§ 15 *Arma contra patriam, contra cives vestros ferretis*] Vet. lib. *arma tamen Pænis contra patriam:* quod probò. *Sigon.* Pal. 1. *arma compinxit patriam contra cives vestros ferretis.* Reliqui libri omnes rejiciunt illud *Pænis*, Sigonio invectum et probatum. Gebh. *Arma tamen Pænis contra patriam Si-*

gonius. Put. et Pet. antiquior *arma compinxit patriam*. Men. *compunxit*. Pal. Voss. *compinxit*. Alter Pet. duo Pall. et Reg. ut prius vulgo, *arma contra patriam*. Scribe, quibus si omnibus superiores essetis, arma impia in patriam, contra cives vestros, ferretis? Particula tamen est ex illis auxiliariibus additamentis hominum Liviani stili minus peritorum, qualia multa eiecimus. J. F. Gron. *Arma contra patriam, contra cives* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii D. *arma compinxit patriam* Lov. 1. et Hearnii N. *arma compinxit patriam* Flor. *arma cum Pœnis contra patriam* Hav. et, nisi excerpta fallant, Cant. Lectio, quam Sigonius probavit, recte Gronovio displicuit. Certe τὸ tamen in nullo meorum inveni. De vocula illa perperam contextui Liviano inserta vide ad xxii. 44. § 7. Ipse Gronov. in pr. ed. not. *arma cum Pœnis contra patriam* scribendum coniecit, eamque lectionem, quæ a quonam mutata sit, se nescire Crevierius fatetur, in contextum recepit; et tamen servavit, licet postea sec. ed. conjecturam mutarit. Eandem superesse passus sum, quia unius vel alterius ex codd. meis testimonio confirmatur: id vero, quod ejus loco substituitur, in nullo superest. Mox *urbis Romanæ* Flor. a m. pr. Lov. 1. et Harl. *urbi Romanæ* Flor. a m. sec. Cant. Voss. Lov. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. et Parm. quorum fide Livio reddidi. Vide ad Epit. Liv. l. XLIX.

CAP. XXIX. § 1 *Coriolanum quondam*] Liv. II. c. 39. et seqq. Sigon.

Ut iret ad oppugnandam patriam, impulit] Put. *ut irata ad oppugnandam*. Scribe, *ut ab ira ad oppugnandam patriam*: quam formulam, auctoribus Rhenano et Lipsio, jam sæpius Livio reddidimus. Vocem autem *ira* requiri, ex sequentibus patet: 'Vos qui dolor, quæ ira incitavit?' Nisi malis *exsilium rueri ad oppugnandum*.

Cicero ad Att. VII. 4. de Cæsare: 'Quod si rueri cœperit, næ ego multa timeo, quæ non audeo scribere.' J. F. Gron. *Iret* deest in Voss. *ad oppugnandam iret patriam* legit Lov. 3. *irent ad oppugnandam patriam* Harl. *ire ad oppugnandam patriam* Gaertn. *iret ad oppugnandam patriam* Flor. Doujatius, si quid mutari necesse sit, scribendum coniecit *exsilium et ira ad oppugnandam patriam impulit*.

§ 2 *Vos qui dolor, quæ ira incitavit*] Corrupte Pal. 1. *qui dolore vitæ ira incitavit*. Gebh. Put. *qui dolorævitæ ira incitavit*. Cæteri Gall. unusque Pal. *qui dolore vitæ ira*. Scribe *qui dolor, aut quæ ira incitarit?* J. F. Gron. Inspicienti acrius codicem Puteanæum, unice videtur inde existere, *Vos qui dolor, quæ justa ira incitavit?* Et est hoc perpetuum in Livio epitheton. XXI. 44. 'Vos Carthaginenses, tum ob patriam, tum ob iram justissimam pugnatorios.' XXIII. 25. 'Quamquam stimulabat justa ira.' VI. 31. 'Quippe ab justo exercitu, justa ira facta.' Jac. Gron. τὸ Vos deest in Cant. Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. At insuper *qui dolere vitæ ira incitarit* Flor. et Cant. *qui dolore vitæ ira incitavit* Voss. et Hearnii L. 1. ac N. *quæ dolore vitæ ira incitavit* Hav. *qui dolor vitæ ita incitarit* Lov. 1. *qui dolore, quæ ira incitavit* Harl. *quis dolor, quæ ira incitavit* Lov. 4. Mox τὰ cur nihil divinarum humanarumque rerum in viol. vobis esset desunt in Hearnii D.

§ 4 *Quid crediderint homines, quid speraverint*] Pall. 2. et 3. *quid cred. homines, quid paraverint*. Gebh. Omnes mei stant pro recepta lectione.

Quid optaverint] Hæc clausula non est in libro vetusto. Rhenan. Eandem tamen tuentur omnes mei.

Auferat omnia irrita oblivio, si potest] Vet. lib. *oblivio ista, si potest*. Sigon. Consentit unus Hav. *at oblivio est potest* Flor. et Lov. 1. Reliqui in hac parte nihil mutant. At in primis verbis *Auferant omnia irrita* Lov. 2.

Auferat omnia recens oblivio Lov. 5.

§ 5 *Tristem atrocemque vobis visam orationem meam*] Delevimus *meam*: nam statim sequitur *dicta mea*. Rhenan. *Visam orationem meam* quatuor egregii codd. J. F. Gron. Eadem lectionem firmant Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. quorum fide restitui, quamvis etiam mox sequatur *dicta mea*. Vide ad l. 3. § 9.

Et me, quæ fecistis, pati æquum censetis: vos ne dici quidem omnia æquo animo ferretis] Scripsimus *et me ea, quæ fecistis*. Rhenan. Pal. 1. *et ea omnia quidem, quæ fecistis, vos ne dici æquo animo feritis?* Pal. 2. *et me omnia, quæ fecistis, pati æquum censetis, vos ne dici quidem æquo animo feritis?* Pal. 3. *et me, quæ egistis, pati æquum censetis*. Gebh. *Et me, quod fecistis* edd. ante Aldum, lectionis, quæ Rhenano displicuit, auctorem: *et me ea, quæ fecistis, vos ne dici quidem omnia æquo animo fertis* Put. ut ex Sallier. intellexi, Flor. et Cant. omissis vocibus *pati æquum censetis*, quæ in nullo meorum codicum supersunt, nisi in Ber. et Gaertn. nec tamen abesse possunt. Reliquorum varias adferre, tanti non videtur. Id tamen monendum, *ferretis* demum adparuisse in ed. Paris. 1573. pro quo priores dederunt *feretis*, quod superest in Lov. 2. Ber. Gaertn. et Hearnii Oxoni. *feratis* in Hav. *fertis*, præterquam in tribus codd. modo memoratis, etiam in Lov. 1. et Harl.

§ 7 *Et Atrius Umbrius*] Scripsimus *et Atrius Umber*. Rhenan. Et ita mei, præter Ber. Gaertn. et Hav. in quo *Umbrius*. Vide ad c. 25. § 13.

§ 8 *De nullis enim, quam de vobis, infestius aut inimicius consuluerunt*] Vet. lib. *iniquius consuluerunt*. Sigon. Pal. 3. et prisca ed. *inimicitias*. Pal. 2. *infestius aut inimitius*. Gebh. Put. *inicius*. Scribe *inimicius*: quod et habent alii antiqui libri, et male Sigonius mutavit. Cic. in Verr. III. 13.

‘Quis hunc audet dicere aratoribus infestum aut inimicum fuisse?’ Et rursus c. 21. ‘Iste civis Romanos? at nullis inimicior aut infestior fuit.’ Sic xxxv. 12. ‘Neque Boii, neque Hispani tam inimice infesti erant Romanis, quam Ætolorum gens.’ Sæpius duas has voces confusas reperies, et alibi in Livio observavimus. Nisi malis *inimitius*, ut in Pal. uno, et libris Mureti. J. F. Gron. *Inimicius* Ber. et edd. principes, quod errore librariorum scriptum est pro *inimicius*. De quo vide ad II. 15. § 6. *inimitius* Gaertn. *iniquius* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. *inicius* Flor. Voces ‘inimicus’ et ‘iniquus’ sæpius in Mss. commutari, ut Gronov. observat, verum est. Vide ad Livii Epit. l. XLIX. ipsum Gronov. ad Liv. XXXIII. 13. § 5. viros doctos ad Cic. ad Fam. XI. 27. Gruter. ad Cic. ep. 1. ad Brut. Corte ad Plinii Ep. v. 21. § 7. et Burm. ad Quinctil. Decl. VII. 4. Decl. CCCXIII. p. 619. et Declam. CCCXII. p. 716. Verum etiam est, Cic. vocabula *infestus* et *inimicus* sæpe junxisse. Exemplis quæ laudata sunt, adde Cic. pro Quinct. c. 2. ‘Quum ei summam per injuriam omnia inimica atque infesta fuerint.’ in Verr. I. 5. ‘Meminerit, se priore actione, clamore populi Romani infesto atque inimico excitatum, confessum esse.’ Phil. X. 10. ‘Inrupit in Galliam, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit.’ Vide Curtium ad Sall. Catil. c. 19. § I. An tamen hic *inimicius* legendum sit, admodum dubito. Nam non tantum longe plures codd. *iniquius* servant, verum eodem etiam ducunt optimi Put. vestigia, in quo *inicius* scriptum puto pro *iniquus*. Passim enim literæ *c* et *qu* commutantur. Vide ad IX. 2. § 15. Ex eo autem *inimitius*, pro *inicius*, iterum datum est in Flor. Præterea ‘infestus’ et ‘iniquus’ similiter apud Cic. junguntur in Verr. v. 55. ‘Nunc animo te ini-

quissimo infestissimoque intnetur.⁷ Paulo ante *sed lere etiam* Lov. 1. 2. et Hearnii N.

§ 9 *Simul omnium terror oculis auribusque est obfusur*] Mutilus locus hic erat. Nos reposnimus *simul omnium rerum terror oculis auribusque est offusus*. Neque enim significare vult Livius, omnium militum rebellium oculis terrorem offusum, sed simul omnium rerum terrorem objectum, puta crepitem gladiatorum, vocem præconis citantis damnatos, sontium nudata corpora ac apparatus omnem supplicii simul expromptum, quemadmodum ipse mox exponit. *Rhenan. Omnium rerum terror* recte Pal. 1. solus. Reliqui *omnium terror oculis auribusque est effusus*: perperam. Legitimam lectionem prius restituit Rhenanus. *Gebh.* Tò *rerum* deest in Gaertn. Ber. a m. pr. et Lov. 5. a m. sec. Reliqui constanter agnoscunt.

§ 10 *Exercitus, qui corona concionem circumdederat, gladiis ad scuta concrepuit*] Polyb. xi. 28. καὶ κύκλω μὲν οἱ στρατιῶται περιστῶτες ἐν τοῖς ὄπλοις ἀπὸ παραγγέλματος, συνεψόφησαν ταῖς μαχαίραις τοὺς θυρεοὺς. *Signon.* Gladiis ac scutis concrepavit perperam Hav. gladiis ac scutis etiam Hafn. gludiis ac scuta Voss. Lov. 1. et Gaertn.

Nomina damnatorum in concilio] Ita J. F. Gronovius edidit, eamque lectionem veriore esse docet ad xlii. 2. § 5. Antea vulgabatur *in concilio*, probante uno Gaertn. Reliqui cum edd. Rom. 1472. ac Parm. consentiunt Gronovio, nisi quod *in concionem*, voce ex præcedentibus perperam repetita, legat Hav.

§ 11 *Deligati ad palum, virgis cæsi, et securi percussi, &c.*] Polyb. ibidem: Ἄμα δὲ τοῦτοις δεδεμένοι γυμνοὶ οἱ τῆς στάσεως αἰτίοι γεγυνοῦτες εἰσήγοντο τῷ δὲ πλήθει τοιούτων ὑπέστη δέος ὑπὸ τε τοῦ πέριξ φόβου καὶ τῶν κατὰ πρόσωπον δεινῶν, ὥστε τῶν μὲν μαστιγομένων, τῶν δὲ πελεκισομένων, μήτε τὴν ὕψιν ἀλλοιωσαί, μήτε φωνὴν προσθαί μηδένα, μένειν

δὲ πάντας ἀχανεῖς ἐκπεπληγμένους πρὸς τὸ συμβαῖνον. *Signon.*

§ 12 *Tracti inde de medio omnes, purgatoque loco, &c.*] Polyb. ibidem: Οἱ μὲν οὖν ἀρχηγοὶ τῶν κακῶν αἰκισθέντες εἴλκοντο διὰ μέσον ἀπηλλαγμένοι τοῦ ζῆν· οἱ δὲ λοιποὶ παρὰ μὲν τοῦ στρατηγού καὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων κατὰ κοινού ἔλαβον τὰς πίστει, ἐφ' ᾧ μηδένα μηδεὶ μνησικαχέσειν· αὐτοὶ δὲ καθ' ἕνα προϊόντες ἕμνου τοῖς χιλιάρχοις, ἧ μὴν πειθαρχέσειν τοῖς παραγγελλομένοις ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ μηδὲν ὑπεναντίον φρονήσειν τῇ ῥώμῃ. Post desunt quædam apud Polybium. *Signon.*

Citati milites nominatim apud tribunos militum in verbu P. Scipionis jurarunt] Vide Lipsium de Milit. Rom. 1. 6. et Schel. ad Polyb. c. 1. *Duk. Juraverunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et edd. antiqq. Primus Frobenius 1535. substituit *jurarunt*, quod superest in Flor. Cant. Hav. aliisque, et etiam in Put. exstare adfirmavit Sallier. *Mox solum est* Lov. 2. *persolutum est* Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. usque ad eandem Frobenii: neque aliter in Put. legi, ex Sallier. didici. Male igitur Froben. 1535. τὸ *est* omisit. Mox *Hunc finem seditio militum exercitusque capta* Hearnii L. 1. *Vox capta* exsulabat ab eisdem D.

CAP. xxx. § 1 *Hanno præfectus, a Magone missus a Gudibus*] Pal. 1. *præfectus Magonis*. Pal. 3. *Hanno a Magone missus*. *Gebh.* Omnes Gall. Voss. nusque Pal. *præfectus Magonis*. Et ita scribendum. Lib. xxv. c. 28. 'Ut secum præfectos Epicydii, Polycleutum et Philistionem et Epicydem aggrederentur.' Val. Maxim. iii. 2. 'Cnæique Pompeii præfectus jussu ejus, summo studio et magno militum numero, ad id capiendum niteretur.' Hoc admitto a Lipsio pro *mitteretur*: sed non quod idem miratur illum *præfectum Pompeii*, vultque *Pompeius præsens*, aut *præfectus*, duabus præter-

ea vocibus deletis, Centur. ad Belg. Ep. III. 24. Cicero ad Attic. VI. 1. 'Quid dicam de illius præfectis, comitibus, legatis?' Et rursus, 'Fuerat enim præfectus Appio.' Sed plura sunt illic in hanc rem, quam ut huc transferri possint. Lib. II. de Orat. c. 66. 'Testis in Pisonem, cum innumerabilem Magio præfecto pecuniam dixisset datam.' Et mox c. 67. 'Scævola Septimuleio illi Anagnino, roganti, ut se in Asiam præfectum duceret.' Divinatione in Cæcil. c. 17. 'Ab hac præfectus Antonii quidam symphonicos pueros abducebat.' Vide Manntium ad Fam. II. 17. J. F. Gron. *Præfectus a Magone* Lov. 5. Harl. Gaertn. Rec. et Hearnii N. Reliqui, et mei, et Oxonn. Hearnii, *præfectus Magonis*. Supra XXI. 30. 'Ab Himilcone, præfecto Hannibalis, expugnata est.' Vide Gronov. ad Epit. Liv. I. LXXXIII.

Mercede Hispanos sollicitando ad quatuor millia juvenum armavit] Pal. 1. *sollicitandos ad XL. armavit*. Pal. 2. *ad quat. millia hominum juvenum armavit*. Gebh. Optimi quique *sollicitandos*. Videntur velle *mercede Hispanis sollicitandis*: ut c. 19. *claudendos portas, pro claudendis portis*. J. F. Gron. *Sollicitandos etiam* Flor. Voss. Lov. 1. 4. Gaertn. et Hearnii N. *ad mercede Hispanos sollicitandos* Hav. Si *Hispanis sollicitandis*, quod Gronov. ex conjectura reponit, in scriptis invenissem, id mox probare non dubitasset, quia Livius sæpe ita loquitur. Vide ad 1. 53. § 3. Verum nunc, quum *Hispanos sollicitandos* nonnulli, plerique *Hispanos sollicitando* præferant, nihil mutandum puto, et priorem lectionem ex familiari scribarum lapsu ortam esse puto. Vide ad VI. 3. § 8. Præterea *ad XL. juvenum* Flor. Voss. et Lov. 1. 2. *ad XL. vel quadraginta millia juvenum* Gaertn. Hav. et Hearnii N. *ad XLIII^m. juvenum* Lov. 3. *ad IV. millia hominum juvenum* Hearnii L. 1. et D.

§ 2 *Inter tumultum captorum castrorum, quibusdam etiam in fuga amissis*] Pall. 2. et 3. *abjiciunt captorum*. Post hæc cum Pal. 1. *quibusdam etiam in fugam amissis*. Gebhard. *Quibusdam etiam in fugam amissis* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. *quibusdam et in fugam amissis* Gaertn. et Hav. *quibusdam et in fugam amissis* Hearnii N. et edd. usque ad Froben. 1535.

§ 3 *Quum hæc ad Bætium fluvium geruntur*] Omnes Gall. Voss. *Dum hæc ad Bætium*. J. F. Gron. Ita non tantum etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii, verum et edd. vet. usque ad Basil. 1554. in qua *Cum hæc ad Bætium* primum perperam vulgatum inveni.

Ad Cartheiam classe accessit] *Cartheiam* Ptolemæus II. 4. intra Calpen ponit. At hæc descriptio ostendit extra fretum esse, quod et Plinius III. 1. fateri videtur, qui addit *Tartesson* a Græcis dici. Quod si verum est, hand dubie ea videri debet, quam Strabo III. 148. ad Bætis fluvii, qui et ipse aliquando *Tartessos* dictus est, ostia ponit. At XXI. 5. Livius ex Polybio 'Cartheiam Olcadum gentis caput' facit: quare ego duorum oppidorum nomen puto *Cartheiam*. Glar. Pal. 2. *Carcheiam*. Pal. 3. *Carthiam*. Inferius Palat. 1. vocat *Carpeiam*. Gebh. Cartheiæ ad oceanum meminit etiam Livius XLIII. 3. 'Eos Cartheiam ad oceanum deduci placere.'

§ 4 *Gules sine certamine per ditionem recipiendi*] Archetypon habet *per ditionem*. Nos reposuimus *proditionem recipiendi*, id est per proditionem. Sequitur enim *Sed patefacta immatura proditio est*. Et sic loquitur Livius cap. 23. 'Per eos ipsos dies,' inquit, 'per fugæ a Gadibus venerunt, pollicentes urbem Punicumque præsidium, quod in ea esset, et imperatorem præsidii cum classe prodituros esse.' *Rhenan*. Vet. lib. *per proditionem*. Sigon. Conjectura *Rhenani proditionem recipiendi* posteriores invasit edd. Prisca vero cum Pall.

primis contra *Gades sine certamine per deditionem recipiendi*. Gebh. *Proditione rec.* Rhenanus, quum in scripto esset *per deditionem recipiendi*. Sigonius *per proditionem*. Nostri omnes Gall. et Pall. *per deditionem*. J. F. Gronov. *Per deditionem* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et D. *in deditionem recipiendi* Voss. 4. *per proditionem recipiendi* Hearnii N. Et sane mentionem *proditionis* probant loca a Rhenano laudata; quibus adde cap. 31. 'Patefactam proditionem conjuratosque missos Karthaginem.'

Sed patefacta immatura proditio est, comprehensosque omnes] Iterum Gall. Voss. princepsque Pall. extirpant particulam *sed*. J. F. Gronov. Eamdem eliminant etiam Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Deinde *patefacta immaturo proditione* Voss. Unde videri posset legendum esse *patefacta immature proditione comprehensos omnes*. At potius est, ut librarium errasse credamus, ac dedisse *proditioē* pro *proditio ē*, id est *proditione* pro *proditio est*: quem lapsus in libris scriptis sæpe obcurrere, dixi ad ix. 8. § 13. Exemplis ibi laudatis adde quæ notantur ad xxii. 52. § 2. xxv. 9. § 10. et c. 29. § 1. Mox *Carthaginem dedendos, pro devehendos*, Voss. et Lov. 1. Hinc *tradidit* Lovel. 4. Vide ad i. 59. § 2. xxii. 60. § 26. xxxii. 11. § 7. xxxvi. 14. § 11. et alibi. Contrario errore *tradit* dederunt, pro *tradidit*. Vide ad xxxiv. 29. § 13.

§ 5 *Præmissa que ea, quia tardior, quam triremis, erat*] Salmas. in Obs. ad Jus Rom. et Attic. c. 28. p. 713. scribit numerum remorum celeritatem navigiis addere: ita enim 'quinqueremem' apud Livium 'celeriores' esse 'triremibus.' Fortassis ante oculos habuit ea quæ in Livii xxx. 25. leguntur: 'Ex ea (classe Punica) tres quadrirèmes quinqueremem Romanam ex alto repente aggressæ sunt;

sed neque rostro ferire celeritate subterlabentem poterant.' Nam hic locus, in quo 'quinqueremis tardior' fuisse dicitur, quam 'triremis,' sententiæ illius adversatur. Vix credo, quidquam certi de ea re statui posse. Non improbable est, ut nunc, ita olim quoque, inter ejusdem generis et magnitudinis naves alias aliis velociiores, alias tardiores fuisse; idque vel ex eo, quod hæc inscite factæ essent, vel aliis de causis fieri potuisse. Polyxenidas præfectus classis Antiochi apud Liv. xxxvi. 43. suadebat, confligendum cum Romana classe, eo quod Romanæ naves 'inscite factæ immobiles' essent. Curtius iv. 4. 'Prima e Macedonum navibus quinqueremis, velocitate inter ceteras eminens, occurrit.' Nec semper naves eo velociiores fuisse, quo plures remorum ordines habebant, ex iis liquet quæ Florus iv. 2. et alii de Antonii et Cæsaris Octaviani classibus prodiderunt. Et leves ac fugaces piratarum myoparones sæpe longe majores naves celeritate vincebant. Duk. *Quæ tardior, quam triremis, erat* Voss. et Lov. 1. Paulo ante *in quinqueremibus inpositis* Voss. et Lov. 1. 3. ac 5. Sed, adjectis notis tres ultimas literas secundæ vocis delendas, atque *in quinqueremi* legendum esse, manu sec. in Voss. notatum erat, quemadmodum etiam legunt Lov. 2. 4. et Hav. Sed nihil mutandum. Vide ad i. 18. § 8. et xxvi. 51. § 2.

§ 6 *Et ipse in quinqueremi e portu Carteæ, sequentibus septem triremibus, erectus*] Prima vocula deest in solo Ber. Sed *et ipse quinqueremi* Lov. 2. et quædam edd. antiqq. Tum *portu*, ommissa præpositione *e*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. *ex portu* Ber. Gaertn. et edd. ante Frob. 1535. Hinc *Carthiæ* Lov. 1. *Cartegæ* Lov. 3. *Carpegæ* Hav. *Carpeiæ* Flor. et Harl. *Caridæ* Lov. 5. Præterea *sequentibus VI. triremibus* Hearnii D.

Denique *vectus* Lov. 2. Mox voces ac *triremes* non adparent in Flor. Voss. Lov. 2. Harl. Hav. et Hearnii N.

Satis credens deprensam rapido in freto] Ita J. F. Gronov. edidit pro *deprehensam*, et in pr. ed. nott. lectionem, quam recepit, in Put. exstare monuit. Mei partim huic, partim illi scripturæ favent. Vide ad II. 29. § 4. et VIII. 18. § 6.

§ 8 *Facultatem detrectandæ pugnæ ademit*] *Detrectandæ pugnæ* Lov. 2. 3. Ber. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad I. xxxiv. c. 15. § 9. Deinde *adjectit*, pro *ademit*, Lovel. 1. *adjecit* Florent. Voss. Lov. 2. Ber. Gaertn. Hafn. Hav. et ed. Rom. 1472. Mox *navali pugnæ similis* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. ante Froben. 1535.

§ 9 *Ut fugientem videres retro vertice intortam victricibus illatam*] Pal. 1. et *fug. navem videres retro vertice impositam victoribus illatam*. Reliqui duo Mss. *ut fugientem navem videres*. Gebh. Salmas. ex Put. *ut fugientem navem videres*. Similiter Cantabrigiæ legitur. Nam et ex supervacuo repetit hanc vocem Livius hoc lib. cap. 4. 'Classis Punica (septuaginta erant longæ naves) occurrat: decem et septem naves ex iis captæ.' Sed et mox melius scripsisset *victrici illatam*, quippe etiam *sequentem* dicit, non *sequentes*. Itaque accedendum puto Put. et Cant. qui habent *victoribus*. Jac. Gronov. *Et fugientem navem videres* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Gaertn. Hav. et omnes codd. Crevierii: vocem *navem* interponunt insuper Lov. 4. Harl. Ber. Rec. et edd. vet. quam demum Froben. 1535. omisit. Tot igitur testibus fidem habens eam loco motam reposui, quod jam etiam fecit Crevier. Tum *vortice*, pro *vertice*, edidit Jac. Gronov. itaque scribendum conjecit Donjatius, addita hac causa, 'vorticem' dici de mari sive fluctu in gyrum contorto, quod hic vult Li-

Delph. et Var. Clas.

vins; 'verticem' vero de turbine seu vento rotato. Verum, discrimen illud non semper observatum fuisse, olim docui ad Sil. Ital. III. 475. certe hoc loco plerique codd. mei *vertice* servant; eo etiam transposito, *vertice retro* legunt Flor. et Lov. 4. Similiter mox § 11. *vertices* præferunt plerique codd. et editi usque ad Gruter. qui itidem *vortices* dedit. Hinc in *portam*, pro *intortam*, Cant. et Flor. a m. pr. in *portum* a m. sec. et Lov. 2. cum Hav. *inpositum* Voss. a m. pr. in *opposito* a m. sec. in *oppoiso* Lov. 1. *intortam impositum* Lov. 5. Insuper *victoribus illatam* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Hav. Hearnii L. 1. omnesque Crevierii. Paulo ante *suis, alienis navibus* primus edidit Froben. 1535. cum quo etiam faciunt plerique et optimi meorum codd. Antea vulgatum existit *suis alienisque*, quod ex meis tantum habent Lov. 3. Ber. a m. pr. Gaertn. et Hav. ex Hearnii libris L. 1. et N. Vir doctus, cui ellipsis copulæ perperam displicebat, in margine ed. Curionis divinabat *suas alienis navibus*.

§ 10 *Infesto rostro peteret hostium navem*] *Infesta rostro* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl. *infesta rostris* Hav.

Transversa objiceretur hosti] Pal. 3. *illa cum transverso obiceretur hosti*. Gebh.

§ 11 *Unius prælata inpetu lateris alterius remos detersit*] Pall. 2. et 3. *remos detorsit*. Gebh. Monuit me homo eruditissimus, se hæc non intelligere, nisi forte *prælata* sint ligna quædam in navi a latere projecta, quæ Polybio XVI. 2. in descriptione alterius pugnæ navalis vocantur *πυρσοῦχοι*. Sed *prælata* est prætervecta, de quo ad XXI. 32. et dicitur Romana quinqueremis, dum proxime illam impetu transit, confregisse, quotquot ab illo latere habebat, remos. J. F. Gron. Ordo verborum est *detersit remos alterius lateris unius*, scil. triremis Punicæ. Pertinet ad conjunctionem plu-

Livius.

29 1

rium genitivorum cum uno nomine, de qua Sanctius Minerv. II. 3. et ibi Perizonius. Duk. Recte Gronov. De voce 'prælatus' hoc sensu vide etiam Gebhard. ad II. 14. § 7. Ceterum *detrusit* Lov. 2. *detorsit* Lov. 3. et Hav. *remis mersit* Gaertn. Simile vitium insederat codd. Flori II. 2. § 8. ubi primo Salmas. *deterquere remos* defendere conatus, tandem veritati cedens *detergere* non inprobat. Vide viros doctos ad eum loenn, et Freinsb. in Ind. Flori in voce 'Detergere.' Atque quæ notavi ad Silii XIV. 382.

§ 12 *Ceterasque, quas indepta esset, mulcasset*] Pal. 3. *cæterasque indepta multasset.* Gebh. Put. Voss. alii *mulcasset.* Reddendum hoc verbum Amm. Marcell. XIV. 7. 'Rectoremque, ut sibi iudicio imperiali addictum, calcibus incessens, et pugnis commulcans, seminecem laniatu miserando discerpit:' vulgo ubique *conculcans.* Sed ne in Ammiano quidem fero 'conculcare pugnis.' Isidorus in Glossis: 'Commulcat, conculcat, collidit.' Idem 'Mulcat, pugnis vel calcibus cædit.' Appuleius Met. VIII. p. 214. ed. Elm. 'Indidem sese multinodis commulcat icibus.' Idem verbum in Livio XXIX. 9. ubi et Lipsius repouendum monuit, agnoscit optimum liber, 'Legatis prius indignum in modum mulcatis.' Nec dubito quin faciendum sit III. 11. 'Qui obvius fuerat, mulcatus nudatusque abibat.' J. F. Gron. *Ceteras, quas* Hearnii D. *ceteras qu,* vacuo spatio post ultimas literas relicto, Lov. 1. Sed vel particula *que* a sequenti voce intercepta est, vel ipsa sequentem intercepta. Tum *adepta* Lov. 5. Harl. Ber. et edd. ante Aldum: *intenta* Hav. *incepta* Lov. 1. *indempta* Lov. 3. et 4. *vi tentasset* Hafu. Male. Vide ad XXVI. 39. § 12. Hinc *multasset* Hafu. et Hearnii Oxonn. *mulcasset* Lov. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Haverk. Reliquæ, et præsertim Flor. *mulcasset*, quod recte Gronov. probavit. Supra VIII. 24. 'Corpore regio utcumque mulcato se

suos redempturum:' ubi vide viros doctos. c. 27. 'Quidam Lucanorum, &c. inter se mulcati ipsi virgis.' XXVI. 12. 'Cum transfugis novis mulcati virgis, manibusque præcis Capnam rediguntur:' quibus etiam locis vide. Plura habent Lips. ad Tac. Ann. I. 32. Gronov. ad Livii XL. 7. § 4. Græv. ad Suet. Cæs. c. 17. Burm. ad Phædri I. 3. 9. et fab. 26. 2. et Torren. ad Val. Max. I. 7. 4.

CAP. XXXI. § 1 *Spem ad irritum redactam*] Antiqua lectio *spem innum redacta.* Lege *spe in irritum redacta.* Rhenan. Et hoc est ab Rhenano ex vitio codice. Put. Voss. Pall. omnes, Gallicique *spem ad irritum redactam qua venissent:* quo ego non tantum non offendor, sed nec melius quidquam dici posse arbitror. Phrasin inferius illustrabimus. J. F. Gron. Cum Rhenano facit Lov. 5. *spe ad irritum redacta* Lov. 3. *spem ad irritum, vel irritum, redactam* reliqui mei, cum Hearnii L. 1. et N. Supra II. 6. 'Non dolore solum tantæ ad irritum cadentis spei, sed etiam odio iraque.' Similiter 'ad certum redigere,' de quo vide Gronov. ad XII. 23. § 17.

§ 2 *Nisi terere frustra tempus*] Cantabrig. *nisi si terere.* XXVI. 3. 'Nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esset.' Jac. Gron. Ita et Flor. Lov. 4. 5. Harl. et Hav. Et ita se in Put. Reg. et Thuan. invenisse, testatur Crevier. Vide ad VI. 26. § 5.

§ 3 *Spem recuperandæ Hispaniæ nactus*] Ita J. F. Gronovius edidit, consentientibus Flor. a m. pr. Voss. a m. pr. Lov. 3. Harl. et Gaertn. Antea fuerat *nactus.* Vide ad XXIV. 31. § 14. Mox *ad senatum mittit*, trajectis vocabulis, Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. 1535.

§ 4 *Defectionem sociorum in majus verbis extollens*] *Inmanis verbis* Voss. et Gaertn. *inanimis verbis* Voss. inter versus, et Lov. 1. Male. Locutionem 'extollere in majus' illustravit Corte ad Plin. III. 11. § 1. Deinde *exhorten-*

Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Mox τὸ *Hispania* dærat in excensis Aldo vetustioribus.

§ 5 *In fines ingressi*] Vet. lib. *regressi*. Sigon. Ita non modo omnes codd. sed etiam edd. usque ad Basil. 1554. in qua per errorem *ingressi* datum est.

§ 6 *Contractisque etiam, quæ ante habuerant, auxiliis*] Quid opus fuit hic adjicere particulam *etiam*? nos erasimus. *Rhenan. Contractisque etiam, quæ Gaertn. contractis etiam, quæ Ber. contractis quæ Harl. contractisque, quæ, ut Rhenanus voluit, reliqui mei. Particula que elisa erat a sequenti quæ. Vide ad xli. 2. § 11.*

§ 7 *Et Sedetanum agrum*] Paulo ante (ad c. 24.) admonuimus, videri 'Sedetanos' a Livio dictos, quos Ptolemæus Pliniusque 'Edetanos' vocent. Cæterum trans Iberum erant, tametsi illius accolæ aliqua parte. Illergetes vero cis Iberum. Ergo proficiscenti Scipioni a Nova Carthagine priores erant Sedetani, quam Illergetes. At Livius hic decimis castris Scipionem ad Iberum venisse, deinde superato anni die quarto in conspectu hostium castra posuisse scribit, nulla facta mentione Sedetanorum. Nisi quis dicat in Sedetanos primum hostes transcendisse, (nam eo verbo utitur Livius,) deinde in Illergetes etiam ipsos superato anni redisse. Certe locus obscurus est, nec facite solvitur. Id etiam mirandum, quo pacto Illergetes et Lacetani in Sedetanis exercitum collegerint, cum illi essent socii populi Romani, ut paulo ante tradidit author. Neque enim usquam mentio est defectionis Sedetanorum. Hæc ut dubitata a me scribo, quæ lector boni consulat. Spero autem fore, ut, qui rem penitus introrspererint, fateantur, me nec temere nec absque urgentibus causis dubitasse, aut minimum aliis dubitandi occasionem præbuisse meliorem. *Glar.* Ex Livii narratione col-

legendum, Mandonium et Indibilem, adventu Scipionis audito, ex agro Sedetano in patriam recessisse, et hinc Scipioni, ut eos adsequeretur, Iberum transeundum fuisse. Eos autem in Sedetanis exercitum conlegisse, nullo loco Livius tradit. Supra c. 24. concitatis popularibus et juventute Celtiberorum excita, depopulantur agrum Snessetanum Sedetanumque. Hic autem, primo in fines regressi, mox vocatis rursus ad arma popularibus, contractisque quæ ante habuerant auxiliis, in Sedetanum agrum transcendisse dicuntur.

Cum viginti millibus peditum, duobus millibus equitum quingentis] *Cum XXX. millibus Lov. 2. 3. et Hearnii N. cum XXV. millibus Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Voces deinde peditum duobus millibus desunt in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Hinc et quingentis omnes mei, et Oxonn. Hearnii, cum edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ voculam et omisit, quam recte Crevier. restituit. Duobus et quingentis equitum Ber.*

CAP. XXXII. § 1 *Scipio, cum fide solvendis pariter omnibus noxiis innoxiiisque stipendiis, vultu ac sermone*] Hunc locum depravatam ac mutilum sic restituimus: *Scipio cum fide solvendi par. omn. noxiis inn. stipendii, tum vultu ac ser. in omnes placato: et quæ sequuntur. Rhenanus. Scripti fidei solvende: deinde stipendium vultu. Lege, Scipio cum fide solvendo par. omn. noxiis inn. stipendio, tum vultu ac serm. in omnes placato, facile reconc. militum animis. Ut xxi. 5. 'Ibi large partiendo prædam, stipendio præterito cum fide exsolvendo.' J. F. Gron. Cum fidei solvende et stipendium vultu plerique mei: cum fidei solvenda causa par. omnibus noxiis inn. stipendium dedisset, vultu, &c. Hav. Non displicet Gronovii conjectura, solvendo stipendio, ut 'dividenda præda; de quo vide ad e. 53. § 3. 'solvendo cum fide,' de quo vide ad xxxii.*

14. § 7. *Tum* autem hic est 'præterea,' 'insuper.' Supra IV. 33. 'Magistro equitum equitibusque, tum ex montibus Quinctio adcito.' Hoc lib. c. 43. 'Quum oratione ad tempus parata Fabius, tum auctoritate et inveterata prudentiæ fama magnam partem senatus et seniores maxime movisset, Scipio ita locutus fertur.' Dukerns eandem emendationem probabat, et ad illustrandum hunc usum particulæ *tum* etiam laudabat locum Cic. ad Fam. IV. 13. 'Casus gladiatorii similitudinesque, tum rationes in ea disputatione a te collectæ.'

§ 2 *Priusquam castra a Karthagine moveret*, &c. in *perfidian*, &c.] Polyb. XI. 29. 'Ο δὲ Πόπλιος συναθροίσας εὐθέως ἐν αὐτῇ τῇ Καρχηδόνι τὰς δυνάμεις εἰς ἐκκλησίαν, ἔλεγε περὶ τοῦ Ἀνδοβάλου τόλμης, καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ἀθεσίας. Sigon.

§ 4 *Triginta hominum capitibus expiasset*] Vet. lib. *quinque et triginta*. Recte. Sic enim etiam ante Polyb. Et hujus orationis capita apud Polyb. sunt. Sigon. *Quinque et triginta* etiam Haverk. Et tot revera fuisse, constat ex c. 26. ubi locum Polyb. Sigonius laudavit. Reliqui tamen additas voces ignorant, quorum propterea lectionem præfero. Ut ita Scipio numero rotundo minori usus sit minuendi causa numerum illorum, quos ex tanta noxiorum multitudine pœna adfecerit.

§ 5 *Eam, quæ sola fuerit, fidem atque amicitiam*] Put. et cæteri Galliani, Vossianusque *fidei atque amicitiae*. Egregie. Varii sunt tituli et formæ societatum inter homines: est civitas, est consanguinitas, affinitas, sacrorum vel publicorum vel familiarium communitas, collegium, est etiam fœdus. Cic. de Off. in I. 17. 'Gradus autem plures sunt societatis hominum, ut enim ab illa discedatur infinitate, propior est ejusdem gentis, nationis, linguæ, qua maxime homines conjunguntur: in teris etiam est ejusdem esse civita-

tis. Arctior vero collatio est societatis propinquorum: ab illa enim immensa societate generis humani in exiguum angustumque concluditur.' Et quæ sequuntur prope divina. Mallem vero in citatis verbis nihil movere viros doctos: ita variatio illa magis decere videtur Tullium, quam ut omnia adjectiva ad unum substantivum referantur. Nam vox quidem 'infinitas' habetur et Tuscul. v. 39. de Democrito: 'Ille infinitatem omnem peragrabatur, ut nulla in extremitate consisteret.' Sic igitur ait Scipio, ex propioribus illis et præter immensam illam societatem generis humani nullam Romanis esse cum Hispanis, nisi, quam hi ipsi ruperint, fidei et amicitiae. J. F. Gron. *Fidem atque amicitiam* in solis tantum Lov. 3. Ber. et Gaertn. invenio: reliqui cum omnibus Hæruui Oxonn. *fidei atque amicitiae* legunt. Præterea *sola fuerat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et edd. ante Frob. 1535.

§ 6 *Qui non aut a patruo suo*] *Qui non ex Italia aut a patruo suo* Flor. Voss. Rec. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum, qui voces *ex Italia* recte videtur expunxisse, quum mox repetantur, neque eas iterari adlineat. Mox *a se ipso*, addita ultima voce, eadem edd. Sed eam omnes expellunt Mss.

§ 7 *Scipionum nomini auspiciisque omnes aduetos*] Exemplar scriptum habet *nomini, auspiciis*, sine *que*. Et sic loqui solitum Livium, alibi indicavimus. *Rhenan*. Unus Flor. adsentitur Rhenano. Reliqui omnes particulam *que* defendunt.

§ 8 *Quod ad expeditionem adineat*] Scripsimus *Quod ad exp. eam attineat*. Rhenan. Put. et Reg. Men. Voss. inducto τῆς *eam*, nec nos id desideramus, ut libuit Rhenano. J. F. Gron. Illud *eam* in solis inveni Lov. 5. et Rec. similiter Hearnii in D. ejus

loco *meam* corruptius habet Lov. 4. Sed reliqui plane ignorant: quibus consentiunt Hearnii L. 1. et N. Ceterum *attinet, atque instans bellum, memorem* Hafu. et Hav. *attinet atque in statum, memorem* Voss. a m. pr. et Lov. 2. *attinet atque statum, memorem* Voss. a m. sec. et Lovel. 1. *attinet* etiam Lov. 3. 4. 5. et alii. Sed vulgatam verum est.

§ 9 *Quibus ut ad populandos finitimorum agros, &c. aliqua vis sit, ita in acie*] Particula ut non adpalet in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav. Eadem autem et insuper quoque sequens *ita* omittuntur in Cant. Verum quemadmodum prior excidisse potnit negligentia scribarum ob ultimas literas τοῦ *quibus*, sic et posterior ob ultimas τοῦ *sit*.

§ 12 *Deis bene juvantibus sequentur*] Τὸ bene deest in Ber. a m. pr. et edd. Aldina antiquioribus. Male. Vide ad xxv. 38. § 22.

CAP. XXXIII. § 1 *Profectusque decimis castris pervenit ad Iberum, &c.*] Polyb. xi. 30. Καὶ παραγενηθὲς ἐπὶ τὸν Ἰβηρα ποταμὸν δεκαταῖος, καὶ περὶ αὐτοῦ τῆ τετάρτῃ κατὰ ταύτην προσεστρατοπέδευσε τοῖς ὑπεναντίοις. *Sigon.* *Decumis castris* Flor. Voss. Gaertn. Harl. et Hav. Vide ad ii. 59. § 11.

Inde, superato amni, die quarto in conspectu hostium posuit castra] Poterat hic Livius dicere clarius, in quorum terra hoc gestum, ac vallem nominare. Nam citra Iberum Sedetanum non sunt, quorum agrum ante c. 31. nominavit. Hoc vel apud Latinos C. Cæsar, vel apud Græcos Herodotus non neglexissent. *Glar.* *Superato amne* Voss. Lov. 2. 3. 5. Gaertn. Ber. Hav. et typis descripti ante Aldum; idque voluit scriba Harl. qui tamen corruptius *agmine* dedit. Nihil mutato: *amni* pro *amne* sæpius est apud Livium. viii. 24. 'Ut quam maxime procul abesset Achieronte amni.' Et hoc modo plures codd. præferunt xxxii. 10. *Quia diremti medio amni*

fuerant: ubi nunc editur *amne*. Vide quæ ibi notantur. Ceterum Livius credidisse videtur, adtentum lectorem sponte intellecturum, Mandonium et Indibilem, Scipionis adventu audito, agrum Sedetanum reliquisse, ac se in patriam recepisse, quia nunc addit Scipionem, Karthagine Nova profectum, Iberum trajecisse, et ita demum in conspectu hostium castra posuisse. Si enim adhuc in agro Sedetano fuissent, Scipio jam pervenisset ad eos, antequam hunc fluvium transiret: Quod insuper Livius vallem, in qua Scipio castris consedit, non nominavit, haud magis culpandus est, quam Polybius, qui nec ipse vallis ejus nomen prodidit xi. 30. eam tantum vocans ἀλλῶνα τινα μεταξὺ τῆς αὐτοῦ καὶ τῶν πολεμίων στρατοπέδεας.

§ 2 *Campus autem montibus circumseptus erat*] Pall. 1. et 3. *Campus ante montibus circa septus*. Pal. 2. *Campus ante montibus septus erat*. Gebh. Put. et Voss. *Campus ante montibus circa septus erat*. Priorem mutationem Gall. omnes alii, posteriore Reg. et Men. utramque duo Pall. stabilierunt. *Ante* intellige 'a fronte castrorum.' Lib. xxvii. c. 18. 'Asdrubal in tumultum copias recepit, plano campo in summo patentem: fluvius ab tergo, ante circaque velut ripa præceps oram ejus omnem cingebatur.' J. F. Gronov. *Campus ante montibus circa septus erat* Flor. multi que alii, cum edd. Rom. an. 1472. et Parm. quibus etiam suos consentire, Hearne auctor est: 'ante' et 'autem' sæpe in membranis commutantur. Vide ad xxvii. 35. § 7.

In eam vallem Scipio quum pecora, raptâ pleraque ex ipsorum hostium agris, &c.] Polyb. ibidem: Τῆς δ' ἐξῆς εἰς τὸν προειρημένον αὐλῶνα προσέβαλε τινα θρέμματα τῶν παρεπομένων τῷ στρατοπέδῳ, συντάξας ἐτοίμους ἔχειν τοὺς ἵππους τῷ Γαίῳ, τοὺς γροσφομάχους ἐπέταξε τῶν χιλιάρχων τιὰ παρασκευάζειν. *Sigon.* Gallici omnes, et Voss. abji-

ciunt *ipsorum*. J. F. Gron. Ea vox tantum exstat in Ber. Gaertn. Rec. et Hearnii D. Reliqui, et mei, et Hearnii Oxonn. eam itidem abjiciunt.

Ad irritandam ferocitatem barbarorum] *Reposuimus feritatem*. Rhenan. *Feritatem* etiam mei, nisi quod alterum servant Lov. 1. 2. 3. Ber. et Gaertn. Sed *feritatem* præferendum esse, optimorum consensus docet. Est autem vox Livio amata. Lib. xxxviii. c. 37. 'Tolerabilior regia servitus fuerat, quam feritas inmanium barbarorum.' c. 48. 'Gallorum animos, si possent mitigari a feritate insita, tentavi.' c. 49. 'Timendum et feritate animorum et robore corporum.' xli. 18. 'Ne in metu quidem feritatis ingenitæ oblitus.' XLIV. 26. 'Institit de perfidia et feritate Gallorum disserere.'

§ 4 *Mons opportune prominens*] *Peropportune* Lov. 5. Eam vocem Livium sæpe adhibuisse, videbimus ad xxix. 34. § 9. Hic tamen alterum verius esse, turba codd. eam lectionem defendentium evincit. Mox *irruere*, pro *incurrere*, idem Lov. 5. nullo iterum alio Mstorum adprobante: quare ex interpretis expositione natum iudico.

§ 5 *Deinde, emissis levibus telis*] In scripto volumine est tantum *deinde, missis telis*. Rhenan. Redde vocem veterem *emissis*, quo dicendi genere utitur in hac re semper Livius. Hanc enim mutavit temere Rhenanus. Idem fecit paulo ante ad c. 19. 'Libertatem' enim 'agi,' parum Latine dici existimavit, *lædi* autem reponendum censuit. Cum tamen Cic. pro Lege Manil. c. 2. dixerit, 'Hoc bello agitur populi Romani gloria, agitur salus sociorum, aguntur certissima populi Romani vectigalia, aguntur bona multorum civium.' *Sigon*. Ut hoc loco absolvam temeritatis, cuius accusatur a Sigonio, Rhenanum, impellunt me Pall. 2. 3. et vet. ed. qui præferunt *missis levibus telis*. Pal. 1.

vero *emissis legionibus telisque*. Gebh. Idem, et Pal. unus *deinde, emissis*, ut Sigonius contra Rhenanum. J. F. Gron. Recte viri docti *emissis* adversus Rhenanum tuentur; id enim superest tum in Hearnii Oxonn. tum in meis, præterquam in Ber. qui cum edd. ante Aldum legebat *missis*. De locutione 'emittere tela,' 'hastas' vide ad vi. 8. § 3. Non tamen credi velim Sigonio adfirmanti, Livium illo dicendi genere in hac re semper uti. Nam, etiam 'mittere' similiter usurpari ab eo, vidimus l. laud. et ad . 29. § 8. Deinde *legibus*, pro *levibus*, Flor. a m. pr. *legionibus* a m. sec. cum Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *levioribus* Lov. 3.

Pede res ceptu geri est: ancepsque] Nihil horum verborum in Put. Reg. Men. Voss. sed continentur *collato pedestre*. Vide ut isti Livium pannis ornarint non suis. Scribendum erat *gladios nudant, et collato pede acre certamen erat, nisi equites supervenissent*. J. F. Gron. Eadem voces apud me exsulant a Flor. Cant. Lov. 1. et Hav. *collato pede pedestre certamen erat* Hearnii L. 1. et N. Reliqui mei, et Crevierii Victorin. voces illas servant, sed in paucis tamen variant. Nam *res geri cepta est; ancepsque cert. legit* Lov. 3. *res geri cepta est; anceps pedestre cert.* Ber. *geri cepta est* etiam Harl. et *anceps pedestre cert.* Gaertn. cum edd. usque ad Froben. 1535. Adsentior autem Crevierio, qui, quum in verbis, quæ Gronovio suspecta fecit librorum suorum silentium, nihil quidquam indignum Livio deprehendat, immo et eorum ope fluere magis facilem et expeditam orationem, librariorum neglegentiam potius accusandam putat, quos fefellerit vocum *pede res* et *peditre* vicinitas, ita ut media transiluerint. Mox *ni equites* Lov. 3. Hearnii D. N. et ed. Froben. 1535. cum omnibus sequentibus usque ad Gruterum, qui in ultima recte *nisi* restituit. Ita enim

legunt omnes ceteri codd. Vide ad xxiii. 1. § 8.

§ 6 *Ex adverso tantum obvios obtrivere*] Vet. lib. *neque ex adv. tantum inlati obvios obr.* Sigon. Ita et omnes, quibus ntor, codd. omnesque edd. præter unam Basil. 1554. quæ, forte libroriorum culpa, *rd inlati* omisit. Mox *per infima et levia* Voss. Lov. 1. 2. 4. sed voces illæ deerant in Harl. relicto tamen spatio vacuo. Mox *objecēr* Flor. *objecerunt* reliqui codd. et edd. antiqq. pro quo Frobenius de-
mun 1535. *objecere* substituit. Priscam igitur lectionem, quamvis parum intersit, attamen revocavi.

§ 7 *Ira magis accensa adverso prælio barbaris est*] Pal. 2. *Ita magis accensa adv. prælio barbaris est ira.* Grbh.

Itaque, ne pulsī viderentur] Immo pulsī jam propemodum erant. Sic ineptit Livius? Tu scribe *itaque ne percussī viderentur*. Rhenan. *Pulsī* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Berol. Hafn. Gaertn. et Hav. Nihilominus Rhenanum recte *percussī* conjecisse puto. Forte scriptum fuerat *pcussī*, quod facile in *pulsī* corrumpi potuit. Vide ad xxxi. 38. § 4.

§ 8 *Duæ ferme peditum partes et omnis equitatus*] Spernunt copulativam scripti. J. F. Gron. Eandem spernunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii N. ac L. 1. Cur ergo, quove jure Clericus, qui se diligentissime ed. J. F. Gronovii secuturum professus est, particulam ab ipso ejectam, ne monito quidem contra fidem datam lectore, revocavit?

Quod reliquum peditum erat, obliquo constituerunt colle] Scribe *obliquo constituerunt colle*. Rhenanus. Put. Reg. Men. Pall. Voss. invito Rhenano, *constituerunt*: nempe barbari, qui nominativus non longe præcedit. *Constituerunt* autem est locaverunt, posuerunt, ut alibi Noster, Cæsar, Sallustius. J. F. Gron. Rhenano concinnunt Lov. 5. Hav. et Hearnii L. 1. *constiterant*, proxime accedens, Rec. *consti-*

tuerunt reliqui mei, et Hearnii N. ac D. Vide ad xxvii. 16. § 11. ubi et usum verbi 'constituere' inlustravi, et verba 'consistere' ac 'constituere' sæpe a librariis confundi dorni.

§ 9 *In arto pugna Romano aptior*] Ob eandem causam, ob quam in locis asperis. Supra c. 2. Adde quæ de Hispanis apud milites c. 32. dicit Scipio. *Duk.*

§ 10 *Equitem nec posse circumdare cornibus in tam angusto spatio, et hosti, quem cum pedite eduxisset*] Hic locus mutilus sic est restituendus: *equitem nec se posse circ. corn. in tam ang. spatio, et hosti, quem cum pedite eduxisset, inutilem.* Rhenan. Hæc descriptio etsi intelligitur, est tamen oppido obscura aliquot verbis, ut hæc hic posita, et tertio deinde versu hæc verba: 'segregetque, quantum possit, equestrem a pedestri pugna.' Et rursus post aliquot versus 'duæ peditum acies, duo equitatus per longitudinem campi,' &c. *Glar. Equidem esse posse circumdare* Flor. Voss. et Lov. 1. *equidem nec posse circumdare* Gaertn. *equitem posse circumdare* Hav. *equitem nec posse circumdare* Ber. et Lov. 5. *equitem se non posse circumdare* Harl.

§ 11 *Segregetque, quantum possit, equestrem a pedestri pugna*] Ita paullo ante c. 30. 'Neque erat navali pugna similis.' Sed pugnam ex Put. probat Crevier. Neque aliter erat in Flor. a m. pr. et Harl. Id certum est, utro modo legamus, id a stilo Livii non alienum fore. Vide ad iii. 9. § 4. Præstat igitur ut integerrimos codd. duces sequamur. Paullo ante *per collem*, pro *per colles*, Lov. 3. Deinde *ducat*, pro *circumducat*, Lov. 2.

§ 13 *Arerteret a conspectu transeuntium per colles equitum: nec ante circumductos sensere*] *Levia* sunt, sed a Put. *arerteret ab consp. trans. per colles equitum: neque ante circ.* J. F. Gron. *Ad conspectum* Voss. a m. pr. *ad conspectu* Flor. quæ corruptæ lec-



tiones *ab conspectu* legendum esse haud obscure innuunt. *Neque ante* deinde omnes ferme codd. cum priscis edd. pro quo Froben. 1535. *nec ante* vulgavit. Præterea *cernere*, pro *sensere*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hav. *cernerent* Lov. 2. et 3. Paulo ante § præc. *τὰ quia latius pandere aciem non poterat* desunt in Hearnii L. 1.

Tumultum equestris pugnae ab tergo accipere] *Vox pugnae* deest in Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. Ex quibus Lov. 2. et Hav. *tumultum equestrem* legunt; quod accipi posset, ut 'fremitus,' 'procella equestris,' de quo vide ad XL. 31. § 5. *Equestris ab tergo prælii* Lov. 5. Sed vulgatum firmant reliqui, et inter eos integerrimi codd. Hinc *acciperet* Flor. Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. An voluerunt *acciperent*? quod est in Lov. 2. 3. 4. et 5.

§ 14 *Ita duo diversa prælia erant*] Libri optimi ejurant *τὸ diversa*. J. F. Gronov. Eandem vocem expellunt etiam Flor. Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Idem de suis testatur Crevier. qui tamen illam retentam malebat, quamvis demum haud multum interesse agnoscat. Tot igitur codicum auctoritate eam expunxi.

§ 15 *Neque pedes equiti, nec eques pediti*] *Neque*, pro *nec*, Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1535. Id nempe necessarium putabant, quia *neque* præcēsserat. Sed vide ad IX. 9. § 14.

Nec quisquam peditum equitumque superfuit] Ita edidit Jac. Gronovius, quum omnes priores habuissent *equitumve*, quod est in Flor. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *peditumve*, voce *equitum* ommissa, Lov. 2. *equitum peditumve* Hav. Sed vide ad XXXIV. 26. § 2.

§ 16 *Quæ in colle ad spectaculum*] Voces *in colle* perperam desunt in Lov. 4. Supra hoc cap. dixit, 'Quod reliquum peditum erat, obliquo con-

stituerunt colle.' Mox erat, pro *steterat*, Hav.

CAP. XXXIV. § 1 *Castra eodem die Hispanorum, præter reliquam prædam*] Scripsimus *præter ceteram prædam*. Rhenan. Pal. 2. *præter rel. prædam, cum tribus milibus forte hom. capiuntur*. Gebh. *Castra eodem die Hisp. præter reliquam* Mss. non *eodem die Hisp. præter ceteram*. J. F. Gron. *Eadem die* demum Gruter. in ed. postrema dedit. Omnes autem priores cum meis, et Hearnii Oxonn. *constanter eodem die*. Et ita fere semper Livius. Exempla videri possunt IX. 37. XXII. 23. lib. XXIII. capp. 38. 41. XXV. 7. XXVIII. 9. lib. XXX. capp. 7. 11. 14. XXXI. 31. et alibi. Deinde *ceteram prædam* Ber. et edd. antiq. pro quo Aldus *reliquam* dedit, consentientibus, quos præterea consului, Mss.

§ 2 *Ad mille ducentos, &c. ceciderunt*] In Salmasii exemplari editum est per notas *ad mille CC.*; itaque nihil notat ex Put. Cæterum Cantabrig. aperte *ad mille ducenti*, quod indubie Livii est. Vide ad X. 17. *Jac. Gron.* Eam lectionem Crevier. in contextum recepit, quod ita etiam confertur Put. et Reg. Consentiant ex meis Lov. 5. et Hav. Ex Flor. in excerptis nihil notatur, quia itidem commissus est cum ed. quæ *ad mille CC.* legebat. Vide quæ ad eundem Liv. locum notavi. Mox *amplius XXX. hominum*, pro *tria millia*, Flor. Voss. et Lov. 1. 2. ac 4. Sed per notas scriptum fuisse patet *amplius ∞ ∞ ∞ hominum*. Millenarii autem numeri notam ∞ sæpe in notam denarii X. mutatam esse ab indoctis librariis, videbimus ad XXXIII. 14. § 5. *Amplius triginta hominum* Hav. *amplius triginta millia hominum* Hearnii N. *amplius tria hominum* Lovel. 5. et Gaertn.

§ 3 *Nihil tutius in afflictis rebus*] Legendum *nihil tutius afflictis rebus*: ut *afflictis rebus* dativi sint casus. Quod si quis ablativos esse conten-

derit, subintelligetur in præpositio. *Rhenan.* Pal. 1. et vet. ed. nihil *tutius in afflictis rebus.* Gebh. Rhenano præpositionem in ejicienti parnerunt omnes editores usque ad Jac. Gronovium, qui eam iterum restituit. Et sane superest non tantum in Hearnii L. 1. et N. sed et in omnibus meis, præterquam in Harl. qui solus eandem ignorat. Paulo ante *Indibilis post pugnam abjectis belli consiliis* Hearnii D. Mox τὸ *Scipionis* deest in Harl.

Mandonium fratrem ad eum mittit] Hic habemus, ut videtur, hos duos regulos, quorum toties nunc mentio facta est, fratres fuisse. Nisi quis putet, alium Mandonium esse, Indibilis fratrem juniorem quempiam: nam alioqui cur non ipse Indibilis iret deprecatum apud victorem hostem, cum Mandonius in eadem erat culpa? Quamquam et ea quoque subit caussa, quod Indibilis adversus Scipionis parentem pugnaverit, unde odii adhuc favilla timeri poterat. *Glar.*

§ 4 *Sed castra quoque Romana insani-erint]* Scripsimus *sed castra Romana*, dictione quoque deleta. *Rhenan.* Sed dictionem illam servant omnes mei.

§ 5 *Aut servati bis uni debitam vitam]* Archetypon Spirense habet *aut servatibus uni debitam pro eo in perpetuum devoveant.* Lego *aut servati bis uni debitum pro eo in p.* ut referatur ad 'spiritum.' Erit enim nunc sententia planior: *ut aut, si ita vid., reddant spir. proconsuli Scip., ab eodem illo acc., aut serv. bis uni debitum pro eo in perp. devoveant:* subandi 'spiritum.' Castigator olim hic se torsit. Nam quum non quadraret *debitam* fæminini generis, addidit vocabulum *vitam.* Et erat alioqui *debitam* scriptum, *u pro b* posito, *debitam.* Rhenan. Approbe *bis uni debitam vitam* cernitur in antiquissima edd.: postquam Rhenanus, cornicum oculos confixurus, reponit,

aut serv. bis uni debitum pro eo in p. Pal. 1. *ut aut, si ita vid., reddant spir. P. Sc., ab eodem illo acc., aut servati debitam vitam pro eo in perp. devoveant.* Pal. 2. *ut aut, si ita vid., reddant spir. proconsuli Sc., ab eodem bello acc., aut servatibus bis uni debitam pro eo in perp. devov.* Pal. 3. *aut servati bis unde vitam pro eo in perpetuum devov.* Gebh. Emendationem Rhenani recepit Vascos. et post eum pauci. Nam recte jam Gryph. et Basileens. ambo 1554. veterem scripturam revocarunt. Certe omnes, quibus usus sum, membranæ τὸ *vitam* agnoscunt. Verius itaque est, Rhenannum incidisse in codicem corruptum, cujus librarius vocem *vitam* male omisit ob præcedentis *debitam* similitudinem. *Aut servati vitam debitam* legit Lov. 4. *aut servati debitam vitam* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *aut servati bis debitam vitam* Lov. 3. Paulo ante *spiritum proconsuli Scipioni* Hearnii L. 1. *spiritum proconsuli P. Scipioni* Ber. et edd. ante Aldum. Vide ad cap. 16. § 14. Præterea *ab illo acceptum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav.

§ 6 *In misericordia victoris spem positum habere]* Emendavimus *spem positum habere.* Rhen. Ita sane non semel alibi Livius. Nunc tamen Put. Cantabr. Voss. *positam.* Et sic xxx. 22. 'Scipionem in eo positam habuisse spem pacis:' et cap. 35. 'In quo plurimum spei ponerent.' Jac. Gron. *Positum* non tantum Flor. omnesque alii mei, sed et quatuor illi, quos Crevier. adhibuit, qui recte hac auctoritate motus lectionem illam revocavit. Vox *victoris* deerat in edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 7 *Cum quo nec federe, nec æquis legibus jungerentur amicitia]* Placet antiqua lectio, quæ habet *jungeretur amicitia.* Rhenan. Hoc explicant Sigonius de Ant. Jur. Ital. 1. 1. et Salmas. in Observ. ad Jus Att. et Rom. c. 26. p. 601. qui ex hoc loco citant *jungeretur.* Duk. *Jungeretur amicitia*

legendum, etiam docet Gronov. ad xxxv. 12. § 9. et xxxvi. 28. § 5. Eandem lectionem probat, et in Put. superesse testatur Crevier. Consentiant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. a m. sec. et Hav. De ipsa locutione plura vide ad priorem locum Livii.

Et obsides accepti, armaque adempta, et presidia urbibus inposita forent] Tres particulas connectentes hic summovimus, quibus non est usus Livius, ut indicat volumen scriptum. *Rhenanus*. In edd. principibus particula copulans tantum primo loco addita erat; duobus sequentibus eas inseruit ed. Mog. In codd. meis eadem particulae tribus locis omissæ erant, nisi quod priori loco tantum unus habeat Ber.

§ 8 *Illos quidem merito periisse ipsorum maleficio]* Fortassis etiam legi posset *illos quidem merito perituros fuisse ipsorum maleficio*. *Rhenan.* Omnis vetus lectio *perisse ipsorum*. Dixerat *Rhenanus*: 'Fortassis etiam legi posset *perituros fuisse*.' Id continuo nescio quis in contextum, et prope seculum per libros regnare passi sunt editores. Exspecto, ut, quum apud comicos legitur, 'Perii, occidi, nullus sum,' veniat, qui fortassis etiam legi posse censeat 'peribo, occidam, nullus ero.' Quomodo autem hic ferat, quod apud Cic. de Divin. II. 35. dicitur, 'avem inclusam cavea et fame enectam in offam invadere?' Quomodo apud Petronium c. 7. 'Æque lassus ac moriens Ascylos?' *J. F. Gron.* Crebrum est in Livio 'suis ipsorum.' v. 38. 'Terga cæsa suomet ipsorum certamine in turba impediuntium fugam.' vi. 38. 'Neque immerito suum ipsorum exemplum in eos versurum.' x. 16. 'Omnia expertos esse, si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent.' xxviii. 19. 'Suis ipsorum ex conscientia culpæ metus.' xxx. 20. 'In se quoque et suum ipsius caput ex-

secratus.' Varietas scripturæ suspicionem nonnullam parit, hic quoque scriptum fuisse, *illos quidem merito periisse suo ipsorum maleficio*. *Dukerns.* *Vascosanus* est, qui *Rhenani* conjecturam primus in contextum recepit; quam merito Gronov. inde iterum ejecit. Omnes enim etiam mei constanter *perisse*, vel *periisse*.

Victuros suo atque populo Romano beneficio] Pudet quædam observare, quæ incuria potius, quam inscitia, depravari contigisse crediderim. Verum, quia vulgo mendose illa notata reperio, haud supervacuum duxi, ea in integrum restituere, ne errorem error pariat. Nemini itaque non apparet, hic *suo atque populi Romani beneficio* scribi oportuisse. *Sabell.*

§ 9 *Ceterum, se neque arma iis adempturum, (quippe ea pignora tinentium rebellionem esse) se libere arma relinquere, solutosque metu animos]* Reposivimus *se libera arma relinquere*. *Rhenan.* Voces *se neque arma iis ad.* desunt in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hav. Deinde *liberim arma*, pro *sed libera arma*, Put. ut ex *Sallier*. didici. *Tiberim arma* Flor. Voss. et Lov. 1. *juberi arma* Hav. *libera arma* Gaertn. Hinc *solutus enim os*, pro *solutosque metu animos*, Flor. et Cant. *solutos enim hos* Voss. Lov. 1. 5. et Harl. *solutos enim eos* Hav. *solutos*, reliquis omissis, Lov. 2. *solutos animos* Lov. 3. 4. et Gaertn. Ceterum, quæ nunc vulgo exstat lectio, *sed libera arma relinquere*, ut et interpunctio, primum adparuit in ultima *Gruteri* ed. Antea vulgabatur, *Ceterum se neque arma iis ad.* (quippe ea pignora tim. reb. esse, se libera, vel libere, arma relinquere, solutosque metu animos) neque se, &c. Eam autem lectionem recepi. Nam *sed libera arma* in nullo apud me est cod. quum contra *se libera arma* legant Lov. 3. 4. Ber. et Gaertn. Præterea in optimis quidem rō se non reperitur, verum ibi interceptum est ab ultima syllaba vocis

præced. esse. Vide ad xxxiv. 11. § 7.

§ 11 *Ex qua stipendium militi præstari posset*] Pal. 1. *præsidium militi pr. p.* Gebh. Put. Reg. Men. Pal. Voss. *ex qua præsidium militi.* Forte legendum *ex qua residuum militi præstari posset.* Nemo non intelligit 'stipendium' subaudiri: et 'residuas pecunias' alibi Noster: notaque sunt 'residua' jurisconsultorum. J. F. Gron. *Præsidium* etiam Flor. Lov. 1. et Harl. tota vox exsulat a Lov. 5. Doujatius *præsidium* de vestibis aliisque commodis militum intelligi posse existimat: sed vellem simili loco genus loquendi inlustrasset. Rectius Crevier. vulgatum defendit, et alterum ex aberratione scribarum natum putat.

§ 12 *Silano Tarraconem remisso*] Tria hæc vocabula desunt in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hav. quæ negligentia scribarum exciderunt propter vocem præcedentem *præmisso.* Vide ad ix. 11. § 11.

CAP. XXXV. § 1 *Inchoata res jam ante*] Pal. 1. *Jam inchoata res.* Vet. ed. *Ideo inchoata res.* Gebh. *Jam inchoata res ante* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. et Hav. *Ideo jam inchoata res ante* Gaertn. *Ideo inchoata res ante* edd. ante Aldinam.

Atque ejusdem dextra fidem sancire] Scripsimus *atque ejus dextra f. sancire.* Rhenan. Pall. 1. et 2. *ejusdem dextra fidem sane.* Gebh. *Ejusdem dextra* Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *cidem dextra* Hearnii N. Ceteri mei *ejus dextra.* Deinde *fidem sanare* Rec. et Gaertn. sed literæ ci coalescunt in a, quale exemplum etiam habuimus ad ix. 37. § 4.

Itineris tam longi ac tam devii] Put. et veteres scripti omnes *ac tantum devii.* Videntur sprevisse, qui hac locutione non utebantur, nisi addita particula *in.* Sed revise ad xxvi. 31. Jac. Gron. Ita et legunt Flor. Lov. 4. Harl. et Hav. Idem etiam Cre-

vier. in Reg. invenit, et non rejciendum judicat. Mox fuit *Scipioni* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§ 2 *Ad hæc equitem marcescere desidia*] Scripsimus *ad hoc equitem.* Rhenan. *Adhuc equitem* Lov. 1. *ad hæc equitem* Lov. 2. 3. 5. Ber. et Gaertn. Reliqui *ad hoc.* Vide ad xxi. 52. § 10. Paulo ante *in insula inclusos* alio ordine Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. 1535. Præterea *omnium rerum et fucem et eris* Voss. et Lov. 1. *omnium rerum et ferri ceteris* Hearnii N. *omnium rerum facere et eos ipsos sentire* Hav.

§ 3 *Ad populandos proximos Hispaniæ agros*] Scripsimus *ad depopulandos prox. Hisp. agros.* Rhenan. *Ad populandos* Lov. 4. et Ber. *ad depopulandos* reliqui mei, cum Putean. ut ex Sallier. didici. Vide ad x. 12. § 7. Deinde, *primos Hispaniæ agros* in Cant. Voss. et Gud. esse, Jac. Gronov. docuit ad 11. 33. § 7. quod et ipse inveni in Flor. Lov. quinque, et Harl. Solent hæc voces passim in Mss. confundi. Vide ad v. 47. § 5. Infra hoc cap. dicit Liv. 'Populatus proximos agros Gades rediit.' Gruterus *ad proximos Hispanos agros* in postrema ed. substituit. Sed quidquid vidi codicum una cum Put. et Hearnii N. ac L. 1. constanter *Hispaniæ.* Alterum igitur, patientius, quam par erat, ultra seculum a viris doctis toleratum, iterum ejeci. Ceterum paullo ante vocem *Magonem* ignorant Flor. Voss. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Moguntinam.

§ 4 *Remisso tertio, qui, quo jussus erat, adduceret*] *Et remisso tertio* Ber. Gaertn. et typis excusi ante Aldum. *remissus tertius* Rec. et Hearnii L. 1. ac N. Deinde *qui cum jussu erat* Flor. et Lov. 2. *qui cum jussu erat* Voss. et Lov. 1. sed in priore additæ notæ indicant, ultimam vocem delendam esse. *Qui quo miserat* Lov. 5. *qui, ut jussus erat, ad eum add.* Hav.

§ 5 *Substitueratque animo speciem*] Antiqua lectio *sustituera atque animo*. Tu scribe, *præstitueratque animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam*. Rhenan. *Substituerat* dixisse videtur, pro 'conceperat;' quamquam haud scio, an ita sit in usu. Beatus legit *præstituerat*. Glar. Quanta hic mihi materia esset, si lubido incesseret invehendi in Rhenanum, qui hunc locum, nulla causa, nec ullius codicis vestigiis inductus, depravat, substituens *præstitueratque*: qua re manifestum fecit, se ad hujus loci non penetrasse mentem. Illustro e Curtii vi. 5. 'Interito vultu regem Thalestris intuebatur, habitum ejus haudquaquam rerum famæ parem oculis perlinstrans. Quippe omnibus barbaris in corporum majestate veneratio est, magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie donare natura dignata est.' *Gebh.* Eadem significatione 'substituere' dixit Ovid. Rem. Amor. 573. 'Ut possis odisse tuam, Pari, funera fratrum Debueras oculis substituere tuis.' Heinsio quidem ibi placet *proposuisse*. Nec tamen damnat *substituere*. Duk. *Substituerat animo* Gaertn. sine copula, quam alii omnes agnoscunt. Paulo ante *ceperat jam maxime ante Numidam Hearnii L. 1.*

§ 6 *Adornabat promissa cæsaries*] *Prolixa cæsaries* Hav. quomodo variarunt etiam librarii II. 23. § 4. et v. 41. § 9. quo utroque loco de voce *promissa* videnda sunt quæ notantur.

Sed virilis vere ac militaris] Vet. lib. *sed virilis, ac vere militaris*. Sigon. Put. Reg. duo Pall. *sed virilis vere, ac militaris*. Statim Put. et Men. carent *τῆ κρατ.* Et sine eo integra oratio est: *adornabat prom. cæs., hab. corporis non cultus mund., sed virilis vere ac militaris, et atas in medio vir. robore*. J. F. Gron. Lectioni Sigonii favent Voss. et Lov. 2. 4. 5. Ei vero, quam Gronov. reduxit, Flor. aliique,

cum Hearnii L. 1. *virilis ac militaris vere* Ber. et Hav. *virilis ac militaris*, una voce omissa, Gaertn. *virilis ac militaris naturæ* edd. Rom. 1472. ac Parm. Mox *ætus erat in medio soli* Ber. et Gaertn. Reliqui *τῶ erat* non agnoscunt.

§ 7 *Velut renovatus flos juventæ*] Archetypon habet *velat ren. juvente faciebat*. Conjunctio scribendum, *velut renovata juventa faciebat*. Rhenan. Venustatem hujus loci fœde contaminasse Rhenanum, existimat Gebhard. ad Livii III. 51. § 7. Et omnes mei *τῶ flos* servant, quod neglegenter omiserat librarius codicis, quo Rhenanus usus est. *Flos juventæ*, ut VII. 7. 'Hunc eximium florem juvenutis spei animorumque implevere.' VIII. 8. 'Hæc prima frons in acie florem juvenum pubescentium ad militiam habebat.' XXXVII. 12. 'Quod floris, quod roboris in juvenute fuerat, amiserant.' XL. 6. 'Medio juventæ robore ille, hic flore.' Ita etiam 'flos ætatis' VIII. 28. l. XXI. capp. 2. 3. XXVIII. 21. 'flos virium' XLII. 15. et similia plura.

§ 8 *Numida, gratias de fratris filio remisso agit*] Præcedente libro c. 19. Masanissa avunculus dicitur ejus juvenis, quo de hic agitur. Ergo legendum hic videtur *sororis filio*, nisi vel sororis maritum fratrem appellavit, vel apud barbaros frater sororem habnerit in uxorem. *Glarean.* Silius congressum hunc et utriusque orationem luculenter describit XVI. 136. nisi quod versus ejus vulgo corruptissimi sunt, quos sic emenda: 'Aurora obscuri tergebant nubila cæli,' &c. *Modius.* Omisi pluscules, qui apud Modinum sequebantur, Silli versus: commode enim apud ipsum illum poetam videri possunt, præsertim quum errorum in vulgatis edd. exstantium emendationes, quas jactat Modius, nullas repererim. Ceterum unde factum sit, ut Masinissa Massivam 'fratris filium' vocet,

quum xxvii. 19. Masinissa ejus avunculus dicatur, vide Jac. Gronov. ad eum Livii locum. Mox *quæsiisse* edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 10 *In Hispania, terra aliena atque ignota*] Hearne auctor est, vocem *terra* deesse in Oxon. N. et ed. Rom. principe. *Aliena atque ignota terra* legunt Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. eam secutæ usque ad Froben. qui ordinem mutavit. Sed libros potius præeuntes secutus sum. Mox *in qua ante genitus, pro autem*, Voss. Lovel. 5. Gaertn. et Hav. Vide ad xxvii. 35. § 7.

§ 11 *Ducem in Africam mittant Romani*] Tò *ducem* omittit Hav. Deinde *Romani mittunt* legunt Flor. et Lov. 4.

CAP. XXXVI. § 1 *Jubere senatum, ut classem, quam Gadibus haberet*] Pal. 3. *teneret*. Gebh. Hæc omnia, usque ad 'pecunia Magoni adlecta est,' desunt in L. 1. Cui errori committendo ansam librario dedit vocem *ab Karthagine* repetitio. Vide ad ix. 11. § 11.

§ 2 *Conductaque ibi Gallorum ac Ligurum quanta maxima posset juventute*] Pall. tres *conducta ibi Gallorum*. Amplius Pal. 3. *quanta maxima multitudine conjungeret se Annibali*. Gebh. Copulativa prior in Gallicanis omnibus et Voss. desideratur. J. F. Gronov. Unus tantum Ber. *conductaque*. Reliqui cum Hearnii Oxonn. copulam nesciunt: tria etiam vocabula *Gallorum ac Ligurum* ignorat Lov. 5. Mox *conjungeret Hannibali*, omisso medio pronomine *se*, Flor. Voss. Lov. 4. 5. et Harl. Deinde *ne senescere* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *nec senescere* Lov. 2. Vide ad ii. 15. § 2.

§ 3 *Ad eam rem et a Karthagine pecunia Magoni adrecta est*] Pal. 3. *Magoni adjecta est*. Gebh. *Ad eam rem a Karth. pec. Magoni adducta est* Harl. Vide ad xxvii. 38. § 12. Mox *quan-*

tum potuit Lov. 4. Ber. a m. pr. et edd. ante Aldum: *quanta potuit* Gaertn. Deinde *eorum* deest in Flor. et Harl.

§ 4 *Proximos depopulatus agros*] *Depopulatur* Florent. Lov. 3. 5. et Hav. Mox *classe appulit* Lov. 3. Hinc § seq. *Ibi quum diu, pro interdium*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav.

§ 7 *Nec sine caussa erectam ante urbem stationem*] *Castigavimus electam*. Hanc lectionem scripti codicis confirmant ea quæ mox præcedunt. *Rhenan*. De Romanis loquitur, ut puto. Sed, ut hæc verba sese sequantur, suspensum faciunt lectorem. *Glarectam stationem* solus servat Rec. Sed sine dubio verum est, quod Rhenan. reposuit, *electam stationem*, quod servant Flor. Cant. Lov. 4. et Ber. a m. pr. proxime verum *electa statione* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *electa statio* Lov. 5. et Ber. a m. sec. Alibi 'electus' et 'erectus' in Mss. commutantur. Vide ad vii. 12. § 9. et Delrinm ad Senec. Hippol. 1139. Causa erat perpetua confusio literarum *L. et R.* de qua vide Gronov. in pr. edit. Observ. 1. 13. Diatr. Stat. c. 52. p. 346. Nic. Heins. ad Sillii xiiii. 4. Markl. ad Statii Silv. i. 2. 267. et Ouidend. ad Lucani v. 55. Hinc etiam permutantur inter se voces 'legio' et 'regio:' vide ad viii. 24. § 4. 'legere' et 'regere:' vide ad Epit. Liv. l. xviii. 'palma' et 'parma:' vide ad xxii. 1. § 9. 'lex' et 'rex:' vide ad Epit. Liv. l. lxxxix. Ceterum *ejectam stationem* habet Lov. 3. Ita etiam commutantur in Mss. 'delectus' et 'dejectus:' vide ad Livii v. 21. § 10. 'adlectus' et 'adjectus:' vide ad xxxv. 2. § 9. 'inlectus' et 'injectus:' vide Nic. Heins. ad Sillii vi. 32. et Burm. ad Sueton. Calig. c. 38. 'conlectus' et 'conjectus:' vide ad xxxvi. 12. § 4. 'sublectus' et 'subjectus:' vide ad xxiiii. 22. § 4. In sensu autem nulla est difficultas: adparebat Romanis, subesse causam, cur Pœni cum classe

ad urbem substiterint. Ut itaque hostem, si invaderet, repellere possent, ad portam, quæ in hostem ducebat, suos instructos armatosque continuerunt.

§ 8 *Effusi hostes, mista inter milites navali turba*] Omnes mixta inter milites navalis turba. Recte per epexegesis. J. F. Gronov. *Navali* tantum inveni in Harl. et Ber. reliqui mei cum Hearnii L. 1. et N. *navalis* legunt: *navali* ideo non displicebat Doujatio, quia lectio illa per auferendi casum intellectu facilius est. Eadem ratione probare poterit omnia scribarum glossemata, quibus minus tritas et obvias optimorum scriptorum locutiones exponere conati sunt. Præterea *turma* Ber. Rec. Gaertn. Hearnii N. et edd. Aldina priores. Vide ad xxv. 16. § 15. Vulgatum verius esse, *tà effusi*, et *socii navales militibus mixti* docent, quæ non *turma*, sed *turbæ*, conveniunt.

§ 10 *Superfuisset pugna ac fugæ quisquam*] Put. Men. Voss. *pugna aut fugæ*. J. F. Gron. Edd. principes *fugæ ac pugna*, consentiente Gaertn. Frobenius deinde *fugæ aut pugna* substituit, quod servant Flor. Lov. quinque, Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Gruterus deinde in ultima ed. revocavit *fugæ ac pugna*. Gronovius demum dedit *pugna aut fugæ*.

§ 11 *Ne hostes cum suis simul irumperent*] In ed. Francof. 1578. contra omnes codd. et sensum Livii, operarum, ut videtur, errore datum est *erumperent*; quod, per Modii, Gruteri, Heinsii aliorumque edd. propagatum, recte iterum ejecit Gronov. ut in prima nott. ed. monuit.

Trahunt scalas, orasque, et anchoras, &c. præcidunt] Vet. lib. *trahunt scalas, pontesque, et anchoras*. Suspicio ne ntraque vox retinenda sit hoc modo: *trahunt scalas pontesque, orasque et anchoras præcidunt*. De funibus enim aptius dicitur 'præcidi,' quam 'trahi:' ut Virgil. *Æn.* 111. 667.

'Tacitique incidere funem.' Sigon. Pal. 1. *trahunt scalas orasque et anchoras: dein moliendo mora esset*. Pal. 2. *melius, trahunt scalas loraque et anchoras: deinde ne moliendo mora esset, præcidunt*. Pal. 3. *trahunt scalas hortasque et ancoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt*. Vet. ed. *trahunt scalas orasque: et ancoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt*. Gebh. *trahunt scalas loraque et anchoras* Voss. pro varia lectione in margine; quæ vox ex interpretis expositione nata est. *Ora* enim est rudens, sive funis, quo naves litori adligantur. Hoc sensu est apud Liv. xxii. 19. 'Alii resolutis oris in anchoras evehuntur.' Vide viros doctos ad Quintil. epist. ad Tryph. *Trahunt scalas pontesque et anchoras* Lov. 3. Rec. et Gaertn. Recte viri docti conjecturam Sigonii, quam is in contextum receperat, spreverunt; in nullo enim cod. 'pontes' et 'oræ' conjunguntur: neque alicujus etiam momenti est ratio, qua conjecturam defendit, aptius 'præcidi,' quam 'trahi,' de funibus dici. Si enim hoc modo distinguamus, *trahunt scalas, orasque et anchoras, &c. præcidunt*, verbum 'trahere' ad solas scalas, 'præcidere' et ad oras et ad anchoras erit referendum: *præciderunt* autem est in Lov. 5. Vide ad x. 12. § 4.

§ 12 *Adnantes navibus, incerto præ tenebris*] Vet. lib. *incerti*. Sigon. *incerti* male Sigonius. Put. clare *incerto*, ut edebatur. Alii *incertos*. J. F. Gron. *incerti* Lov. 2. 3. Hav. et Hearnii D. *incertos* Flor. Voss. Lov. 1. Harl. Ber. a m. pr. et Hearnii L. 1. ac N. *incerte* Gaertn. *incerto* reliqui, quod supplendum est per participium verbi substantivi, ut docet Gronov. Obs. 1. 17. De eo vide ad xxii. 31. § 5. Præterea *adnantes* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Haverk. Hearnii N. L. 1. et edd. Aldina priores. Vide ad xxi. 27. § 5.

§ 13 *Ad octingentos homines*] Scrip-

ti ad octingenti. Vide ad x. 17. J. F. Gron. Ita et Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. Doujatius vulgatum tnetur; quem non movet, quod quædam membranæ ad octingentos (secundum mentem ejus ad octingenti) scribant; plerasque enim earum numerales tantum notas habere ad DCCC.; quas librarium aliquem casu non suo reddidisse, neminem in his vel tantillum versatum miraturum putat. Eidem non satisfaciunt exempla a Gronovio laudata ad x. 17. § 8. In illis enim numerum centenarium semper millenario addi: ita ut præpositio ad regere videatur mille vel millia, adjectis centenis, et, verbi causa, 'ad duo millia trecenti' accipiendum sit, quasi dicas trecenti ad vel supra duo millia. Verum Gronov. non dicit 'quasdam membranas,' sed in genere 'scriptos' legere ad octingenti; quorum numerum nunc augent ab Hearnio et a me consulti. Insuper nulli eorum per notas ad DCCC. sed omnes totidem literis ad octingenti præferunt. Fateor equidem librarios sæpe notas numerales non suo casu reddidisse: quin etiam exemplis id docni ad xxv. 9. § 16. et xl. 18. § 5. Verum monstro simile foret, integerrimos quosque codd. ita semper corruptos esse, et non nisi pejoris notæ libros veram scripturam servare. Contendo insuper, facilius librarium, quamvis ineperitissimum, ad octingentos, pro ad octingenti, daturum, quam contra. Ad hæc callide Doujatius proponit illud exemplum ad duo millia trecenti, quasi omnia loca, quæ Gron. laudavit, similiter concepta forent, quum Livius hoc modo tantum in uno locutus sit; in reliquis autem, quæ Gron. advocavit, addita copula dixerit ad duo millia et trecenti, ad quatuor millia hominum et quingenti, ad duo millia et quingenti, ad duo millia et septingenti; quibus alia multa addere possem, nisi

hæc sufficerent. In his autem cessat expositio superius a Doujatio data, neque admitti potest: copula enim et in illis similes casus jungi docet; ubi vero copula deest, similes casus per adpositionem junguntur. Tandem expositionem hujus locutionis Doujatianam evertit locus viii. 18. 'Quibus in forum delatis, et ad viginti matronis, apud quas deprehensa erant, per viatorem adicitis:' ubi Gronov. alium similem Suetonii locum laudavit. Rationes forte Doujatii, quæ quam infirmæ sint, vidimus, Clericum permoverunt, ut, relicta Gronovii emendatione, quam tamen in hac locutione plerumque alibi servavit, veterum edd. lectionem in contextum suæ editionis restitueret.

Casi, inter murum litusque ad duo millia] Omnes casi inter murum litusque, et ad duo. J. F. Gronov. Ita, ut Gronovius in suis invenit, jam edidit ac distinxit Frobenius 1535. itaque præferunt omnes præter unum Lov. 5. codd. Male igitur Parisienses 1573. priorem lectionem revocarunt, unde deinceps Frobenianam restituere Gronovio necesse fuit.

Ad duo millia armorum inventa] Narrat Livius classem fugisse: et unde isti nobis bis mille armati, qui postero die sunt inventi? Codex scriptus habet armorum. Rhen. Hic locus obscurus est, et, ut suspicor, etiam corruptus. Quamquam quidam exponunt, casos octingentos, sed in universum, qui interierint, fuisse duo millia. Quidam codd. armorum habent, non armorum. Glar. Armorum habent libri, quos ipse legi, et quos se legisse Rhenanus profitetur. Sigon. Armorum pauci meorum; plerique armorum; quod etiam snos servare Gronov. in pr. ed. nott. monuit. Nihilominus recte Rhenanum armorum dedisse judicat. Sæpe librarios ita variasse, vidimus ad xxii. 37. § 7.

CAP. XXXVII. § 1 *Exclusus inde, ad Cimbin]* Id nominis nusquam legi, quod equidem sciam, ideoque inspicienda vetera exemplaria. *Glur. Cimbris* ignotum sane nomen. Liber meus *ad Ambros.* De quo considerandum. *Lipsius, Ep. Quæst. iv. 4. Pal. 1. Mago, cum Gades recepisset, exc. inde classe ad Ambros, haud procul a Gadibus* his locus est. *Pal. 2. exc. inde clam se ad Ambros. Gebli. Mss. fere Cimbro.* *Lipsius Ambros, ut Voss. Put. Cimbios. J. F. Gron. Exc. inde classe ad Ambros Voss. Lovel. 1. 2. et Gaertn. exc. inde ad Ambros Hearnii N. cum Lov. 3. et Hav. exc. inde classe ad Cumbam Lov. 5. exc. inde ad Umbros Cant. exc. inde classe ad Cimbro Harl. exc. inde classe ad Cimbios Flor. ad Cimbios etiam in Put. legi, Vossius testatur ad Pomp. Mel. III. 1. unde exclusus inde ad Cuneos legendum existimat: quam conjecturam hoc argumento refellit Cellar. in Geogr. Ant. II. 1. p. 51. quia Livius subjungit, 'haud procul a Gadibus is locus abest,' Melæ autem et Strabonis 'Cunens' longe hinc ultra Anam est remotus. Eadem etiam displicuit Doujatio, quia Livius hic vocet *locum*, quum Melæ d. I. sit 'Cuneus ager,' Plinio IV. 22. 'promontorium Cuneus,' Straboni III. in princ. promontorio adjacens $\chi\acute{\omega}\rho\alpha$, quam Latina voce vocant $\kappa\acute{\omicron}\nu\acute{\nu}\epsilon\omicron\nu$. Ipse itaque putat, vel *Ambros*, ut plures codd. legunt, librarios detorsisse ex *Ebra*, (cujus nominis castellum in litore ad sinum portus Gaditanis recenset Mela III. 1.) vel eos *Olitingin*, aut *Onobam*, parva oppida maritima inter Bætis et Anæ ostia ibidem a Mela memorata, mutasse in *Cimbin*, aut *Cimbios*: cui Vossius respondere potuisset juxta talionis lege, non 'castellum' vel 'oppidum' a Livio vocari, sed *locum*. Cum Crevier. itaque existimo, esse nomen loci parum notum, vel fortasse depravatum. Paulo ante *recepisset*, pro *repetisset*,*

Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. quomodo etiam variarunt codd. XXI. 28. § 9. *Redisset* pro varia lectione erat in margine Voss.

Haud procul a Gadibus] Scripsimus *haud procul Gadibus.* Rhenan. De ea locutione vide ad XXI. 28. § 1. Gronovius præpositionem, quam Froben. ex mente Rhenani 1535. expunxerat, iterum addidit. Eadem vero in omnibus meis superesse vidi.

§ 2 *Purgantibus iis, multitudinis concursu factum]* Ablativum *iis* delivimus, qui subintelligitur, aut similis, puta 'Gaditanis.' Ubi notandum est, *infestæ* genitivi casus esse, et referri ad præcedentem genitivum *multitudinis.* Rhen. Vet. lib. *purgantibus iis.* Sigon. Ex meis unus Lov. 1. pronomen omittit. Ceteri omnes vel *iis*, vel *his* præferunt.

Abs conscendentibus naves militibus] Ita recte Gronov. edidit, et quidem ex fide Put. ut in pr. ed. nott. monuit: ab Aldo usque vulgatum fuerat *ab conscendentibus*; quod præferunt Lov. 4. 5. Ber. et Hearnii L. 1. et ex edd. primis Romana 1472. ac Parm. At Ascensius 1513. 1516. et Mogunt. omiserunt præpositionem: *abscondentibus* dederunt reliquæ pleræque edd. principes, præsertim Mediol. 1480. et 1505. Tarv. utraque, variæ Ven. et Ascens. an. 1510. consentientibus Voss. Lov. 1. et Harl. corrupte quidem, sed ita, ut veræ lectionis non obscura adpareant vestigia. *A scandentibus* Lov. 3. *ab ascendentibus* Hav. *abscondentibus* Gaertn. *adscendentibus* Lov. 2.

Suffetes eorum, qui summus Pænis magistratus est] Et, quod hinc intelligendum, Gaditanis eorum colonis. Vide Spanhem. ad Juliani Orat. I. p. 130. *Duker. Superstes eorum* mendose Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Hafn. et Hav. quod etiam in Put. superesse, monnit Gronov. ad XXI. 27. § 5. *Suffetes* Lov. 5. *Sufpeces* Lov. 4. *Sufetes* ed. Rom. prin-

ceps, teste Hearnio. *Sufeces* ei proxima cum cod. Ber. Vocem illam unica litera *F*, *Sufes* scribendam esse, Sigonius monuit ad xxx. 7. § 5. ubi vide quæ notantur.

§ 3 *Inde navibus ad Pitusam insulam*] Sic vulgo scriptum reperio. Cæterum, *Pityusam* scribendum esse, Plinius, Strabo, et Ptolemæus docent. *Sabell. Antiq. ed. et Pal. 3. Pitusam.* Pal. 1. vero continet *Pitisam.* Pal. 2. *Pyticusam.* Gebh. *Pitusam* Ber. Hearnii L. 1. et quædam ex edd. antiq. *Bitusam* Rom. 1472. et Parm. *Pitissanam* Voss. a m. pr. *Pitissam* a m. sec. cum Lov. 1. et Harl. *Pitussam* Lov. 5. *Pitissam* Harl. *Pityssam* Flor. *Pertissam* Lov. 2. *Pirissam* Hav.

Incolebant, trajecit: itaque classis bona cum pace accepta est] Arguunt sarcinatorum manus scripti. Put. *incolebant precitituque accepta est.* Nihil medii. Manus sec. priori *t* superscripserat *p* et *τοῖς* quod *t*: inde Men. et Reg. *precipitate.* Scribe *incolebant*) *trajecit, ibique acceptus est.* J. F. Gron. Plures meorum, et Hearnii N. pro *trajecit ibique* partim legunt *precipitata*, partim *precipitate.* Omnes tamen constanter verba, quæ Gronov. auctoritate Put. ejecta volebat, agnoscunt. Et quidem Livio sollempnis est illa formula *bona cum pace.* Supra 1. 24. *Is alteri populo cum bona pace imperitaret.* xxi. 21. *Cum bona pace exercitum per fines suos transmiserunt.* cap. 32. *Cum bona pace ad Alpes incolebant ea loca Gallorum pervenit.* Similiter *bona venia*, vel *cum bona venia* dixit. Vide ad vii. 41. § 3. Quamvis itaque multum tribuam Put. hic tamen librarium ejus dormitasse, et perperam voces *classis bona cum pace* omisisse existimo.

§ 4 *Nec commeatu modo benigne præbiti, sed in supplementum classis juvenis armaque data*] Omnia hæc vocabula oscitantia librarii desunt in Hearnii L. 1. Deinde *sed supplementum*

classis, omissa præpositione, Lov. 2. quod quasi per adpositionem dictum foret. Sed ceteri *in supplementum.* Infra xxxvii. 2. *In supplementum addita peditum civium Romanorum tria millia.* xxxviii. 36. *Ut terna millia peditum ducenos equites ambo prætores in supplementum sociis imperarent.* Præterea *in supplementum classi* Flor. et Ber. Infra xlii. 10. *Ut novos exercitus scribere, aut supplementum veteribus liceret.* Dictum autem est ea ratione, qua alia, de quibus vide ad iii. 46. § 2. Insuper *juvenis armata data* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Gaertn. Mox vocula *inde* non adparet in edd. ante Aldum. Tum *transmisit*, pro *transmisit*, legit Flor. quod etiam in cod. Put. esse, Jac. Gronov. notavit ad c. 5. § 18. ubi vide quæ notantur.

§ 5 *Duæ sunt Baliares insulæ, major altera atque opulentior*] Vocabulum *insulæ* dispunximus, nam mox antecedit *Pænus in Baliares insulæ.* *Rhenan.* Solus Pal. 3. vocem *insulæ* ignorat. At reliqui *Duæ sunt Balcares insulæ.* Gebh. Vocem a Rhenano ejectam servant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. eandem etiam in Put. optime exstare, monuit Sallier. Neque satis idoneam expungendi rationem esse, quam Rhenanus dedit, docebunt quæ notavi ad 1. 3. § 9. Pristino igitur loco restitui. Præterea *Duæ sunt Balcares insulæ, altera major, altera minor. Major atque opulentior* Gaertn. *Duæ sunt Balcares, major altera minor, at minor opulentior* Lov. 3.

Ubi commode hibernaturum, &c. se credebat] Scripsimus *censebat.* Rhenan. Solus Pal. 3. habet *censebat.* Cæteri vero omnes *credebat.* Gebh. Omnes Gall. duoque Pall. et Voss. *credebat*, quod arenit Rhenanus. J. F. Gron. Rhenano favent Lov. 5. Rec. et Hearnii D. Reliqui, et mei, et Oxonn. Hearnii, *credebat.*

§ 6 *Inter alios omnes Baleares excellent] Forte alias, ut intelligas 'gentes.' J. F. Gron. Inter omnes alios edd. ante Aldum.*

§ 7 *Tanta vis lapidum creberrimæ grandinis modo] Pal. 2. celeberrimæ grandinis modo. Gebh. Liv. 1. 1. c. 31. 'Haud aliter, quam quum grandinem venti glomeratam in terras agunt, crebri cadere cælo lapides.'*

§ 8 *Viris, armis haud æque validam] Strabo lib. III. p. 167. minorem Bælearium virtute nihilo inferiorem majore fatetur; id forte sic erat illius tempore. Illa ἀσόνδρα viris, armis quidam per que connectunt, ut paulo ante in majore. Glar. Vet. lib. viris armisque. Sigon. Ἀσυνδέτως Pal. 1. princepsque ed. viris, armis. Pal. 2. viris et armis. Pal. 3. fertilem agro; viris, armis haud æquandam. Gebh. Put. Reg. Men. Voss. Pal. unus viris, armis haud æque validam, omissa copulativa. J. F. Gron. Copulam abjiciunt etiam Flor. Lov. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. eam insuper in omnibus suis deesse, testatur Crevier. Ipsum itaque secutus expunxi.*

§ 9 *Supra portum loco munito castra locant] Super portum Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Hav. Vide ad XXI. 36. § 6. Tum ponunt Lov. 1. locavit Gaertn. Sed ea vox deest in Flor. Cant. Voss. Lov. 2. et Harl.*

Sine certamine urbe agroque potiti] Pal. 3. sine cert. urbe, agro politur. Gebh.

Missisque Karthaginem ad hibernandum, naves subduxerunt] Distinguendum ante ad hibernandum: ut sit sensus, auxiliares missos tamquam obsoles Carthaginem, ipsum autem Magonem ad hibernandum naves subduxisse. At hæc pusilla sunt, ac propemodum non hujus instituti: visa tamen sunt aliquid ad lectoris utilitatem facere. Glar. Præter Vascos. et Gryph. 1548. vix ullus Glareano vera monenti paruit. Distinctionem,

quam indicavit, recepi.

CAP. XXXVIII. § 1 *P. Scipionis ductu auspicioque] Observat Perizon. in Anim. Hist. c. 7. p. 262. et p. 263. Livium, communi et usitato 'ductum auspiciūque' conjungendi modo abreptum, utrumque Scipioni tribuisse, qui privatus, nullodum gesto magistratu, proconsulari imperio extra ordinem dato, in provinciam Hispaniam adversus Pœnos erat missus: quum tamen ii, qui sine magistratu res gessissent, inimo omnes proconsules et proprætores, qui tunc privati extra ordinem, non statim in vel ex magistratu suo, accepto ordinario imperio, in provincias mittuntur, auspicia non habent.*

L. Lentulo et L. Manlio Acidino provincia tradita] Cur non potius M. Junio Silano, eodem jure imperioque secum in Hispaniam misso? Pighius ad a. DCXLVII. scribit, Silanum cum Scipione Romam decessisse. Hoc quidem probabile est, sed Livius, Polybius, et Appianus, quos testes laudat, quum alia de Silano, quæ strictim narrat Pighius, referant, de decessione ejus cum Scipione nihil produnt. Nec apud Livium legitur, quod ibidem ex lib. XXVIII. scribit, quum L. Scipio, a fratre Romam missus, in Hispania debellatum nunciasset, quod est c. 17. senatui visum fuisse, duos prætorios, Lentulum et Manlium, quorum ille a. DCXLI. hic anno sequente prætor fuerat, cum proconsulari imperio, alterum in ceteriorem, alterum in ulteriorem Hispaniam mittere, et hos Tarracene Scipionem expectantes ab eo provinciam accepisse. Etsi autem Livius diserte non scribit, eos cum proconsulari imperio in Hispaniam missos fuisse, est tamen, unde id probabiliter colligi possit. Nam DCXIX. 13. in a. DCXLIX. 'Proconsules' eos vocat: 'Omnes tribus,' inquit, 'eosdem L. Cornelium Lentulum et L. Manlium Acidinum, proconsules, sic-

ut priore anno tenuissent, obtinere eas provincias jusserunt.' Ex eo enim, quod dicit 'sicut priore anno tenuissent,' sequitur eos etiam a. DCLVIII. ibi cum eodem imperio fuisse. Livius quidem anno illo iis nominatim prorogatum fuisse imperium non scribit, sed tamen factum fuisse ex eo colligitur, quod h. l. c. 45. dicit, 'Ceteris, præter consules prætoresque, qui exercitibus præfuturi erant, prorogata imperia.' Nam nomine 'ceterorum' hi quoque comprehenduntur. Atque inde recte conficitur, eos etiam a. DCLVII. cum eodem imperio in locum Scipionis missos fuisse. Quæ deinde addit Pighius, sola hac conjectura nituntur, quod plerumque, qui in Hispaniam cum imperio veniebant, primam omnium Tarraconem, caput citerioris provinciæ, petere solebant. Ceterum, Scipionem non Lentulo et Manlio, verum Silano et Marcio provinciam tradidisse, scribit Polyb. extr. lib. xi. quem dissensum ibi observavit Jac. Gronovius. *Duk.*

Decem navibus Romam rediit] Pall. duo, et vetus ed. *cum decem navibus.* Gebh. Similiter Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. 1535. Sed optimi ignorant præpositionem, quam Livius sæpe omittere solitus est. Vide ad l. 14. § 7.

§ 2 *In æde Bellonæ*] Pal. 3. *in ædem.* Mox idem cod. *quas gentes in ditionem populi Romani reddidisset.* Gebh. *In ædem Bellonæ* etiam Lov. 3.

§ 3 *Adversus quatuor se imperatores, quatuor victores exercitus in Hispaniam ivisse*] Vet. ed. *quatuor victores exercitus in Hispania ivisse.* Pal. 1. *ipse.* Pal. 3. præfert *ivisse*, vel *ivisse.* Amplius Pal. 1. verbis proximis *neminem Carthaginensem inivisse terroribus reliquisse:* ad marginem tamen *in his oris.* Gebh. Put. Reg. Men. Pall. *ivisse.* Alii alludentes esse. J. F. Gron. *In Hispaniam ivisse* Ber. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac P'arm. *ivisse* edd. Mediol. 1450. et Tarvis. utraque: *in*

Hispaniam esse Harl. *in Hispaniam ivisse* reliqui mei, Hearnii Oxonn. L. 1. N. et edd. prioribus proximæ. Contractio illa in hoc verbo Livio est familiaris. Vide ad l. 60. § 2. II. 39. § 12. c. 47. § 6. III. 39. § 3. VIII. 30. § 12. hoc lib. c. 41. § 2. et alibi. Vide ad xxvii. 19. § 10. Hoc modo *isti*, pro *ivisti*, in Cic. restituit Græv. orat. pro Dejot. c. 7. Præterea *adv. se quatuor imp. Lov. 3. adv. quatuor imp. Lov. 4. Mox inivisse terroribus reliquisse* Flor. Voss. et Lov. 1. ac 2. quorum ultimus *in his terris* legit a m. sec. *in his terris injectis terroribus reliquisse* Hav. *in his urbibus injectis terroribus reliquisse* Hafn.

§ 4 *Magis tentata est triumphi spes, quam petita pertinaciter*] 'Petere spem' fortassis sic dici potest, ut 'adfectare spem,' de quo Gronov. ad c. 18. Si quis tamen putaret, melius esse *petitus*, scilicet 'triumphus,' non magnopere dissentirem. 'Petere spem triumphi' mihi admodum inusitatum genus loquendi esse videtur. *Duk.*

Quia, neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu res gessisset, satis constabat] Lib. xxvi. c. 18. ad hoc comitia fuere, ac illic plane 'imperium' vocat. Hic 'sine magistratu' eum vocat, qui proconsul fuit. Statim post (c. 39.) legati Saguntinorum 'consules' vocant in Hispaniam missos consulares ac proconsules. Nullus enim consul hoc bello illuc est missus. Hi itaque loci lectori perpendendi. Simile quiddam invenies xxxi. 20. ubi L. Cornelius Lentulus frustra triumphum petiit. *Gl'ar.* Obtemperandum hoc loco Clareano videtur, ut et hunc et alios locos, quibus Livius proconsulatum magistratum esse negat, attente consideremus. Quod eo lubentius faciemus, quia id non sine summo eorum, qui Romanæ antiquitatis studio tenentur, fructu faciemus. Est igitur intelligendum, magistratus omnes cum potestate fuisse, cum imperio vero non

nisi eos, quibus nominatim mandatum esset imperium. Auctore enim Festo, 'Cum potestate esse dicebatur ille, qui alicui negotio præfectus esset; cum imperio, cui nominatim delatum imperium esset.' Mandabatur autem imperium his duntaxat magistratibus, cum usus reipublicæ postulabat, dictatori, consuli, prætori. Erat autem imperium rei militaris administrandæ facultas. Quare Cicero dixit in Philipp. v. 16. 'Demus imperium C. Cæsari, sine quo res militaris administrari non potest.' Neque vero eodem tempore mandabatur magistratus et imperium, neque iisdem comitiis: nam magistratus primum, deinde provincia cum imperio deferebatur, et magistratus quidem, ut consulatus ac prætura, centuriatis comitiis, imperium vero curiatis. Sic enim Livius v. 52. 'Comitia curiata, quæ rem militarem continent; centuriata, quibus consules tribunosque militum creatis.' Et ix. 38. 'Ei legem curiatam de imperio ferenti triste omen diem diffidit, quod Faucie curiæ fuit principium, duabus insignis cladibus.' Et Cic. ad Appium ad Fam. i. 9. 'Appius dixit, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturnum esse cum collega provinciam; si lex curiata non esset, se comparaturum cum collega, sibi que successurum: legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse: se, quoniam ex senatusconsulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introisset.' Libro tamen xxvi. c. 18. ait Livius, 'Iussi deinde inire suffragium ad unum omnes non centuriæ modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispaniam jusserunt.' Atque hæc quidem ita. Institutum est etiam, ut consulibus et prætoribus, postquam magistratu abiissent, prorogaretur, si tempora reipublicæ poscerent, imperium, ique pro consulibus et pro prætoribus rem gererent. Qui primus pro con-

sule rem gesserit, prorogato ex consulari imperio, Q. Publilius Philo fuit, qui idem etiam primus pro consule triumphavit, ut Liv. viii. 26. est auctor. Q. autem Valerium Faltonem pro prætore primum ex Sicilia triumphasse invenio in Triumphis Capitolinis ad a. 1031. Eundem vero prætorem etiam rem in Sicilia gessisse, scribit Valerius de jure triumphandi ii. 8. 6. Fieri autem poterat, ut ex prætura pro consule mitteretur, id est, cum imperio consulari, et cum duodecim fascibus, ut consul, non sex, ut prætor. Ut L. Æmilius ex Plut. (in L. Æmilio p. 256.) et L. Gellius de Legib. i. 20. Cicero. Adde quod imperium etiam privatis extra ordinem mandatum est: quibus autem mandatum erat, ii pariter pro consulibus et pro prætoribus rem gesserunt. Primus, cui mandatum est hoc modo, T. Quintus fuit, de quo Livius iii. 5. scribit, 'Visum est pro consule T. Quintium subsidio castris cum sociali exercitu mitti.' Pariter P. Scipio in Hispaniam privatus cum imperio missus est, atque alii quidam post eum, donec eo prætores cum imperio mitti cœpti sunt. Item Octavius, de quo Philipp. xi. 8. Cicero, 'Imperium Cæsari extraordinarium mea sententia dedi:' nam, proprætor ut esset, decreverat. Ex his intelligi potest, proconsules aut proprætores, vel si cum prorogato ex magistratu, vel si cum extraordinario essent imperio, sine magistratu fuisse: quod item ex Cic. de Divin. ii. 36. confirmatur: 'Bellicam rem administrari majores nostri nisi auspiciato noluerunt; quam multi anni sunt, cum bella a proprætoribus et proconsulibus administrantur, qui auspicia non habent?' Neque enim nisi magistratus habebant auspicia vel majora, si majores, vel minora, si minores essent. Quia vero hactenus triumphus non erat decretus iis, qui privati extra ordinem rem gessissent, propterea P. Scipioni ex Hispania non est

decretus. Primus L. Lentulus ex his, ut ovans urbem iniret, obtinuit: post Pompeius etiam de Mithridate triumphavit. De L. autem Lentulo sic Livius xxxi. 20. 'Res triumpho dignas esse censebat senatus, sed exemplum a majoribus non accepisse, ut, qui neque dictator, neque consul, neque prætor res gessisset, triumpharet. Pro consule illum Hispaniam, non consulem aut prætorem, obtinuisse. Decurtebatur tamen eo, ut ovans Urbem iniret, intercedente Ti. Sempronio Longo tribuno plebis, qui nihil magis id more majorum, aut ullo exemplo futurum dicebat: postremo victus tribunus consensu Patrum cessit. Et ex senatusconsulto L. Lentulus ovans Urbem ingressus est.' Eadem ratione quæstori aliquando imperium datum est, ut ait Sallust. in Catil. c. 19. 'Postea Piso in citeriorem Hispaniam quæstor pro prætore missus est, admitente Crasso.' Postremo institutum est etiam, ut quotannis consulares et prætoriae provinciæ decernerentur, in quas consules aut prætores post magistratum accepto imperio mitterentur, (quemadmodum ex oratione de proconsulibus intelligi potest,) iidemque pariter proconsules et proprætores dicerentur. Factum est autem, ut aut proxime, postquam magistratu abiissent, aut aliquot annis interpositis in provincias irent. Si autem subito ibant, ut P. Lentulus in Ciliciam, tum ordinario imperio utebantur; si spatio annorum interposito, ut in eandem Cicero, extraordinario. Itaque ipse de semetipso ait ad Attic. v. 9. 'Faciam, ut summa modestia et summa abstinentia minus hoc extraordinarium traducamus.' Idem de proprætoribus etiam judicandum est. Quod Cælius ad Cic. ad Fam. viii. 8. docet his verbis: 'Senatui placere, in Ciliciam provinciam, inque reliquas octo provincias, quas prætorii pro prætore obtinuerunt, eos, qui prætores fuerunt, ne-

que in provincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex senatusconsulto cum imperio in provincias mitti oporteret, eos sortito in provincias mitti oportere.' Ne autem mendum esse librorum quis putet, animadvertere oportet, prætorem sæpe pro proprætoe poni: ut C. Verres Siciliæ prætor, id est, cum prætorio imperio, postquam prætor urbanus fuerat. Item prætorem pro proconsule, ut C. Cæsar Galliæ prætor, P. Rupilius Siciliæ, in quas provincias ex consulari missi sunt. Item consulem pro proconsule, ut cum ait Livius, 'P. Scipionem consulem in Africa bellum gessisse,' et alia ejusmodi, cum tamen Scipio in Africam post consulatum venerit, prorogato consulari imperio. Hæc etsi magna confirmare exemplorum copia poteram, supersedendum iis mihi tamen esse duxi, ut de iis suo cuiusque loco agerem, et dubitanti Glareano responderem, ut cum paulo post ait, (cap. seq.) 'consules cum exercitu in Hispaniam misistis,' P. et Cn. Scipiones intelligens, quorum neuter consul in Hispaniam profectus est, sed tamen cum consulari imperio. *Sigon.* Nota neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu rem gessisset. Scipio proconsul in Hispania rem gesserat, ut hoc libro aliisque supra testatur Livius. Id vero imperium erat, non magistratus. Unde cum apud Livium toties occurrit, 'consulibus prorogatum in annum imperium est,' id non de magistratu intelligendum est. Quid sit magistratus populi Romani, vide Cujacium ad l. de Orig. Jur. Sed et ex xxxi. 20. hic locus maxime illustratur. Quod enim hic 'sine magistratu,' ibi dicitur 'qui neque dictator, neque consul, neque prætor.' Vide et xxxi. 48. Proconsul autem in Urbe imperium non habet, xxvi. 9. Cic. de Divin. ii. 36. docet, proconsules et proprætores auspicia non habuisse. Proconsules

ergo magistratus non sunt, sed pro magistratibus, ut ait vetus auctor apud Sigonium de Civ. Rom. 11. et in lege Thoria. *H. Vales.* Eadem scribit Valesius ad Excerpta Peiresc. p. 603. Sed sententiam Sigonii, quem Valesius sequitur, proconsules et pro prætores, sive prorogato ex magistratu imperio, sive ex privatis in provincias missi fuissent, magistratus non fuisse, non levibus argumentis impugnat Gruchins cap. 4. Refutat. ad posterior. Sigonii dispntat. Hoc quidem intelligi non potest, si, qui prorogato ex magistratu imperio in provincias mittebantur, sine magistratu fuerunt, quod Sigonius et Valesius volunt, quomodo multi ex iis triumphare, de quo certissime constat, potuerint; quum, auctore Livio, nemini, qui sine magistratu rem gessisset, triumphus concederetur. *Duk.*

§ 5 *Præ se in ærarium tulit quatuordecim millia pondo CCCXLII.*] Put. *decem quatuor.* Dein *trecentum quadraginta duo.* J. F. Gron. *Decem quatuor millia trecentum quadraginta duo* Flor. et Lov. 5. *decem quatuor millia CCCXLII.* Voss. et Harl. *decem quatuor millia CCC. q XL. duo* Lov. 1. et 2. *quatuordecim millia trecenta quadraginta duo talenta* Hav. *tresdecim millia* Rec. *decem quatuor millia* etiam Hearnii L. 1. et N. Vide ad xxix. 37. § 6. *Trecentum quadraginta duo* etiam Hearnii L. 1. Præterea *tulit in ærarium* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et excusi Aldo priores. Mox *et signati magnum numerum*, omissa voce *argenti*, edd. Mediol. 1480. *Tarvisina* utraque, ut et aliæ sequentes usque ad Aldum.

§ 8 *Sed etiam spectandi causa P. Scipionis: concurrebantque et domum frequentes*] *Sed etiam exspectandi sollemni errore* Flor. Cant. Lov. 1. 2. et Harl. Vide ad vi. 33. § 1. *Concurrebantque domum frequenter* Flor. *concurreret atque domum frequenter* Lov. 5.

concurrerantque domo frequentes Lov. 1. et Gaertn. *concurrerantque domo frequenter* Voss. Lov. 2. et Harl. *concurrerantque domi frequentes* Lov. 3. Paullo ante non *suffragii modo* Lov. 2. In sequentibus deinde *centumbubos* Flor. lege *bubus*. Vide ad vii. 26. § 10. Hinc *votis Jovi sacrificaret in Hispania* Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Jovi sacrificaret in Hispania votis* Hav. *votis Jovi in Hispania sacrificaret* edd. Mediol. 1480. Tarv. utraque, et quædam aliæ.

§ 9 *Spondebantque animi, sicut C. Lutatius*] Legendum est *despondebant animis*, quemadmodum castigavimus. Semidoctus aliquis, qui legerat *despondere animum*, pro ‘abjicere,’ mutavit hic *despondebant* in *spondebant*. *Despondebant animis*, hoc est, constituiebant, destinabant. Hoc verbo in hac significantia Cicero quoque utitur, quam alibi velut exponit, cum inquit de Arnsper. Resp. c. 3. ‘Cui me præripere desponsam jam et destinatam laudem, valde est iniuquum.’ Rhen. Hanc lectionem *despondebatque animus* asseruit Rhenanus, comparentem et in Pal. 3. Nam Pal. 1. *spondebantque animi*. Sed ad lectionem legitimam quoque Pal. 2. *despondebatque animis*: vet. vero ed. *spondebatque animis*. Gebhard. *Despondebantque animis* ab Rhenano est: nec ignoro, quod iv. 13. habetur, ‘Plebem secum trahere, haud dubium consulatum spe et favore despondentem.’ Cicero ad Casium xii. 9. ‘Exigua est spes reipublicæ: sed quæcumque est, ea despondetur anno consulatus tui.’ Tamen quia plures, et imprimis Put. *spondebantque*, veterem lectionem restitui. Justinus vii. 6. ‘Propter ingenium ipsius, quod magnum spondebat virum.’ J. F. Gron. *Despondebatque animi* Lov. 4. *despondebantque animis*, ut Froben. ex mente Rhenani 1535. edidit, præferunt Lovel. 3. et Hearnii D. Idem Froben. quadriennio ante, ut et prius Aldus vulga-

rant *spondebantque animi*, quod superest in Flor. Voss. Lovel. 1. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Antea edebatur *spondebantque animis*, ut est in Ber. et Hearnii L. 1. ac N. Id omnino verum puto, et in illis codd. qui *animi* legunt, literam sibilantem a prima vocis sequentis interceptam esse. Vide ad l. xxxvii. c. 29. § 5. Doujatius, ut argumento Gronovii, ab auctoritate Mstorum desumpto, quo hanc lectionem defendit, novum ipse argumentum adderet, aliud esse dicit, 'sibi' vel 'alteri aliquid despondere,' quod est promittere, aliud 'despondere animo' vel 'animis,' quod dicitur pro diffidere sibi, spem amittere. Sed vellem vel nnum locum laudasset, ubi 'despondere animo' ita occurrit; cum qua locutione confudit alteram 'despondere animum,' quam eo sensu passim usurpari certum est. Ceterum hæc non eo dicta sunt, quod lectionem Rhenani probem; verior enim puto, quam Gronovius revocavit: sed ut ostendam Doujatii rationem fallere.

§ 10 *Perinde ac debellatum in Italia foret*] *Perinde ac si debellatum* Lov. 3. Sed addita particula est ex glossa. Vide ad xxxii. 21. § 3.

§ 11 *L. Æmilius Pappus*] *L. Æmilius Papus* ex Capitolinis tabulis. *Sigon.* Vide eundem Sigonium ad ix. 7. § 14. Non aliter etiam hic exhibent codd. scripti. Paulo ante voces et *Cn. Octavius*, et ex *privatis* deerant in Flor. Voss. Lov. 2. 5. Harl. et Hav. ob mox repetitum prænomen *Cn.* Vide ad ix. 11. § 11.

§ 12 *Ut consulatum inierunt, nominatæ*] Nos ut particulam erasimus. Sic enim constat lectio: *P. Corn. Sc. et P. Lic. Crassus consulatum inierunt. Nominatæ consulibus provinciæ sunt.* Rhenan. Non parvum Rhenano delenti particulam *ut*, mutantique distinctionem. Nam omnes Gall. nostri, unusque Pal. stant pro particula tenenda. *J. F. Gron.* Eandem par-

ticulam tuentur etiam omnes mei, et Hearnii L. 1. ac N. Si vero Rhenanus eam auctoritate eod. sui delevit, quemadmodum etiam non adparere dicitur in Hearnii D. excidisse videtur ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced.

Quia cura sacrorum pontificem maximum in Italia retinebat] Sic c. 44. Adde Vales. ad Dion. in Excerpt. Peiresc. p. 605. *Duker. Sacrorum cura* Flor. Lovel. quinque, Harl. Berol. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1535. quod revocavi.

§ 13 *Urbana Cn. Servilio obtigit*] Ad loca Livii, in quibus nulla mentio peregrinæ sortis est, a Perizonio ad xxv. 41. adnotata, adde xxxi. 6. l. xxxii. cap. 1. et 8. Prætor urbanus ergo nunc quoque, ut alias, utramque jurisdictionem sortitus est. Vide Pighium ad a. 103319. et Perizon. l. d. Est autem intelligendum, hoc semper ex senatusconsulto factum fuisse, quod etiam xxxv. 41. significat Livius: nam et ita prætor peregrinus, si deinde ad bellum gerendum mitteretur, prætori urbanæ jurisdictionem ex Scto mandabat. xxviii. 10. Id quoque in hac re animadverti potest, Livium, quum antea sæpe peregrinam sortem prætereat, atque interdum etiam prætorem, cui ea evenerat, una cum illa provinciam sortitum narret, (vide xxvii. 7. xxix. 13.) post xxxi. 8. id est, post a. 1015. numquam omittere sortem peregrinam, nec cum ea provinciam aliam conjunctam, ac bis tantum, ni fallor, post a. 1016. quo primum sex prætores creati sunt, xxxii. 27. unum prætorem utramque jurisdictionem sortitum fuisse, tradere: primum a. 1017. lib. xxxv. c. 41. et l. xxxvi. c. 2. deinde biennio post xxxvii. 50. Nam quod xxxix. 39. legitur, post sortitionem factum est. Nimirum, crescentibus cum imperio negotiis et litibus, sine dubio animadversum fuit, unum prætorem utrique jurisdictioni

non sufficere; eaque etiam, inter alias, sex prætorum creandorum causa esse potuit. *Duk.*

Ariminum (ita Galliam adpellabant) Sp. Lucretio] H. Stephanus Schediasm. IV. 5. emendat *Arcimanium*, vel *Arcimanium*. Poterat aliud agere. Quæ Livio XXIV. 44. est 'provincia Ariminum,' ea XXV. 3. et XXVI. 1. illi 'Gallia' dicitur. Adde XXX. 1. et XXXII. 1. Causam appellationis exponunt Sigonius de Ant. Jur. Ital. I. 26. et Noris. Cenot. Pis. Diss. I. 1. extr. *Duk.*

CAP. XXXIX. § 2 *Suscepistis, susceptumque]* Delevimus que conjunctionem. *Rhenan. Susceptumque* Voss. Lov. quinque, Ber. et Hav. Sed reliqui Rhenano favent. Panno ante § præc. *Ex iis maximus natu itu dixit*, additis perperam duabus ultimis vocibus, Lov. 2.

§ 3 *Consules cum exercitu in Hispaniam]* Quoniam capto Sagunto nemo consul in Hispaniam missus est, qui antem missi sunt, pro consulibus missi sunt, propterea videndum est an *consules* accipiat pro iis qui cum consulari imperio sunt. *Sigon.* Vide *Sigon.* et *Glarean.* ad c. 38. *Sigon.* et *Gronov.* ad XXXI. 49. et *Perizon.* *Anim. Hist.* VII. p. 309. *Duk.* *Consulem* Flor. Cant. Lov. 2. 4. Harl. Ber. a m. sec. Hav. et *Hearnii* L. 1. ac N. quod recepi, et intelligo de P. Cornelio Scipione, Ti Sempromii Longi collega, qui, primo hujus belli anno in ipso consulatu missus in Hispaniam, Hannibalis in Italiam profectio ab incepto destitit, et, in medio itinere conversus ac vestigia relegens, in Italiam rediit, ac pro se fratrem Cu. Scipionem cum maxima parte copiarum adversus Hasdrubalem, ad pellendum eum Hispania, misit. Vide I. XXI. capp. 17. et 32. Et ita supra c. 32. et infra de patre Scipionis Africani c. 42. 'Ille, consul profectus in Hispaniam, ut Hannibali ab Alpihus descendenti obcurreret, in Ita-

liam ex provincia rediit.' Similiter etiam Crevier. in Put. invenit, et non modo probavit, ac Livio reddidit, sed etiam ita accipiendum docuit. Error inde ortus est, quod per compendium *cos.* scriptum fuerat, in quo exponendo librarii lapsi sunt. Vide ad x. 10. § 2. Voces *cum exercitu* de-sunt in edd. Rom. 1472. et Parm.

Velut ad conciliandas reliquias naufragii nostri] Archetypon Spirensis habet *velut ad conciliandas reliquias naufragii nostri.* Lege *ad concinnandas reliquias naufragii nostri*: quod vocabulum bic mire quadrat. Utitur enim metaphora navis fractæ, cujus partes *concinnantur*, dum navis instauratur. Est autem 'concinnare' apte componere. Cæterum an non reliquias Saguntinorum naufragii *concinnarunt* Romani, dum illis oppidum restituerunt, hoc est, repararunt? vulgata lectio satis ad sensum facit, si quis ad dispersos cives, opera Romanorum postea conquisitos, respiciat. Verum quando me vestigia scripturæ veteris huc duxerunt, non studium novitatis, ni putarem aliter legendum, nolui id lectorem latere. *Rhen.* Pall. 2. et 3. *ad conciliandas reliquias*: quod in suo Spirensi repertum Rhenanus illico rapit ad correctionem, legens *ad concinnandas.* Metaphoram enim esse navis fractæ, cujus partes, dum instaurantur, *concinnantur.* Non ego repugno, verbum 'concinnare' esse probum et Latinum; sed, an huc adhibuerit Livius, nullis mihi persuadet argumentis. Pal. enim I. codex optimus, nec non vet. ed. tinentur acriter vulgatum, et ipse Livius XXII. 56. 'Cannusque se esse, reliquias tantæ cladis velut ex naufragio colligentem.' XXV. 22. 'Ut reliquias duorum exercituum cum cura colligeret.' XXXI. 15. 'Patiendo rursus eum in Hellespontum trajicere, occupantemque Græciæ opportuna loca vires colligere, bellum alnere.' *Gebh. Colligendas omnes servant mei;*

neque ex suis ullam lectionis diversitatem Hearnius notavit. Adsentior itaque Gebhardo vulgatum defendenti.

§ 6 *Ut optabilem eam ex miserrima fortunam haberemus*] Pronomen *eam* dispunximus. Perdit enim sententiam. *Rhenan.* Trucidatam partem *eam* ab Rhenano revocare me jusserunt Pal. 1. et vet. ed. quibus tamen parere me vetuerat consensus Pall. 2. et 3. *Gebh.* Pronomen *eam* retinent Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Sed prævalet apud me auctoritas optimorum Flor. Cant. aliorumque, qui Rhenano faventes illud deleri jubent. Præterea *opt. ex mis. fortunam haberemus, pro fortunam*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Harl. quam lectionem ut probem, tantum non persuadet codd. illorum consensus. Nondum tamen recipere ausus sum. Utrumque autem dici posse, vidimus ad III. 9. § 4. *Optabilem ex misera fortunam* Lov. 3.

Luctuosius nobis prope, quam vobis, perierunt] Put. Reg. Men. *luctuosius quoque nobis, quam.* J. F. Gron. *Luctuosius nobis quoque prope* Lov. 4. *luctuosius nobis prope quoque* Harl. duabus lectionibus junctis: *luctuosius quoque nobis, quam vobis* Hearnii L. 1. *luctuosius nobis quoque, quam vobis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. quorum fide recepi, quod et antea, præsentibus suis Mss. fecerat Crevier. *prope* mox præcessit: *prope* et *quoque* sæpe commutantur. Vide ad XXXVIII. 17. § 6. Præcedens vox *vestri* deerat in Hearnii L. 1.

§ 7 *Alterum excidium patriæ videmus*] *Excidium* et mox § seq. *excidii* Cleriens contra fidem codd. edidit. Vide ad v. 15. § 9.

§ 8 *Ab Turdetanis reterrimis hostibus*] Put. Reg. Men. Voss. *ab Turrois nos reterr.* Scribe *ab Turdulis nos vet. hostibus, qui prioris quoque exc. causa nobis fuerant, extinguere posse.* Nam et sic hi populi appellantur.

Varro de Re Rust. 1. 10. 'Non omnis apta natio ad pecuariam, quod neque Basculus, neque Turdulus idonei; Galli appositissimi.' J. F. Gron. *Ab Turdelinis vet.* Rec. et Hearnii D. *ab Turdetanis nos vet.* Lov. 4. 5. et Harl. *ab Turditanis nos vet.* Hafn. *a Turdentanis nos vet.* Hav. *ab Tuder-tanis nos vet.* Lov. 3. et Ber. a m. sec. *ab Turolis nos vet.* Lov. 1. et 2. *ab Turrois nos vet.* Flor. *ab Cyrolis nos vet.* Hearnii L. 1. *ab Turdilis nos vet.* Harl. in margine, et Hearnii N. proxime conjecturam Gronovii. Id optimorum codd. consensus ostendit, voculam *nos* omnino interponendam esse. Ut vero dubitem an *Turdulis* pro *Turdctanis* legendum sit, ea causa est, quod *Turdetani* bellum Saguntinis cum Karthaginiensibus concivisse dicantur XXI. 6. et XXIV. 42. Jam vero quidam *Turdulos* et *Turdetanos* eosdem, quidam, et inter illos nominatum Polybius, eos diversos esse statuerunt, ut docet Strabo Geogr. III. 139. Livius autem Polyb. in hac parte historiarnm sequi solet. Ne quid tamen dissimulem, *Turduli* præferunt antiqq. edd. et Gronovii aliique codd. XXXIV. 17. § 4. Verum ibi vet. lib. Sigonii præfert *Turdetani*, quo nomine etiam vocantur aliquoties c. 19. Vicissim iterum c. 20. 'Turdulo bello.' Mox *nobis fuerunt, pro fuerant*, Flor. Lov. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§ 9 *Videmus, ac vidisse nos cibus nostris renunciaturi sumus, spem, opem, salutemque nostram*] Scripsimus *vidimus.* Mox, rursus particula *que* deleta, *spem, opem, salutem nostram.* Neque enim, ut sæpe diximus, conjunctionum amans est Livius, quum illis nihil opus est. *Rhenanus.* Optimi cum Andrea Aldinaque *videmus.* Dein omnes Gall. duoque Pall. et Voss. *spem omnem salutemque nostram.* J. F. Gronov. *Vidimus* soli Ber. et Gaertn. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. Alii omnes cum Hearnii L.

1. et N. *videmus*: quin etiam mox omnes, et Hearnii Oxonn. et mei, *spem omnem salutemque nostram*, nisi quod *spem, opem, salutemque* sit in Ber. *spem omnium salutemque* in Lov. 2.

§ 10 *Ex captivorum numero excerptos Saguntinos*] Vet. lib. *excretos*. Sigon. Omnes Gall. Barberin. melioresque Flor. et Pal. cum Sigoniano *excretos Saguntinos*. Quid veriti sunt admittere? Noster IX. 46. 'Omniem forensensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit.' Virg. Georg. III. 398. 'Multi etiam excretos prohibent a matribus hædos.' Gratius Cyneget. vs. 289. 'Jamque inde excernere parvos.' Colum. VIII. 4. 'Excreta tritici.' et ibid. 'sarfures a farina modice excreti.' Curtius X. 2. 'Cæterum prinsquam excerneret, quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites æs alienum profiterentur: ita Modius ex Mss. et vellem non id fastidisset postrema ed. J. F. Gron. *Exceptos* Lov. 3. et Gaertn. *excretos* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii Oxonn. 'excernere' et 'excerpere' etiam commutantur IX. 46. § 14. Præterea *captorum* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. omnesque edd. usque ad Grnter. qui in ultima dedit *captivorum*, forsitan quia Sigon. ita ad caput Scolii adposuit, licet tamen in contextu servavit *captorum*. Vide ad VI. 22. § 4. Paulo ante voces *in Hispania* desunt in Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum.

§ 11 *Sed ne posteris quidem*] Omnes Gall. Voss. optimusque e Pall. *ut non modo nobis, (absit verbo invidia) ne post. quidem nostris timenda esset*, resecto τῶ *sed*, quod mihi quoque eleganter abesse videtur. Sic in Statio Theb. VI. 154. 'solis abjecit in arvis Non regem domiinumve, alienos impia partus.' Sensus enim est; abjecit in desertis locis, non dico, regem vel dominum, sed vel alienos

partus: et hoc satis impium est. Martial. Epigr. VII. 51. 'Major me tanto reverentia turbat, et aures Non auditoris, judicis esse puto.' J. F. Gron. Voculam *sed* omittunt non tantum omnes nostri, et Oxonn. Hearnii, sed etiam principes typis descripti, quam primi inseruerunt Moguntini. Eandem itaque recte iterum ejecit J. F. Gronov. Vide ad I. 25. § 3. II. 49. § 11. XXXVI. 19. § 10. XXXIX. 8. § 4. XLI. 22. § 7.

§ 12 *Quorum in gratiam Saguntum deleverat Hannibal*] Vavassor de vi et usu quorundam verborum scribit, hoc genere loquendi Ciceronem et ante eum omnem ferme antiquitatem incorruptam abstinnisse. Si Cicero abstinnit, Livii auctoritas sufficit, ne eo uti refugiamus. Eum tuto sequi potnit Vellei. locis a Vavassore adnotatis, ac deinde Suet. in Tib. c. 49. 'Condemnatam et generosissimam feminam Lepidam in gratiam Quirini consularis.' Et Justin. XI. 15. § 1. *Duk*. Supra hoc lib. c. 22. 'Professi, se pugnaturus in gratiam ducis.'

Quod nobis non tam fructu jucundius est, quam ultione] Vide id genus locutionis per comparativum inter *tam* et *quam*: quanquam veteres libri *tam* non habent. Glar. Omnes Gall. et Voss. *quod nobis non tam fructu jucundius est, quam ultione*. Lege *non jam fructu*. J. F. Gron. *Non tam fructu* etiam Flor. Lovel. 1. 2. 5. Gaertn. Hav. et ed. Aldina: *tam* autem et *jam*, quod ejus loco Gronov. substituebat, sæpe librariorum commutasse, vidimus ad XXI. 11. § 12. Verum, et *jam* hic supervacaneum esse, Crevier. judicat, ideoque vel particulam inducendam, vel *jucundum* legendum censet. Ceterum *jucundius* Florent. Lov. 4. 5. Gaertn. et Hav. Alteram scripturam præfert Dausq. in Orthogr.

§ 13 *Majora neque sperare, neque optare a Diis immortalibus poteramus*] *Spectare* hic laudat Gebh. ad Liv. VII.

24. § 6. Solent quidem 'spectare' et 'sperare' a librariis confundi, ut videbimus ad xxxiv. 27. § 4. Verum omnes nostri hic *sperare* constanter servant, et *spectare* pro *expectare* potius errantium est librariorum, quam ipsius Livii. Vide ad xxx. 23. § 7. Differunt autem 'optare' et 'sperare.' Vide Manut. ad Cic. ad Fam. v. 8. Ceterum *nec sperare, nec optare* legunt Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1535.

§ 14 *Ita res per hos annos in Hispania atque in Italia gessistis*] Quid fuit opus alterum *in* addere? nos expunximus. *Rhenan.* Idem omnes, *quod ita res hos annos in Hispania atque Italia gessistis.* Certe τὸ *per*, quod e vulgata excludunt, gratius est subintellectum, quam adscriptum, hic quidem. Lib. x. c. 21. 'Justitium remittitur, quod fuerat dies decem et octo:' sic Mss. nam vulgo ab Sigonio est *per dies*. J. F. Gron. Præpositionem *per* agnoscunt Lov. 3. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii D. Ceteri mei, et Oxonn. Hearnii eam expellunt. Supra cap. 13. 'Tamen nunquam aliquot insequentibus dies ab excursionibus cessatum est:' ita ex optimo cod. Mediceo Cortius edidit apud Plin. Ep. 11. 11. 'Accipe ergo, quod hos dies actum est.' Vulgo ibi etiam *per hos dies*. Virg. *Æn.* 1. 47. 'una cum gente tot annos Bella gero:' ubi, perperam unum et alterum cod. *tot annis* præferre, Burm. monuit, quem vide, ut et Servium. Deinde *in Hispania atque in Italia*, quod Rhenano displicuit, tuerunt Voss. Lov. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Livium autem præpositiones repetere solitum fuisse, vidimus ad vi. 28. § 6. Reliquorum tamen auctoritas præpositionem ultimo loco nunc expellit; inter illos autem sunt optimæ notæ codd. et, ut Sallierius monuit, etiam Put. Recte itaque Rhenanus eam expunxit; nisi dicamus, per

compendium *et* scriptum fuisse, et excidisse ex optimis ob literam initialem vocis seq. Vide ad Epit. Liv. l. lxxxv. Præterea Francof. 1578. ediderunt *in Italia atque Hispania*, in vitis omnibus libris. Recte igitur Gronov. priorem lectionem reduxit.

Qua terrarum ultimas finit oceanus] Hic se exercuit sciolus aliquis. Livius scripsit, quemadmodum attestatur archetypon Spirense, *qua terrarum ultimus finis oceanus*, subauditur *est*. Quid enim clarius Livii sensu, si ita legas? *ut Hispaniam, non Ibero amne tenus, sed qua terr. ultimus finis oc., domitam armis habeatis.* O castigatorem! *Rhenan.* Vet. lib. *ultima finis*: ut Virgil. *Æn.* 11. 554. 'Hæc finis Priami.' Sigon. Placet sibi admodum hac correctione Rhenanus, quam excipiens Sigonius præfert *ultima finis*. Contra Pal. 1. et vet. ed. *qua terrarum ultimas finit oceanus*: unde apparet non esse alicujus scioli, ut homo nimis delicatæ auris ac teneræ iracundiæ appellat, commentum, sed quorundam codd. scripturam; Pal. 2. *sed qua terrarum ad ultimus finit oc.* Pal. 3. *sed qua terr. ultimus finit oc.* Gebh. Verba Rhenani: 'Hic se exercuit sciolus aliquis. Livius scripsit, quemadmodum attestatur archetypon Spirense, *qua terrarum ultimus finis oceanus*: subauditur *est*.' Deinde, 'O castigatorem!' Sigonius producit e suo *ultima finis*. Ut Virgilius, 'Hæc finis Priami fatorum.' Absit, ut tantos viros tam indigno nomine traducam. Sed profecto hac parte istorum, quos vocat Rhenanus, sciorum magis, quam bonorum castigatorem, operam ediderunt. Put. omnesque Gallici, optimus Pal. duoque Flor. cum Barberino et Voss. obtinent, quod sustulit Beatus, *qua terrarum ultimus finit oceanus*. Omnes autem omnino *finit*. Pudet pigetque huic rei tot verba impendi. Lib. xxvii. c. 40. 'Et ipsum intervallum loci, quod in ultimis terrarum locis

alterum bellum gereretur, spatium dedisse ad respirandum.' *J. F. Gron. Terrarum ultimas finit oceanus recte Gronov. adversus Rhenan. et Sigon. defendit: ita enim non tantum Hearnii Oxonn. sed et omnes nostri, nisi quod ultimam sit in Lov. 1. et oceanum in Lov. 5. ultimas terrarum pro 'ultimas terras.'* Quæ loquendi forma etiam Livio placuit xxx. 33. 'Paucæ tamen bestiarum intrepidæ in hostem actæ.' x. 2. 'Gravissimas navium non pertulit alveus fluminis.' XLII. 52. 'Auxilia sibi esse Thracas Gallosque, ferocissimas gentium.' Curtius l. IX. cap. 10. § 3. 'Imperavit, ut validissimas navium deducerent in oceanum.' Suet. in Tito c. 8. 'Imperavit in asperissimas insularum aveli.' Lucan. II. 272. 'minimas rerum discordia turbat:' ubi non adsentior Cortio, et in notis ad eum locum, et ad Plinii Ep. I. 3. *minima* ex Mss. emendant. Certe Nic. Heins. qui insignem codd. Lucani turbam excussit, ex uno tantum *minima* notavit: in reliquis *minimas* invenit; neque ullam lectionis varietatem ex suis Ondend. notavit. Emendatio Cortiana etiam Burm. displicuit. Colum. IX. 4. 'Arborum vero sunt probatissimæ rutila atque alba ziziphus:' ita optimus cod. Sangerm. Vulgo editur *Arbores*. Similiter *necessariæ literarum*, de quo vide Burm. ad Quinctil. Instit. I. 4. p. 40. Eodem modo 'expediti militum,' de quo vide ad xxx. 9. § 1.

§ 15 *Si nos permetteretis*] Vet. lib. *si vos permetteretis*. Sigon. Td nos in una tantum exstat ed. Bas. a. 1554. operarum lapsu. Vocula illa deest in Lov. 5. et Harl.

§ 16 *Si vobis ita videtur*] Put. et omnes Gall. *utique si vobis ita videtur*: quod flagitat Latinitas, non secus ac 'si vos permetteritis,' quod præcessit. *J. F. Gron. Ita videretur* etiam Flor. Lov. I. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. 1535. An igitur construendum,

nobis imperatores vestri commoda tribuerunt, si vobis ita videretur?

§ 18 *Quæque alii eis benigne fecerint*] *Benigna* Lov. 5. Male. Supra IV. 14. 'Obprimi se consensu Patrum dicere, quod plebi benigne fecisset.'

§ 19 *Locus inde lautitiaque legatis præberi jussa*] *Lautia* scribendum fuit, si Plutarchi vera est opinio. *Sabell.* De 'lautiis' non idem sentiunt viri docti. Scaliger ad Festum h. v. ex Servio Virgil. *Æn.* VIII. 361. scribit, eadem 'loca lauta' dicta fuisse. Sed apertum est, a Livio et aliis 'loca' a 'lautiis' distingui. Multi ex Festo voce 'Dacrimas,' et Plut. *Quæst. Rom.* 42. generatim interpretantur munera, quæ a quæstoribus exterarum gentium legatis mittebantur. Verum ex eo nondum intelligitur, cuius generis munera fuerint 'lautia:' nam Livius fere ubique dicit, lautiiis munera aliquot millium æris accessisse. Salmas. ad Solin. p. 612. reprehendens recentiores, ut qui perperam junxerint 'loca lautia,' vel 'lauta,' quasi hæc junctim idem sint quod instructa, 'lautia' vult esse, quidquid ad epulas pertinebat. Et Marcell. Donat. Dilucid. ad Liv. xxx. 17. non alia fuisse, quam quæ ad victum quotidianum pertinerent. Nec multo aliter Dodwell. *Append. Prælect. Camden.* p. 688. nisi quod non ipsas species, sed pecuniam in sumtus datam putat. Gifan. *Observ.* in *Lat.* Lat. dicit esse commeatum, cibum, potum, aliamque necessariam suppellectilem. Et sic fere interpretes quidam Cic. ad Att. XIII. 2. et Sciopp. *Suspect. Lect.* II. 22. qui etiam ex glossis adfert *ἐνδομενία, suppellex*; *ἐνδομενία ξυλίνη, suppellex lignea*; *ἐνδομενία, lautia*. Charis. quoque lib. I. p. 21. ed. Putsch. *Lautia, suppellex*: quæ ex Ms. auctiora habet Schott. *Obs.* I. 14. *hæc suppellex, ἢ ἐνδομενεία, et lautia, ἐνδομενεία*. Si ita recte Græce vertitur Latinum *Lautia*, dici posset, ea nihil aliud fuisse, quam

necessariam suppellectilem et instrumentum domesticum : nam, hanc esse propriam significationem vocis Græcæ ἐνδομενία, docent eruditissimi interpretes Polluc. ad x. 12. Sed Latinum *lautia* plura videtur complecti. Nam Livius xlii. 6. l. xlv. capp. 14. et 45. legatis et regibus, eorumque filiis ‘sumtum,’ quoad in Italia essent, ‘præbitum’ scribit : et Val. Max. v. 1. 1. senatum consuisse, ut Prnsiæ ‘domus’ Romæ quam optima conduceretur, et ‘copiæ’ non solum ipsi, sed etiam comitibus ejus, publice præberentur : item senatum curæ habuisse, ut Ptolemæo ‘munera quotidie’ per quæstorem darentur. Hæc loca confirmant sententiam eorum, qui ‘*lautia*’ non solum suppellectilem, ut veteres grammatici volunt, verum etiam ea quæ ad victum pertinent, fuisse putant. Græci in hac re utuntur voce *παροχή*. Polyb. Exc. Legat. 25. Μεγαλομερέστατα δὲ [ἐπέδεχέτο ἡ σύγκλητος] καὶ κατὰ τὴν ἀπάντησιν, καὶ τὰς τῶν ξενίων παροχὰς, Εὐμένη τὸν βασιλέα. Ibid. 56. de fratribus Eumenis : Καὶ γὰρ ξένια καὶ παροχὰς τὰς μεγίστας ἐξέθηκεν αὐτοῖς [ἡ σύγκλητος]. Et ibid. 125. legati Romani a Dalmatis μὴ κατάλυμα δοθῆναι σφίσι, μήτε παροχὴν referunt. Et in interpretatione Græca Scti a. 101LXXXV. Catullo et Lepido consulibus de Græcis quibusdam in amicorum formulam referendis facti apud Gruter. p. 10111. Ξενία τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάταγμα, καὶ τόπον, παροχήν τε, τὸν ταμίαν τὸν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι, ἀποστείλαιτε. Quod in fragmento Latini est MVNVSQVE. EIS. EX. FORMVLA. LOCVM. LAVTIAQVE. Q. VRB. EIS. LOCARE. MITTEREQ. Græcum *παροχή* autem *lautius* patet, quam Latinum *suppellex*, eoque etiam ea, quæ ad victum pertinent, comprehendere possunt. ‘Locum’ Grævius ad Cic. Fam. xvi. 21. interpretatur hospitium, diversorium, ad hæc verba Cic. Fil. ‘Huic ego locum in proximo conduxi.’ Livius non

uno modo in hac re loquitur. Hic, xxxiii. 24. xliiv. 16. xlv. 20. ‘locum et *lautia*’ dicit. xxx. 17. ‘ædes, libera loca, et *lautia*.’ xlii. 26. ‘loca, *lautia*.’ xlii. 6. ‘ædes liberas hospitio datas, sumtumque decretum’ legato Antiochi, ‘donec in Italia esset.’ Brisson. de Form. ii. p. 252. in his ‘locum, loca, loca libera, ædes liberas’ pro eodem poni putat : nam Valerium Max. v. 1. et Livium xlv. 23. pro his dicere ‘hospitium.’ Sed hoc vix patiuntur verba Livii, e xxx. 17. et xxxv. 23. descripta. Et aliter de his sentiunt Marcus Donatus, aliter Dodwellus : quorum sententias nunc examinare, ne longior sim, non lubet. Illud non multos probaturos arbitror, quod Dodwellus verba Festi, ‘Dacrimas pro lacrimas Livius sæpe posuit . . . item *dautia*, quæ *lautia* dicimus,’ ad Livium historicum trahit, et in eo juniores librarios ubique ex sæculi sui more *lacrimas* et *lautia*, pro *dacrimas* et *dautia*, scripsisse credit. Nam Livius apud Festum est, ut Scaliger, Vossius, et alii, Livius Andronicus poëta, qui duobus sæculis ante historicum floruit. Duk. Vide Beroald. in Observ. p. 224. et Marc. Donat. ad xxx. 17. § 14. De *lautiis* veterum dissertationem Jo. Guil. Bergerus edidit Witembergæ a. 1711.

Et muneris ergo in singulos dari ne minus dena millia æris Quatuor verba, *ergo in singulos dari*, expellunt Men. et Voss. tria, *ergo in singulos*, Pnt. Regiusque : neque his certe opus est ad sensum integrandum : nam *dena* dispersitivum est, ut supra annotatum est. J. F. Gron. De hoc loco agit Perizon. diss. de Ære Gravi § 25. Duk. Quatuor illæ voces *ergo in singulos dari* desunt etiam in Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii N. tres *ergo in singulos* in Flor. sola vox *ergo* in Lov. 4. cujus loco *gratia* habet Lov. 3. Vide ad xxxvii. 47. § 4.

§ 20 *Legationes deinde ceteræ in senatum introductæ, auditæque*] Omnes

Gallicani et Voss. abjurant *in senatum introductæ*. Et videntur ex alio loco sumtum interposuisse, quum sensus constet, modo deleas particulam *que*, sæpe in optimo libro supervacua. *J. F. Gron.* Eadem voces exsulant a Flor. Cant. Harl. Hav. et Lov. 1. 2. 3. 5. Ex quibus duo ultimi etiam ignorant particulam *que*. Potuerunt autem ex initio hujus cap. interposita hæc vocabula fuisse. Ceterum *in senatu Romano* legunt Ber. et Gaertn. quod idem, vel *in senatum Romanum*, præferunt typis excusi Aldo vetustiores.

CAP. XL. § 1 *Quum Africam novam provinciam, &c.*] Hæc et orationem tam Fabii, quam Scipionis Silius fere ad verbum imitatur XVI. 596. 'Nec Latium curis ardet flagrantius ullis,' &c. *Modius*.

§ 2 *Neque aliter id fieri posse*] Restituimus *neque id aliter finiri posse*. Rhenan. Pal. 1. et vet. ed. *id fieri*: quibus consentit Pal. 2. At Pal. 3. *neque id aliter finiri posse*. Gebh. Et hoc est Beati. Omnes autem Gall. duo Pall. Voss. *neque aliter id fieri posse*. Lib. xxxvii. c. 35. 'Omnes liberari urbes: id aliter fieri non posse, quam ut cis Taurum montem possessione Asiæ Antiochus cedat.' *J. F. Gron.* Rhenano favet Hearnii D. Cujus L. 1. et N. cum omnibus meis *id fieri* tuentur. Ceterum negligentia vel Froben. vel quis alius reus est, quod, quum Rhenanus emendarit *id aliter finiri*, attamen a. 1535. ediderit quasi ex mente Rhenani *aliter finiri id*: quod omnes servarunt usque ad Gronov.

Si ipse in Africam exercitum transportaret] Restituimus *exercitum transportasset*. Rhenan. Pal. 2. *si ipse ex in Afr. transportaret*. Gebh. *In Afr. ex. transportaret* non tantum mei, et Oxonn. Hearnii, verum ita et Putean. præferre, ex Sallierio didici. Illam itaque lectionem revocavi. Mox vocula *et*, quæ proxime sequitur,

non adparet in Put. Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Sed cam elisit præced. vocis ultima syllaba. Vide ad xxxv. 41. § 7. Deinde *aperte foret* Ber. et edd. principes: *aperte fore* laudat Voss. Gramm. v. 16. sed simul *aperte ferret* probat. *Aperte scirent* Lov. 5. Vulgatum rectum est. Supra xxii. 29. 'Palam ferente Hannibale, ab se Minucium, se a Fabio victum:' ubi vide.

Idque consilium haudquaquam primoribus Patrum conscriptorum placeret] In exemplari scripto tantum est *primoribus Patr.* Alteram dictionem aliquis adjecit. *Rhenan.* Pall. 1. ac 2. *id consilium haudq. prim. Patr. complacret*. Hinc orta prava illa scriptura in Pal. 3. ac prisca ed. *id consilium haudq. prim. Patr. conscriptorum placeret*. Gebh. Pnt. Reg. et Voss. *id consilium haudq. prim. Patr. cum placeret*. Nec dissentiunt ceteri Gallici, optimusque Pall. nisi quod oggerunt *complaceret*. Illam lectionem judico esse sinceram. Etsi enim pendeat oratio ab illo, 'Quum Africam novam provinciam;' tamen id tanto ante præcessit, ut non ineleganter illud *quum* repetatur. Et confirmant, quæ superius de particulæ *ut* iteratione diximus. *J. F. Gron.* *Ilque consilium* unus Ber. Reliqui omnes ignorant particulam *que*. Deinde *primoribus Patrum complaceret* Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Ex qua scriptura ortam esse illam, quæ in priscis edd. ante Rhenanum exstitit, *Patrum conscriptorum placeret*, recte Gebhard. observat. Certe *Patrum con. placeret* legit Ber. at *primoribus Patrum cum placeret* Flor. Lov. 4. 5. et Hearnii N. ac D. *cum haudquaquam primoribus Patrum placeret* Hav. Mox *ceteri per metum*, omisso iterum τῶ *que*, Flor. *cuncti per metum* Lov. 4.

§ 3 *Q. Fabius Maximus, rogatus sententiam, Scio, inquit*] *Q. Fabius rogatus inquit: Scio* Lov. 2. *Vox inquit*

neglegitur in Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

Tanquam de integra re, de Africa provincia] Mihi placet, quod reperi in Pal. 3. *qui tanquam de integra Afr. prov. sententiam dixerit.* Gebh. Præpositionem de posteriori loco expungit Lov. 1. Mox § seq. *certa jam provincia*, trajectis vocibus, Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et eidd. ante Froben. 1535.

§ 5 *Non senatorum modo]* Dictionem modo quispiam hic infulsit, putans ista verba *non senatorem* referri ad id quod mox præcedit, 'senatum ludibrio habet,' quum respiciant verbum superius 'peccare.' 'Consulem peccare arbitror, non senatorem, qui, de quo consultitur, suo loco dicit sententiam.' *Rhenan.* Scripti et edd. antiquæ, *non senatorem modo.* J. F. Gron. Illud *modo* exsulat etiam a Ber. Gaertn. et Lov. 5. quorum ultimus insuper legit *nam senator est, qui, &c.* Contra *modo* superest in omnibus reliquis, ut et Hearnii Oxonn. Præterea *nam senator est modo, qui, &c.* Lov. 4. Illud *modo* editionum prima Aldina recepit.

§ 6 *Duarum rerum subeundam opinionem esse]* Livius scripsit *opinionem*. Pro hoc elegantissimo verbo doctulus aliquis supposuit *opinionem*. Sic adulterantur optimorum auctorum scripta. *Rhenan.* Vet. lib. *opinionem*. Sigon. Rhenano de doctulo, ut loquitur, *opinionem* pro *opinatione* supponente, fidem abrogant libri nostri. J. F. Gron. *Opinionem* tuentur etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Nec memini Livium voce *opinatio* alibi uti. *Insitæ ingenio meo cunctationis]* Unde Ennius, 'Unus homo nobis cunctando restituit rem.' Unde ipse Cunctatoris cognomen tulit. *Sigon.*

§ 7 *Pigritianque homines adolescentæ sane adpellent]* *Homines appellant*, duabus vocibus omissis, Voss. et Lov. 5. *homines appellant* Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii N. Nihil muto. Supra

11. 18. 'Veniam erroris hominibus adolescentibus darent.'

Dum me non pœniteat, adhuc aliorum] Particulam negandi omittunt Put. Reg. Men. Voss. Nempe tres significant, quod habet plane Reg. *dum ne pœniteat, adhuc aliorum*. Sic omisso pronomine personam denotante xxiii. 12. 'Quid est, Hanno? etiam nunc pœnitet belli suscepti adversus Romanos?' ubi male et contra optimos libros Sigonius, *etiam nunc te pœnitet*. J. F. Gron. *Dum me pœniteat* Flor. Lov. 1. et Hearnii L. 1. ac N. In contextu quidem Voss. eadem erat lectio, at inter versus *dum ne pœniteat*. Supra c. 29. 'Quod ad vos universos adinet, si erroris pœnitet, satis superque pœnarum habeo.' De eleganti usu τῶν *dum ne* vide Stewich. de Partic. Ling. Lat. ubi plura ex Catone, Terent. Plaut. Cic. Ovid. et aliis exempla laudat. Vide etiam iii. 21. § 6.

§ 9 *Dictatura cum quinque consulatibus, tantumque gloriæ belli domique partæ vindicat]* Alteram dictaturam forte omittit, quod ea se abdicarat vitio creatus. *Sigon.* *Tantumque gloriæ belli domique partem* Ber. et edd. Aldina priores. Id voluit etiam librarius Lov. 1. qui aberrans dedit *domique partem*: ut et Gaertn. qui *domique parum*. Præterea *vindicant* Lov. 4. Mox *propius fastidio ejus sim, quam desiderio* Lov. 2. Hav. et pro varia lectione Voss. *propius fastidio ei sim, quam desiderio* Hafn. *propius fastidium sit ejus, quam desiderium* Lov. 5.

Ætas saltem liberet] Scripsimus *liberat*. Rhenan. Omnes *ætas saltem liberet*: quod displicebat Rhenano, non nobis. J. F. Gron. Unus Ber. cum edd. Rom. a. 1472. ac Parm. *liberat*. Alii omnes alteram scripturam tuentur.

§ 10 *Nemo aut in senatu, aut apud populum audivit]* Scripsimus *aut ad pop. audivit*. Rhenan. *Ad populum co*

sensu frequens est. Vide ad xxxviii. 55. § 2. Nihilominus tamen *apud populum* servant Flor. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Præterea *nemo aut audivit in senatu, aut ad, vel apud populum* Voss. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Mognuntinos, qui, Lov. 1. 3. 5. consentientibus, ediderunt *nemo audivit aut in senatu, aut ad, vel apud populum*: neque aliter Lov. 2. nisi quod *aut* priori loco omittat. Vulgatum demum *apud Aldum* obcurrit.

Insectanti me magistro equitum] Pall. tres *inspectante*. Gebhard. *Insectante* Lov. 2. Ber. et Gaertn. cum edd. antiq. *insectante me magno equitatu* Gaertn. *inspectante me, magistro equitum* Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. et Harl.

§ 12 *Certamina mihi atque æmulationes*] Ita primus edidit Frob. 1535. Priores *æmulationem*; quod est etiam in Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *æmulatione* in Flor. et Harl. *æmulationum* Voss. et Lov. 1. Præterea *adulescente* Flor.

CAP. xli. § 1 *Quum in me ipso numquam pluris famam hominum, quam rempublicam, fecerim*] Fabius hic exprimit, quod de eo prædicat Ennius apud Cic. de Senect. c. 4. 'Non ponebat enim rumores ante salutem.' Hieron. Columna autem ad Fragm. Ann. lib. xii. Ennii eodem respexisse putat Liv. xlii. 22. 'Neque enim omnes tam firmi et constantes animi contra adversum rumorem esse possunt, quam Fabius fuit, qui suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quam secunda fama male rem gerere.'

Ne tuam quidem gloriam bono publico præponam] Pall. 1. et 2. *ne vanam quidem gloriam*. Gebh. Tres voces posteriores absunt a Put. Reg. Voss. Vide an sine illis pati possis, *Illud te mihi ign., P. Cor., æquum erit, si, cum in me ipso nunq. pluris fam. hom., quam remp. fecerim, ne tuam quidem gloriam.*

Ut per ἀποσιώπησιν intelligat 'pluris quam rempublicam faciam.' Vel lege *ne tua quidem in gloria*. Scilicet, 'pluris faciam hominum famam, quam rempublicam.' Incredibile est, quantum ejusmodi, ut videbatur, lacunarum suppleverit in Livio ante ducentos circiter annos præpostera doctorum sedulitas, quum rediret e situ primum in manus hominum. Ostendimus in nonnullis, quid modestior emendandi valeat; ut in omnibus præstemus idem, posci a nobis non debet. J. F. Gron. Ultima tria verba absunt etiam a Flor. Lov. 1. 5. Hav. Hearnii L. 1. N. et codd. Crevierii. De reliquis meis nihil adfirmare possum, nisi verba illa legi in Ber. et Gaertn. Sed ex ceteris nihil notatur. Ceterum *vanam gloriam* Voss. Lov. 1. 2. Harl. in contextu, et Hav. *uam gloriam* Flor.

§ 2 *Gloriæ tuæ ire ereptum*] Pal. 2. *etsi id non bono pub. faceres, simul cum bello mat. gloriæ tuæ isse* (Pal. 1. *uisse*) *ereptum videri possit*. Gebh. Omnes Gall. et Voss. *materiam gloriæ tuæ isse ereptum videri possit*: ut non multis ante verbis quoque restituimus. J. F. Gron. *Ire* Ber. et Gaertn. *uisse* Lov. 5. Alii, quos consului, cum edd. Rom. 1472. et Parm. *isse*; quod Hearnii etiam invenit in L. 1. et confirmari putat lectione N. qui præfert *ipse*. Vide ad c. 38. § 3.

§ 3 *Decimumquartum annum Italiam obsideat*] Vet. lib. *possideat*: præclare: sequitur enim 'tu consul expuleris.' Sigon. Omnes non numeris, sed vocabulis integris, *quartum decimum*, omnes *obsideat*. At Sigonius profert ex suo *possideat*. Et accinit sibi, Præclare. Quod mihi longe secus videtur. Cic. in Rullum ii. 28. 'Ut vero totam Italiam præsidiis suis obsidere et oppugnare cogitet.' J. F. Gron. *Quartumdecimum annum* omnes Mss. nostri, omnesque edd. usque ad Paris. 1573. quæ notis exhibet XVIII. Ultima demum Gruteri substituit *de-*

cimumquartum. Deinde *possideat* Lov. 2. et ed. Mediol. 1505. Ceteri omnes *obsideat*, sive, ut est in Flor. *opsideat*; unde literis trajectis *posideat*, et mox *possideat* formari potuit. Recte Gronov. priscam lectionem vindicavit: ‘obsidere’ sæpe est insidere, tenere, possidere. Vide ad III. 50. § 15.

Tu consul Italia expuleris] Pal. 1. tu consul Italiae exposueris. Gebh. Ita et Voss. Italiae expuleris Harl. Italia exposueris Lov. 1. 2. Italia expleris Lov. 4. Panllo ante nisi hostem eum, pro si, Lov. 3. 4. Ber. Rec. et multæ edd. vett.

§ 5 Ab Drepanis atque Eryce detraxisse Hamilcarem] Plinius, Ptolemæus et Polybius Drepanum singulari, non multitudinis numero ponere. *Sabell.* Pall. 2. 3. ab Drepanis aut Erice. Pal. 1. hic prodigiose corruptus est. Gebh. Mss. ab Drepanis. J. F. Gron. Ab Drepano Lov. 5. quomodo etiam Mogunt. et post eum ceteri usque ad Gronov. ediderunt. Reliqui mei cum Hearnii Oxonn. Ab Drepanis, nisi quod in nonnullis eorum sit *A Drepanis*. Æque autem ‘Drepana’ numero plurimum, ac ‘Drepanum,’ dici, testis est Chlver. Sicil. Ant. II. 1. p. 235. Præterea aut Eryce, vel Eryci Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav.

§ 6 Etsi magis partam, quam speratam, gloriam amplecteris] *Parutam* quam Flor. Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. Hic *partam* magis placet, quæ recte obponitur ‘speratæ.’ Solent autem illæ voces commutari in scriptis. Vide ad v. 6. § 1. Deinde *amplectaris* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et edd. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. Tarv. utraque, ac Ven. 1495. In alteram lectionem conspirant codd. integrior. Et sane τὸ ἐτσί etiam cum subjunctivo construi, vidimus ad v. 42. § 7.

§ 8 Ubi Hannibal est, eo bellum intendis] Sensus est et ordo verborum, Quin igitur adtingeris ad hoc, et in-

tendis eo bellum, ubi est Hannibal, non potius per istos circuitus, quam recto hinc itinere. Crevier. ex cod. Reg. legit atque edidit *intendus*: verum ita mutanda videtur distinctio post *intendus* hoc modo: *intendas, egregium istam palmam*. Et ita ordo erit, Quin adtingeris et petis istam palmam, non per istos circuitus, ut speres potius Hannibalem secuturum te, quam (scil. ut) intendas eo bellum, &c. Si quæ est in hoc loco difficultas vel obscuritas, ea inde nata videtur, quod viri docti non adverterint, nec dissolvendum esse in ‘et non.’ De eo vide ad xxxii. 10. § 10. Omnes mei in vulgatum conspirant; hinc Crevierii lectionem recipere ausus non sum, licet ea venior videatur.

Egregium istam palmam belli Punicæ peracti petis] Scripsimus *patrati*. Nam sic in vetusto cod. legitur. Et habuimus paullo ante, ‘Pencs C. Lucatium prioris Punicæ perpetrati belli titulus fuit.’ *Rhenan.* *Peracti* servant Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. quæ lectio ex glossa ejus, quod Rhenanus recte restituit, nata est. Similem varietatem in Mss. Flori notavit Dnkerus ad Flori II. 15. § 1. *Parari* Hafs. et Hav. *parati* Flor. Voss. et Lov. 1. Sed ita etiam errare soliti sunt scribæ. Vide ad II. 26. § 4. xxvi. 41. § 6. xxxv. 35. § 15. et aliis locis. De locutione ‘patrare bellum’ vide ad XLII. 30. § 11.

§ 9 Et natura prius est, tua quam defenderis] Omnes Pall. et Gall. cum vett. edd. *petis?* *Hoc et natura prius est*. J. F. Gron. Voculam a Gronov. additam agnoscunt omnes mei, Hearnii Oxonn. et edd. ante Sigon. qui, nescio quo casu, eam primus omisit.

§ 10 Si alterutra victoria nobis consulibus relinquenda est] Reposuimus *novis consulibus*. Siquidem scriba videtur *b* pro *v* posuisse, quod identidem facit. Intellige ‘novos consules’ consules alterius anni, sive insequentium annorum. *Rhenan.* Omnes libri nobis

habent, ut sit sensus secundum quosdam: si nobis relinquenda est victoria alterutra consulibus, prior major clariorque, &c. At ego hunc sensum non percipio: quare *vobis* malim: neque enim Fabius hic erat consul. Beatus legit *novis*, hoc est alterius anni, sive insequentium annorum. *Glar. Cantabrig. si altera ultra vict.* Idem observavit ex *Put. Salmasius, ex Voss. pater.* Fieri non potest, ut ejus lectionis auctor alius Livio sit. Varro de *LL. lib. VIII.* ‘Sed consuetudo alterum utrum quum satis haberet:’ ita enim vetus ed. ubi nunc vulgo *alterutrum.* Cic. ad *Att. x. 1.* ‘Solonis, qui capite sanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset.’ Tale est, quod *xxvii. 24.* constante concordia *Put. Men. Gud. Voss. Cantabr. exhibent, Tamquam imminente Etrusco tumultu legionem unam alteram ex urbanis Arretium ducere jussus: quum vulgus τὸ unam omittat. Jac. Gron.* Si et alii Latini scriptores ita loquuntur, probari potest illo loco *unam alteram.* Sed hoc vix credo, et suspicor, ibi *unam* ab aliquo adscriptum fuisse, qui significare voluerit, *alteram* pro una ex duabus poni: nam duæ erant legiones urbanæ, cap. 23. *ibid.* Nec consensus optimorum *Mss. me* movet, ut credam, recte dici, quæ Latine loquentium auctoritate non confirmari possunt. Nam et in his interdum quædam vitiose scribi, quæ in deterioris notæ codd. non corrupta sunt, non uno loco ostendit *J. F. Gronovius. Duk. Si uberit victoria Gaertn. si altera victoria Lov. 4. si altera ultra victoria,* quam proxime lectionem *Jac. Gronovii, Flor. et Lov. 1. ac 2.* quod etiam ex *Voss. in excerptis meis* laudatur, et in tribus suis invenit *Crevierius.* Adsentior tamen viro clariss. *altera ultra* legenti. Similiter optimi codd. præferebant *viii. 5.* ‘Quoniam ab altera ultra parte concedi necesse est.’ Cic. ad *Fam. viii. 8.* ‘Alteram utram ad conditionem descendere

vult Cæsar.’ *Priscian. Gram. vi. p. 693.* ‘Inveniuntur tamen et altera ultra et alterum utrum protulisse veteres, et ex utraque parte ea declinasse.’ Vide *Græv. ad Cic. ad Fam. vi. 1.* Præterea *nobis consulibus Lov. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. vobis consulibus Lovel. 4. nobis consuli Flor. Voss. Lovel. 1. 2. Harl. et Haverk.* Sed recte *Rhen. novis consulibus:* ‘nobis’ et ‘novis’ sæpe in *Mss. commutantur.* Vide *Casaub. ad Suet. Cæs. c. 40. Lipsinm Epist. Quæst. v. 25. Burm. ad Quinctil. Inst. Or. x. 1. p. 889. et quæ notantur ad Liv. v. 53. § 6. et xx. 60. § 3. De commutatione literarum b et v vide ad v. 21. § 5. Mox causa etiam sequentis, pro insequentis, Lov. 2. Sed vide ad v. 27. § 6.*

§ 12 *Periculi tandem quantum adeatur, quem fallit]* Archetypum nostrum habet *quid periculi tandem.* *Rhenan. V. C. habet quid periculi tandem, quantum adeatur, &c.* ut fortasse legendum sit *quantumve adeatur.* *Ursin. Cantabr. Voss. Gud. antiores nihil reliqui est; quid? periculi tandem.* Quæ est elegans et apposita transitionibus particula, ac pronuncians magis intelligitur. *xxiv. 26.* ‘Quid? quod si Andranodoro consilia processissent.’ Et sæpe. Immo, quod reduncimus ex *Mss. habet prima ed. Jac. Gron.* Puto vere *Jac. Gronov. ex Mss. probasse quid? periculi tandem, &c.* quod et alii in codd. suis invenerant, sed minus intellexisse videntur. Pariter est in *Flor. Lov. 4. 5. Ber. Harl. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii L. 1. omnibusque ante Mogunt. edd. Supra v. 5.* ‘Quid? periculi num oblivisci nos hæc concilia patiuntur?’ *c. 53.* ‘Quid? si non Galli hoc, sed veteres hostes vestri, faciant?’ *vi. 40.* ‘Quid? si tu non tuleris, nemo erit, qui ferat illud?’ ubi quædam vide. Hoc lib. *c. 28.* ‘Quid? si ego morerer, mecum expiratura respública erat?’ *xxxiv. 5.* ‘Quid? regibus exactis, nonne id agmen matro-

na averterunt? XL. 9. 'Quid enim? negat se cum multitudine venisse ad januam meam?' Et ita, mutata interpunctione, emendat Boullier. in Cic. de Nat. Deor. II. 2. 'Quid enim? est hoc illo evidentius?' Ne quid tamen dissimulem, illud *quid* non exstare in Put. optimo, monuit me Sallierius. Paulo ante *commeatibus sufficiamus præbendis*, alio ordine verborum, Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. an. 1535.

§ 13 *Et victor Hannibal ire ad urbem pergat*] In scripto volumine tantum est, *victor Annibal*. Ut sit, *Quid? si victor Annibal*. Rhenan. Non faciunt secundas Rhenano Gallici nostri copulativam tollenti. *J. F. Gron.* Tò et tollunt Lov. 3. 5. et Hearnii L. 1. Reliqui et mei, et Oxonn. ipsius eam servant. Quam, nisi forte recidenda sit, per 'etiam' exponit Crevierius. Deinde *pergit* Gaertn. *perget* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. *pergeret* Flor. et Lov. 5.

§ 14 *Quid? quod in Africa quoque Mars communis pars belli erit*] Secutus Mss. codd. Pall. exterminavi τὸ *pars*. Amplius Pal. 3. *Quid? quod in Africa quoque res communis sit belli*. Infra xxx. 30. et xxxvii. 45. *Gebh.* Auctoribus et Gall. et Pall. omnibus, et Voss. demessimus importunam illam *partem*, quam neque vetustiores habent edd. Potuisset ipse sermo Livio frequens hoc docere editores. Lib. v. 12. 'Sergio Martem communem belli fortunamque accusante.' VII. 8. 'Quidquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert.' x. 28. 'Quamquam communis adhuc Mars belli erat.' xxx. 30. 'Vim fortunæ Martemque belli communem propone animo.' xxxvii. 15. 'Quum communis Mars et incertus belli eventus esset.' XLII. 49. 'Qui belli casus, quam incertus fortunæ eventus, communisque Mars belli sit.' Cicero ad Torquatam, ad Fam. VI. 4. 'Quum

omnis belli Mars communis, et quum semper incerti exitus præcliorum sint.' *J. F. Gron.* Vocem *pars* ignorat non tantum omnes mei, et Oxonn. Hearnii, verum etiam omnes typis descripti usque ad ed. Francof. 1578. quæ prima recepit. De locutione 'Mars communis belli' vide ad VII. 8. § 1. *Mox intra XXV. dies Hearnii L. 1.* Sed, Cn. Scipionem 'unde- tricesimo die post fratris mortem' interfectum esse, Livius dixit xxv. 36. recte igitur hic *intra triginta dies*. Notas numerales V. et X. passim in Mss. confundi, videbimus ad xxxix. 29. § 7. Præterea § seq. *fecerint* Flor. Harl. et Lov. 1. *fecerunt* Lov. 2. 5. et Hav. Etiam *populo Romano*, pro *populi Romani*, quædam edd. ante Aldum.

§ 16 *Dies me deficiet*] Scripsimus *deficiat* modo potenciali, hoc est deficere posset. *Rhenan. Deficiet* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *Mox in hostium terra transgressos, pro terras, Voss. Lov. 3. 4. in hostium terram transgressos* Flor. Lov. 2. Harl. et Hav. Deinde *enumerare velim* Flor. Voss. Lovel. quinque, Ber. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. omnes usque ad Gronov. qui primus dedit *numerare*; quod pro operarum errore habuissim, nisi Put. ita præferre ex Sallierio intellexissem.

§ 17 *Bello domi relicto, auctore æque impigro atque nobili juvene*] Scripsimus *ac nobili*. Rhenan. Videtur loqui de ea clade, quam Athenienses apud Syracusas passi sunt, prosequente eam Thucydide lib. VII. cap. 39. et seqq. quamquam ibi duorum ducum est mentio, quemadmodum etiam hic author l. xxv. cap. 24. ubi Marcellus flevit super Syracusas, duorum meminit. Nisi quis in Alcibiadem hoc dictum putet, qui suasor erat hujus professionis, ut VI. 15. idem docet Thucydides. *Clar.* Alcibiadem intelligit. *Sigon. Atque no-*

bili Ber. et Gaertn. Reliqui faciunt cum Rhenano. Paulo ante *Atheniensis prudentissima civitas* Voss. Lov. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Ascens. 1513. Librariis displicuisse videtur loquendi genus 'Athenienses civitas.' At ita etiam VI. 21. 'Lanuvini, quæ fidelissima urbs fuerat, subito exorti.' Vide ad XXXVIII. 29. § 11.

Magna classe in Siciliam transmissa] *Transmissa* Put. ut testatur Jac. Gronov. ad h. lib. c. v. § 13. Mox Froben. 1535. edidit *una pugna navali*, quum in præcedentibus fuisset *una navali pugna*, quod idem Gronovius revocavit, consentientibus meis, et Hearnii L. 1. *Tò suam* deest in Ber. et edd. Rom. 1472. ac Parm.

CAP. XLII. § 3 *Pacato mari præter oram Italiae Galliæque rectus Emporias]* Placet *præter oram*: nihilominus Put. Pet. Men. Voss. *per oram*. Deinde optimus, *rectus in urbem sociorum classem Emporiis adpulisti*. Lib. XXI. c. 60. 'Pyrenæosque montes circumvectus Emporiis appulisset classem.' Firmant tamen vulgatum, quæ v. 38. 'Ut multo major pars Veios in hostium urbem fugerent.' Tac. Ann. IV. 67. 'Capreas se in insulam abdidit.' J. F. Gronov. *Per oram Italiae* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vulgatum omnino servandum. Infra hoc cap. 'Magonem jam præter oram Lignorum Alpinorum vectari constat.' xxxiv. 14. 'Præter castra hostium circumducit.' c. 26. 'Præter Tegeam tertio die ad Caryas posuit castra.' c. 28. 'Præter urbem sub ipsas Menelai montis radices ducere copias instructas pergit.' xxxv. 27. 'Quum præter Lacedæmonem raptim duxisset.' Lib. xxxviii. c. 3. 'Annem præter ipsa mœnia fluere.' c. 15. 'Præter Caralitin paludem agmen ductum.' Et eodem cap. 'Progredienti præter paludes legati ab Lysinoë venerunt.'

c. 41. 'Æniorum fines præter Apollinis templum superans.' c. 59. 'Præter omnium oculos tantum auri argenteique in triumpho latum.' XLII. 48. 'Præter oram Italiae supervectus Calabriae extremum promuntorium.' XLIV. 2. 'Aliis placebat via præter Ascuridem paludem.' c. 6. 'Duos saltus, per quos inde evadere possent, habebant Romani; unum per Tempe in Thessaliam; alterum in Macedoniam præter Diuum.' Error inde natus videtur, quod, quum *inter* scriptum breviter fuisset, alii inde *per* facili lapsu fecerint. Exempla alia vide ad III. 39. § 7. x. 29. § 11. XXI. 24. § 5. c. 26. § 3. xxxv. 4. § 1. xxxvi. 11. § 7. et viros doctos ad Frontini I. 1. 7. In verbis seqq. nihil mutant mei, nisi quod *Emporiis* vel *Emporis* sit in Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Hav. et edd. usque ad Moguntinos. *Emporii* in Gaertn.

Per tutissima omnia, ad socios et amicos populi Romani] Pall. duo, et ant. ed. eliminant *tò omnia*. Gebh. *Tò omnia* non est in Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. quod nec in Put. et Victor. invenit Crevierius. Deinde *amicos populo Romano* pleræque edd. ante Aldum. Vide ad xxxix. 47. § 11. Pro altera tamen lectione stant scripti. Paulo ante *et expositos* Lov. 4. Gaertn. et edd. antiq. Aldus deinde *tò et* expunxit, quod nec reliqui scripti agnoscent.

§ 4 *Ferociores calamitate ipsa facti, et dux]* Pall. 1. 2. *ferociores et cal. ipsa facti*. Gebhard. Pal. omnesque Gall. et Voss. *resecat facti*. Horat. Od. I. 37. 29. 'Deliberata morte ferocior.' Deinde iidem cum duobus Pall. *ferociores et cal. ipsa: dux tum, quidem ille*. Cur spernamus? An potius *ab calamitate?* J. F. Gron. Lectio, quæ vulgo exstitit, vidi denum in Froben. 1535. priores legunt *ferociores calamitate ipsa facti, dux*; quod servat Ber. Gaertn. et Lov. 3. *ferociores et cal. ipsa facti, dux* Lov. 5.

ferociores et cal. ipsa, dux reliqui mei cum Hearnii N. neque aliter ejusdem L. 1. nisi quod fortiores, pro ferociores, præferat. Sed sæpissime hæc voces in scriptis commutantur. Vide ad t. 12. § 9. III. 39. § 7. v. 36. § 5. VII. 40. § 2. x. 28. § 7. XXIV. 14. § 9. XXVII. 16. § 3. XXVIII. 22. § 3. XXXVIII. 17. § 16. et c. 33. § 6.

§ 5 *Militari suffragio ad tempus electus*] *Vet. lib. ad tempus lectus: ut alibi, 'lectus a plebe consul.' Sigon. Lectus libri omnes. Gebh. Cum Sigoniano libri omnes et militari suff. ad tempus lectus, non electus. J. F. Gron. Lectus etiam Mss. mei, Oxonn. Hearnii, omnesque edd. usque ad Froben. 1535. Sæpe librarii in codd. vett. ita variare soliti sunt. Vide ad II. 1. § 10. x. 3. § 3. XXI. 39. § 8. XXIX. 22. § 12. XXXI. 14. § 2. XXXIX. 49. § 2. c. 52. § 2. et XL. 35. § 14.*

§ 6 *Neque ea elevo*] *Inperite in voces suas distributis literis ea levo Flor. ee levo Lov. 1. 2. et Voss. ea levo Ber. a m. sec. eo elevo Gaertn. elevo ea Lov. 3. neque enim hæc elevo Hav. Sed ea deest in Cant. tria autem hæc vocabula desunt in Lov. 5. Mox etiam non consistendi usquam locus inertia scribarum absunt a Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. et Hav. quorum ultimus legit non procedendi locus. Cant. non procedendi copia.*

§ 7 *Fraus fidem in parvis sibi præstruit*] *Loceen. ad Curtii IV. 11. 19. fors pro fraus scribendum conjicit, invitis omnibus codd. et sine ulla necessitate. Fraus enim est homo fraudulentus, quales Syphax ac Numidæ, eodem modo, quo 'scelus' pro homine scelesto, et similia passim.*

§ 8 *Ab Indibili et Mandonio in fidem accēptis*] *Ab Indibile Flor. Voss. Lov. 1. 2. Ber. et Gaertn. Sed aliter supra Liv. formare solitus est. C. 27. 'Cum Mandonio et Indibili consociando consilia.' c. 28. 'Cum Mandonio et Indibili consilia communi-*

castis.' XXIX. 1. 'Coortum ingens bellum conciente Hergete Indibili.'

§ 9 *Mahut potentissimos in Africa*] *Cantabr. potentes. Etiam Salmas. ex Put. notat potentis. Quid quod non aliter Andreas? Jac. Gron. Potentes etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et omnes edd. usque ad Froben. 1535. Omnino itaque vetus lectio revocanda est.*

§ 10 *Quod procul externus metus est*] *Reposuimus quia procul. Rhenanns. Quod servat Ber. Reliqui cum Rhenano quia legunt. Paulo ante inter se Flor. Lov. 3. 5. Harl. et Hav.*

Ostende Romana arma, exercitum alienigenam] *Reposuimus et exercitum alien. Rhenan. Vet. lib. Ostende illis Romana arma. Sigon. Redundat in libris omnibus τὸ illis: quod tot librorum auctoritate delevi. Gebh. Gallici, Palatini, Vossianus arcent τὸ illis. Et satis intelligitur ex præcedenti periodo. J. F. Gron. Ignorant etiam pronomen Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii Oxonn. quorum fide expunxi. Deinde et exercitum, ut Rhenanns voluit, Flor. Lov. 3. 5. Harl. et Hav. Quum autem ita Froben. 1535. ex mente Rhenani edidisset, id reliqui secuti sunt usque ad Jac. Gronov. qui copulam iterum expunxit.*

Velut ad commune restinguendum incendium concurrent] *Jam velut ad commune Lov. 3. 1. et edd. omnes, donec Jac. Gronov. voculam jam ejeceret, quæ etiam in reliquis scriptis non adparet. Deinde restringendum Voss. in contextu, Lov. 4. et Pal. 1. ut monuit Gebhard. ad XXVIII. 23. § 2. quomodo passim codd. modo præstinguere, modo præstringere, scribere solent. Vide quæ notavi ad Sil. Ital. 1. 358. Exstinguendum Ber. Ceterum eadem sententia occurrit apud Cic. Phil. x. 10. 'Concurrunt undique ad commune incendium restinguendum.' Justin. 1. 7. 'Auxilia velut ad commune exstinguendum*

incendium confluebant.' Et v. 1. 'Omnia Græciæ regna velut ad extinguendum commune incendium concurrunt.'

§ 11 *Pavida prosequetur conjux, et parvi liberi obcursubunt*] *Persequitur* Voss. a m. pr. *persequetur* a m. sec. Male. Vide ad Liv. Epit. l. xcix. Mox *patri liberi obcursubunt* Haverk. Deinde § seq. *ultra ipsi novum*, trajectis vocabulis, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. ante Froben. 1535.

§ 15 *Tibi et populi Romani imperio evenere*] Pro his verbis substituimus *ac reipublicæ in imperio evenere*. Rhenan. Omnes meliores scripti cum editis, *tibi ac P. R. imperio*, quod non debuit mutare Rhenanus. Lib. iv. 38. 'Nisi hæc armata cohors sistat impetum hostium, actum de imperio est.' Plinius x. 18. 'Exitium imperio portendi, si dimitteretur; at, si exanimaretur, prætori.' Gellius iv. 18. 'Annibalem Pœnum imperio nostro inimicissimum.' J. F. Gron. *Tibi ac*, vel *et*, vel *ex*, vel *e populi Romani imperio* Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. Librarius itaque, quem Rhenanus secutus est, confundit notas *P. R.* id est *populi Romani*, et *R. P.* id est *rei publicæ*; de quo vide ad ix. 26. § 8. Gronovius in pr. ed. nott. malebat *tibi ac populo Romano in imperio evenere*: quod curis secundis recte mutavit, ob eodd. auctoritatem. 'Imperium populi Romani,' ut c. 28. 'Quid? si ego morerer, mecum exspiratura respublica, mecum casurum imperium populi Romani erat?' Alibi simpliciter vocatur 'imperium Romanum,' de quo vide Gronov. ad xxiii. 5. § 14.

Adversa casibus incertis belli et fortunæ legare] Volumen antiquum habet *relegare*. Quid, si legas *adversa casibus incertis belli*, (subaudi 'assignare,') *et ad fortunam relegare?* Rhenan. Vet. lib. *allegare*. Sigon. Pal.

1. et vet. ed. *legare*. Pal. 2. *relegare*. Pal. 3. *relegare*. Sigonii liber *allegare*. Cæterum Rhenanus hic iterum altum Livio vulnus infligit vanis ariolationibus. Gebh. Rhenanus ex volumine antiquo profert *relegare*, et conjectat, *adversa casibus incertis belli* (subaudi 'assignare') *et ad fortunam relegare*. Sigonius ex suo libro proponat *allegare*. Miror quum emendandum contextum suscepissent, doctos viros adeo parum Livianæ phrasi cognoscendæ stnduisse. Omnes nostri libri nos destituunt: nam Gall. Voss. Pal. optimus, ut vulgo: Pal. 2. *relegare*, Pal. 3. *relegare*. Neque tamen veriti sumus statim reponere, *adversa casibus incertis belli et fortunæ delegare*. Qua fiducia, inquis? Dicit Livius v. 20. 'Ipsum dictatorem fugere invidiam ex eo criminaque, eo delegasse ad senatum.' Ibidem c. 25. 'Disceptatio, anceps senatui visa, delegata ad pontifices esset.' vi. 28. 'Has inanium rerum inanes ipsas volentes cogitationes fortunæ loci delegaverant spes suas.' vii. 8. 'Vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum suum in aliena virtute ponit.' ix. 13. 'Obsidione delegata in curam collegæ, vacuus per agros cuncta infesta comeatibus hostium fecerat.' x. 19. 'Ut omnis rei bene aut secus gestæ decus dederusque ad L. Voluminium sit delegatum.' Ibidem c. 27. 'Samnitibus Gallisque delegata pugna, inter ipsum certamen Etrusci Umbrique jussi castra Romana oppugnare.' Et sæpius. Anctor de B. Gall. viii. 22. 'Causam peccati facillime mortnis delegari.' Putidi sumus tamen tot loca describendo: quid illi ex tot locis, quid Livium deceret, non observando? Sensus in contrarium pares Tacito Ann. xiv. 38. 'Nullum prælio finem expectarent, nisi succederet Suetonio, ejus adversa pravitate ipsius, prospera ad fortunam reipublicæ referebant.' J. F. Gron. *Legare*

Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. principes: *relegare* Lov. 3. 4. Rec. Hearnii D. et ed. Ven. 1498. Pro quo recte Gronov. conjicit *delegare*. In codd. qui scribunt *legare*, prima syllaba *de* excidit ob similitudinem ductum ultimarum literarum æ vocis præcedentis *fortuna* in scriptura Longobardica. In illis autem qui scribunt *relegare*, sollemni scribarum lapsu commutatæ sunt literæ *R.* et *D.* de quo vide ad ix. 10. § 6. Significationem autem vocis *delegare* sat multis exemplis Livii hic illustravit Gronov. in quibus quum unum tantum vel alterum sit, ubi eadem occurrit etiam constructio, pauca tantum subjungemus, ubi τῶ *delegare* jungitur casus tertius. Ita xxxiv. 57. ‘Cum Antiocho quia longior disceptatio erat, decem legatis delegata est.’ xxxix. 28. ‘Cum eo consule belli partem, quamcumque mihi delegavit, gessi.’ Auct. Ep. Liv. lib. cxii. ‘Occisus est ab Achilla, cui id facinus erat delegatum.’

§ 16 *Talem præsidem sibi patria atque universa Italia retinet*] *Tule præsidium* Lov. 2. Male: *præsēs* hic est defensor. Vide ad vi. 16. § 2. Mox voces *trajiciendi in African* desunt in Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. sine quibus tamen sensus non constat.

§ 17 *An istic, tuo collegæque tui exercitu conjuncto*] Scripsimus *hic*: *an hic, tuo collegæque exercitu conjuncto*: ubi genitivum *tui* post *collegæque* sustulimus. Rhenan. *An istic* Lov. 2. 3. 5. Gaertn. et Ber. *an istinc* Voss. Lov. 1. et Hav. *an hic* reliqui cum Rhenano. Et ita ante Rhenan. ediderunt Veneti 1498. Deinde *tui* a Rhenano rejectum servant Flor. Hav. Ber. alique, cujus loco *tute* exhibent Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn. *tutus* Lov. 2. Recte itaque τὸ *tui* revocavit Jac. Gronovius.

§ 19 *Quod istud consilium est*] Scripsimus *Quod istuc cons. est.* Item ac

gravi militia fessum. Rhenan. *Istuc* Hav. et Flor. cujus loco Gronov. *istud* revocavit. Supra vii. 13. ‘Si autem non tuum istuc, sed publicum est consilium:’ ubi etiam plures *istud*. Sed *illud* hic legit Lov. 3. *est* autem exsulat ab Harl. Deinde *tot præliis, etiam diuturna et gravi militia fessum* Voss. Lovel. 1. 3. Harl. et Gaertn. *tot præliis et diuturna et gravi militia fessum* Hav. *tot præliis diuturna et gravi militia fessum* Lov. 2. et 5.

§ 20 *Relinquere Italian paras*] Vetus lectio *tu, cum Annibal in Italia sit, alio paras.* Suspicio scribendum *tu, cum Annibal in Italia sit, alio properas.* Hoc videtur mihi simplicius, quam legere *alio ire paras.* Rhenan. Pal. 3. *alio paras.* Gebh. Omnes nostri in conservando vulgato conspirant. Mendose tamen *tu, quum Hannibal in Italia ut relinquere in Italian paras* Flor.

§ 21 *Sed quia id amplum et gloriosum censet esse*] Novitiorum commentum, quum Mss. et vett. edd. *sed quia tibi amplum et glor.* Hoc quoque Ciceronis, Livii, et optimorum est. Lib. v. c. 30. ‘Sibi amplum quoque esse, urbem ab se captam frequentari.’ viii. 4. ‘Est quidem nobis hoc per se laud nimis amplum.’ xxv. 38. ‘Mibi hoc imperium ut amplum iudicio vestro, ita re ipsa grave ac sollicitum.’ xxx. 30. ‘Tibi ampla et speciosa danti est pax.’ J. F. Gronov. *Sed quia id amplum* demum exhibet ultima Gruteri ed. quæ lectio nullius cod. consensu firmatur. Primæ edd. legunt *sed quia tibi id amplum*, quod servat Gaertn. *sed quia id tibi amplum* Lov. 5. et Ber. *sed quia tibi amplum* reliqui mei, et omnes Oxonn. Hearnii, cum edd. ab Aldo ad Gruter. Infra xxx. 17. ‘Id sibi amplum apud populares futurum esse.’ Vide ad v. 30. § 2.

Populi Romani imperator] Vide Gronov. Obs. iv. 14. p. 229. Duk.

§ 22 *Ego P. Cornelium, P. C. rei-*

publicæ nobisque] Duæ literæ *P. C.* non sunt in codice Spirensi, *Ego P. Cornelium reipublicæ.* Rhenan. Iuduxi *P. C.* secutus Pall. 1. 3. et archetypon Spirense. *Gebh.* Eædem literæ desunt etiam in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hav.

CAP. XLIII. § 1 *Animum adolescentiæ ferocem*] Vet. lib. *animum adolescentis ferocem.* Sigon. Optime Pal. 2. *adolescentis.* Contra Pal. 1. *adolescentiæ.* Pal. 3. *animum adolescentiæ ferocem*; cui consonat vet. ed. *Gebh.* *Adolescentia ferocem* Flor. a m. sec. Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. et edd. omnes, præter Sigonianas, usque ad Francofurt. 1588. *Animum adolescentiæ ferocem* Flor. a m. pr. Voss. a m. pr. Lov. 1. et Harl. *adolescentis* reliqui cum Voss. a m. sec. Paulo ante *ad tempus peracta*, pro *parata*, Lov. 2. 4. et Hav. Vide ad xxxiv. 28. § 1. Deinde *inveteratæ prudentiæ fama* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parin.

§ 3 *Quam ea suspicio, vitio orationis, an rei, haud satis purgata est*] Reposuimus *haud sane purgata est.* Rhenan. Desideratur hic, ut opinor, aliquid: nisi quis supplendum putet verbum *nescio*: est tamen obscure dictum. *Glar.* Vitium orationis hujus sensit Glareanus, non correxit tamen. E-mendatur autem ex vet. lib. in quibus est, *quam quod ea suspicio.* ['Glareano gratia debetur, qui occasionem dedit inspiciendi librum. Lector reliquum codici debet, non Sigonio.'] *Sigon.* Omittitur *quod* in Pal. 1. In Pal. 2. vero restat *quam ea suspectio vitio orationis ac rei.* Pal. 3. *quam ei suspicio vitio or. an rei haud sane purgata.* *Gebh.* In Gemonias particulam *quod*, omnibus Gall. pariter et Pall. et Voss. ignoratam, et sensui obstantem. Ubi mens Glareani, quum aliquid desiderari opinaretur, et pro hac sententia gratiam sibi deberi diceret? ubi Sigonii, quum defectum sic suppleri putaret? Neutri

equidem hic aliam gratiam debemus, quam qualem Fabius M. Livio Tarenti præfecto ferebat expensam. An deesset aliquid, si dixisset, *Magis ille criminis hujus reum se facit, quam ego illum accusare audeam?* Atqui hoc ipsum, ut nihil melius, veteri lectione exprimitur. Aliter hodie Latine balbutimus, aliter Livius loquebatur. Similiter inculcata est hæc particula xxvi. 6. Et Ciceroni post reditum in Senatu c. 6. 'Profecto egestate et improbitate coactus piraticam ipse fecisset: ac minore quidem reipublicæ cum detrimento, quam intra mœnia nefarius hostis prædoque versatus est: vulgo, *quam quod intra mœnia.* J. F. Gron. *Satis* in uno restat Ber. reliqui *sane* agnoscunt. Nullus vero ex meis vel ex Hearnii Oxonn. servat *τὸ quod*, a Sigonio ex vet. lib. adscitum. Vocem illam interdum male a librariis addi, Gronov. monuit ad xxxv. 1. § 2. Similiter etiam peperam inculcatur *τὸ quæ*, iudice eodem Gronov. ad xxxiv. 52. § 4.

§ 4 *Quo me quoque niti non dissimulo*] Put. Pet. Men. Voss. carent *τοῖς quo me.* Lege, *quia super ceteros excellat, quo et me niti non dissimulo.* J. F. Gron. Voces *quo me* absunt etiam a Flor. Lov. 1. 2. Harl. Exc. Pithœi, et Hearnii D. Crevietius non dubitabat quin absorptæ essent a seq. *quoque.* Possunt tamen etiam abesse, si *quoque* pro 'et quo' accipiamus, et pronomen *me* omissum esse credamus, quod *τῶ dissimulo* insit. Ita c. 45. 'Quum præ te feras, tentare magis, quam consulere senatum: pro præ te feras, te consulere. Gronov. minori mutatione dare poterat *excellat, quoque me niti.* Sed Mstis adhæreo.

§ 5 *Sic senem se perfunctum*] Restituenda vox est ex veterum librorum fide *se perfunctum honoribus.* Nam dixit Fabius c. 40. 'Si me neque vita acta, et mores mei, neque dictatura cum quinque consulatibus, tantumque gloriæ belli domique partæ vin-

dicat? Sigon. Pal. 1. sic senem se perfunctum, et me infra aetatem filii etiam sui posuit. Gebh. Ab Sigonio est honoribus. Omnes Gallici, Voss. Pall. senem se perfunctum, et me infra aetatem filii etiam sui. J. F. Gron. Senem se perfunctum et me Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii Oxonn. senem se perfunctumque Flor. Voss. et Lov. 1. ac 2. Vocem honoribus in nullo snorum exstare, profitetur Crevierius; se tamen non audere eam relegere, quam sensus flagitat. Quid enim fore perfunctum sic nude et absolute positum? Certe vix ita simpliciter 'perfunctus' usurpatur, nisi aliud ex precedenti intelligatur. Si igitur hic vocabulum honoribus delendum erit, idem tamen ex præc. 'Sic enim honores suos et famam rerum gestarum extulit,' intelligere debemus. Ita 'perfunctus honoribus' dixit Fabius apud Liv. c. 40. 'Nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi cum adolescente proponam.' Tò etiam a Gronov. additum Flor. et plerique mei agnoscunt. Nam deesse tantum video in Voss. Lov. 1. 3. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1.

§ 6 *Maximo cuique id accidere animo certum habeo*] Vet. lib. *certum animo habeo*. Sigon. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Sed *animo certum habeo* tumentur alii codd. nisi quod in Flor. sit *animo certum habeo certum*.

Cum omnis ævi claris viris, comparet] Optimi *comparent*. J. F. Gron. Optimos scriptores, et in primis Livium, sæpissime τὸ quisque cum verbo plurali construxisse, vidimus ad vii. 19. § 2. Hic tamen tantum non omnes mei vulgatum adoptant.

§ 8 *Illud nec tibi in me, neu mihi in minoribus natu animi sit*] In archetypo scripto non est pronomen *Illud*. Et tamen est *animi sit*. Ut plane putem sic legendum: *Nec tibi in me, neu mihi in minores natu animus is sit*. Nam nihil aubigo, scribendum in *minores*,

non in *minoribus*, quemadmodum etiam in ed. Coloniensi legitur. Rhenan. Pal. 1. *seu mihi in minoribus natu animi sit*. Cæterum præcedens *Illud* desideratur in Pal. 3. Gebh. Put. Pal. Voss. Men. *neu mihi in minoribus natu animi sit*. Vide nostras ad l. iv. Senecæ Nat. Quæst. præfationem notatas. J. F. Gron. *Illud* servant omnes nostri, nisi quod *Illuc* sit in Gaertn. In cod. itaque vitiosum Rhenanus incidit, cui propterea ita temere fidem habere non debuerat. Deinde *nec mihi* Lov. 5. Ber. Rec. Gaertn. omnesque, quas consului, edd. usque ad Gronov. qui recte *neu mihi* dedit, quomodo etiam ex suo emendarat Rhenan. omnibus nostris reliquis et Hearnii L. 1. atque N. adincentibus. Vide ad ii. 15. § 2. Deinde in *majoribus natu* Gaertn. de quo errore vide ad xlv. 25. § 7. In *minoribus natu* Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Rec. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Similiter etiam se in suis deprehendisse Crevier. testatur, et tamen non dubitat quin scribendum sit in *minores*, pro quo primo in *minoris*, et ita in *minoribus* datum existimat. Sæpius ita librariorum peccasse, certissimum est, et innumeris exemplis probati potest. Vide ad xxii. 8. § 7. An tamen similiter hic errarint, vehementer dubito. In nullo enim cod. *minoris*, vel *minores*, reperi, neque etiam Rhenan. qui lectionis auctor exstitit, vel alii viri docti, ne ipse quidem Crevier. se ita vel in uno Msto invenisse testantur. Quin neque ipsum genus loquendi displicere potest. Similia enim plura in Livio occurrunt. Supra iii. 17. 'Ausurum se in tribunis, quod princeps familiæ suæ ausus in regibus esset.' v. 11. 'Minime convenire, quibus iratos quisque Deos precatus sit, in iis sua potestate non uti.' c. 36. 'Ne id, quod placebat, decerneret in tantæ nobilitatis viris, ambitio obstabat.' vi. 22. 'Fœdeque in captis victoriam exercuere.' viii. 31. 'Quid-

quid licuerit in magistro equitum, in militibus ansurum.' c. 33. 'M. Furium Camillum in L. Furio moderatum iræ esse.' xxx. 12. 'Omnia quidem ut posses in nobis, Dii dederunt.' XLII. 9. 'Qua ferocia animi usus erat in Liguribus, eandem ad non parendum senatui habuit?' ubi etiam vide quæ notantur. Eodem modo 'facere in aliquo' pro in eum statuere, xxxiv. 32. 'Quod tandem censes in Argivis facturos?' ubi vide alia exempla. Similiter locutus est Virgil. Æn. II. 540. 'At non ille, satum quo te mentiris, Achilles Talis in hoste fuit Priamo?' ubi Servius, 'Aut archaismos est, pro in hostem: aut in hoste, id est, quum hostem gereret, quum ipse hostis esset?' ubi unice vera est prior Servii expositio; altera locum habere nequit propter additam vocem *Priamo*, nisi statuamus, Servium legisse, 'Talis in hoste fuit: Priami sed jura fidemque Supplicis erubuit.' Eam tamen lectionem viri docti ex nullo cod. præferunt. Repudiata igitur posteriori interpretatione Servii, priorem probo.

Non eorum modo, quibus inviderimus] Non inviderimus, sed invidebimus, est in libro scripto; et mox est, non sit. Rhenan. Invidemus Ber. et edd. ante Aldum: invidebimus Lov. 4. Deinde detrimentum est Lov. 3. et 4. Utroque loco reliqui codd. vulgatum tuentur.

§ 9 *Si in Africam trajicere velim, ut meam quoque, non solum reipublicæ et exercitus, vicem videretur sollicitus] Scripsimus si in Afr. trajicerem. Rhenan. Pal. 1. trajicere velim: meam quoque non solum et reip., sed et ex. vicem v. s. Pal. 2. trajicere velim, ut meam quoque non solum et reip., sed ex. vicem videretur velle (forte velle) sollicitus. Pal. 3. confirmat hanc meam conjecturam, non solum reip. ex. vicem videretur unde sollicitus. Vet. ed. ut in meam quoque. Gebh. Si in Africam trajicerem Flor. et Hav. In reliquis similes ferme scribarum aberrationes*

notavi, ac Gebhardus in suis; quas anxie referri non est operæ.

§ 10 *Quum quatuor exercitus Pænorum, quatuorque duces] Magnifice Scipio oratorum more auget sua: tres enim duntaxat fuere perpetuo hoc tempore belli duces, et exercitus item tres, ut libris omnibus superioribus tradidit Livius: duo Hasdrubales et Mago: ut autem Hasdrubal Hamilcaris ex Hispania discessit, successit Hanno, ut ab initio hujus libri habetur: sed is statim captus est. Hunc fortassis nunc etiam numerat: is enim cum novo exercitu ex Africa venerat. Idem numerus est superius, cum Scipio ex Hispania Romam venerat, eique senatus datus in æde Bellonæ. Glar. Gruter. in ultima ed. vulgari curavit quatuor duces, ommissa copula, quam addunt non modo omnes edd. priores, verum etiam codd. quotquot usus sum, et cum illis Hearnii L. 1. atque, ut ex Sallierio didici, integerimus Pat. quare eam etiam lectionem restitui. Paulo ante cura exorta de me Lov. 1. de me cura exorta Ber. Gaertn. et omnes edd. usque ad Jac. Gronov. qui substituit cura de me exorta, concinentibus reliquis scriptis.*

§ 11 *Nemo profiteri nomen ausus esset] Vox nomen exsulat a Flor. Lov. 1. 2. 3. Ber. Harl. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Mox etiam τὸ μίλι non adparet in Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav.*

§ 13 *Duces plures melioresque] Et duces Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, quod Livio reddidi: et duces meliores, reliquis omissis, Ber. a m. ser.*

§ 15 *Post receptum totam Hispaniam] Hispaniam totam Flor. Mox etiam, trajectis vocibus, vestigium belli nullum Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froh. 1535.*

§ 17 *Et res egregius primo anno ges-*

sisse] Vix est, ut a Livio sit hoc tam abruptum illi *putuisse et gessisse*. Sed nec in edd. est antiquis, quæ omnes ab Andrea ad Moguntinos *et res gestas ab eo egregias primo anno*, ut et scripti. Aldus mutavit primus, et vulgatam introduxit. Ego, si liceat, in ipsa vetere induxerim *tà ab eo*, ut sit, *neque recordatur, illi ipsi tam inf. imp. putuisse tamen portus Afr., et res gestas egr. primo anno*. J. F. Gron. *Et res gestas ab eo egr. primo anno* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *et res egr. primo anno gessisse* Flor. quod etiam Crevier. in Put. et Reg. invenit, et probat, supplendum docens vocula *eum*, quæ in Lov. 4. exstat etiam hoc modo, *et res eum egregie primo anno gessisse*. Verum, optimorum codd. lectionem, etiam sine eo supplemento, probam esse, videbimus ad xxxv. 14. § 10. Sane, recepta Gronov. lectione tollitur quidem, quod in his verbis abruptum credidit, sed eadem difficultas remanet in verbis seqq. *invictum ad ultimum permansisse*, in quibus similiter supplendum erit *eum*, quod et in his secundum integerrimorum codd. lectionem faciendum est, licet alio casu *imperatorì* præcesserit. In eo tamen Crevierius non eandem, quam solet, diligentiam adhibuit, quod Gronovium legisse dicat *et res gestas ab eo egregias primo anno*, quum eam lectionem tantum ex scriptis et editis recensuerit, et ipse primus, non Clericus, *ab eo* reciderit. Contra recte nimiam Clerici temeritatem notavit, qui Gronovii conjecturam ipsi contextui inseruit.

§ 18 *Nihil igitur me isto exemplo terueris*] Put. *me istota exemplo terueris*. Lege *me isto tu exemplo*. J. F. Gron.

Si nuper, et non annis ante quadraginta] Lege *quinquaginta*. M. Atilius Regulus consul 11. fuit cum L. Manlio Vulsons, suffectus Q. Cædicio, a. 497. secundum Fastos Capitolinos. Sequente anno captum esse tradunt

historici; a quo usque ad hunc annum, qui est 548. ab U. C. in iisdem Fastis sunt anni pleni quinquaginta. Jac. Periz. *Annis ante XXX*. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii N. Crevierius existimat, dubitari posse, an non Livius, qui haud diligens est in reddendis numeris, scripserit *quadraginta*, quia xxxix. 28. id est anno sequenti, annos tantum numerat *prope quinquaginta* a M. Regulo, L. Manlio consulibus. Ego potius in librarium, quam in Livium, culpam confero, et cum viris doctis lego *quinquaginta*. Præterea particula *et*, quæ existit in edd. principibus, deinceps ommissa est in Froben. 1535. et sequentibus usque ad Jac. Gronov. qui eam recte iterum inseruit, quum in omnibus meis Mss. et Hearnii L. 1. supersit. Qui autem illam omiserunt, forte ad id inducti sunt, quia præcessit *si hoc bello, non priore*, ommissa itidem copula. Id tamen impedimento esse non debebat, quo minus eam membro sequenti addere potuerit.

Quin ego minus in Africam] Emdavimus *qui ego minus in A.* ut sit *qui pro 'quomodo.' Rhenan.* *Quin ego minus* servant Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. a m. sec. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Nihilominus tamen recte Rhenanus *qui ego minus*, ut præfert Flor. *qui* hic more antiquo est casus sextus, pro *quo*. Ita III. 39. 'Neque se videre, qui sibi minus privato ad concionem populum vocare liceat:?' ubi etiam plures male *quin*. c. 64. 'Si qui vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis:?' ubi nonnulli *si quo*, alii aliter. XLIII. 16. 'Non recusantibus censoribus, qui minus primo quoque tempore iudicium de se populus faceret:?' ubi contra fidem unici cod. Gronov. *quo minus* edidit.

§ 19 *Xanthippum*] Quo duce Regulus primo Punico bello captus est. Sigon.

§ 21 *Quoniam Græci casus fabulas narrare vacat*] Scripti *enarrare*. J. F. Gron.

Ita etiam non tantum codd. nostri, et Hearnii L. 1. et N. verum etiam omnes, quos vidi, typis descripti usque ad Froben. qui a. 1535. narrare edidit, adsentiente Hearnii D. Supra xxvii. 50. 'Romæ neuter animi habitus satis dici enarrarique potest.' xxix. 29. 'Operæ pretium videtur, excedere paullulum ad enarrandum, quam varia fortuna usus sit.'

Avertisse eo bellum, unde venerat, refert] Ita edidit Jac. Gronovius, quum omnes priores legant *refers*: quod superest in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et, ut Sallier. docuit, in Put. Neque aliter exstare in tribus suis, ex quorum numero erat Put. testatur Crevierius.

CAP. XLIV. § 2 *Majus præsentiusve nulum exemplum esse, quam Hannibal, potest]* Horum omnium verborum ne apicem quidem unum in Put. Reg. Men. Voss. reperi. J. F. Gron. Eadem illa desunt in Flor. Cant. Lov. 1. Hav. Mss. Doujatii, Hearnii L. 1. N. et illis quos Crevierius vidit, Victor. excepto; quæ quidem Doujatius valde adposita judicat, sed mox satis insinuari; contra vero Crevierius magno Liviani contextus damno omitti.

An tuos uri excindique videas] Put. delet copulativam. Recte. J. F. Gron. Eandem delet et Flor. Paulo ante *populare* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. *popolari* Lovel. 3. 5. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii D. omnesque editi usque ad Aldum. Deinde *agros*, pro *fnes*, Harl.

§ 4 *Ut tot in Italia populi ad se deficerent, quot defecerunt post Cannensem cladem]* Volumen scriptum non habet *quot*. Elegantior erit oratio, si omitatur, quod citra incommodum sensus fieri potest hoc modo: *Non sper. Annibal fore, ut tot in It. pop. ad se deficerent. Defecerunt post Cann. cladem.* Habet autem majorem vehementiam. *Rhenan.* Pal. 1. *ut tot in It. ad se deficerent post Cann. cladem, quanto, &c.*

Pal. 2. *ut tot in It. ad se post Cann., quanto, &c.* Pal. 3. princepsque ed. *ut tot in It. pop. ad se deficerent. Defecerunt post Cann. cladem, quanto, &c.* Gebh. Vox *populi* deest in Flor. Voss. Lov. 1. et Hav. Deinde *ad se deficerent post Cann. cladem* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. et Hav. quod errantium est librariorum, quibus fraudi fuit *τοῦ defecerunt* repetitio post *deficerent*. Sed, ut Rhenanus legit, *ad se deficerent: defecerunt post Cann. cladem* Lov. 4. Ber. Gaertn. et edd. principes plures: quod neque ego damnare audeo. Deinde mox *firmum aut, vel ac, stabile sit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. et Hav. modo potentiali, pro stabile esse potest. Illud *sit* etiam Crevier. in Put. et Victor. invenit, ac recte in contextum recepit. Tò est omiserant Ber. et edd. vet. ejus loco Aldus *sit*, Froben. postea a. 1535. est reposuerunt.

§ 5 *Ad hæc nos, etiam deserti ab sociis]* Scripti *Ad hoc*. J. F. Gron. Exceptis Gaertn. Rec. et Berol. omnes etiam nostri *Ad hoc*. Vide ad xxi. 52. § 10.

Karthaginiensi nihil civilis roboris est] Lego *Carthagine*, hoc est 'apud Carthaginem.' *Rhenan.* Omnes omnino *Carthaginiensi*. Cur mutemus? An absurdum est intelligi 'populo?' Rhenanus de conjectura *Carthagine*. Nec male, nisi potius *Carthagini*. J. F. Gron. Conjecturæ Rhenani nulla habenda est ratio, quia omnes adversantur codd. *Karthaginiensibus* legunt Lov. 2. 4. 5. et Ber. Sed præferendum est vulgatum, quod reliqui mei cum Hearnii Oxonn. tinentur. Ita xxiv. 47. 'Arpini repente pro Romanis adversus Karthaginiensem arma verterunt.' Ita 'Romanus:' vide ad iii. 2. § 11. 'Sannis:' vide ad vii. 33. § 15. 'Tarquiniensis:' vide ad ix. 41. § 5. et similia alia passim.

§ 6 *Ex Africa expectate nuncios]* *Expectabit* Lovel. 2. *spectabit* Lov. 4. *spectate* Pal. 3. ut monuit Gebh. ad

vii. 24. § 6. Sed vide ad xxx. 23. § 7.

§ 7 *Quorum ego fidei ita innitar, ut bene tutus a perfidia sim*] Archetypon scriptum habet, *ut bene tutus perfidia sim*. Hic semidoctus omnia bene habere putaret. Mili locus est multum de mendo suspectus. Nam, quando verbum *innitar* futuri temporis est, Livius non dixisset, *ut bene tutus a perfidia sim*. Quod si scriptum esset, *quorum ego fidei ita innitor, ut bene tutus a perfidia sim*, nullus esset mihi scrupulus. Proinde quando a præpositio non est in codice vetusto, (quæ res nobis ansam cogitandi dedit,) non dubito quin ita fuerit scriptum a Livio, *quorum ego fidei ita innitor, ut veriturus perfidiam sim*. Quæ sententia cum est arguta, tum mire conveniens huic loco. Refellit enim Scipio, quod a Q. Fabio dictum est c. 42. ‘An Syphaci Numidisque credis? Satis sit semel creditum: non semper temeritas est felix: et fraus fidem in parvis sibi præstruit:’ et quæ illic sequuntur. Quasi dicat Scipio: non sum adeo stupidus, ut ita regibus Afris credam, quasi fallere me aut nolint, si queant, aut nequeant, si velint. Unde paulo ante dixit ‘Afros Numidasque levissima fidei mutandæ iugenia,’ hoc est, ad fidem mutandam. Hic appello doctos, qui Latine callent, quos astipulatos mihi nihil dubito. De sciolis non sum magnopere sollicitus. In castigationibus Plinianis expertus ante sum, quam sint hebetes in iudicando, et plane, quod Græci dicunt, *θνοι πρὸς λύραν*. *Rhenan*. Inquinavit fœdissime hunc locum Rhenanus; cui correctioni suæ cum multos non accessuros præ sagiret, totus in fermento est, sciolos appellitans, qui tam divinam emendationem, quamquam ancile cælo delapsam, non venerentur. Ego, mi Rhenane, in te situm nihil blis exonerabo; saltem liceat revocare lectionem genuinam.

Pall. 1. 2. et vet. ed. *quorum ego fidei ita innitar, ut bene tutus a perfidia sim*. Pall. 3. *quorum ego fidei ita innitar, ut beneficiis perfidia simulata multa quæ nunc interv.* Infra fere ita loquitur Liv. xxxi. 36. ‘Romanus, et aperto prælio victor, et tutus a fraude insidiarum, in castra sese recepit.’ *Gebh. Ut veriturus perfidiam sim* Rhenani divinatio est. Put. *quorum ego fidei ita perfidia ita innitar, ut bene tutus a perfidia sim*. Duabus supervacuis vocibus, *ita perfidia*, resectis, nihil hic video, quo offendar, aut cur nescio quos semidoctos accusem. Omnes alii Gall. Pall. Florentini, aut prorsus ita, aut omissis, quæ delenda dixi, de cætero nulla observanda differentia. Possis tamen legere, *quorum ego fidei ita provide innitar, ut bene tutus a perfidia sim*. J. F. Gron. *Fidei ita perfidi ita innitar* Voss. Lov. 5. Harl. et Hav. In Voss. tamen notis subjectis voces *ita perfidi* delendas esse indicabatur: *fidei ita perfidei ita innitar* Flor. *fidei ita credidi* Hav. Reliqui mei cum Hearnii Oxonn. *fidei ita innitar*. Deinde *ut bene tutus a perfidiis* Lov. 2. *ut bene tutus a perfidiis in Flor. ut bene tutus a perfidiis sim* Voss. Posses itaque *ut bene tutus a perfidis sim*. Sed vulgatum probum est. ‘Tutus a perfidia,’ ut ‘tutus a vi’ iii. 44. § 8. ubi quædam vide: ‘tutus ab hoste’ xxx. 24. ‘tutus ab aliis’ xlv. 25.

§ 9 *Habebo, Q. Fabi, parem quidem Hannibalem*] Egrege Put. Reg. tres Pall. Voss. *Habebo, Q. Fabi, parem, quem das, Annibalem*. Adversarium intellige. Plantus Persa v. 1. 15. ‘Cedo parem:’ quamquam ibi sit, qui certet amando. Lucanus de gladiatoribus ‘odere pares.’ Noster xxii. 35. ‘Par magis in adversandum, quam collega.’ J. F. Gron. *Parem quandam Hannibalem* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. a m. pr. et Hav. *parem quandam Hannibalem* ed. Rom. 1172. Sed recte *parem, quem das, Hannibalem*

Flor. et reliqui, cum Hearnii L. 1. et D. Supra xxii. 27. 'Illum in rebus asperis unicum ducem et parem quæsitum Hannibali:' ubi vide Gronov. Eadem metaphora 'comparari' dicuntur duces. xxiv. 8. 'In annum creatus adversus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur.' xxx. 28. 'Ereixerant omnium animos Scipio et Hannibal, velut ad supremum certamen comparati duces.' Mox *illum ego potius traham*, transpositis vocibus, Flor. et Lov. 4. *illum potius traham*, voce omissa, Lov. 1.

Et Karthago potius præmium victoriæ erit] *Vetus et Carthago præmium*. Lipsius, Ep. Quæst. v. 23. Ut Lipsius et *Carthago præmium victoriæ erit, quam semiruta Bruttiorum castella*, Pnt. Reg. Men. Voss. J. F. Gron. Tò *potius* expellunt etiam Flor. Cant. Lov. 1. Harl. Hav. et Hearnii N. quorum fide ex contextu ejeci. Vide ad xxxiv. 49. § 10.

§ 10 *Dum expono exercitum in Africam*] Pnt. *Africa*. J. F. Gronov. In *Africa* etiam Flor. Cant. Hav. et quidam alii. Sed et altera lectio, nisi integerrimi codd. dissentirent, probari posset. Nam ita 'exponere in terram' Livius dixit xxiv. 40. et l. xxxiv. c. 8. 'exponere in litora' xxxvii. 28. Mox *tota volitaret Italia* Flor.

§ 11 *Concusso jam et pene fracto Hannibale*] Pal. 1. *compagine fracto*. Pal. 3. vero et vet. ed. *contuso jam et pene fracto*. Probo vulgatum. Infra xxxi. 7. 'Aggressus Pyrrhus tamen concussit, et victor prope ad ipsam urbem Romam venit.' Gebh. *Contuso* Lov. 5. Ber. Gaertn. Rec. Hearnii L. 1. et edd. vet. pro quo Aldus *concusso*, quod probant ceteri Mss. Vide ad xxxiii. 19. § 1.

In sortem tam longinquæ provinciæ non venit] Reposuimus *non veniat*. Nondum enim sortiti erant. Et dissnadet, ne veniat in sortem tam longinquæ provinciæ, hoc est, Africæ,

eo quod sit pontifex maximus, cui sacrorum causa semper in Italia manendum erat. *Rhenan. Non venit* omnes nostri. Recte. Quum enim provinciæ consulibus Sicilia et Bruttii nominatæ essent, Licinius jam antea Siciliam extra sortem collegæ Scipioni concessit, sibi Bruttios elegit, quia cura sacrorum pontificem maximum in Italia retinebat, ut Livius narravit c. 38. Verum quum Scipio pro Sicilia Africam obtinere vellet, et acturum se id per populum aperte ferret, si senatus adversaretur, de ea re in senatu actum, et Fabii ac Scipionis orationibus auditis decretum est, ut Siciliam provinciam, et simul potestatem haberet trajiciendi in Africam, si id e republica esse censeret. Paulo ante *sucris absit*, omissa præpositione, Voss. Lov. quinque, et Harl.

§ 12 *Non ad defendendam modo Italiam*] *Ad defendendum* Pnt. teste Gronovio pr. ed. nott. ad Livii xxx. 37. Vide ad xl. 49. § 1. Omnes mei hic vulgatum retinent. Paulo ante *quod ego censeo*, pro quo, Flor. a m. sec. Voss. Lov. 2. 3. 4. Ber. a m. sec. et Hav.

Ad inferenda etiam Africæ arma videri nobis animum esse] Pal. 2. *animum inesse*. Gebh. *Ad inferendum etiam Africæ arma* Lov. 3.

§ 13 *Non hoc credi vulgarique*] *Scriptissimus nec hoc credi*. Item *toties Africam nostris exercitibus et classibus oppugnatam*, a præpositione expuncta. Præterea *certatur*, non *certetur*. *Rhenan. Non hoc credi* servant Lov. 1. et Gaertn. *neu hoc credi* Ber. a m. pr. Hinc *ducem Romanum* Lov. 4. Tum præpositionem *a* vel *ab*, quam Rhenanus delevit, et Jac. Gronov. restituit, agnoscent, uno excepto, omnes mei. Nam solus Gaertn. *Africam armis, exercitibus, et classibus oppugnatam*. Flor. *Africam ab nostris exercitibusque et classibus oppugnatam*. Tandem idem Gronov. etiam *certetur* revocavit, consentientibus scriptis

meis, Hearnique L. 1. nisi quod *certetur* sit in Flor.

§ 14 *Requiescat aliquando tam diu vexata Italia, uratur, evasteturque*] Lectionem scripti codicis secuti sumus, *Req. aliq. diu vexata It., uratur, populeturque*. Pro ultimo verbo quidam insernerat *evasteturque*, quod putaret 'populari' passive non dici. Dicimus active 'populo,' ejus passivum est 'populor.' Dicimus et passive 'populor' deponentialiter. *Rhenan.* Put. cum omnibus cæteris Gall. Pall. Flor. melioribus, Barberino, Vossiano, *Requiescat aliquando vexata tam diu Italia: uratur, evasteturque invicem Africa.* Rhenanus substituit ex suo *populeturque*: quod verbum interdum passive accipi, sero nos docet. Lib. xxxii. c. 33. 'Quæ spoliasset evastassetque, pro incorruptis restitui.' J. F. Gron. Gaertn. *tam diu vexata.* Ceteri omnes *vexata tam diu*: cum illis autem consentiunt Hearnii L. 1. et N. Vocula *tã*, vel *tan*, in codice Rhenani intercepta fuerat a præcedentis syllaba ultima. Tum *uratur* perperam omittitur in Lov. 1. 2. 3. et Hearnii N. Dein *populeturque* Lov. 4. et Rec. *vasteturque* Lov. 5. *evasteturque* reliqui mei cum Hearnii L. 1. et N. *populari* passive sumi, verum est. Vide ad xxiv. 8. § 14. Sed, *evasteturque* hic genninam lectionem esse, tot optimorum codd. conspiratio persuadet, præsertim quum verbum id apud Livium frequenter obcurrat. v. 5. 'Culta evastata sunt bello.' viii. 37. 'Ager Apulus Samniumque evastatum:' ubi etiam Gebhard. veram hujus loci lectionem ex Pall. duobus, et vet. ed. adversus Rhenanum vindicavit, et verbum hoc aliis ex Livio locis illustravit. xxxii. 13. 'Ita evastata sunt oppida:' et mox, 'Proximis prius evastatis.' c. 18. 'Nec rationem procul a mari et in evastatis belli cladibus locis hibernandi nullam cernebat.' c. 33. 'Quæ spoliasset evastassetque

pro incorruptis restitui.' Et eodem cap. 'Urbes in Thessalia evastasse Philippum:' ubi alia vide.

§ 17 *Sic et ego contra gloriam ejus eludere*] *Sic ego*, media vocula omisa, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. Deinde recte Crevierius vulgatum adversus virum doctum, qui *elidere*, pro *eludere*, scribendum conjiciebat, defendit. Omnes nostri receptam scripturam defendunt. *Eludere* hic est quasi ludendo ac cavillando eripere, elevare. Vide Passer. ad Prop. iv. 1. 139. Supra i. 36. 'Eludensque artem, agedum, inquit, divine tu, inaugura.'

§ 18 *Si nulla alia re, modestia certe et temperamento linguæ*] Pal. 1. *modesta certe et obtemperando linguæ.* Pal. 2. et vet. ed. *et temperando linguæ.* Pal. 3. *modestia certe obtemperando linguæ.* Gebh. Omnes Gall. et Voss. *Neutrum faciam, P. C. et, si ulla alia re, mod. certe et temperando linguæ adulescens senem vicero.* Solus Pet. *nulla.* Pall. quoque habent *temperando.* Utraque emendatio verissima. Sperabat enim multis aliis quoque, vel potius omnibus rebus, sese superatrum gloriam Fabii: tam mares gerebat spiritus Scipio, non ex invidia aut vanitate, sed ex vera conscientia verarum insitarum sibi virtutum, et eorum, quæ jam gesserat, respectu: id quod tota hæc oratio clamat. Ergo *si ulla*: nam alterum est magis desperantis, aut desperationem præ se ferentis. Jam *temperando linguæ* magis esse Latinum, quam *temperamento linguæ*, quis velit diffiteri? J. F. Gron. *Si ulla alia re* Flor. Cant. aliquot Lov. Gaertn. Hearnii N. omnesque Crevierii. Deinde *temperando linguæ* omnes omnino nostri, Oxonn. Hearnii, et edd. Rom. 1472. ac Parm. Ita 'temperare lætitiæ' v. 7. 'temperare animis' c. 45. 'temperare oculis' xxi. 22. 'temperare lacrimis' xxx. 20. 'temperare manibus' xxxii. 20. et sæpe. Ipsum

‘temperare linguæ’ etiam Plautus dixit in Rud. iv. 7. 28. ‘Intemperantia linguæ’ est apud Liv. xxxv. 48. § 11. *Mox et gessi res* Flor. et Lov. 4.

CAP. XLV. § 2 *Qui consul quater et censor fuerat*] Pal. 1. voces et censor omittit; Pal. 2. legit *ensorque fuerat*. Gebh. *Tà et censor* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. principes omiserunt, quæ demum in ed. Ven. 1498. inveni. Fuit tamen censor, sed vitio factus abdicavit, ut constat ex Fast. Capitol. ad a. 10XXII.

§ 3 *Se, quod e republica esset, facturum*] Vet. lib. *se, quod e rep. credidisset, facturum*. Sigon. Pal. 1. *quod de republica esset*. Pal. 3. *quod de rep. censuisset*. Inferius etiam Pal. 3. *si de republica censeret*. Pro *esset*, Sigonii quoque liber exhibet *credidisset*. Gebh. *De rep. esset* Voss. Lov. 1. et Hav. *de rep. credidisset* Lov. 4. *e rep. credidisset* Rec. et Hearnii D. Reliqui stant pro vulgato.

Non ego ignarus] Pall. 1. 2. et vet. ed. *Non ego, inquit, ignarus*. Gebh. Ita et Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antiq. Primus Fioben. 1535. eam vocem omisit, quæ inferius in oratione Fulvii sequitur.

§ 4 *Quum præ te feras, tentare magis, quam consulere senatum*] In Put. se invenisse *temptare te magis*, monuit Crevier. *temptare magis, quum consulere te senatum* est in Flor. Reliqui additum pronomen ignorant.

§ 5 *Ut sententiam mihi ideo non dicenti*] Pal. 1. *mihi de eo non dicendo*. Pal. 3. *mihi de eo non dicenti*. Gebh. *De eo non dicendo* Flor. Voss. Lov. 3. 4. Harl. et Hav. *de eo non dicenti* Lov. 2. 5. Rec. et Gaertn.

Quod, si in meam sententiam discedatur] Omnes Gall. *quod est in meam*. Scribit *quod, etsi in meam sententiam*. J. F. Gron. *Quod est in meam* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. Conjecturam, quam Gronovius, vestigiis his

codd. suorum insistens, proposuit, probat etiam Crevierius.

§ 6 *Quominus suo quisque loco senator rogatus*] Gallici omnes Vossianusque relegant *τὸ senator*. Recte: nam in senatum veniebant plures, pluresque sententiam dicebant, quam senatores. Unde illud l. xxxvi. c. 3. ‘Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam dicere liceret.’ J. F. Gron. Eadem vocem similiter ejiiciunt Flor. Lov. 1. 2. Harl. Hav. Hearnii L. 1. N. omnesque codd. Crevierii, qui tamen eam non omnino inutilem putat; ea enim exprimi causam, cur rogati sententiam dicere debeant. Rationem autem, quam Gronov. aufert, cur omitti possit, veram quidem agnoscit, non tamen hic locum esse opinatur subtili illi discrimini. Paulo ante *quum consules negarent* Voss. Lovel. 1. 2. et Gaertn. Verum Crassus Scipionis collega huic altercationi se immiscuisse non videtur.

§ 7 *Quod senatus censuerit, placet; nec de ea re ferre*] Omnes Gall. et Voss. *censuerit ferri, placet*: extra unum Men. in quo *quod senatus censuerit fieri, placet*. Atque ita puto scribendum, etsi plane vox hæc abesse possit. Deinde iidem cum priscis edd. *nec de ea re ferri ad populum patiemur*. J. F. Gron. *Quod senatus censuerit ferri* Flor. Lov. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *quod senatus censuerit fieri* Cant. Lov. 2. et Hearnii L. 1. Crevierius, qui similes lectiones in suis invenerat, et *ferri* et *fieri* spernit, et repetitum putat ex sequenti versu *nec de ea re ferri*. Deinde illud *ferre* demum adparuit in ed. Paris. 1573. Priores cum omnibus scriptis, ut Gronov. emendat, *ferri* præferunt. Mox *recusavit dicere, pro recusabit*, Florent. Voss. Lov. quinque, et Harl. quod Crevier. etiam in Put. et Victor. invenit, ejus loco *recusavit* scribendum judicat.

§ 8 *Si id e republica esse censeret*] *Si de republica* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Harl. *si e republica* Lovel. 4. et 5. Paulo ante *cum collega petit*, pro *petiit*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. Vide ad xxxvii. 45. § 2. *Deinde provinciae ita creditae* Flor. a m. pr. Voss. et Lov. 2. *provinciae ita traditae* Voss. pro varia lectione in margine, et Lov. 3. *Deinde ut Africam*, omisa media præpositione, Flor. Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Vide ad x. 37. § 1. et xxxiii. 41. § 5.

§ 9 *Cum eo exercitu, quem L. Veturius et Q. Cæcilius sortirentur inter se*] Sensus propter sequentia utrumque intelligitur, quod Q. Cæcilio sorte evenit, ut cum consule in Brutiis adversus Hannibalem bellum gereret. Cæterum lector consideret verborum structuram et ordinem, et videbit, nos non frustra dubitasse. *Glar.* Hoc loco laborat Glareanus, et jure: nam non mendosus est solum, sed etiam mansuetus. Quis enim sensus colligi ex illis verbis potest? *cum exercitu, quem L. Veturius et Q. Cæcilius sortirentur inter se*, &c. Demus igitur operam, ut, quoad possimus, germanam sententiam et sinceram lectionem restituamus. Veteres libri ita habent: *cum eo exercitu, quem L. Veturius aut Q. Cæcilius habuit*: optime hæc quidem; verum ad sanandum locum non satis. Repete igitur duo illa nomina, quæ librario parum diligenti causam dederunt errandi, sic: *et ut L. Veturius et Q. Cæcilius sortirentur*. Ita nihil perfectius fingi potest. Sensus est: Consulibus decretæ provinciae, Scipioni Sicilia cum navibus rostratis, Crasso Bruttii cum exercitu aut Veturii aut Cæcili, decretumque est, ut Veturius et Cæcilius sortirentur, aut inter se compararent, uter enim Crasso in Brutiis bellum gereret legionibus duabus, quas Crassus consul reliquisset. Itaque paulo post ait, 'Q. Cæcilio sorte evenit, ut cum consule in Brutiis

adversus Hannibalem bellum gereret:' et post (c. 46.) 'P. Licinius in Bruttios ad duos exercitus consulares venit, ex iis enim sibi sumpsit, quem L. Veturius consul habuerat. Metello, ut, quibus præfuisset, legionibus iis præset, facilius cum assuetis imperio rem^ggesturum ratus, permisit.' Deinde emenda ex vet. lib. *sortirentur, inter se compararent*: cum possim sexcentis Livii locis hoc dicendi genus confirmare, paucis tamen ero contentus. Lib. xxx. c. 1. 'Decreverunt Patres, ut consules inter se compararent, sortirenturve.' Et xxx. 20. 'Ut compararent inter se, aut sorte legerent, qui duo cum prætore ac legatis irent.' Et xxxii. 8. 'Decreverunt Patres, ut provincias Macedoniam atque Italiam consules compararent inter se, sortirenturve.' Et xxxvii. 1. 'Cum senatus aut sortiri aut comparare inter se provincias consules jussisset:' sic ubique. Quare apud Ciceronem ad Lentulum ad Fam. i. 9. ita procul dubio legendum est: *Appius in sermonibus antea dictabat, postea etiam dixit in senatu pulam, sese, si licitum esset, legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam; si curiata lex non esset, comparaturum cum collega, tibi que successurum*. Vulgo enim legitur *separaturum cum collega*. Senatus enim provincias decernebat, consules eas aut sortiebantur, aut inter se comparabant. Raro judicio senatus res permissa est, ut tradit Livius lib. xxxvii. primo. *Sigon.* Mirum in modum manca contaminataque sunt Livii exemplaria librorum imperitorum culpa. Quid enim hæc ejus verba significant? cum dicit *cum eo exercitu, quem L. Veturius et Q. Cæcilius sortirentur inter se*. Quanto rectius igitur et clarius elucescent, si in hunc modum distinctius et plenius legantur hæc pauca verba? *cum uno exercitu, quem L. Veturius aut Q. Metellus haberent: hi sortirentur inter se*.

Pighius in Annal. ad a. DCXLVIII. p. 211. Locus, a Sigonio restitutus, in nostris libris mancus est: quippe Pall. 1. et 2. quem *L. Veturius et Q. Cæcilius sortirentur inter se compararent, ut uter in Bruttii cum duabus legionibus q. c. rel. rem gereret: imperiumque in annum prorogaretur.* Gebh. Et hic sectione indigent vulgati libri. Olim legebatur quem *L. Veturius aut Q. Cæcilius, sortirentur inter se,* exclusis mediis. De quo Glareanum non frustra dubitasse, et nos facile confitemur. Sigonius promittit operam germanæ sententiæ et sinceræ simul lectionis restituendæ. Prodit ex scripto *Cæcilius habuit.* ‘Optime,’ inquit: ‘verum ad locum sanandum non satis: repetenda scilicet duo nomina, quæ librario parum diligenti causam dederint errandi: ita nihil perfectius posse fingi, quam, quem *L. Veturius aut Q. Cæcilius habuit: et ut L. Veturius et Q. Cæcilius sortirentur, aut inter se compararent.* Idque ex illo germanum auctoris esse creditum est. Laudamus conatum: cæterum destituit effectus ejus fiduciam. Quod optimum censet habuit, id nos scimus esse librarii audacioris: nam auctor id verbum ex proximo voluit subandiri: *quas C. Servilius superiore anno habuisset: et quidem eadem inclinatione.* Unde et similiter pronunciamus de modo, quem ponit Pighius ad a. DCXLVIII. existimans, ita distinctius et plenius legi debere: *cum uno exercitu, quem L. Veturius aut Q. Metellus haberet: hi sortirentur, &c.* nam et τὸ haberet Pighii est. Deinde unica cynosura nostra Put. codex sic exhibet: *Q. Cæcilius, ut et sortirentur.* En totam: *alteri cons. Sic. et trig. rostratæ naves, quas C. Serv. sup. anno habuisset: perm., ut in Afr., si id e rep. esse censeret, trujiceret. Att. Bruttii et bell. cum Ann. cum eo ex., quem L. Vct. et Q. Cæc.: hi et sortirentur inter se compararente.* De his postremis nosce quæ diximus ad XLII. 4. *J. F.*

Gran. Adde Gronov. Obs. 1. 10. p. 92. ubi παραδιόρθωσιν Sigonii in loco Cic. notat. *Duk.* Omnes nostri mendosam, quæ in vulgatis exstitit, lectionem servant, nisi quod Hav. præferat cum eo ex., quem *L. Veturius aut Q. Cæcilius hab.*: *sortirentur, interque se compararent, &c.* Se etiam habuisset in Reg. cod. invenisse, profitetur Crevierius.

§ 10 *Imperiumque in annum ei prorogaretur]* Gall. Pall. Voss. ignorant τὸ ei: recte. *J. F. Gron.* Omnes mei, uno et altero ex deterioribus excepto, omnesque Hearnii Oxonn. pronomen ei itidem eiciunt. Vide Gronov. ad XXIII. 15. § 4. et XL. 26. § 8. ubi veram etiam huic loco scripturam vindicavit.

Et ceteris prætoribus consulibusque, qui exercitibus provinciisque præfuturi erant] Et hic æque atque superior depravatus locus est. Non solum autem, quia in vet. lib. ita est, sed etiam quia ita sententia fert, hoc modo legendum est: *et ceteris præter consules prætoresque, qui ex. prov. præf. erant, prorogata imperia sunt.* Sensus est: paulo ante locutus est de provinciis exercitibusque, tam prætoribus, quam consulibus hujus anni decretis: nunc ait, præter consules et prætores eos, qui provinciis præfuturi erant, ceteris quoque prorogata imperia. Dedit autem causam labendi librario vox *præter*, quam in prætoribus temere commutavit. *Sigon.* Non minus corrupte leguntur hæc. Veritas autem historiæ flagitat hæc ita corrigi debere: *et ceteris proprætoribus proconsulibusque, qui ex. prov. præfuerant, prorogata imperia.* Loquitur enim Livius non de magistratibus anni superioris, qui, Cæcilio excepto, provinciis decesserunt omnes, sed de proconsulibus et proprætoribus tantum, qui successores nondum acceperant. His enim et in hunc annum prorogata sunt imperia: ut M. Livio procos. in Etruria, L. Lentulo et L.

Acidino procos. in Hispania, P. Sempronio procos. in Græcia, C. Hostilio propr. Capuæ, et T. Quinctio propr. Tarenti; quemadmodum ex ipso Livio haud dubie colligimus, et ex analibus nostris manifestum fit. *Pighius* in Annal. ad a. 104LVIII. p. 211. Pall. 1. 2. et vet. ed. cum Sigonii libro *et cæteris præter consules prætoresque*. Pal. 3. *et cæteris præter consules prætoribus quatuor ex. prov.* Gebhard. *Pighius cæteris prætoribus proconsulibusque*: deinde præferant. Sed Gallici omnes, unusque Pal. et Voss. *et cæteris præter consules prætoresque, qui ex. prov. præf. erant, prorogatu imperia*: ut Sigonius, cui obtemperasse editores oportuit. *J. F. Gron.* Q. Claudio tamen, qui Tarentum habebat, c. 10. successorem datum fuisse T. Quinctium, ex xxix. 13. intelligitur. Vide Perizon. Animadv. Hist. c. 4. p. 169. Ceteri sunt C. Hostilius Tubulus Capuæ, cap. 10. M. Livius Salinator in Etruria, ibid. et cap. 46. Lentulus et Acidinus in Hispania, c. 38. et fortassis P. Sempronius Tuditanus, quem hoc anno cum imperio in Græcia fuisse l. xxix. capp. 11. et 12. scribit: ita Pighius ad hunc et superiorem annum, etsi ex Livio ipso non satis certum est, hoc an priore anno successor Sulpicio in Græciam missus fuerit. Nam hoc, ut alia de provincialium permutatione, præterit Livius. Qui superiore anno Galliæ, Siciliae, et Sardiniae præferant, prætores hujus anni successores habuerunt, c. 38. *Duk.* Lectio, quam Sigonius ac Gronovius probarunt, non tantum confirmatur auctoritate omnium meorum, et Oxonn. Hearnii Mstorm, sed etiam veterum edd. pro qua demum Froben. 1535. substituit illam, quam iidem Sigon. et Gronov. recte iterum expulerunt.

§ 11 *Q. Cacilio sorte evenit*] *Optimus sorti.* Ut Virgilius Georg. 1v. 165. 'cecidit custodia sorti.' *J. F. Gron.* Non aliter quoque Flor. Vide

quæ notantur ad iv. 37. § 6. xxix. 20. § 4. et xxxi. 6. § 1. Ita Sil. etiam vii. 368. 'queis tunc cecidit custodia sorti:' ubi vide quæ dixi. Eamdem lectionem Plinio Ep. 1v. 12. § 2. ex cod. Mediceo vindicavi ad ix. 39. § 14. Similiter *igni*, pro *igne*: vide ad i. 41. § 3. et iv. 9. § 8. *imbri*, pro *imbre*, xxi. 56. 'Quum neque præ imbri satis decernere possent:' *classi*, pro *classe*: vide ad xxiii. 41. § 8. *amni*, pro *amne*: vide ad xxxii. 10. § 8. et similia alibi. Mox *expectantium*, pro *spectantium*, Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. passim obvia aberratione. Vide ad vi. 33. § 1.

§ 12 *M. Pomponius Matho et Q. Catulus*] Vet. lib. *Q. Catius*, quod probo. Nam supra *Q. Catii* magna mentio, *Q. Catuli* nulla. *Sigon.* *Atque Tatius* Hav. *atque Cautius* Lov. 3. *atque Catius* Flor. Voss. et Lov. 1. ac 2. Legendum itaque ac *Q. Catius*, quod est in Harl. *Q. Catius*, pro *Q. Catulus*, emendandum esse, monuit etiam Pighius in Annal. ad a. 103xxv. pag. 138. et ad a. 103xcv. p. 419.

Et X. pondo argenti facti] Lectio vetus *et simulachra spoliiorum ex mille argenti facta*. Rhenan. Pighius ad a. 103xlv. p. 206. refert corruptam et jam a Rhevano explosam scripturam hujus loci, *et simulachra spoliiorum, et decem pondo argenti facti*. Vide Gronov. de Pec. Vet. 1. 7. *Duk.* Veterum edd. lectionem *et X. pondo argenti facti* servant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. *ex X. pondo argenti facti* Lov. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac D. *X. pondo argenti facti*, omisa priora vocula, Ber. *et mille pondo argenti facti* Hafn. Solent sæpissime notæ numerales ∞ et X. in Mss. commutari. Vide ad xxxiii. 14. § 5.

§ 13 *Neque magnopere tetendisset*] Videtur usurpasse *tetendisset*, pro 'contendisset.' Sic Maro Æn. 11. 220. 'Ille simul manibus tendit dissolvere nodos.' Rhen. Vide ad xxxii. 32. § 7.

§ 14 *Ut, quæ a sociis darentur*] In

vet. lib. est, nisi quæ a sociis, ex quo intelligo legendum esse si quæ a sociis: et cum ait 'et quia impensæ, novæ sententiæ principium esse faciendum, cui altera pars jungitur 'Etruriæ primum populi.' Sigon. Male Sigonius si quæ: certum enim, non dubium erat datum iri. Mss. ni quæ, vel ut in quæ, deinde omnes ab sociis. Lege uti quæ ab sociis. Male idem ordinat periodos: quasi novæ sententiæ principium sit, 'et quia impensæ, cui altera pars jungatur 'Etruriæ primum.' Immo istud cohæret præcedenti membro, sententia autem finitur cum τῷ acciperet. Hoc enim dicit, duo tenuisse Scipionem, ut voluntarios ducere, utque ab sociis accipere, quæ darentur, liceret. Nimirum non vidit τὸ accipere significare 'accipere liceret.' J. F. Gron. Nisi quæ ab sociis Hav. ni quæ ab sociis Lov. 2. 3. vi quæ ab sociis Flor. Lov. 1. et Harl. utque ab sociis Lov. 4. ut quæ a vel ab sociis reliqui. Recte autem Gronov. acciperet per 'accipere liceret' interpretatur. Ita iv. 35. 'Summa vi expugnatum esse, ut tribuni militum consulari potestate et ex plebe crearentur: ' pro creari possent, creari liceret. Mox consulem se adiutores, addito pronomine, Lov. 4.

§ 15 Populonienses ferrum] Antiq. ed. populo in enses ferrum. Pal. 1. Poplōnenses. Pall. 2. et 3. Populonenses. Gebli. Poplōnenses Lov. 1. 2. Populonenses Flor. Voss. Lov. 4. 5. et Hav. Lintea ad vela] Scripsimus in vela. Rhenan. Lintea vela Lov. 3. Reliqui Rhenano consentiunt.

Volaterrani interamenta navium] Quid hoc verbi sit, quod Pall. 1. 3. ingerunt, ignoro. At Pal. 2. liquidius, Volaterrani incramenta navium. Gebli. Put. omnesque Gallici, omnes Flor. (ad sex aut septem hoc loco inspeximus) dno Pall. Barberinus, Voss. Volaterrani interamenta navium. Potest videri 'interamentum,' ut et 'interamen,' ab 'interare' deduci.

Glossarium Interata, ἐξεντερισθέντα. Ejus compositum 'exenterare.' Et 'interior' ostendit, fuisse aliquid 'interus,' ut 'superior, superus, superare: ' unde 'superamenta materialium' l. 55. § 4. D. de Leg. 3. Etiam veteres dixisse interatim pro interim testis est Festus. Sic interamen ἐντερόνεια. Aristophanes Ἰππεύων 1182. Ἔς τὰς τριήρεις ἐντεροείαν. ubi Scholiastes: Τὰ ἐγκόλια, τὰ ἀπὸ τῆς τρύπιδος ἀνερχόμενα ξύλα, ἐντερόνεια καλεῖται. Pollux ii. 4. Ἐντερόνεια τὰ καλούμενα ἐγκόλια τῶν νεῶν. Vix tamen putem 'interare' veteres usurpasse: quum et 'externare,' quam 'exterare,' maluerint, et 'exenterare' potius dixerint a Græco ἔντερα, quam 'exinterare.' Pal. 3. disertè exhibet inceramenta navium: quod etiam atque etiam vide an non præstet. Naves cera piceque oblini, et oblititas olim fuisse notum est. Hinc Julius Pollux inter τὰ τῶν ναπηγῶν ponit πίσσαν et κηρὸν. Plin. xvi. 11. 'zopissam' ait vocari derasam navibus maritimis 'picem cum cera.' Vegetius de Re Milit. v. 14. 'Ardentes sagittæ per balistas in hosticarum navium alveos infiguntur, inunctasque cera et pice et resina tabulas tot fomentis ignium repente succendunt.' Eam mixturam picis cum cera una voce κηρὸν dicunt Græci. Arrianus in Periplo Ponti Euxini non longe a principio: Ἄλλὰ καὶ οἱ ἤλοι καὶ ὁ κηρὸς ἀπεξέσθη, ὡς μηδενὸς ἄλλου ξύλων δεῖσθαι ναπηγησίμων εἰς τὴν κατασκευήν. Et Latini ceram. Vegetius v. 7. 'Colore Veneto cera etiam, qua ungerentur naves, inficitur.' Valer. Flacc. Argon. i. 128. 'tenues subiere latentia ceræ Lumina:' et iterum vs. 479. 'fissaque fluctu Vel pice vel molli conducere vulnera cera:' ita enim legimus eum scripto Oxoniensi, non concludere, ut vulgo. Carrionis etiam codex habuit conducere. Quod verbum, infit ille, nescio, an satis huic loco conveniat. Convenit utique, quum proprie cera

dicatur 'induci.' Eleganter igitur et coëntes inducta cera rimæ dicuntur 'conduci.' Ovid. Met. II. 514. 'spoliataque tegmine ceræ Rima patet.' Lucianus in dial. Charontis et Mercurii: Καὶ κηρὸν, ὡς ἐπιπλάσαι τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνεφώγτα. Hinc et 'ceratæ naves.' Ovid. epist. CEnones vs. 41. 'sectæque trabes, et classe parata Cærnla ceratas accipit unda rates.' Idem Met. XIV. 530. 'fert ecce avidas in pinea Turnus Texta faces, ignesque timent, quibus unda pepercit. Jamque picem et ceras alimenta que cætera flammæ Mulciber urebat.' Hunc igitur κηρὸν Livius vocat *incramenta*, quippe quo incerantur naves. Neque enim ignotum illud Juvenalis x. 55. 'genua incerare Deorum.' Servant hodieque verbum utrumque in vernacula sua Itali. Sed et verba 'cerare' et 'ceratura' sunt apud Columellam XII. 50. Utrum vero mali, arbitretur ipse lector. J. F. Gron. *Interamenta* legit Salmas. ad Solin. pagg. 166. et 781. Duk. *Armamenta* pleræque edd. usque ad Gronov. quæ lectio in nullo mihi codice obvia fuit. *Ferramenta* Hearnii L. 1. *interramenta* Gaertn. *interamenta* Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Earl. Ber. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *incramenta* Lov. 2. Ber. a m. sec. Earl. et unus apud Crevierium, qui hanc præ altera lectione *interamenta* probat. Gronovius in prima ed. nott. insuper addebat duplicem expositionem τοῦ *interamenta*, subgestam ab amicis; vel esse τὸ μεσάτρατον νεῶς; vel esse stupam, et quidquid infereitur sive vasis componendis, sive navium rimis. Testatur autem alterum se longissime sequi, et vestigia semper adorare; et alterius nascenti famæ se flagrantissime studere. Per priorem Salmasinum, per alterum Vlitinum intellexit. Salmas. enim eandem vocis *interamenta* expositionem proposuit locis a Dukero laudatis, suam vero Vlitinus ad Gratii Cynege. vs. 47.

§ 16 *Aretini triginta millia scutorum*] Put. *Arretini* ∞ ∞ ∞ *scutorum*: id est, *tria millia*. Etiam Reg. III. J. F. Gronov. Plerosque scriptos et optimos *tria millia* habere, auctor est Crevierius, quæ lectio apud me in uno tantum superest Hav. IIII. *scutorum* in Lov. 5. et Gaertn. XXX. *scutorum* in Flor. a m. pr. XXX. *scuta* a m. sec. et in Hearnii L. 1. XXX. *scutorum* in Lov. 1. 3. 4. XXVIII. *scutorum* in Lovel. 2. 5. *Arretini* autem legunt Flor. et plerique reliqui. Vide ad IX. 32. § 1. et X. 37. § 4.

Gæsa, hastas longas, millium quinquaginta summam] In cod. est *millium quadraginta summam*, non *quinquaginta*. Rhenan. Hastæ longæ videntur esse, quibus projectis cominus in stataria pugna utebantur; missiles, quas eminus jaculabantur, breviores fuisse probabile est. De utrisque locum Strabonis l. x. p. 448. observavit Lipsius Poliore. IV. 4. Duk. *Gesta* Lov. 4. *gesca* Lov. 5. Vide ad VIII. 8. § 5. Tum *millium XL summam* Hearnii D. ad *millium quinquaginta summam* conjicit Crevier. sensum autem hunc putat, Arretinos pollicitos esse, se pila, gæsa, hastas longas daturus esse eo numero, ut summa omnium simul collectorum esset quinquaginta millium, pari cujusque generis numero; ita ut pila daturi essent circiter 16670. totidem gæsa, totidemque hastas.

§ 17 *Secures, rutra, falces, alveolos, molas*] Hæc omnia, inquit Cæl. Rhodig. VII. 30. facile se a difficultate extricans, sunt classium instrumenta: at, qualia sint, minime explicat. *Rutra* ab 'erundo' seu 'ruendo' deduci, quidam volunt. Nonius a 'radendo' derivatum 'rutrum' putat. Ego sane instrumentum fuisse censeo ferreum, ad erundam terram seu arenam, quam opus esset; quale nos 'batillum' seu 'palam' vocamus, cujus non semel Varro de Re Rust. meminit. Festus ait: 'Rutrum

tenentis juvenis effigies in Capitolio Ephebi fuit, more Græcorum arenam eruentis exercitationis gratia.' Plinius xxxvi. 23. 'Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohærent.' Cato R. R. c. 11. scribit: 'Oportet habere villicum palas sex, rutra quatuor, rastros quadridentes duos.' Varro apud Nonium, voce 'Rutrum': 'Cui Celer Antipatri filius caput rutro displanat.' 'Rutri' diminutivum 'Rutellum.' Lucilius ap. Non. d. l. 'Frummentarius est, modium hic secum atque rutellum Unum affert.' Significans, ut ego interpretor, instrumentum quo fruges in modium congiuntur. Consimile autem instrumentum fuisse *batello*, cujus Varr. de Re Rust. iii. 6. et 1. 50. meminit, conjectari licet. Sicuti et *palæ*, de qua Varro Ling. Lat. iv. pag. 33. et Cato de Re Rust. c. 11. At hæc profecto vel synonyma fuere, vel certe formæ, materia usuve parum distantia. 'Rutrum' sane nauticum instrumentum, seu navale fuisse, ex Livio non ambigendum. Quæ *falces* et *securæ* essent, nulla difficultas. *Alveolos* expono vasa in usum nauticum, ad aquam aliaque hujusmodi adservandam, in navibus adferendam, vel ejiciendam: ita lances et paropsides *alveolos* vocavit Juven. Satyr. vii. 'Cujus et alveolos et lænam pignorat Atreus:' et Satyr. v. 'Illud enim vestris datur alveolis,' &c. Et tabula lusoria, latrunculos recipiens, *alveolus* nuncupatur. Cic. de Finib. v. 20. 'Aut alveolum poscere, aut quære quempiam ludum.' Plinius lib. xxxvii. cap. 2. 'M. Messala pridie Kal. Octob. diem natalis sui egit, transtulit alveum cum tesseris lusoriis: quo sensu *alveolum* pro tabula lusoria dixit Festus l. i. Colum. viii. 5. 'Totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat.' Varro inquit, 'Alveolus est cavata cortex vel vimineum vasculum, in quo quid propter concavitatem reponitur.' Græcis

κυσέλη. D. Hieronymus ad Demet. 'In alveolis fusi vertantur:' et concavata ligna, in quibus apes mellificant, 'alvei' dicti ex Varr. et Plin. lib. xi. et apud Gaium l. 5. § 4. D. de Acquir. Rer. Dom. Etiam navem 'alveus' significat. Propert. iii. 5. 32. 'Portabat sanctos alveus ille viros.' Nisi navim pro alveo interpretemur ibidem: ita et Livius xxi. 26. 'Alveos informes raptim faciebant.' Festus: 'Naustibulum alveus est, ad navis similitudinem factum.' Et 'alveus' locus, per quem aqua fluit, Juristis l. 7. § 5. D. de Acquir. Rer. Dom. Virgil. Æn. vii. 33. 'Adsueta ripis volucres et fluminis alveo.' Ad cujus similitudinem vas amplum in balneis dictum. Cic. pro Cælio cap. 28. 'Ex quibus requiram, quomodo laverint, alveusne illi, an equus Trojanus fuerit.' Apud Caton. cap. 44. vitibus infodiendis 'alveatos sulcos' esse oportere legimus, h. e. excavatos. Ex quibus omnibus satis patere arbitror, *alveolos* vasa fuisse excavata in eum, quem diximus, usum. *Mola* quæ fuerint, a Livio commemoratæ, haud facile est affirmare. Namque non molendinariæ, siquidem in navibus non erant pistrina. Itaque conjicio, fuisse navales machinas seu classicas, ad saxa magna, cujusmodi molaria, jacienda in hostiles naves, ad eas mergendas vel dirumpendas et opprimendas. Ita Statius Theb. v. 386. 'vastæque sudes, fractique molares.' Ovid. Met. iii. 59. 'Aut comes, inquit, ero: dixit, dextraque molarem Sustulit.' Livius xxxi. 46. 'Balistis, catapultisque, et alio omni genere tormentorum tela ingerentes, et pondere ingenti saxa jaciebant.' Illud sane manifestum est, hæc omnia ad naves pertinentia fuisse instrumenta. *M. Donat.* *Molas* intellige frangendo frumento. Vide Lipsium de Milit. Rom. v. 11. et 16. *Duk. Rubra*, pro *rutra*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl. *ratea* Lovel. 3. *intra*

Gaertn. *robra* Hafn. *robora* Hav. *dolabra* Ber. a m. sec. in quo lacuna erat a m. pr. De rutris, quibus in bello utebantur, vide Stewich. ad Veget. II. 25. quo loco etiam Veget. memorat 'alveos, cophinos, quibus portetur terra.' Et sane *alveos*, pro *alveolos*, hic etiam Lov. I. licet tamen vulgatum non putem mutandum. Hinc *naves*, pro *molus*, Flor.

Tritici centum et viginti millia modium] In cod. est *tritici centum viginti millia modium*, sine *et*. Rhen. Inducenda est vox *et* ex meis et ex Rhenani libris. *Sigon*. Voculam et servant omnes nostri. Recte igitur nullus editorum Rhenanum aut Sigonium audivit. Ceterum *centum et triginta*, vel *XXX. millia modium* Lov. 5. et Hearnii L. 1. *modiorum* Lov. 4. Male. Vide ad XXI. 47. § 8.

Et in viaticum decurionibus remigibusque conlutores] Quid collaturos? num centum et viginti millia modium? quid igitur conjunctio *et* ibi posita? Paulo ante etiam 'millium quinquaginta summam' ad 'pila, gæsa, hastas longas' referenda puto, alioqui sensum nullum video. *Glar*. Incredibile est, illa centum et viginti millia modium tritici fuisse viaticum decurionum et remigum, ut Glareanus *τὸ et* delendo videtur voluisse. Non dicit quidem Livius, quid se in horum viaticum collaturos polliciti fuerint, quod Glareanus offendit, sed suppleri potest aptum aliquod nomen. Cic. Verr. II. 59. 'Imperasti, ut iidem pro parte in commune Siciliae conferrent: etiam id contulerunt.' Ceterum, decuriones remigibus præfuisse, ex eo colligi potest, quod his a Livio junguntur. Sed quamnam speciatim partes eorum muneris in navibus fuerint, non traditum est ab iis qui de re et militia navali scripserunt. *Duk*.

§ 18 *Clusini, Rusellani abietes in fabricandus naves*] *Abietem in fabr. naves* est in cod. non *abietes*. Rhen. Prima

vox deest in Lov. I. Deinde *Rusellani* Flor. et Lov. I. ac 5. *Ruselani* Lov. 4. et Ber. *Trucellani* Hafn. *Tursellani* Lov. 3. *Sellani* Hav. et *Sellani* Lov. 2. Vulgatum verum est. Vide Cluver. Ital. Ant. II. 3. 514. et Cellar. Geogr. Ant. II. 9. 451. Deinde *abietes* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Non displicet tamen Rhenani lectio.

§ 19 *Umbriae populi, et præter hos Nursini, et Reatini*] Antiqua lectio *Umbriae populi Nursinique*. Qui hunc locum mutavit, exposuit *que* conjunctionem pro *id est*: et vitiatum locum putans, quod Nursini et Reatini non sunt in Umbria, sed in Sabinis, adiecit ipse dictiones istas *et præter hos*. O errorem dignum qui fuerit magna cura vindicatus! Nos veterem lectionem reduximus. *Rhenan*. Voss. et omnes Gall. *Umbriae populi, et præter hos Nursini, et Reatini, et Amiternini*. Hic iterum de nihilo vaticinatur Rhenanus, quæ piget referre. *J. F. Gron*. Potius hic codex, quem Rhenanus adhibuit, et cum eo Hearnii D. lapsi sunt. Omnes mei, et reliqui Hearnii Oxon. priorum edd. lectionem vindicant. Mox *Sabinusque ager omnia* Jac. Gronov. edidit, priscae edd. secutus; quibus adsentiuntur tantum non omnes mei, et Hearnii L. 1. Frobenius 1535. alique usque ad eundem Gronov. inverso ordine dederant *Sabinusque omnia ager*.

Marrucinique, multi voluntarii nomina in classem dederunt] *Voluntaria* Voss. Lov. I. 2. 3. Harl. et Hav. *Marrucinique milites voluntaria nomina* Lov. 5. Voces *multi voluntarii* deerant in Hearnii D.

§ 20 *Camertes, quum æquo fadere cum Romanis essent*] *Sigon*. de Ant. Jur. Ital. I. 21. dicit, his verbis significari, ceteris populis exiguam, Camertibus, qui propter æquitatem fœderis nihil debebant, maximam laudem fuisse tribuendam. Sed ceterorum quoque populorum, non minus

quam Camertium, voluntariam fuisse collationem, nec eos illa, quæ Livius dicit, ex formula fœderis debuisse dare, ex tota hujus rei narratione patet. Quod autem eodem lib. c. 17. scribit, cum Camertibus a. ccccxlvi. amicitiam initam fuisse, probabile est ex iis quæ apud Livium ix. 36. leguntur. *Duk. Cameris* Flor. Lov. 2. et Harl. *Camerites* Hav. *Camerates* Lov. 4. et Rec. *Camerinenses* Lov. 5. *Camarinenses* Gaertn. Deinde æquo animo vel fœdere Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav.

§ 21 *Quam ex silvis detracta materia esset*] Scripsimus *quam ex silvis materia detracta erat*, pro *esset*. Rhenanus. *Cum ex silvis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Male: *quam* hic Livio ordinaria locutione ponitur pro 'postquam.' Vide ad iv. 7. § 1. vi. 29. § 10. et xxviii. 16. § 14. *Detracta materia erat* etiam omnes mei, præter Ber. et Gaertn. in quibus *esset* superest.

CAP. XLVI. § 1 *Septem ferme millibus in naves inpositis*] Pal. 3. *LIII. ferme millibus*. Cæterum primus in *navibus*. Gebh. *LIII. ferme millibus* Hearnii D. *millia in naves inposita sunt* Lgv. 5. *impositi sunt* Hearnii L. 1.

§ 3 *Metello, quibus præfuisset legionibus, iis præcisset*] Pall. 1. 3. et vet. ed. *ut quibus*. Pal. 2. *Metello autem, ut quibus*. Gebhard. *Put. Reg. dno Pall. Metello, ut quibus*. Pal. 3. *Metello autem, ut quibus*. Dein tria postrema verba nullo in Gall. conspiciuntur, unde suspicor esse spuria, et scribendum, *Metello, quibus præf.*, (*facilius cum adsuctis imperio rem gesturum ratus*) *permisit*. Permisit ei milites, quibus præfuisset. Semper illi adjecerunt scripturæ veteri, quum potius ex ea tolli aliquid deberet: ut hic particula *ut*. J. F. Gron. *Metello, ut quibus præfuisset* omnes non tantum codd. quibus usus sum, sed etiam typis exarati usque ad Paris. qui an.

1573. primi tò *ut* omiserunt. Deinde tria ultima vocabula exulant etiam a Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. Gronovio adsentienti non adversabor; an tamen tria illa vocabula exciderunt librariorum culpa, ob vocum *præfuisset* et *præcisset* similitudinem?

Facilius cum adsuetis imperio rem gesturum ratus] Livius vi. 9. 'Quamquam expertum exercitum adsuetumque imperio mallet, nihil recnsavit.'

§ 4 *Regionem, a fossa Græca ad mare versam*] In Pal. 1. deficit præpositio a. Pal. 3. *a fossa Græca ad mare egressum*. Gebh. Præpositio *a* etiam exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav.

§ 5 *Quantæ pecuniæ ager judicatus esset*] *Æstimatus* aliter dixisset. Vide igitur ne *indicatus* sit legendum, quia iudici decima pars ejus pecuniæ proposita esset. *Sabell. Venditus esset* Lov. 3. et Hav. *judicatus est* Lov. 5. *judicatus esset* Ber. Lov. 4. Gaertn. *indictus esset* Lov. 2. Voss. Harl. et Hafn. *indicatus* reliqui recte; quæ vox passim cum 'judicatus' et 'indictus' commutari solet. De priori infra videbimus ad Epit. Liv. l. LXIII. posterioris erroris exemplum habuimus ad iv. 15. § 3.

§ 6 *Ubi cuique ex senatusconsulto liceret habitare, ibi habitarent*] Ex fide vetusti voluminis emendavimus *ubicunque ex S. C. liceret, habitarent*, duobus verbis *habitare* et *ibi* sublatis. Quod vero mox præcedit *Et Cn. Servilio prætori urbis*, in veteri codice est *PR. urbs.* (debebat esse *VRB.*) *mallem prætor urbanus*, quam *prætor urbis*, non hic solum, sed et aliis apud Livium locis. *Rhenan. Pall. Cn. Servilio*: sicut inferius *Cn. Servilio negotium datum*. Gebh. *Ex SC. liceret, habitarent* brevius Rhenanus, et placeret, nisi, quod immutavit ille, *ut Campani cives, ubi cuique ex senatusc. liceret habitare, ibi habitarent*, quasi de compacto omnes Gallicani et Voss. quorum fides apud me paullo major,

quam illius, qui Rhenanum circumduxit. *J. F. Gron.* Ubicumque, quod Rhenanus pro *ubi cuique* substitutum voluit, itidem inveni in Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina antiquioribus. Sed alterum servant optimi, idque præferendum videtur, quia non una omnium Campanorum conditio fuit, neque in eodem loco habitare potuerunt. Aliis enim locum, ubi habitarent, trans Tiberim datum, alios eis Lirim Romam versus, alios eis Vulturum emotos fuisse, Livius narravit xxvi. 34. Deinde eidem Rhenano τὰ *habitare ibi* expungenti concinunt Lov. 3. et Hearnii Oxonn. sola vox *habitare* deest in Lov. 5. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Sed reliqui mei constanter *liceret habitare, ibi habitarent.* Paulo ante *Et P. Servilio* Lov. 5. Gaertn. Rec. et Hearnii D. C. *Servilio* edd. Modii, Gruteri, Dan. Heinsii, et Gronovii prima, unde Gebhardus monuit se in Pall. Cn. *Servilio* invenisse, quod et reliqui mei cum prioribus edd. servant. Denique *pratori urbis* omnes mei. Vide ad xxv. 1. § 11.

§ 7 *Triginta ferme rostratis navibus*] *Tdferme* non adparet in Ber. et edd. ante Aldum; in Flor. etiam inter versus a m. recentiore adscribitur. Et sane ea vox mox sequitur. Paulo ante *Balearum*, vel *Buliarum* Florent. Lov. 1. 2. 4. et Hav. In sequentibus XI. *millia peditum*, pro *duodecim*, Rec. et Hearnii D. XX. *millia peditum* Lov. 5.

§ 9 *Ingauni (Ligurum ea gens est) bellum ea tempestate gerebant cum Epanteriiis*] ‘Albigannus’ est oppidum, auctore Strabone iv. 202. cuius incolæ ‘Ligures Ingauni’ appellantur. Meminit et Ptolemæus, et Plin. iii. 5. De *Epanteriiis* nihil apud idoneos invenio auctores: fortassis nomen vel corruptum, vel vetustate abolitum. *Glar.* Cum *Pantheriis* Lov. 2. 4. et Hearnii D. cum *Pantheriis* Hearnii L. 1. Quum autem ‘Epanterii’

ratione Ingaunorum ‘montani’ vocentur, eos supra Albingaunum oppidum Alpina juga incoluisse, existimat Cluver. Ital. Ant. i. 8. 60. Contra Doujatius nomen corruptum existimat, ac scribendum esse *cum Intimeliis*. At ex Strabone colligendum videtur, Intemelios æque atque Ingaunos fuisse maritimos; certe iv. 202. eorum urbes Albiium Intemelium et Albingaunum maritimas, ἐπὶ τῇ θαλάσσει vocat. Præstat igitur nihil mutari, et Epanterios referre inter populos, quorum memoria nobis a solo Livio servata est.

§ 10 *In stationem ad presidium relictis*] Scripsimus [in statione. Et mox eo trajecturum esse expunximus adverbium eo. Rhenan. *In stationem* Ber. et Gaertn. *in stationum* Lov. 1. Reliqui *in statione*. Deinde voculam eo ignorant etiam omnes mei, et quædam ex vetustioribus edd. Sequens esse etiam deest in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. Paulo ante *Avone*, pro *Savone*, Flor. Voss. Lov. 1. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. prima litera intercepta ab ultima vocis præced. Vide ad xxxvii. 29. § 5. *Avonæ* Haverk. *Anore* Lov. 4. *anoro* Lov. 2. Insuper XX. *longis navibus* Harl.

§ 11 *Montanos instituit obpugnare*] Reposuimus *montanos instituit oppugnare*, quod *instituit* corrupte legitur in vulgatis edd. Sic de Marcello Livius xxvii. 1. ‘Vestigiis instituit sequi.’ *Rhenan.* *Institit* Beatus. At omnes nostri *instituit*. Hand ignoro xxiv. 46. legi, ‘Fabius ab Suessula profectus Arpos primum instituit oppugnare.’ Et apud Curtium ix. 1. ‘Rursus aliam partem secare instituit.’ Et huiusmodi permulta. Sed quum utrumque bonum sit, prævalere debet, vetustiorum atque integriorum librorum auctoritate quod est fulcitum. Noster xxix. 13. ‘Consules delectum habere instituerunt.’ Cæsar de B. Gall. vii. 12. ‘Ille op-

pidum Biturigum, positum in via, Noviodnnum oppugnare instituerat.' De B. Gall. lib. III. in fine cap. 28. 'Qui longe alia ratione, ac reliqui Galli, bellum agere instituerunt.' Sic præstantes in Andibus membranæ: vulgo olim *bellum gerere cæperunt*. Doctissimorum virorum ed. *gerere instituerunt*. Nempe unum deerat. Rursus VI. 1. 'Delectum habere instituit.' Et c. 8. 'Facere pontem instituit.' VII. 27. 'Directisque operibus, quæ facere instituerat.' J. F. Gron. Hæc ubique permutantur. Vide Riv. et alios ad Terentii Hec. III. 3. 21. et Grævium ad Sueton. Gramm. c. 21. *Duk*. *Institit* ex cod. suo reposuisse Rhenanus videtur, siquidem ita etiam præferat Rec. Negari nequit, id verbum eo sensu Livio aliisque in frequenti usu fuisse. Exempla vide ad xxx. 12. § 18. Non propterea tamen, vel omnibus, vel plerisque et optimis membranarum invitis, ubique eadem locutio scriptoribus obtrudenda est; sed, ut Gronov. hic recte monet, integerrimorum codicum auctoritate in ea re standum est, præsertim quum etiam 'instituto' eadem significatione passim adhibitum sit. Supra II. 27. 'Plebi creverant animi, et longe alia, quam primo instituerant, via grassabantur.' III. 62. 'Ego, ut in dies spes virtusque vestra crescat, eadem, qua institui, disciplina efficiam.' IV. 22. 'Agere in arcem cuniculum instituit.' xxxviii. 7. 'Cuniculum occultum agere instituit.' XL. 39. 'Omissis, quæ agere instituerat.' XLIII. 19. 'Aggerem a parte superiore ducere instituit.' Cic. de Amic. c. 25. 'Is primum instituit in forum versus agere cum populo.' Justinus VIII. 3. 'Piraticam quoque exercere instituit.' Gellius XII. 1. 'Fabulari instituit prolixius: ubi vide Jac. Gronov. Adde Burm. ad Quinct. Instit. I. 5. p. 69. et ad Suet. Vitell. c. 2. ubi recte vulgatum adversus Græv.

institit, pro *instituit*, ex conjectura emendantem, tuetur. Hoc loco ceteri, quos consului, Mss. omnesque Hearnii Oxonn. *instituit* servant; in paucissimis vero, quæ *institit* præferunt, librarios lapsos esse credendum est. Eadem voces etiam commutantur VIII. 38. § 5. xxx. 12. § 18. xxxv. 11. § 3. Similiter 'constitit' et 'constituit,' de quo vide ad xxvii. 16. § 11.

§ 12 *Ea literis cognita, &c. curam ingentem accenderunt*] Verbum hujus periodi non est *accenderunt*, ceu vulgo legitur, sed *accendit*, in volumine scripto. Quare non ambigo, scripsisse Livium, *Ea res lit. cogn. Sp. Lucr., ne frustra Asdrubale cum exercitu deleto bien. ante for. læt., si par aliud inde bell., duce tant. mut., oriretur, curam ing. accendit Patribus*. Rhenan. Ut liber Rhenani, Put. et omnes Gall. Vossianusque, *oreretur, curam ingentem accendit Patribus*. Itaque, ut respondeat oratio superior, de conjectura ille, 'Ea res literis cognita.' Sed nusquam τὸ *res* invenimus. Sensus tamen hujusmodi quid requirit, nisi τὸ *ea* velis referre ad *fama* ex illis quæ præcedunt: 'Et crescebat exercitus indies, ad famam nominis ejus Gallis undique confluentibus.' Non enim ferent, opinor, si ausim, *Eo literis cognito, &c. cura ingens accendi Patribus*. J. F. Gronov. Ex omnibus meis codd. unicus Ber. habet *accenderunt*, reliqui omnes cum Hearnii L. 1. et D. *accendit*. Eo itaque recepto, potius legendum cum Rhenano *Ea res literis cognita* existimo, quam ut cum Gronov. pronomen *Ea* referam ad præcedens *fama*. Mecum sensit Crevier. Præterea *oreretur* etiam Flor. a m. pr. Sed de eo vide ad xxiii. 16. § 7.

§ 13 *Duas urbanas legiones, cui imperio videretur dato, ex urbe duci*] Nulli habent τὸ *duas*. Præterea, ctsi nihil in his verbis mutant, commodius tamen erit, *legiones, imperio, cui vide-*

retur, dato ex urbe. Aut saltem sic intelligendum alterum. Pighius ad a. DCLVIII. p. 212. legit *cui populo videretur, imperio dato*. Sed non aliter capienda vetus lectio, quam enriata lege imperio dato. *J. F. Gron.* Meorum tres tantum Lov. 5. Ber. et Gaertn. duas agnoscunt. Ceteri recte omiserunt. Deinde *imperio, cui videretur, dato* Lov. 3. et 4. *cui videretur, imperio dato* Lov. 5. Alterutrum verum est. Neque opus, ut cum Pighio legamus *cui populo videretur imperio dato*. Sponte enim patet, ut Gronovius monnit, ita intelligendum esse, prætori hic potestatem factam legionibus urbanis ex urbe ducendis præficiendi quem vellet, verum hac lege, ut is ante lege enriata imperium acciperet. Eodem modo accipiendum, si magistratibus, ut consulibus vel prætoribus, datur jus mittendi cum imperio, quos videretur, xxiii. 34. l. xxxi. capp. 3. et 8. et alibi. Paulo ante *si e re p. R. censeret esse* Lov. 1. 2. An voluerunt *e republica P. R.* id est, populi Romani? Vide de illa formula Gronov. Obs. iv. 14.

§ 14 *Naves onerariæ Pænorum, &c. qui provincia præerat, captæ. Eas Cælius*] Hic *onerarius* Men. deinde *præerat captas* Put. Reg. Men. Voss. Præterea inferius, ubi vulgo *Carthaginem portantes captas, tradit*, omnis, manus veterum *Carthaginem perportantes, tradit*, expuncto τῶν *captas*. Neque habent prisæ edd. ante Rhenanum, qui, ut fatetur ipse, illud insernit. Ego vero, his omnibus pensis, deleto supervacuo pronomine *cas*, ita scribendum, et utramque periodum connectendam existimo: *Eisdem diebus naves on. Pæn. ad oct. circa Sard. ab Cn. Oct. qui prov. præerat, captas, C. frum. misso ad Ann. comm. onustas, Vul. prædam Etruscam Lig. mont. capt. Carth. perportantes, tradit.* En rotundissimam et prorsus Livianam periodum! Quum librarius hæsitans, *captæ* acciperet an *captas*, u-

tramque lectionem breviter posuisset, (ut adsolet fieri in sanctoribus codd.) *captæ*as, fecit aliquis exinde *captæ eas*. Sic xxix. 7. 'Omnibus ad oppugnationibus emparatis' optimus liber, pro *oppugnationibus paratis*. Ne quid tamen dissimulem, ille antiquissimus omnium *perportantes*. Itaque possis suspicari, per errorem librarii primam vocis syllabam repetitam esse. Sed Reg. Pet. Pal. Men. Voss. *perportantes*. Neque video cur *perportantes*, perinde ut *perferentes*, dici non possit. Sic 'perpopulati' amat, sic 'perpacata loca,' sic 'percuratum vulnus.' *J. F. Gron.* Emendationem Gronovii fide suorum L. 1. et N. firmari, Hearnius tradit: *onerariæ* est in omnibus meis. Tum ad XXX. in Hearnii D. Omnes deinde legunt *captæ. Eas*, nisi quod *captæ sunt. Eas* præferat Lov. 2. Hinc *portantes* Lov. 5. Ber. et Gaertn. *deportantes* Lov. 2. *perportantes* ceteri. Nullus denique *captas* a Rhenano additum agnoscit.

Ab C. Octavio] Vet. lib. *ab Cn. Octavio*: itemque ita supra ubique. *Sigon.* Mirum, non tantum plerosque codd. sed etiam edd. quæ c. 38. et xxix. 13. atque alibi recte *Cn.* vel *Gn.* prænomen Octavio tribuunt, hic tamen mendose, quasi conspiratione facta, *Caii* prænomen præferre. Ceteroquin ita sæpe errarunt librarii. Vide ad vii. 3. § 3.

Cælius frumento misso] *Cælius* scribendum ex nummis argenteis et Græcis libris. *Sigon.* Vide quædam ad iii. 65. § 2.

Captivos Karthaginem portantes tradit] Heic participium *captas* defuit, quod nos inseruimus *portantes, captas tradit*. Rhenan. Solus Pal. 3. *portantes, captas tradit*. Pal. 1. *perportantes tradit*. Pal. 2. *deportantes tradit*. Gebh. Vide hoc §.

§ 15 *Nihil ferme anno eo memorabile gestum est*] Verbum substantivum (ut sæpe alias, ubi facile intelligitur,

non exprimitur) exsulat Pnt. omnibusque Gallicanis, et Voss. *J. F. Gron.* Exsulat etiam a Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hav. Rec. et Hearnii Oxonn. Deinde *actum*, pro *gestum*, Lov. 4. Rec. et Hearnii D. Vide ad xxii. 28. § 1.

Supra morbum etiam fames adflixit] Castigavimus *super morbum*, id est, 'præter morbum.' Sic Sueton. Oth. c. 5. 'Instigante super animi dolorem etiam æris alieni magnitudine.' Item in Domit. c. 3. 'Super ingenii naturam inopia rapax.' *Rhenan.* *Super* etiam omnes mei. De ea præpositione hoc sensu vide ad xxxviii. 43. § 1. Solent autem librarii 'super' et 'supra' in Mss. commutare. Vide ad xxiii. 36. § 4.

§ 16 *Propter Junonis Laciniaæ templum æstatem Hannibal egit*] *Pro Junonis Laciniaæ templum* Flor. et Voss. *Pro Junonis Laciniaæ templo* Haverk. *Prope Junonis Laciniaæ templo* Lov. 2. *Prope Junonis Laciniaæ templum* Lov. 3. 4. et Ber. a m. pr. Sed nihil muto. *Propter* hic pro 'juxta,' 'prope' ponitur, ex ejus interpretatione ac glossa altera lectio nata est. Vide ad Epit. Liv. l. xlix. Tum *hanc æstatem* Lov. 3. *æstate Hannibal egit* Flor. Cant. Voss. Lov. 5. Harl. et Gaertn. Sed vulgatum præfero. Vide ad xxxv. 40. § 8. Mox *rerum gestarum*, omissis vocibus mediis *ab se*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav.

LIBER XXIX.

CAP. I. § 2 *Ex iis trecentos juvenes, florentes ætate et virium robore, inermes circa se habebat*] Quia sequitur, 'quem ad usum neque centuriati, neque armati servarentur,' ausus est quispiam, pro *insignes, inermes* supponere. Fuit in causa, quod verba perperam distinxisset, nimirum sic: *florentes ætate et virium robore, insignes circa se habebat*. Nos vero sic legimus et distinguimus: *florentes ætate, et virium robore insignes circa se habebat*, astipulante codice veteri. *Rhenan*. Centuriati erant voluntarii Scipionis milites, at non hi trecenti. Nota igitur locutionem, tum quid referat *ex iis*. *Glar*. *Ex iis* accipiendum est pro 'præter eos,' quos centuriatos habebat, trecentos juvenes non centuriatos habebat: sic vi. 1. 'Alia ex eis edita etiam in vulgus:' *ex eis*, id est, præter regias leges, et æneas tabulas. Utroque in loco laborat Glareanus sine causa. *Sigon*. Immutavit vir præcipitis ingenii Rhenanus legitimam lectionem quæ talis est habitans in Pall. 1. 2. et vet. ed. *florentes ætate et virium robore, inermis circa se habebat*. Sequitur enim paullo post, 'læto conditionem accipienti unum ex trecentis, quos inermes habebat, tradit.' Contra Pal. 3. *florentes ætate virium robore insignis circa se habebat*. In Spirensi similia vestigia secutus extrusit legitimam lectionem. *Gebh*. Et Glareanus hic nodum quærit in scipio, et Sigonius frustra subtilis. Neque enim *ex iis* est 'præter eos,' ut *τὸ ἰὺς* referatur ad centuriatos. Sed *ex iis*, puta 'voluntariis,' habebat trecentos inermes, quos non centu-

riavit: quos stupidus sit oportet, qui dubitet an fuerint alii præter centuriatos. Hoc ergo non exprimitur, neque opus est, ut communis sermo hominum paullo consideratius loquentium prodit. Neque vero ausus est quisquam supponere, pro *insignes, inermes*, ut ariolatur Rhenanus, sed omnes Gall. Pall. Flor. Voss. Barberinus, *ex iis trecentos juvenes, florentes ætate et virium robore, inermes circa se habebat*. Ergo veterem lectionem reposuimus: nam alterum *insignes* deprehendimus tantum in duobus recentissimæ manus: *robore insignes inermes*. Quod adjectum ab illis, qui non videbant, *τὸ robore* æque pendere ab *τῷ florentes*. Narrat idem paullo aliter Val. Max. lib. vii. c. 3. Videtur autem Scipio id consilii cepisse ab Agesilao Lacedæmoniorum rege, in cuius vita Plutarchus p. 600. Ἀναχωρήσας εἰς Ἐφεσον ἵππικὸν συνήγε, τοῖς εὐπόροις προειπὼν, εἰ μὴ βούλονται στρατεύεσθαι, παρασχέιν ἕκαστον ἵππον ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ ἄνδρα. Πολλοὶ δὲ ἦσαν οὗτοι, καὶ συνέβαινε τῷ Ἀγησιλάῳ ταχὺ πολλοὺς καὶ πολεμικοὺς ἔχειν ἵππεῖς ἀντὶ ψιλῶν ὀπλιτῶν. J. F. Gron. Omnes mei *inermes* servant. Ex suis vero solum D. laudat Hearnius, qui Rhenani emendationem comprobet.

§ 5 *Ubi dies, quæ dicta erat, advenit, et arma equosque ostenderunt*] Scripsimus *arma equosque ostenderunt*, et particula dispuncta. *Rhenan*. *Quæ edita erat* Lov. 4. Hearnii D. et edd. antiqq. pro quo Lugdun. 1553. mox Paris. 1573. *dicta* substituerunt; probantibus eam scripturam reliquis codd. nisi quod *edita* sit in Lov. 5.

'Dictus' et 'edictus' solent in Mss. commutari. Vide ad ix. 14. § 2. Similiter 'editus' et 'edictus:' vide ad xxi. 62. § 7. Præterea Rhenani et expungentis emendationem probant omnes mei, excepto Ber. qui servat.

§ 6 *Malle eos sibi tunc fateri, quam postmodum*] Reposuimus *malle eos sibi jam tunc fateri*. Rhenan. Scripti *malle eos se jam tum fateri, quam postmodo querentes*. J. F. Gron. *Si pro sibi Put.* apud Crevierium, et Flor. a m. pr. *sibi* a m. sec. *se* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Hav. et Hearnii Oxonn. Deinde *jam tum fateri* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Vide ad i. 41. § 7. Præterea *postmodo* Flor. a m. pr. Voss. et Lov. 2. 3. ac 4. Vide ad xxv. 38. § 12. Panllo ante vocula *ita* deficit in Flor. Voss. a m. pr. Lov. 2. Harl. et Hav.

§ 7 *Cum bona venia se auditurum*] Pal. 2. *exauditurum*. Gebh. Ita nullus meorum.

Si sibi, utrum velit, liberum esset, nolle militare: tum Scipio ei: Quando igitur] Reposuimus *utrum vellet, pro velit*. Rhenan. Scripti *utrum velit, liberum, &c.* Quoniam igitur, *adulescens*. Leve hoc: consensum tamen omnium Gall. et Voss. spernere non debuimus. J. F. Gron. *Velit* etiam omnes nostri, nisi quod voces *utrum velit* desint in Lov. 4. Codici itaque Rhenani, a reliquorum omnium consensu destituito, merito Gronovius fidem abrogavit: quemadmodum nec credo Msto Rec. *liberum dicere esset* exhibenti. Deinde *Quoniam igitur* omnes mei; cui merito typographorum somnium *quando* postponimus. Solent ceteroquin hæ voces in Mss. confundi. Vide ad ix. 8. § 5. Insuper *tum Scipio: et quoniam* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Crevierius eandem lectionem in Put. et Victor. invenit; et libenter totum illud sive *et*, sive *ei*, resecari pateretur; quod etiam deest in Lov. 3. Denique *udu-*

lescens etiam Flor. Vide ad vi. 34. § 11.

§ 8 *Et tecum hinc extemplo domum ducas*] Pal. 3. *et tecum ext. ex hinc domum reduco*. Gebh. *Domum* non adparet in Gaertn. Mox *exerceasque* Harl.

Docendum cures, equo tradito armisque] Jam ante dixerat, *equum armaque tradas*: addit iterum *equo tradito armisque*. Bene, mehercule, et sollicitate monet Scipio. Sed glossema est, quod non reperias sine libro. Abest a veteri *tradito*: rectissime. 'Docere equo,' 'docere armis' eleganter: et duo Scipio edixit, ut traderent arma et equos; deinde ut juvenes illos, equestris militiæ ignaros, docerent uti equo, et armis ad equum. Lipsius, Epist. Quæst. i. 3. *Docendum cures equo armisque* libri plerique Mss. nisi quod Pal. 3. *equo, armis*. Vet. ed. continet *equo tradito armisque*, quod recte Lipsius emendavit. Gebh. Omnes iidem cum Pall. *docendum cures equo armisque*. Cicero ad Pætum ad Fam. ix. 22. 'Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen.' Catone majore c. 8. 'Discebant enim fidibus antiqui.' J. F. Gron. Vox *tradito* deest etiam in omnibus meis, præterquam in Ber.

§ 9 *Lato conditionem accipienti unum ex trecentis*] Cui *lato* Pal. 3. Sed Pal. 2. *Lato cond. accipienti extemplo unum ex trecentis*. Gebh. Cui *lato* Lov. 5. Harl. Rec. Ber. Gaertn. Hearnii D. et edd. vett. Sed recte jam Aldus pronomen omisit. Est enim ex numero eorum, quibus nasutiores orationem Livii, male, ut putabant, cohærentem, connectere et fulcire conati sunt.

§ 10 *Docendorum atque exercendorum curam*] Voces *atque exercendorum* exsulant a Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. Mox § seq. desunt etiam voces *multisque præliis rempublicam* in Flor. Voss. Lov. 1. et Hav.

§ 13 *Nihil enim parum, sed Kar-*

thaginis jam excidia agitabat animo] Pall. 2. 3. *nihil enim parvum.* Pal. 1. *nihil enim rerum.* Amplius Pal. 3. *cogitabat animo.* Gebh. *Nihil enim parum operarum errore exstat in edd.* Modii, ac primis Gruteri, qui id ipse in postrema iterum correxit: *nihil enim rerum* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *nihil enim reum* Flor. Tam *excidia* contra codd. omnium fidem iterum dedit Clericus; quem, nescio qua de causa, secutus est Crevierius. Vide ad v. 15. § 9. Quod autem in uno Gebhardi Pal. *cogitabat animo* legitur, ex interpretis glossa natum puto. Vide ad xxv. 36. § 5.

§ 14 *Inde exercitum per oppida dispertit: frumentum Siculorum civitatibus imperat]* Pal. 3. *inde exercitu per oppida dispertito, frumentum Siculorum civitatibus imperat.* At Pal. 2. exhibet *dispartit*. Porro Pal. 1. *imperans.* Gebh. *Frumentumque Sic. cic. imperans* Lov. 4. *frumentum Sic. civ. imperans* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *dispartit* Lov. 2. Ber. Gaertn. et edd. Rom. 1472. Parm. ac Mediol. 1480. Vide ad xxxviii. 36. § 8.

§ 15 *Nondum ex magnis belli motibus satis tranquillas]* *Nondum magnis belli motibus* Flor. *nondum ex magni belli motibus* Lov. 2. Tò *satis* deest in Ber. a m. pr. et quibusdam edd. Moguntina prioribus. Paulo ante *Paratis omnibus* Gaertn.

§ 17 *Judiciis etiam in pertinacis ad obtinendam injuriam redditis]* Pal. 3. *judiciis etiam pertinacis ad optinendam inj. suas res Syr. restituit: non tantum ipsa ea res, sed omnibus Siciliae populis rata fuit.* Gebh. Tacitus Hist. II. 84. 'Ipso Vespasiano inter initia imperii ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante.' Videndus ibi est Gronovius. *Dak. Ad opprimendam injuriam* Lov. 3.

§ 18 *Eoque enixius bellum adjuverunt]* Vet. lib. *ad bellum.* Sigon. Pall. dno, et vet. ed. *ad bellum adjuv.* Gebh. Put. Reg. Men. Voss. duo Pall. cum

Signoniano *coque enixius ad bellum adjuverunt.* Cic. pro Quinct. c. 23. 'Ut omnes intelligant, non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum, auctoritatem adjuvare.' Pro Archia c. 7. 'Qui profecto si nihil ad percipiendam colendamque virtutem literis adjuvarentur, nunquam se ad earum studium contulissent: ubi *adjuvantur* est adjnti fuissent: nisi malis legere *adjuvaremur.* Plinius xxxi. 10. 'Adjvat ad claritatem: ut ibi monimus ex Mss. J. F. Gron. *Ad bellum* etiam Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. ac vet. edd. Præpositionem demum Frob. 1535. omiserat, quam loco restitui. Similiter 'adjutor ad aliquid' apud Cic. frequens est. Ita de Amic. c. 10. 'Ut aut libidinis ministri, aut adjutores essent ad injuriam.' De Off. II. 15. 'Eo plures ad benigne faciendum adjutores habebant.' Pro Domo c. 12. 'Adjutor ad rem perficiendam fuit.' Pro Rosc. Am. c. 2. 'Ut ad hanc suam prædam adjutores vos profiteamini.'

§ 19 *Conciente Ilergetes Indibili]* Vetus lectio *conciente Ilergete Indibiti.* Subauditur 'bellum,' quod præcedit. *Rhenan. Ilergete* est correctio Rhenani. A Pall. 1. 2. et vet. ed. abest τὸ *Ilergete*, at ab Pal. 3. τὸ *Indibili.* Gebh. *Ilergete* non adparet item in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Ascens. 1513. *Ilergetes* autem, quod recte displicuit Rhenano, in nullo superest scripto vel ed. vet. sed demum exstitit in ed. Ald. quum Asc. memorata et Mog. edd. *Ilergete* etiam præferant. Paulo ante *Eudem tempestate* Hearnii D. Deinde in *Hispania* deest in Lov. 4. Tandem *ingens coortum bellum* Ber. *coortum est ingens bellum* Hav.

§ 20 *Ceteris ab Hannibale interfectis, rebatur]* Paulo post *Hæc aliaque dicendo.* Non nego *rebatur* etiam de eo

dici posse, qui animi sententiam verbis exprimit: sed tamen suspectum est. Sæpe quædam hujus generis in orationibus inculcata sunt. *Duk. Rebantur* vulgo edebatur ante J. F. Gronov. idque invenio in Flor. a m. sec. Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. eodemque ducunt vestigia illorum codd. qui, pro *interfectis rebantur*, exhibent corruptius *interficiebantur*. Tales sunt Flor. a m. pr. Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. Sed *rebat* præstat. De uno enim Indibili sermonem esse, iude patet, quod mox subjungatur, 'Hæc aliaque dicendo concitat.' Tandem *rebat* non adparet in Lov. 3.

Eo nec in Hispaniam, cæsis Scipionibus] Omnes in *Hispania*. Coniungenda enim hæc cum *cæsis Scipionibus*, non cum τῶν mitterent: ad quod intelligitur 'eodem,' vel 'in eam.' J. F. Gron. In *Hispania* etiam omnes mei, cum Hearnii N.

§ 21 *Quod nomina tantum ducum in Hispania Romani habebant]* Vetus lectio *Romani habebant*. Rhenan. De hoc usu vocis *nomen* vide ad v. 18. Heins. ad Vell. Pat. II. 30. Græv. ad Cic. Parad. c. 4. et ad Att. v. 15. 'appellationem' vocat Suet. in Cæs. c. 77. 'Nihil esse rempublicam; appellationem modo, ac sine corpore speciem:' ita ibi recte legunt viri docti. *Duk. Habebant* apud me superest in Flor. Voss. Lov. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N.

§ 22 *Trepida omnia et inconditam inde turbam tironum]* Submovimus dictionem *inde*. Et distinximus § seq. *nec in vicem his, aut illis*. Rhenan. Pall. duo, *Trepida omnia, ut inconditam turbam tironum, esse*. Gebli. Omnes *Trepida omnia, ut inconditam turbam tironum, esse*. Olim erat *et inconditam inde turbam*: quam particulam sustulit Rhenanus, nec agnoscunt eam nostri. Posset legi, *ut incondita in turba tironum*. Syphax de Numidis in militiam adscriptis xxiv. 48. 'Om-

nia, velut forte congregata turba, vasta et temeraria esse.' Sed nihil opus mutare veterem lectionem. Illic comparatio mera est cum turba forte congregata: hic rei, ut se habet, atque semper habere solet, explicatio. Usus particulæ singularis, nec Livio infrequens. Liv. xxiv. 45. 'Fama per totam urbem vulgata tumultum, ut principe amisso, fecit.' Sic Pat. et Pet. melior. Idque significant alii, in quibus 'ut pro principe,' vel 'pro ut principe.' Lib. xxv. c. 20. 'Annibal non Capuam neglectam, neque, ut tanto discrimine, desertos volebat socios:' ita consensu omnes et Gall. et Pall. non in tanto, quod editur. Hoc lib. xxix. c. 31. 'Si quis arceat, ut quod maxime opus sit, acie dimicaturum:' sic Pat. Reg. Men. Pal. optimus. Lib. xxxvi. c. 41. 'Annibal unus, cujus ut maxima apud regem auctoritas erat:' sic Mss. et vett. edd. Vulgo deest. J. F. Gron. *Ut inconditam turbam tironum* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Hav. et Hearnii D. ac N. Ita ut pro 'utpote' est III. 36. 'Hominum, non caussarum, toti erant; ut apud quos gratia vim æqui haberet.' x. 41. 'Ad nutum omnia, ut ex aute preparato, fiunt.' Eodem sensu haec particulam Livio ex conjectura reddere conatus est Gronovius ad xxv. 23. § 3. Solent autem particulæ *ut* atque *et* sæpe confundi. Vide ad xxi. 28. § 8. Mox § seq. *in vicem aut his aut illis* Harl.

§ 24 *Ut ab omni externo imperio soluta]* *Ab omni imperio externo* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. cum edd. vett. *ab omni imperio inde externo* Hav. *ab omni externo inde imperio* Flor. Mox *in primos rediret mores* Lov. 5.

§ 25 *Hæc taliaque dicendo]* Omnes Gall. *Hæc aliaque dicendo*. J. F. Gronovius. Similiter plerique mei: *taliaque* enim tantum exhibent Lov. 5. Berol. et Gaertn. Supra VIII. 23.

‘Hæc aliaque ab tribunis nequidquam jactata.’ Vide ad v. 2. § 13. Alterum *Hæc taliaque* sæpe tamen apud Liv. occurrit. Vide exempla ix. 34. § 26. xxi. 53. § 11. xxvi. 32. § 5. xxvii. 34. § 14. et alibi.

§ 26 *Itaque intra paucos dies*] Pal. 1. *Inter paucos itaque dies*. Gebh. *Inter paucos itaque dies* Lov. 1. et Harl. Vide ad v. 27. § 3. *Intra paucos itaque dies* Voss. Lov. 2. 3. Gaertn. et Hav.

CAP. II. § 1 *Ne glisceret primo negligendo bellum*] Vide quantum erratum hic totum sensum perturbet. Legendum est *ne glisceret, prima negligendo, bellum*. Juxta illud Nasonis, ‘Principiis obsta.’ *Rhenan*. Omnes primo negligendo, quod correxit *Rhenanus*. An fuit *principio negligendo*? hoc est, dum negligitur principium. Ut i. 20. ‘Ne quid divini juris negligendo patrios ritus peregrinosque adsciscendo turbaretur.’ *J. F. Gronov*. *Primo* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. quæ lectio non displicet *Crevierio*, qui exponit negligendo eo, quod primum esset. Certe, si quid mutandum, malim *prima* cum *Rhenano*, quam *principio* cum *Gronov*. Ut librarii *primo* dantes errarint sollemni modo, de quo vide ad vi. 3. § 8.

§ 2 *Junctis et ipsi exercitibus per agrum Anxetanum, hostico, tanquam pucato*] Mox *Anxetani*. *Plinius* tamen et alii *Auxetanos* legunt. *Sabell*. Ed. Mog. *in hostico, tanquam pacato*. *Modius*. *Junctis et ipsi exercitus* perperam in Put. esse, monuit *Gronov*. ad xxi. 60. § 7. *Junctis ipsi exercitus* Flor. Voss. Lov. 1. et Harl. *junctis ipsis exercitum* Lov. 2. *junctis ipsis exercitibus* Hav. *in hostico* ante Mog. edidit jam *Ascens*. 1513. sed recte iterum *Aldus* præpositionem expunxit: in nullo enim scripto superest.

§ 3 *Primo per legatos nequidquam est tentatum*] Verbum est ignorant omnes Gall. iidem mox *dein cum in pa-*

bulatores Romanos. *J. F. Gronov*. Verbum est omnes mei, *Oxonni*. *Hearnii*, et edd. Rom. 1472. ac *Parm*. ignorant. Vide *Gronov*. ad xxviii. 46. § 15. Præterea *dein*, pro *deinde*, præferunt plerique nostri. Alterum non, nisi in *Lovel*. 3. 4. 5. *Ber*. et *Gaertn*. inveni. Vide ad iii. 3. § 6. Mox *Hispanis* deest in *Harl*. *Deinde inmisso ab statione Romano equitatu, equestre prælium fuit* *Florent*. *equestre prælium* etiam *Lov*. 1. 3. *Harl*. *Ber*. *Gaertn*. et edd. antiq. vox *prælium* omittitur in *Hav*. Insuper § seq. *suam aciem ostendere* *Hearnii* L. 1.

§ 5 *Cornu dextrum Illegetes*] Emendavimus *cornua*. Sic ordina: *cornua tenebant, dextrum Illegetes, lævum ignobiles Hispani populi*. *Rhenan*. Pal. 1. *cornu dextro Illegetes*. Pal. 2. et 3. consentiunt vulgato *cornua dextrum*. At prisca ed. *cornu dextrum*. Gebh. *Cornua* etiam *Flor*. Elegans est loquendi genus, quod non intellexerunt librarii, et hinc passim mutare conati sunt. Supra x. 18. ‘Cum legionibus secunda ac tertia profectus in Samnum esset:’ ubi multi codd. et edd. vet. *legione*. cap. 27. ‘Primam ac tertiam legiones pro dextro cornu instruxit:’ ubi iterum multi Mss. *legionem*. c. 41. ‘Cornua, dextrum ad castra Samnitium, lævum ad urbem tendit.’ xxii. 23. ‘Convenerat inter duces Romanum Pœnumque:’ ubi iterum alii *Romanos*. xxiii. 29. ‘In cornibus, dextro Pœnos locat, lævo Afros.’ xxiv. 20. ‘Consules, Marcellus retro, unde venerat, Nolam redit, Fabius in Samnum processit:’ hoc lib. c. 22. ‘Terrestrem navalemque exercitus ostendit.’ Vide etiam *Rhenan*. ad xxvii. 6. § 8. ad hujus lib. cap. 3. § 14. et *Duker*. ad *Livii* ix. 27. § 8.

Intervalla potentia satis late fecerant] Ita *J. F. Gronov*. 1665. edidit, consentiente ex meis *Lov*. 4. id autem requirere videntur præcedentia ‘erant’ et ‘tenebant.’ Priores cum

plerisque scriptis legunt *fecerunt*. Mox *equitem*, pro *equitatum*, Lov. 4. et Rec. Mox § seq. *cxstruxissent*, pro *instruxissent*, Flor.

§ 7 *In dehiscentem intervallis hostium aciem equites inmisisset*] Vet. ed. et Pal. 1. *emisisset*. Pal. 3. *ei arti usum equitis ratus, quæ prior in dehiscentem intervallum hostium aciem eq. emisisset*. Sic paulo ante, 'qua equitatum, ubi tempus esset, emitterent.' Gebhard. Omnes Gall. Voss. et duo Pall. *emisisset*, nempe ex sua acie. Ut paulo ante, 'qua equitatum, ubi tempus esset, emitterent.' J. F. Gron. 'Emittere equites' et 'equitatum' multis locis dicit Livius. Vide Drakenb. ad iv. 18. Nec tamen minus recte alibi legitur 'immittere equites.' Vel hoc ipso cap. 'Equitibus Hispanorum viam immittendi equos clanserunt.' xxxv. 5. 'Quam concitatissimos equos immittere jubet.' Duk. 'Inmittere equitatum' illustravi ad ii. 31. § 2. Hic tamen *inmisisset* demum vidi in ed. Curionis. Priores cum omnibus nostris, et Oxonn. Hearnii *emisisset*, quod recte Gronovius Livio iterum vindicavit. Vide ad xxviii. 14. § 11. ad x. 5. § 7.

§ 8 *Equites per patentes in hostium aciem vias permittere equos jubeat*] Accusativus *aciem* lectori nebulas offundit. Docet vetustus codex esse scribendum *acie*, auferendi casu. Pro *permittere* vero scribo *immittere*. Nam sequitur 'simul equitibus Hispanorum viam immittendi equos claserunt.' Sic sententia clara evadet, quæ fuit obscurissima. *Rhenan.* *Permittere* habet ed. Mog. quod primus Beatus mutavit in *immittere*. Modius. *In hostium acie* Pal. 3. et vet. ed. Contra Pall. 1. et 2. *in hostium acies*. Gebh. Errat Rhenanus, cum supponit *immittere*. Nam eodem significatu est, quo apud Gratium notavimus Obs. ii. 13. Lib. ix. c. 22. 'Infesta cuspide ita permisit equum, ut uno ictu ex-

nimem equo præcipitaret.' xxx. 11. 'Primo barbari segnius permittere equos, deinde stare, ac prope turbarii.' J. F. Gron. *Per patentes hostium inter acies vias* Lov. 5. *per patentes in hostium acies vias* Voss. Lov. 1. 2. et Ber. a m. sec. *per patentes in hostium acies vi* Flor. et Hav. Sed hand male *in hostium acie* Rhenanus. Contra *permittere* adversus eundem Rhenanum vindicant omnes mei. De locutione 'permittere equos' vide ad iii. 70. § 9.

§ 9 *Adversus Illergetes locata prona erat*] Quid opus fuit hic addere vocabulum *prona*, quod non est in volumine scripto, quum præcedat 'cedenti duodecimæ legioni?' Si enim cedebat, indigebat firmamento. Sic mox infulsisse videtur quispiam has dictiones 'ex subsidiis:' neque enim sunt in archetypo nostro. Porro, quia sequitur 'ac subsidia, quibus res postulabat locis, inducentem,' prælector aliquis inter exponendum *legionem ducit*, adjecit *ex subsidiis*. Eam glossulam alius in contextum retulit. *Rhenan.* Pall. 1. et 2. *in lævo cornu adversus Illergetes prona erat*. Deinde licet Pal. 3. expungat duas voculas *ex subsidiis*, tamen inducere eum avido mutationum Rhenano vetat Pall. 1. 2. priscaque ed. consensus. Gebh. *Adversus Illergetes locata erat* Rhenani codici debetur: nam antea habebatur una voce auctius *locata prona erat*, quod nos in uno tantum ex Flor. valde recenti invenimus. Nam alter etiam non nimis annosus *loca prona erat*. Duo optimi cum Barberino, duobus Pall. Pet. Reg. Men. Voss. *adversus Illergetes prona erat*. Put. omnium princeps *adversus Illergetes roga erat*. Manus secunda adjecerat interlineares a principio *p*, et supra *g* virgula transfixam *n*, unde cæteri illi *prona*. Buslid. *proga erat*, et supra prius *a* superpositum *n*: unde Rubenius *pugnaverat*. J. F. Gron. Veterum edd. lectio *adversus Illergetes lo-*

cata prona erat apud me superest in Ber. et Gaertn. adversus Hergetes locata erat, ut Rhenanus legit, in Lov. 5. adversus Hergetes prona erat in Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Harl. Haveik. et Hearnii L. 1. ac N. Crevierius vel Rhenani, vel Rubenii lectionem probat. Mox voces ex subsidiis, quas glossematis suspectas habet Rhenanus, in omnibus meis constanter supersunt.

§ 10 *Firmamentum ducit. Postquam equata ibi pugna est]* Vide an potius distinctio media post ducit ponenda sit. *Dnk. Æqua ibi pugna est Voss. et Lov. 1. sollemni scribarum errore. Eadem varietas erat ix. 3. § 2. Vide ad x. 37. § 2. Æqua ibi ea pugna est Gaertn. Mox ad Latium Munium Hearnii D. Vide ad l. v. c. 32. § 1. Tum res postulabat et locus Voss. Lov. 1. et Gaertn. res postulabat locusque Hav.*

Venit, indicatque tuta] Scripsimus *venit, indicat.* Rhenan. Omnes mei Rhenano concinunt præter Lov. 3. Ber. et Gaertn. qui *indicatque* servant.

§ 11 *Jam missum ab se Serr. Cornelium]* In veteri libro legitur *Cornelium Serrium.* Rhenan. Put. Voss. alii, *Cornelium Serrium.* Neque insolens illud Livio, prænomina postponere interdum. *J. F. Gron. Jam missum esse ab se Cornelium Serrium* Flor. et Hav. *Cornelium Serrium* reliqui mei, et Oxonn. Hearnii. Vide ad III. 1. § 1.

§ 13 *Itaque, omissa pugna equestri, ad pedestrem Hispani descenderunt]* Antiquior volumen *Itaque commissa pugna eq. ad pedes Hispanie descenderunt.* Restitue sic germanam lectionem: *Itaque omissa pugna eq. ad pedes Hispani equites descenderunt.* Non discrepat sensus vulgatarum edd. nisi quod alia verba supposita sunt. Rhenan. Vet. lib. *ad pedes Hispani descenderunt.* Videtur autem vacare vox *equites*: nam priore versu posita est, et pos-

teriore repetita, 'equitibus ad pedes digressis.' *Signon. Ad pedes Hispani equites descenderunt, ut Rhenanus emendavit, laudat J. F. Gronov. ad Liv. xxi. 46. § 6. illustrans locutionem 'ad pedes ire,' 'descendere,' quin et ibidem in priori notarum ed. se lectionem illam probare testatus est: ad pedes præfert etiam Gifan. in Observ. in Ling. Lat. voce 'Pedes:'* eaque lectio superest in Rec. et Hearnii D. Sed omnes reliqui mei *ad pedestrem Hispani descenderunt, ut plerique editores, etiam post Signonium, dederunt; nisi quod descendunt sit in Lov. 1. 3. et Voss.*

Oront milites, ut percussos invadant, neu restitui aciem patientur] Put. Reg. Men. Voss. nesciunt *rd invadant.* Fortasse *orant milites, instent percussis, neu restitui aciem patientur.* Non longe enim et quia percussis acriter institerant. *J. F. Gron. Td invadunt* abest etiam a Flor. Lovel. 1. Hav. et Hearnii N. Id tamen verbum sensus rationem postulare, et negligentia librariorum accidisse, ut plurimi scripti eo careant, judicat Crevierius.

§ 14 *Ni regulus ipse Indibilis cum equitibus ad pedes digressis]* Castigavimus *degressis*: 'degredeendi' verbo Livius in hoc libro rursus utitur haud procul a calce c. 32. 'Cum quingentis,' inquit, 'haud amplius, peditibus ducentisque equitibus degressum jugis Masinissam persecutus.' Ceterum *ad pedes* rursus hic est, sicut paullo ante, 'ad pedes Hispani equites descenderunt; quemadmodum nos legendum monuimus. Rhenan. Vet. lib. ni regulus Indibilis ipse cum equitibus. Item quod ait, *equitibus ad pedes digressis, degressis* legendum, ut alibi. *Signon. Indibilis ipse* etiam Lov. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Deinde *ad pedes degressis* Flor. aliique. *Supra III. 62. 'Peditum ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse?'* ubi in recentioribus codd. similiter

peccatur. Errorem autem hunc frequentissime a scribis committi, vidimus ad IV. 17. § 11. Ceterum, quum tantum non omnes edd. priores *digressis* servassent, primus Modius *degressis* recepit; cuius loco Gronov. 1665. admisit *degressus*, ut quædam edd. notarum Rhenani male legunt. Verum non solus Indibilis, qui eodem tempore, quo equites, ad pedes *degressus* erat, se ante prima signa *peditum* objecit, sed potius id fecit una cum equitibus ad pedes *degressis*. Recte igitur *degressis* revocavit Crevierius, qui tamen, quum in ed. Campani *digressi* obfendisset, legendum conjecit *ni regulus ipse Indibilis cum equitibus ad pedes degressi ante prima signa peditum se objecissent*. Eadem forma, qua dixit XXI. 60. 'Ipse dux cum aliquot principibus capiuntur:' ubi plura vide. Verum nullius codicis testimonio hæc lectio confirmatur.

§ 15 *Ibi aliquamdiu atrox pugna stetit*] *Pugna fuit* Hav. Male. Supra VIII. 38. 'Anceps dicitur certamen stetisse:' ubi etiam quidam codd. *perperam fuisse*. Vide quæ ibi notantur. Deinde *seminecem saucium restantem*, addita media voce, Hafn. et Hav.

§ 16 *Quia equos conscendendi equitibus spatium non fuerat*] Ed. Mog. vet. *quia equos consc. ab eq. spatium non fuerat*, diverso plane sensu. Sed frustra est. *Modius*. Pal. 3. et vet. ed. *quia equos consc.* (vet. ed. *condendi*) *ab eq. spatium non fuerat*. Gebh. *Ab equitibus* etiam Lov. 4. Ber. et edd. antiqq. quod recte Modio displicuit. Paulo ante Frob. 1535. eumque secuti editores vulgarunt *tum, fuga passim cæpta, plures cæsi*. Et ita est in Flor. et, ut Sallierius monuit, in Put. optimo. Postea Jac. Gronov. primum edd. lectionem *tum fuga passim cæpta, pluresque cæsi* revocavit, ad stipulantibus reliquis nostris, et Hearnii L. 1.

§ 17 *Tredecim millia Hispanorum cæ-*

sa eo die, octingenti ferme capti] Pal. 1. *Decem tria millia*. Præterea Pal. 3. *mille et quingenti ferme capti*. Gebh. Put. omnesque Gall. cum optimo Pal. et Voss. *Decem tria millia Hispanorum*. J. F. Gron. Non aliter Flor. Lov. 1. 2. Harl. et Hearnii L. 1. et N. *Decem et tria* Hav. Vide ad c. 37. § 6. Præterea *M. et D. ferme capti* Lov. 4. *mille et quingenti ferme capti* Rec. et Hearnii D. *MV^c ferme capti* ejus L. 1. Mox *Romanorum sociorum paulo amplius*, ommissa particula *que*, Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. Harl. et Hearnii N.

§ 18 *Aut qui ex prælio effugerant, sparsi primo per urbes*] Vet. lib. *at qui ex prælio*. Item *sparsi primo per agros*. Sigon. *At qui ex prælio* Lov. 1. 4. 5. et Hearnii N. *qui ex prælio*, prima voce ommissa, Lov. 2. Male illud at Sigon. in contextum admisit. Optimi enim codd. alterum *aut* defendunt. Solent vero hæc voces interdum commutari. Vide ad II. 45. § 5. Deinde *per urbes sola præfert* ed. Bas. 1554. reliquæ cum omnibus scriptis *per agros*.

CAP. III. § 1 *Conquestique ibi clades suas*] Vet. lib. *contestatique ibi clades suas*. Sigon. Omnes mei servant vulgatum, nisi quod *conquesti ibi clades suas* sit in Harl. *contestatique ibi cl. s.* in Rec. Mox *increpatis* Lov. 3. Sed vide ad IV. 53. § 12. Deinde *consuere* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

§ 2 *In auctores belli, Indibilem ceterosque*] Omnes Gall. et Voss. *auctorem*. J. F. Gron. Consentiant Flor. Lov. quinque, Harl. Hav. et Hearnii Oxonn.

§ 3 *Ceterosque belli concitatores*] Pall. 2. 3. *concitores*. Justin. v. 1. 'Interim concitor et dux ejus Alcibiades absens Athenis insimulatur.' Inferius XXXVII. 45. legendum e Pal. Ms. et vet. ed. 'Thoantem quoque Ætolium, concitorem Ætolici belli, qui et illorum fiducia vos, et vestra illos

in nos armavit, dedetis.' *Gebhard*. Ita et Flor. ac Lovel. 4. Vide ad xxiii. 41. § 2. Mox *si minus*, pro *sin*, Flor. Voss. Lov. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1535. sollemni errore scribarum, de quo vide ad iv. 5. § 6. Deinde *exercitum* Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Ber. et Hav. Junxerant Lentulus et Manlius exercitus, ut cap. præc. Liv. narravit, et hinc tamquam unus exercitus considerari potuit: vel accipi potest *exercitum*, nempe quisque suum. Tandem *inducturos* Lov. 4. et Hearnii D. ubi prima syllaba nata esse potuit ex ultima litera vocis præced. Vide ad xxiii. 34. § 5.

§ 4 *Comprehensi, traditi ad supplicium. Hispanis populis*] Omnes *comp. et traditi ad suppl. Hispaniæ populis reddita pax*. J. F. Gron. Eadem lectio est in Hearnii Oxonn. Mstis meis, et edd. Rom. 1472. ac Parm. nisi quod *Hispanis populis servent* Gaertn. et eadem edd. Vide ad c. 5. § 8.

§ 5 *Fruentum sex mensium*] Put. et *frumentum sex mensum imperatum*. Ut et c. 5. *duorum mensum*, non *mensium*. Et isto modo non semel Ovidius, notante etiam Prisciano vii. 771. Sic in contrarium idem vetustissimus liber habet 'principium,' 'supplicium,' 'civitatum,' de quibus etiam Priscianus lib. vii. J. F. Gronov. *Mensum* etiam in Reg. esse, monuit Crevierins. Ita alii codd. præferunt viii. 2. § 4. ix. 33. § 6. et c. 43. § 21. Vide Voss. Gramm. iv. 14. Lindenbr. ad Censor. de Die Nat. c. 22. et Burm. ad Suet. Aug. c. 65. Similiter 'apum' et 'apinum' vide ad iv. 33. § 4. 'sedum,' et 'sedium' vide ad v. 42. § 1. De τῶν 'principium' vide ad ii. 27. § 12. de 'supplicium' ad xxxv. 34. § 7. de 'civitatum' ad xxxiii. 20. § 11. et xli. 22. § 7. Mox *ub XX. ferme populis accepti* Hearnii D. *accepti exsulat* ab Hav.

§ 7 *Ad populandum agrum sub signis milites sociosque*] Ex more militiæ

Romanæ. xxiii. 42. 'Ante explorato, et subsidiis positus, et sub signis ad populandum ducebant.' Vide Sche-lium ad Polyb. c. 9. *Duk*.

§ 9 *Deinde mæstitia animos incessit*] *Dei* Flor. Voss. Lovel. 1. 5. et Hav. Vide ad iii. 3. § 6.

§ 10 *Stratis tot hostium exercitibus*] *Omnes stratisque tot hostium*, (sic et Put.) aut *totque stratis*. J. F. Gronov. *Stratisque tot hostium* Flor. Lov. 4. et Ald. cum paucis eum secutis: *totque stratis hostium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. usque ad Aldum. Primum Froben. 1535. copulam omiserat, adstipulante Hearnii D. *Mox vi aut voluntarie* ejusdem N. Sed recte alii omnes vulgatum servant. Non videtur enim vox vel Liviana, vel hujus ævi fuisse. Vide ad iii. 69. § 8.

§ 11 *Ii, verso Marte, Africæ populationes*] Quis hic quicquam scrupuli habeat? Nemo est, qui non putet, hoc optime dictum. At depravata scriptura archetypi Spirensis, in quo legitur *versos arte*, ad eruendam germanam lectionem ansam mihi præbuit. *Scribo versa sorte*. Et arbitrator primum fuisse scriptum *versas arte*: deinde quum vocabulum *orte* nihil videretur significare, per transpositionem vocalium literarum *a* et *o*, *versos arte*. Elegans et aperta sententia erit, *Tantum fort. mut., ut, qui modo ipsi exerc. ante mænia Rom. habuissent, &c. ii, versa sorte, Afr. pop. et obs. Carthag. visuri forent*. Rhenanus. Præcessit 'tantum fortunam mutasse.' Et, si dicimus 'mutatam' ac 'versam fortunam,' cur fastidiosa aure respueremus *verso Marte*, i. e. mutato? ut taceam asseri hanc lectionem a Pall. 1. 2. et vet. ed. Pal. 3. vero *versum ad Afric. pop. et obsid. Carth. visuri forent*. Rhenanus ineptissime restituit *versa sorte*. Dictum *verso Marte*, ut xxxi. 37. 'Convertit in effusum hostem equos, versaque

momento temporis fortuna pugnæ est, terga dantibus, qui modo secuti erant.' Gebh. Placeret conjectura Rhenani, ii, *versa sorte, Africæ populationes*, si parum juvarent scripti. Sed illi tenent omnes vulgatum. Lib. xxxi. cap. 37. 'Versaque momento temporis fortuna pugnæ est, terga dantibus, qui modo secuti erant.' J. F. Gron. Omnes etiam nostri *verso Marte*. Aberrans itaque unius cod. librarius scripturam hujus loci Rhenano mendæ suspectam reddere non debuerat: ut 'versus Mars,' ita 'anceps Mars' XXI. 1. 'Varia belli fortuna ancepsque Mars fuit.'

§ 12 *Pro tot casis exercitibus sobolescentem. Ceterum suam plebem*] Mihi non displicet hic lectio voluminis scripti *subolescentem*, ob propriam ac notam vim præpositionis *sub*. Rhenan. Voss. *suboles: ceterum sua*. Gud. *subolescentem. Suam plebem*. Itaque delevimus *τὸ ceterum*. J. F. Gron. *Subolem: ceterum suam* Lov. 2. 3. 4. Hafn. et Hav. *subolens: ceterum suam* Harl. *suboles: ceterum suam* Lov. 1. et Hearnii N. *suboles: ceterum suam* ejusdem L. I. *subolescentem: suam* Flor. *subolescentem: suam* Hearnii D.

§ 14 *Jam regem Syphacem*] Emen-davimus ad fidem archetypi scripti, *Jam reges, Syph. post coll. cum Sc. al., Mas. aperta def. inf. hostem: et particula ante accusativum Masinissam* expuncta. Similem locutionem paulo superius habuimus c. 2. § 5. 'Cornua dextrum Hergetes, lævum ignobiles tenebant Hispani populi:' ubi quidam *cornu* scripserat, sicut hic *regem*, pro *reges*. Rhenan. Recte Rhenanus *jam reges*, dissentientibus quamvis omnibus meis, et Hearnii L. 1. ac N. Omnes tamen nostri particulam *et* ante *Masinissam* ignorant; quæ demum etiam in ed. Ascens. 1510. apparuit, cujus loco priores plerique exens *nec Masinissam* habebant.

Nihil usquam spei, nihil auxilii esse] *Nec auxilii esse* Lov. 4. Male. Cic.

ad Fam. XIII. 29. 'Nihil asperere, nihil acerbe dixit.' Vide ad II. 55. § 3.

§ 15 *Nec Magonem ex Gallia movere tumultus quidquam*] Ed. Mog. *Magonem ex Gallia movere tumult. nequiquam*. Modius. Similiter legunt etiam aliæ quædam edd. ante Aldum, qui primus reposuit, quod nunc vulgo exstat. Aldo autem consentiunt plerique codd. et edd. Rom. 1472. Parm. et Tarv. utraque. Sed *movere tumultus quisquam* legunt Voss. Lovel. 4. Harl. et Hav. Et ita dare voluisse videtur librarius Lov. 1. qui tamen *priusquam aberrans* scripsit: *movere tumultum quemquam* Lov. 2. *movere tumultus quivisse* Lov. 3.

Nec conjungere se Hannibali] *Put. nec conjungere sese Annibali*. J. F. Gron. Similiter Flor. Voss. et plerique reliqui codd. cum omnibus edd. usque ad Froben. 1535.

CAP. IV. § 2 *Delectus raptim in urbe agrisque haberi*] Observa unum hoc verbum forma passiva; reliqua, quæ subjunguntur, activa proponi. Supra III. 46. 'Placuit omnium primum, fratrem Iciliii pergere ad portam, et Virginium adiri e castris.' Vide ad III. 50. § 2.

Tela, arma parare] Pal. 3. *tela, arma pararent, instruerent naves ac mitterent*. Gebh.

§ 3 *Summam belli molem adhuc in Sicilia esse*] Liber optimus omnium *summæ belli molun*. Scribe, *summæ belli molem adhuc in Sicilia esse*. J. F. Gronov. Ut, 'mole summæ belli,' ita 'discrimen summæ rerum' X. 14. et XXXIX. 1. 'cura summæ rerum' IV. 17. 'periculum summæ rerum facere' VI. 22. Omnes tamen nostri vel *summam*, vel *summa*, vel *summi*.

§ 4 *Ita respiratum, mittique ad Syphacem legationes, &c. captæ*] Ed. Mog. *mittique ad Syphacem legationes, &c. captum*. Modius. Pariter omnes ante Aldum edd. cum Rec. Lov. 3. et Ber. *Ita respirari mittique, &c. captum* Lov. 5. et Gaertn. *Ita respirari, mit-*

tiq̄ue, &c. *capta* Voss. et Lov. 1. 2. 4. Mox in *Sicilian aut in Italian* Flor. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et edd. vet. usque ad Froben. 1535. addita ultimo loco præpositione: quam Livium sapissime repetiisse, vidimus ad vi. 28. § 6. Intercepta autem erat in aliis codd. a prima litera vocis seq. Vide ad Epit. Liv. l. LXXXV. Eos male Frob. imitatus est.

§ 5 *Missi et ad suos imperatores in Italian*] Tò *Missi* abest ab ed. Mog. *Modius*. *Missi* non adparet in vet. ed. Pal. 1. legit *ad duos imperatores*. Gēbl. Haud dubie *ad duos*, ut quidam scripti: Annibalem nimirum et Magonem. *J. F. Gron.* *Missi* deest etiam in Ber. et edd. omnibus usque ad Aldum: *ad duos imperatores* etiam Voss. Lov. 1. Hav. Hearnii L. 1. N. et ed. Rom. princeps. Ceterum vobula et operarum, ut videtur, errore excidit in ed. Gronovii, quam deinde etiam Doujat. ac Cleric. fideliter omiserunt; sed recte Hearnii restituit.

§ 6 *Octingenti equites et septem elephantii*] Lege absque et connectente particula. Continenter sequitur ‘ad hæc magna pecunia:’ ubi sciendum est, quotiescumque in vulgatis edd. *ad hæc* legitur, in veteri codice esse *ad hoc*, sicut et *urbem Romanam* fere semper, ubi vulgo scriptum est *urbem Roman*; quod et hic mox sequitur. *Rhenan.* Meliores *ad hoc*, ut ex suo *Rhenanus*. *J. F. Gronov.* *Quingenti equites* Hearnii D. Hinc et *septem elephantii* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Berol. Gaertn. et Hearnii N. Deinde *adhuc* Lov. 1. *ad hoc* Flor. Voss. Lov. 2. 4. et Harl. Vide ad xxi. 52. § 10. Tandem *urbem Romanam* omnes nostri, cum ed. Rom. 1472. et id voluit etiam ed. Parm. in qua tamen per errorem datum erat *Romania*. Vide ad Epit. Liv. l. XLIX.

§ 7 *Hæc Karthagine parabant agitabantque. Ad Laelum prædas*] Nos hic

aliam induximus lectionem, præsidio freti voluminis vetusti: hanc videlicet: *Hæc Carth. par. agitabantque, quum ad Lael. prædas ing. ex agro in. ac nudo præ. agentem Masinissa f. R. c. e. c. e. p. venit.* *Rhenan.* Particulam *quum* adjecit *Rhenanus*, in Put. Reg. Men. Voss. et optimo quoque deficientem. Nec, si distinctionem mutes, ea opus est. *J. F. Gron.* *Quum* in uno inveni Harl. Reliqui mei cum Hearnii L. 1. et N. vobulam illam ignorant. Ceterum *Carthagini* Harl. Vide ad lib. XXVIII. cap. 26. § 1.

§ 8 *Quod non jam exercitum*] Omnes Gall. *quod tum non jam exerc.* *J. F. Gron.* *Quod non jam exerc.* Flor. et Lov. 1. *quod non jam in Africam exerc.* Harl. *quod jam non exerc.* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *quoniam non exerc.* Lov. 5.

Quem certum haberet, si spatium] Omnes et hi, et alii, *quem incertum habere*. Emenda: *Syphace imp. finbellis, quem inc. hære; si sp. ad sua, ut velit, comp. detur, nihil sincera fide cum Rom. acturam.* *J. F. Gron.* *Quem certum haberet* servant Lov. 3. Ber. et Gaertn. *quem incertum haberet* Lov. 4. et Harl. *quem certum habere* Lov. 5. *quem incertum abere* Voss. *quem incertum habere* Flor. et Hav. Gronovii emendationem probat etiam *Crevier*. Solent autem ‘habere’ et ‘hære’ in Mss. confundi. Vide ad l. 37. § 1. v. 2. § 10. xxxiv. 39. § 4. et viros doct. ad Suet. Domit. c. 10.

§ 9 *Hortaretur, ac stimulet Scipionem, ne cessaret*] Ed. Mog. *stimulet Scip. non cessare*. *Modius*. Vet. ed. ejus traducem Mogunt. et *Modius* inspexerat, *non cessere*. Pal. 3. *hortaretur, stimulet Scip., ne cessaret*. Repetit eadem ferme c. 6. ‘*Sripione stimulo Masinissæ adhortationibus.*’ *Gēbl.* *Non cessare* etiam Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. De ea loctione vide ad xxxvii. 49. § 1. *Non cessaret* Voss. et Lov. 1. 2. Vul-

gatam servant reliqui mei, et, ut indicavit Sallierius, optimus Put.

Classem credere profectam a Karthagine] Pall. 2. et 3. *classem credere profectam Carth.* Gebh. *Profectam Carthagine* Harl. Deinde *tutum esse* edit Jac. Gronov. adsentientibus Flor. Voss. pluribusque aliis. Antea vulgabatur *tutum esset*. Sed τὸ *esse* deest in Hav.

CAP. V. § 1 *Mandata Masinissæ Scipioni exposuit*] Pall. 1. et 2. *verba Masanissæ*. Gebh. *Masinissæ mandata* Ber. Gaertn. et edd. usque ad Froben. a. 1535. *Masinissæ verba* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *verba Masinissæ* Hearnii N. Paulo ante vox *Masinissa* abest ab Hearnii L. 1.

§ 2 *Inter Albingaunos Liguresque Genuam accesserunt*] Exemplar scriptum *inter Alb. Ligures Genuamque accesserunt*. Ut intelligas, intermedio loco inter Albingaunos, qui Liguriæ populi sunt, et urbem Genuam accessisse. Et sequitur 'In iis locis.' *Rhenan.* Pall. 1. et 2. *Albinosguanos*. Gebh. *Rhenano*, particulam *que* trajectanti, adversantur Ber. et Gaertn. Reliqui omnes ejus mutationi favent. Et recte. Nam Albingauni ut Rhenanus docet, fuerunt Ligures. Locum autem, quo accesserunt, puto fuisse Savonem, ubi Magonem decem naves in statione reliquisse tradit Livius xxviii. 46. Ea enim inter Albingaunos Ligures et Genuam sita erat. Vide Cluver. Ital. Antiq. 1. 9. 68. In scribenda autem voce *Albingaunos* codd. varie dissentiunt. Sed, quum hæc vera sit orthographia, librorum erroribus non inmorabor.

§ 4 *Missum se ad eos vindicandos*] Pal. 2. *ad omnes vindicandos*. A Pal. 3. abest *se*. Gebh. Abest etiam ab Harl. Reliqui constanter agnoscunt.

Quanto exercitu id bellum gereretur] Pall. 1. et 2. *id bellum geratur*. Pal. 3. iterum *id* exterit. Gebh. Omnes Gall. duo Pall. vetustaque edd. ge-

ratur. J. F. Gron. Non aliter etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii: *gereretur* primum vidi in Froben. a. 1535. Pronomen *id* deest etiam in Harl. et Rec.

§ 5 *Multa millia ipsis etiam armanda esse*] Pall. *tres multa millia armanda esse, ut duobus ducibus exercitibusque Romanis resistatur*. Gebh. Voces *ipsis etiam* desunt quoque in Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. sola *ipsis* in Gaertn. Deinde *ut ducibus duobus ex Rom. resistatur* Flor. *ut duobus ducibus exercitibusque Rom. resistatur* Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii N. *ut duobus ducibus, exercitibus duobus Rom. resistant* Lov. 4. Sed vide ad xxviii. 25. § 6.

§ 6 *Una castra Romana intra fines*] Vox *Romana* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. Ber. a m. pr. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Præterea *in fines* legunt Voss. et Lov. 1. *ut in fines* Lov. 5. Deinde *adjutum ab se esse Pænum* Harl. *adjutum ab sese esse*, proxima voce deficiente, Gaertn. *adjutum ab sese esse Pænum* Ber. et edd. ante Aldum.

§ 7 *Tempus modo duorum mensium petere*] *Duorum mensum* Flor. a m. pr. et ita etiam in Put. legi, monnit Gronov. ad c. 3. § 5.

§ 8 *Milites, Gallis dimissis, clam per agros eorum mercede conducere*] *Milites Gallos, dimisso concilio, clam, &c.* Hafn. et Hav. neque aliter Brancal. Latini, nisi quod *consilio* præferat: *milites Gallos, dimisso clam* Lov. 3. *milites Gallos, dimissis clam* Lov. 1. 2. 4. Flor. et Harl. *milites Gallos, dimissis clam per agros, qui eos mercede conducerent* Lov. 5.

Occulte ad eum a Gallicis populis mittebantur] Pnt. Reg. Men. Voss. *Gallis*. Mallem tamen a *Galliæ populis*. J. F. Gron. *A Gallis populis* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Similiter se in Pall. 1. et 2. invenisse, testatur Gebhard. ad Livii vi. 42. § 4. Gronovius conjicit a *Galliæ populis*. Ita

‘proximos Hispaniæ agros’ xxviii. 35. § 3. ubi Gruterus, invitis Mss. substituerat *Hispanos*: hoc lib. c. 3. ‘Hispaniæ populis reddita pax:’ ubi vide. Sed nec codd. lectio displicet. Supra c. 2. ‘Lævum ignobiles tenebant Hispani populi.’ Eam lectionem etiam præfert Crevierius.

§ 9 *Si se Mago ex Liguribus propius urbem moveat*] Vet. lib. *si Mago e. L. p. u. moveat*. Est autem genus dicendi simile ei, ‘is, quam proxime potest, ad urbem ducit.’ Absolute enim utrumque dicitur. *Signon. Pal. 3. propius urbem admoveat*. Gebh. ‘Movere’ absolute sine casu usurpari, vidimus ad x. 4. § 9. Verum, meis nihil mutantibus, uni testi credere, tutum non videtur. Paulo ante *trajecit, pro traducit*, Harl. et Rec.

In eadem statione circum Ariminum] Mog. ed. *in eadem regione*. Modius. Omnes iidem *regione*. J. F. Gron. *Statione* primum vidi in Frob. 1535. cui concinunt Harl. et Rec. Omnes reliqui mei, omnesque Hearnii cum edd. antiquioribus *in eadem regione*.

CAP. VI. § 1 *Et militibus, prædam ex hostium terra cernentibus*] Pal. 3. *et mil. præsidium et hostium terram cernentibus*. Idem liber post, sed etiam perperam, *intervenit major cogitatio*. Gebh. *Intervenit major cogitatio* Lov. 4. *intervenit minor cogitatio* Lov. 1.

§ 2 *Spes autem adfectandæ ejus rei ex minima re adfulsit*] Pal. 3. *adfectandæ ejus rei*. Gebh. Quo magis considero, eo minus placet illa *res* tam prope ‘minimam rem,’ et mox ‘gerabantur res.’ Hoc tamen prædico: servant ita omnes libri, neque adversus pertinacem contendam. Nimis tamen suspicor primum illud *rei* insiticium esse. Dixerat Livius *intervenit majori minor cogitatio, Locros urbem recipiendi*. Subjungit ‘*spes autem adfectandæ ejus ex minima re adfulsit,*’ nempe urbis. J. F. Gron. Gronovii conjectura placet etiam Crevierio. At Ant. Perizon. præ-

stare existimat, ut, τῶν re ultimo loco omisso, legamus *spes autem adfectandæ ejus rei ex minima* (vel, una litera mutata, *ex minimo*) *adfulsit*. Durum enim ipsi videbatur, ut ad illa *adfectandæ ejus* ex Gronovii sententia intelligatur ‘urbis.’ Cur tamen durum videri debeat, non adsequor; non ideo certe, quia ‘urbis’ intelligendum, quum præcedat ‘urbem.’ Vide ad II. 30. § 4. Neque tamen ipse vel Gronovii, vel Perizonii conjecturam, sed potius vulgatum probo ob codd. consensum unanimem. Non modo enim Livius quaslibet voces sæpissime repetiit; (vide ad I. 3. § 9.) verum etiam ipsam illam vocem ‘res.’ Vide ad II. 18. § 2.

Quod latrociniiis magis, quam justo bello, in Brutiis gerebantur res; principio ab Numidis facta, et Brutiis, non societate, &c.] Lectio vetus *principio Num. non soc. magis Punica*. Cæterum *principio* hic adverbialiter accipitur, nam sequitur ‘postremo.’ Quod non intellexit, qui *facto* participium cum præpositione *ab* infulsit, et, quia in Brutiis res latrociniiis geri dicantur, præterea adjecit *et Brutiis*. De hoc multum miror, cur pro ablativo *promptis* ipse supposuerit *congruentibus*. Nos totam sententiam sic distinximus et castigavimus, pro *quod latrociniiis scribentes quia latrociniiis*, hoc modo: *quia latr. magis, quam justo bello, in Br. ger. res, principio Numidis non soc. magis Pun., quam suapte ing. promptis in eum morem, postr. Rom. quoque milites, et quæ sequuntur. Rhenan. Vet. lib. quod latrocinii magis more, quam justo bello, in Brutiis gerebatur res*. Placet. Subdit enim ‘*promptis in eum morem.*’ Et xxxviii. 32. ait, ‘*Latrocinii magis, quam prælii modo.*’ *Signon. Ed. Mog. congruentibus in eum morem*: quod malum. *Modius*. Ut quam federe hic locus ab Rhenano laceratus sit demonstrarem, initio adnotabo scripturam Pal. 3. *principio Numidis non soc.*

magis Pun., quam suopte ing., promptis in eum morem. Similibus vestigiis illico annuens Rhenanus confidenter affirmat, τὸ principio hic adverbii vice fungi, dein adjectitia esse facto ab. Tum etiam exterminans et Brutiis hiulcam plane et obscuram sententiam concinnat. Ego reduxi ex Pall. 1. et 2. tum antiquissima cd. genuinam lectionem principio a Numidis facto, et Br. non soc. magis Pun., quam suopte ing., congruentibus in eum morem. Gebh. Hæc Rhenani et Sigonii libri vexant, atque illis hi imprudenter manum et aures præbent. Prius quia latrociniiis, alter quod latrocinii magis more: quorum utrumque haud dubie a mala manu. Nostri omnes tum Gall. tum Pall. sed et Voss. et quod, et qui ignorant, neque injuria: sed omnes quoque latrociniiis, ut editur. Deinde iste truncus: principio Num., non soc. magis Pun., quam suopte ing., promptis in eum morem. Qua labe etiam unus e Pall. fœdatus. Duo reliqui, omnes Gall. Voss. Flor. Barberinus, ut ante Rhenanum publicatum erat, principio ab Num. facto, et Br. non soc. magis Pun., quam suopte ing., congruentibus in eum morem. Nusquam promptis, nisi in uno non summi pretii: id quod tamen, ceu unicam gemmam, ex Beati mangonio, cæteris spretis, editores receperunt. Nobis potior auctoritas tot codicum, et meminimus illorum III. 24. 'Omnes eæ res in unum congruentes haud dubiam damnationem Volscii faciebant.' xxv. 32. 'Consilium advocatum, omniumque in unum congruerunt sententiæ.' xxvi. 2. 'De nulla re prius consules retulerunt, omniumque in unum sententiæ congruebant.' Quodque apud Senecam Nat. Quæst. vi. 1. 'Et propositi operis contextus exigit, et ipse in hoc tempus congruens casus.' Totum igitur locum ita scribimus: spes autem adf. ejus ex minima re adfulsit. Latr. magis, quam justo bello, in

Br. ger. res; principio ab Num. facto, et Brutiis non soc. magis Pun., quam suopte ing., congruentibus in eum morem. J. F. Gron. Rhenani codici per omnia concinit Harl. nisi quod gerebatur res legat. Sed quod latrociniiis soli servant Ber. et Gaertn. at voculam quod, vel quia, reliqui nostri, omnesque Hearnii Oxonn. In reliqua parte horum verborum ceteri mei tumentur lectionem, quam adversus Rhenanum Gronov. vindicavit, nisi quod promptis legat Rec. neque suos dissentire Hearniius monnit, nisi quod similiter promptis in eum morem in D. superesse notarit. Dicit Livius, initium res latrocinio in Brutiis gerendi factum esse a Numidis; eos secutos esse Bruttios, qui et ipsi suopte ingenio in hunc morem congruerunt, tandem etiam Romanos, quasi contagione tactos, idem fecisse. Bruttiorum morem eundem notat Livius xxviii. 12. 'Tum magnam partem juventutis abstractam a cultu agrorum bellum occupaverat, et mos vitio etiam insitus genti per latrocinia militiam exercendi.'

§ 3 Postremo Romani quoque milites jam contagione quadam raptu gaudentes] Pall. 1. et 2. τὸ milites non receperunt. Dein Pal. 2. cum vet. ed. præfert raptu gaudentes. Lib. xxx. c. 13. 'Ut vita ejus fama mortis et latebris, ferarum modo in silvis raptu viventis, tegetetur.' Gebh. Vocem milites Put. Reg. Men. duo Pall. Voss. jubent aboleri. Sed et quidam excursionses in hostium facere, sine τῶ agros. Forte in hosticum. J. F. Gron. Vocem milites ignorant etiam Hearnii N. L. 1. tum Flor. omnesque reliqui, præter Ber. Harl. Rec. et Gaertn. Præterea voculam jam expungunt Lov. 4. Harl. et Rec. Mox raptu gaudentes Lov. 2. Ber. et Gaertn. Malc. Supra xxii. 39. 'In diem raptu vivit.' xxviii. 24. 'In hostico laxius raptu suetis vivere artiores in pace res erant.' Mox in hostium fa-

cere Voss. et Lovel. 1. 'Hosticum' autem vox est Livio frequens. Exemplum vide ad xxxvi. 43. § 6. Quum tamen optimi vulgatum servent, hac conjectura non utar. xxxvii. 8. 'Quum magnam prædam agi posse dixisset ex hostium agro.' c. 21. 'Depopulato circa urbem hostium agro.' xxxix. 20. 'Ubi primum ex hostium agro evasit.' xlii. 54. 'Frumentari passim exercitum jubet in subjecto hostium agro.' Pariter 'hostium terra' xxxvii. 4.

§ 4 *Ab iis egressi quidam urbe*] Omnes Gall. cum Put. et Voss. *urbem*: ut alibi, 'excedere urbem.' Lib. xxii. c. 55. 'Custodes præterea ad portas ponant, qui prohibeant quemquam egredi urbem.' Et sic defenditur apud Tacitum Ann. ii. 28. 'Dum histrio cubiculum principis exsultat.' *J. F. Gron.* Præter Ber. et Harl. qui prisæ lectioni adhærent, reliqui præferunt *urbem*: quod recte Gronov. recepit. Supra 1. 29. 'Egressis urbem Albanis.' iii. 57. 'Priusquam urbem egredierentur.' xxv. 8. 'Per speciem venandi urbem egressi:' ita ex pluribus codd. emendavi. Vide etiam ad iii. 68. § 2. et xxviii. 2. § 5. Locutionem illustrant Gebh. ad Liv. xxiii. 16. § 10. Davis. ad Cic. Tusc. i. 7. Cort. ad Sæll. Jug. c. 35. et Hist. i. p. 954. Burm. ad Phædri iii. 16. 17. et ad Suet. Aug. c. 91. Pari modo 'excedere' cum casu quarto construi, dictum est ad ii. 37. § 8.

Rhegyumque abstracti] *Rhegium* ex vet. lib. Et Græcis *Ῥήγιον*. *Sigon.* *Regium* sine adspiratione per *i* Latinum hoc nomen prolatum fuisse, quemadmodum etiam *Roma* sine adspiratione scribitur, existimat Dausq. in Orthogr. parte II. in voce 'Regium.' Cluverius etiam, Latinos in hac voce adspirationem vitasse, probare conatur ex marmore in Ital. Ant. iv. 15. 1296. Marmor illud ex diversis schedis bis edidit Gruter. p.

cl. num. 6. et 7. et quidem priori loco adspiratio additur, posteriori omittitur; ut hinc nihil certi effici possit, nisi de lapidis scriptura melius constet. Alius obcurrit lapis apud eundem Grut. clxxiv. 7. ubi *ΜΥΝΤΙCΙPΕS. RΗΕΓΙΝΙ. ΙVΛΙΙ.* memorantur. Mox τὸ forte exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav.

§ 5 *Principibus, qui pulsati ab adversa factione, quæ Hannibali Locros tradiderat, Rhegium se contulerant*] Hic rursus alia verba quispiam inseruit, quum scripserit Livius *qui exsulabant Rhegii, pulsati ab adversa factione, quæ Annibali Locros tradiderat*. Rhenan. Put. Pet. melior, Reg. duo Flor. optimi clare, *si cogniti ab Locr. princ., qui pulsati ab adv. fact., quæ Annibali Locros tradiderat, Rh. se contulerant: quum cætera*. Men. Pal. optimus, Barberinus, Voss. eodem modo, nisi quod *principibus pulsatis*, omisso pronomine. Pet. alter, duo Pall. duo alii Flor. et Andrææ edd. *principibus, qui exs. Rhegii, pulsati ab adv. fact., quæ An. Loc. trad. Rh. se contulerant*. Ita sine dubio invenit Rhenanus in suo codice, (nam, quomodo lectum ibi fuerit, silet) maleque iudicavit, abesse debere *Rhegium se contulerant*, cum revera subjectum sit *exsulabant Rhegii*. Itaque restitimus veterem lectionem, firmissimis tibi cinibus fultam. Phrasin quid opus illustrare? Tamen ne hoc ipso spernatur, quod nimis est vulgaris, est etiam Livii. Lib. vi. c. 4. 'Qui ædificandi Romæ pigritia, occupatis ibi vacuis tectis, Veios se contulerant.' xxii. 55. 'Quo se Annibal post prælium contulerit.' xxiii. 17. 'Cum paucis Romanis Latiniq. nominis, quos eodem audita Cannensis clades contulerat.' *J. F. Gron.* *Principibus, qui exsulabant Rhegii, pulsati* Lov. 2. Ber. Gaertn. Harl. et Rec. quorum duo posteriores deinceps voces *Rhegium se contulerant* omittunt. Reliqui duplicem exhibent lectionem, quemadmodum etiam

faciunt omnes ante Aldum edd. *pulsis* insuper edd. Rom. 1472. ac Parm. Illam tamen scripturam, quam Gronovius probavit, altera, quæ Rhenano placuit, veriore esse, optimorum consensus evincit: *principibus pulsis ab adversa* etiam Lov. 1. 4. 5. quorum ultimus insuper *qui Rhegium*.

§ 6 *Ut mos est iis, qui diu absunt*] Pall. tres. et vet. ed. *ut mos est, qui diu absunt*. Gebh. Omnes Gall. et Pall. ut et edd. *Andræx abolent rō iis, habentque tantum ut mos est, qui diu absunt*. Id quod multo tenerius se mihi commendat. J. F. Gronov. Pronomen illud exulare jubent etiam omnes tum mei, tum Hearnii Oxonn. Neque in ulla vidi ed. ante Ascensianam a. 1513. Ratio, cur hæc lectio Gronovio magis adrideat, quam se non satis perspicere Donjatins fatetur, partim esse videtur consensus optimarum membranarum, et vet. edd. partim mos pervulgatus scribarum, qui sæpissime pronomen illud Livio aliisque addiderunt. Vide ad xxiii. 15. § 4.

§ 7 *Qui simul desiderio patriæ agentur*] Omnes Gall. et Ital. et Voss. *angerentur*. J. F. Gronov. Similiter cum Hearnii N. omnes mei, præter Lov. 5. et Gaertn. Passim autem hæ voces commutantur. Vide ad iii. 6. § 3. v. 54. § 3. x. 14. § 9. c. 29. § 14. xxxii. 5. § 2. xxxix. 53. § 5. et aliis locis.

§ 8 *Signaque, quæ procul edita observarent*] Prins *que exemptum est in Pall. 1. ac 2. Pal. 3. vero exhibet signa procul edita*. Vet. ed. *signa quoque, quæ procul edita*. Gebh. *Signa quoque, quæ procul edita* Ber. Gaertn. et edd. ante Froben. 1535. Vide ad v. 27. § 1. *Signa quoque procul edita* Lov. 4. Copula *que* excidit in Lov. 1. intercepta a sequenti pronomine *quæ*. Vide ad xli. 2. § 11. Contra pronomen *quæ* deest in Flor. Voss. Lovel. 2. 3. et Ifav. quod vicissim haustum est a præcedenti *que*. Alia

exempla vide ad iii. 48. § 8. vi. 20. § 8. ix. 24. § 15. c. 43. § 1. x. 34. § 12. xxvii. 5. § 1. xxxix. 32. § 1. et Epit. Liv. l. XLIX. Paulo ante *peragenda rei* Lov. 2. *gerenda rei* Hav. Vide ad xxii. 28. § 1. Mox *referente sibi promissa* Harl. *referentes sibi promissa* Lov. 3. Ber. Gaertn. et edd. ante Frob. 1535. Vide ad i. 55. § 4.

§ 9 *M. Sergius et P. Matienus*] Cl. Hearne notat, Rupert. ad Sall. p. 45. legere *M. Sergius*. Omnes tamen codd. in prænomen *M.* consentiunt, idque genti *Sergiæ* usitatum novimus. Deinde *et Macienus Hearnii N. et P. Macienus* Gaertn. *et P. Mancinus* Ber.

Q. *Pleminio proprætore scriptum*] Pighius in Ann. ad a. 10XLVIII. p. 215. scribit, eum *Rhegium* extra ordinem cum præsidio obtinuisse. Putavit scilicet, ei, quum privatus esset, nec umquam prætor fuisset, extraordinarium imperium a populo datum, et *pro prætore Rhegium* missum fuisse, qui ibi præsidio præset. Hoc duabus de causis probare non possum: primum, quod non habeo exempla aliorum, qui, extraordinario imperio a populo accepto, legati imperatorum fuerint: nam *Pleminium* 'legatum Scipionis' vocat Livius capp. 8. 9. et 16. quod autem xxxv. 8. de Ti. Sempronio legitur, neque omnino simile, neque ipsum explicatum facile est. Deinde, quod non video, quomodo *Pleminius*, si imperium a populo accepisset, a Scipione in catenas conjici, quod quidam c. 21. tradiderunt, potuisset. Mihi *Pleminius* hic ita *proprætore* dici videtur, ut C. Centenius xxii. 8. de quo ibi egi, et alii apud Græch. c. 5. Refutat. ad Poster. Sigonii Disput. Nec est, quod quis dicat, *Pleminium* fasces et lictores, insignia imperii, habuisse, c. 9. Nam legati, mandante vel absente imperatore, imperium et ejus insignia habebant. Cic. ad Fam. xii. 30. et in Verr. i. 26. 28. Et cum

hæc cautione accipiendum est, quod Manut. ad Cic. in Verr. 1. 22. legatos imperium et lictores habuisse; et alii viri docti alibi scribunt, eos licitoribus et fascibus usos fuisse. Vide Hotomann. et Lambin. ad Cic. in Verr. 1. 22. et Lipsium de Mil. Rom. II. 11. *Duk.*

§ 10 *Scalas ad dictam altitudinem arcis fabricatas*] Exemplar vetustum ad editam altitudinem. Rhenan. Vet. lib. ad edictam. Sigon. Recte hoc [editam] acceptum ab Rhenano: nam et sic nostri meliores. Put. ad deditam, litera una supervacua. Vulgo prius ad dictam. Sigonius e libro suo notat ad edictam. J. F. Gronov. Ad dictam Lov. 3. Ber. et Gaertn. ad deditam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Hav. et Hearnii N. ad debitam Lovel. 5. Hafn. et Hearnii L. 1. Sed recte Rhenanus et Gronov. ad editam. Vide ad XXI. 62. § 7.

§ 11 *Priusquam clamor oriretur*] *Ore-*
retur Harl. Vide ad XXXIII. 16. § 7.

§ 12 *Deinde subita consternatio*] *Dein*
Flor. Voss. Lov. 4. 5. Harl. et Hav. Vide ad III. 3. § 6.

§ 13 *Postremo certiores, aliis excitantibus alios, jam pro se quisque ad arma v.*] Sic castigavimus et ordinavimus: *postr. certior res, aliis exc. alios. Jamque ad arma pro se quisque vocabat.* Rhenan. Ut certior res legamus, sensus requirit, quamvis tamen alterum in plerisque Mss. obvium sit. Vide ad XXXIII. 45. § 1. Deinde in vocum transpositionem consentiunt Flor. et Harl.

Incertum, unde accidisset, (omnia vana augente nocturno tumultu) fecisset] Vet. lib. *incertum unde accidisset.* Sigon. Omnes Gall. Pall. Voss. *incertum.* Neque aliter prisæ edd. Illud Sigonii est: neutrum plana sententia. Potest enim τὸ *facere* conjungi vel τῷ *incertus*, vel τῷ *vana*. Si prius placet, lege *incertos*. Lib. XLI. c. 2. 'Clamor in portis audiebatur, et concursatio in obscuro incidentium

aliorum in alios incertum fecerat, an hostis intra vallum esset.' Tacit. Ann. IV. 50. 'Hostisque clamore turbido, modo per vastum silentium, incertos obsessores effecerat.' Sin, *incertum unde, accidisset, et omnia vana, augente nocturno tumultu, fecisset: vel incertum unde accidens, omnia.* Lib. XXX. c. 18. 'Territi equi vanum equestre auxilium fecerunt.' Quamquam et possis *augens nocturnus tumultus*. Ni tumultus nocturnus, omnia vana multiplicans, fecisset incertum Pœnis, clamor ab iis, qui extra arcem erant, unde accidisset: utrum ab his ipsis, an vero tantus jam arcem occupasset numerus. J. F. Gron. Modo *incertum*, quod ante Sigonium constanter typis descripti præferabant, et præter codd. Gronovii servant etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii, restituatur, nihil mutandum esse docet locus Livii, quem Gronov. ex lib. XLI. laudavit: *fecisset incertum* nempe Pœnis.

§ 14 *Plena jam hostium arce territi*] *Jam plena hostium* Ber. Sed τὸ *plena* deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. Mox *confugerunt* Hav.

§ 16 *Et arcessentes ex propinquis*] Put. *præsidio præerat, arc. ex prop., deleta copulativa, quam et cæteri omnes Gall. spernunt.* Scribe Q. *Pleminius Romano, Anilcar Punico præsidio præerant: arc. ex prop. locis subsidia copias augebant.* J. F. Gronov. Copulam delent insuper Flor. Voss. Lovel. quinque, Gaertn. et Haverk. Mox. § seq. *ni Locrensium multitudo, &c. inclinasset* Lov. 2. et Ber. *nisi Locrensium multitudo, &c. inclinassent* Harl. Vide ad VI. 19. § 7. Optimi tamen aliique vulgatum servant.

CAP. VII. § 1 *Scipioni ut nunciatum est, &c. et ipse a Messana*] Vet. lib. *Scipio ut nunciatum est.* Placet autem magis, si a recto incipiat periodus, quam si ab obliquo casu. Sigon. Adstipulantur prisæ lectioni Pall.

1. 2. et vet. ed. At Pal. 3. *Scipio ut nunciatum est*, quod probat Sigonius. Gebhard. Lectionem Sigonii servat Harl. dissentientibus ceteris meis omnibus.

§ 2 *Ne præsidium etiam periclitaretur*] Pall. 1. et 3. *ne præsidium etiam periclitaretur*. Pal. 2. *ne præsidium ibi periclitaretur*. Gebh. *Præsidium* etiam Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Gaertn. Elegans autem est locutio ‘periclitari præsidio,’ pro subire periculum amittendi præsidiū. Ea inlustratur ad xxxviii. 25. § 7. Quominus tamen illam hic recipiamus, obstant quædam. Nam optimi codd. vulgatum tuentur. Deinde illi librarii, qui *præsidio* dederunt, in errorem inducti videntur, quod ea vox mox sequatur hoc casu: idque tanto verisimilius est, quod propter hanc vocis *præsidium*, *præsidio* repetitionem omnia hæc verba *præsidium etiam*, &c. *fratre* in omittantur in Lov. 5.

L. Scipione fratre] Prænomen omitunt Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hearnii L. 1. *Lalius Scipione fratre* legit Harl. sollemni scribarum errore. Exempli vide ad v. 32. § 1. vi. 35. § 4. vii. 3. § 4. xxxiv. 41. § 1. et apud Statium ad Suet. Inlustr. Gramm. c. 10. et alibi. Contrario errore *L. Fulviusque*, pro *Lalius Fulviusque*, in Mss. obcurrit xxx. 25. § 9.

Naves mari secundo misit] Vide ut illud *misit* posuerit. Nam ipse quoque una vectus est. Nisi classi præmiserit aliquot naves, quippe qui non longe post dicturus est ‘Classis Romana a Messana Locros multa die superante accessit.’ *Glar.* Merito nos de hoc dicendi genere Glareanus admonet, ut novo: nam depravate legitur *misit*, pro *transmisit*, aut *com-misit*. Utraque enim lectio in veteribus libris reperitur. *Sigon.* Videtur aliquid latere: nam Pnt. *nalles mari secundo misit*. Et posterius hoc *misit*, non *transmisit*, habent omnes Gall. Palatiniq̄ue, et Voss. et edd.

ante Sigonium. *J. F. Gron. Commis-sit* Hav. Alii mei cum omnibus Oxonn. *misit* vindicant. *Tò mari secundo inlustrant*, quæ notavit *J. F. Gronov.* ad Tacit. de Morib. Germ. c. 2.

§ 3 *Et Hannibal a Butroto amni*] Pnt. *Et Hannibal abuloto*. Scribe *Et Hannibal ab Alece amni*. Hoc enim ei nomen est. Strabo vi. 260. Τοῦ δὲ Ἰλῆκος ποταμοῦ τοῦ διορίζοντος τὴν Πηγίνην ἀπὸ τῆς Λοκρίδος. Et facile inter se commutari has literas quid attinet addere? *J. F. Gron.* Vocula *Et* omittitur in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Deinde *Pluto amni* Hearnii D. *Brutoto amni* Lov. 4. *a Butrato amni* Gaertn. *adulto amni* Lov. 1. 2. et Hearnii L. 1. *ab Vulturo amne* Hav. *abuloto amni* Voss. et Hearnii N. *abulato amni* Lov. 5. *abuloto amni* Flor. Doujatius ex Barrio docet, *Butrotum* esse exiguum fluvium, qui in sinum Locrensem defluit, et hodie in Calabria ulteriori *Novito* vocatur. Verum apud alios nulla ejus mentio obcurrit. *Alecem*, vel *Halecem* præter Strabon. memorari etiam apud Thucyd. 111. 99. viri docti testantur. Mox *haud procul ab urbe Locris abest*, omisso pronomine, Harl. Id autem vel addi, vel omitti posse, videbimus ad xl. 57. § 3. Quum itaque reliqui vel id servant, vel ejus loco *his*, edd. principes *iis*, legant, minus fide ejicere ausus non sum.

Ut sui luce prima summa vi prælium, &c. consererent] Continentur in Pal. 2. *ut sub lucem primam*: in Pal. 3. *ut sub luce prima*. Sic paullo post idem iterum Pal. 2. *sub lucem captam*: Pal. 3. *ubi luce captam invenit pugnam*. Gebh. *Sub luce prima* Lov. 3. et Hav. Mox autem § seq. *ubi luce prima captam invenit pugnam* Lov. 2. 3. 4. Deinde *adversis omnibus* Voss. et Lov. quinque. Male. Vide ad vi. 23. § 8. Sæpe voces ‘aversus’ et ‘adversus’ commutari, dictum est ad 11. 31. § 6.

§ 4 *Neque scalas, quibus scanderent*

muros, attulerant] Ed. Mog. *neque scalas, quibus scanderet muros, attulerat*: ut præcessit ‘voluit,’ sequitur ‘ostendisset.’ *Modius*. Libri omnes *scanderet muros, attulerat*. Gebhard. *Scanderet muros, attulerat* plerique codd. Flor. Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. alique, cum priscis edd. pro quo Froben. 1535. *scanderent muros, attulerant* subposuit, consentientibus Harl. et Hearnii D. Postea J. F. Gron. an. 1665. edidit *scanderent muros, attulerat*; quod servasse videntur Voss. Lov. 2. et Hearnii Oxonn. reliqui, ex quibus nulla locutionum varietas adfertur. Eandem scripturam recentiores retinuerunt: pro qua priscam redaxi, *scande’at*, sive *scanderat muros, attulerat* Lov. 1.

§ 5 *Circumquibat urbem*] *Circumquibat* Flor. Voss. Lov. 2. 3. et Hav. et id voluerunt librarii Lov. 1. et 5. qui tamen per errorem *circumquibat*, literis transpositis, dederunt. Mox *ad oppugnandum alia opus erant* Hav. *alia ad oppugnandum opus essent* Ber. cum multis edd. antiqq. *alia ad expugnandum opus erant* Harl. Vide ad XL. 33. § 9.

§ 6 *Progressus ad murum, scorpione ictus*] *Progressus* dicitur Annibal, *ictus* qui prope illum stabat: quomodo igitur cohæret oratio, ni scribas cum Pnt. omnibusque Gall. *progressus ad murum, scorpione icto, qui proximus eum forte steterat, territus*. Annibal nempe, quem alter scorpione ictus esset. Fortassis etiam olim fuit *steterat*, *absterritus inde tam periculoso casu*. Certe vocula *inde* id requirere videtur. J. F. Gron. *Ictus* omnes nostri præter Flor. et forte Harl. qui recte habent *icto*. Librariis errori causa fuisse videtur omissum pronomen *eo*; quam ellipsin sæpe alibi turbas dedisse, dictum est ad XXIII. 15. § 4. Mox *qui proximus eo loco forte steterat* Hearnii L. 1. Verum et hic error inde natus est, quod librarius vocem *proximus* cum quarto casu construi

non recordabatur; quod tamen Livio frequens esse, vidimus ad VIII. 32. § 12. Si deinde *absterritus* cum Gron. malis, vide ad v. 41. § 6. Ceterum *commuivit*, pro *communiit*, Lov. 5. *communit* Lov. 1. et Hav. Vide ad II. 51. § 7. et XXIV. 7. § 9. Similiter variant in ‘permuinit,’ et ‘permuinit.’ Vide ad XXX. 16. § 1. Plura alia vide ad XXXVI. 20. § 3.

§ 7 *Locros, multa die superante, accessit*] Sic quidem vet. ed. et Pal. 3. At Pal. 1. *Locros, aliquot horis diei superante accessit*. Pal. 2. *Locros, aliquot horis diei superante*. Gebh. Cur mutarunt, quod est in Pnt. Pet. Men. optimo Pal. *a Messana Locros, aliquot horis die superante, accessit?* Sane Pnt. et Voss. *diei*: quod posset explicari ‘superante horis,’ ut erat apud antiquos ‘absente nobis:’ sed ego Livii causa illud malo. Sallust. Jug. c. 97. ‘*Marium jam in hiberna proficiscentem vix decima parte die reliqua invadunt.*’ Hæc scriptura in summæ fidei et reverendæ vetustatis libro inventa Gellio, ut notat IX. 1. 1. probatur omnino a nobis: sed quod ille *τὸ die* patrio casu accipiendum putat, et plerisque viris doctis persuasit, id nihil verius judico, quam quod apud Virgilium vult *Æn. 1. 636.* ‘*Munere lætitiæque dii.*’ Nam Sallustium ita explico, ‘die vix quod ad decimam partem reliqua:’ ut Livius, ‘die, quod ad aliquot horas, superante.’ J. F. Gron. *Locros aliquot horis diei superante* Flor. et Lov. 1. ac 5. *aliquot horis die insuperante* Lov. 3. *aliquot horis die superante* Lov. 3. Ber. Hav. et quidam alii. Alteri lectioni pauci tantum et minoris auctoritatis codices adhærent.

Expositi omnes naribus] Pall. duo *e naribus*. Gebh. *Scripti exp. omnes e naribus*. J. F. Gron. Ita omnes non tantum scripti præter unum Harl. sed etiam edd. usque ad Froben. qui a. 1535. præpositionem primus omisit, recentioribus eam scripturam ser-

vantibus, donec ultima Gruteri daret *expositis omnes naribus*: quod, quamvis forte ex errore operarum ortum, Heinsii tamen Elzeviriana retinuit, et demum a Gronovio emendatum est.

§ 8 *Aliisque omnibus ad oppugnationem paratis*] *Ad oppugnationibus imparatis* optimus Pnt. ut Gronov. testatur ad xxviii. 46. § 14. cuius librarius duplicem lectionem, *omnibus oppugnationibus*, et *omnibus ad oppugnationem paratis*, hac ratione iungere voluit. *Omnibus ad oppugnationibus imparatis* Lov. 1. *omnibus ab oppugnationibus imparatis* Voss. *omnibus ad oppugnationem imperatis* Lov. 2. 5. et Gaertn. *omnibus ad oppugnationem jam paratis* Hav. *omnibus ad oppugnandum paratis* Lov. 4. Nihil muto, licet supra hoc cap. dixerit, 'Dum scalæ, quæque alia ad oppugnandum opus erant, parantur.' Mox *eruperunt*, pro *erumpunt*, Rec.

§ 9 *Ceteros Hannibal, ut consulem adesse sensit, in castra recipit*] *Cunctos Hann.*, ubi *consulem esse sensit, in castra se recepit* Lov. 4. *consulem esse etiam* Harl. *recepit autem insuper* Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii Oxonn. et edd. ante Froben. 1535.

Ut sibimet ipsis consulerent] *Conjeceram sibimet ipsi.* Id jam sic scriptum invenio in membranis Gudianis. J. F. Gron. *Sibimet ipsi* ex Pnt. et Reg. adsentientibus et aliis codd. recte Crevierius in contextum recepit. Concinnunt Lov. 4. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. Vide ad II. 19. § 5.

§ 10 *Ut is tumultus hostem moraretur*] Pal. 3. *ut isti tumultus hostem morarentur.* Mox Pal. 2. *agmen suorum fugæ simili juvante nocte adsecuti sunt.* Gebhard. *Ut iste tum.* Harl. Deinde *agmen suorum fugæ simili juvante nocte adsecuti sunt* Voss. *agmen suorum fuga simili juvante nocte adsecuti sunt* Hav. *agmen suorum fugam*

simili juvante nocte adsecuti sunt, reliquis omissis, Lov. 5.

CAP. VIII. § 2 *Ob egregiam fidem adversus Romanos*] *Erga Romanos* Harl. et Rec. quorum librarii existimasse videntur, hoc magis convenire, quod τὸ *adversus* potius nocendi vim haberet. Id tamen interdum alio sensu, et quidem bona cum voluntate poni, docet Mannt. ad Cic. ad Fam. ix. 22. Ita III. 33. 'Summa adversus alios æquitas erat.' v. 35. 'Adversus Romanos nullum eis jus societatis amicitiaæ erat:' ubi alia vide.

§ 3 *Quam senatus æquum censuisset, eam fortunam habituros*] Ab ed. Mogunt. abest illud *æquum*. Et potest etiam citra sententiæ detrimentum abesse. *Modius*. τὸ *æquum* abest a vet. ed. quod citra sententiæ detrimentum abesse posse, existimat *Modius*. *Gebh.* Eadem vox abest a Ber. et omnibus ante Aldum edd. Reliqui codd. constanter tuentur. Alio ordine *quam æquum senatus censuisset* præfert Gaertn. qui paullo ante non agnoscit τὸ *dixit*. Hav. etiam *Romam ut mitteret legit*.

§ 5 *Ipsè, Q. Pleminiò legato præsidioque, quod arcem ceperat*] *Pleminiò* prænomen exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N. Deinde *quo arcem* Lov. 2. Paullo ante § præc. *male demeriti essent* Flor. *male de rep. meriti essent* Lov. 2. Solent literæ *P. R.* et *R. P.* sive *populus Romanus* et *res publica*, in Mss. commutari. Vide ad xxxviii. 58. § 6.

§ 6 *Ita superbe crudeliterque habit]* Pal. 2. *Ita sup. et crudeliter habit]* *Lucrenses primo a Carthag. et post def. a Rom. fuerant.* Gebh. Scripti *Ita superbe et crudeliter.* J. F. Gron. Lectio hæc primum adparuit in ed. Froben. 1535. eamque firmat nunc Harl. Reliqui codd. mei, et omnes Hearnii cum edd. prioribus constanter *et crudeliter* legunt.

Sed prope libenti videri possent] Ver-

bum *videri* additum est præter auctoritatem archetypi scripti. *Rhenanus*. Pall. 1. et 2. *non æquo modo animo pati, sed prope lubenti* (Pal. 2. *jubenti* adludens ad primi scripturam) *posent*. Tertio quoque decussum est verbum *videri*: quod, quia retentum in principe edit. expungere nolui. *Gebh.* *Rhenani* liber, *Put.* omnesque *Gall.* et *Pall.* inducunt τὸ *videri*: itaque relegavimus. *J. F. Gron.* *Videri* in solis apud me *Ber.* et *Gaertn.* superest: reliqui cum *Hearnii* L. 1. et *D.* vocem illam expellunt: at insuper *sed prope lubenti* ignorat *Lovel.* 1. Deinde *libenti* habent *Lov.* 2. 3. *Harl.* *Ber.* *Gaertn.* *Hav.* et pleræque edd. antiq. Vide ad cap. seq. § 12. Mox § seq. *Humilem præfectum*, ommissa media voce, *Lov.* 4. Deinde *divitiis videretur certari* *Harl.* *vitiis viderentur certare* *Lov.* 2.

§ 8 *Invisas opes potentioris faciunt*] *Opes potentiores* *Flor.* *Lov.* 1. 4. 5. *Harl.* *Gaertn.* et *Hav.* Neque aliter *Voss.* inter lineas tamen adscripta alia lectione *opes potentiorum*.

§ 9 *Nam avaritia ne sacrorum quidem spoliatione abstinit*] *Scriptissimus* *Jam avaritia ne sacr. q.* ut sit initium novæ sententiæ. *Rhenan.* *Pnt. Reg. Men. Voss. Pal.* *Nam araritia*. Quod injuria mutavit *Rhenanus*. Est enim, quale *Ovidii Met.* vi. 273. ‘*Nam pater Amphion:*’ et viii. 530. ‘*Nam de matre manus.*’ *J. F. Gron.* *Rhenano* unus adsentitur *Harl.* Reliqui cum *Hearnii* L. 1. et *N.* *Nam avaritia*. Et sane sæpe *Nam* et *Jam* ejusdem potestatis esse, atque eleganter transitioni, vel connectendæ orationi inservire, docuerunt *Periz.* ad *Val. Max.* i. 6. 10. et *Duker.* ad *Flori Præf.* § 2. Ita xxxix. 26. quum *Philippus* rex *Macedoniæ* proposuisset, quæ de *Thessalis* querenda haberet, transiturus ad *refellenda*, quæ sibi ab eorum legatis objecta erant, ita incipit: ‘*Nam quæ sibi crimini objiciantur.*’ Sæpissime autem am-

Dclph. et Var. Clas.

hæ voces in *Mss.* confunduntur a librariis. Vide ad *Livii* ix. 17. § 5. *Mox intacti omni ævo*, pro *omni ætate*, *Lov.* 4. et *Harl.*

§ 10 *Quam asportabant, extulerant*] *Scriptissimus* *quam asportaverant, extulerunt*. *Rhenan.* *Vet. lib.* *asportabant*. *Sigon.* *Pal.* 1. *asportabat, extulerat*. *Pal.* 2. *asportabant, extulerant*: antiq. ed. *exportabant, extulerant*. At *Pal.* 3. *præter sacram pecuniam de ea, quam asportaverant, abstulerant*. *Gebhard.* *Scripti nostri* *quam asportabat, extulerat*. *Scribe* *quam asportabant, extulerant*, ut fere *Sigonius*. *J. F. Gronov.* *Asportabat, extulerat* *Flor. Voss. Lov.* 4. et *Hearnii* L. 1. *asportaverant, extulerant* *Harl. exportabant, extulerant* edd. *vett.* usque ad *Aldum*, qui dedit *asportabant, extulerant*. Et ita, consentientibus reliquis meis, *Gronovius*.

§ 11 *Contactis ea violatione templi furorem injecit*] *Reposuimus* *furorem objecit*, juxta veterem scripturam. *Rhenan.* *Pal.* 1. *ea adulatione templi*. *Amplius* *Pal.* 2. *ita tamen quoque alio genere, &c. furorem adjecit*. *Vet. ed. injecit*. *Gebh.* *Contacti se adulatione* *Flor. contactis adulatione* *Lov.* 1. *contactis adulationem* *Voss. Lovel.* 4. et *Hav. contactis ad ultionem* *Lov.* 2. et *Rec.* *Modo habuimus, ‘Nec alia modo templa violata.’* *Infra* c. 18. ‘*Suumque templum aut tutata est, aut a violatoribus gravia piacula excigit.*’ c. 20. ‘*Quæ Locris in templo Proserpinæ tacta, violata, elataque inde essent.*’ *Præterea* *furorem adjecit* *Lov.* 3. *furorem injecit* *Lov.* 5. *Ber.* et *Gaertn.* Reliqui recte *furorem objecit*. Vide *Munker.* ad *Hygini* fab. 11. *Mox rabie hoste revertit, pro hostili*, *Flor. Voss. et Lov.* 1.

CAP. IX. § 1 *Quam ipse ab Rhegio adduxerat*] *Legi* potest *quam ipse ab Rhegio abduxerat*. Sic enim est in codice scripto. *Rhenan.* *Pal.* 3. *abduxerat*. *Gebh.* Ut *Rhenanus*, *Put. Men.* optimus *Pal. Voss. abduxerat*.

Livius.

29 O

J. F. Gron. *Adduxerat* Lovel. 3. 5. Ber. Hav. et edd. Rom. an. 1472. ac Parm. idque videri posset eleganter dictum esse ad exemplum illorum, de quibus ago ad xxxvi. 40. § 3. et probat etiam Crevier. ex Thuanæo. At reliqui mei cum Hearnii Oxonn. *abduxerat*, nisi quod in ejus D. omnia hæc verba cum tribus præcedentibus *pars sub eo* perperam omittantur ob vocis *pars* repetitionem. Vide ad ix. 11. § 11.

§ 3 *Cui quum jussu tribunorum adentum poculum esset*] Caussam irarum inter Pleminium et tribunos, a Diod. Sic. in Excerpt. Peiresc. p. 285. memoratam, præterit Livius. *Duk.*

Primo jurgium, deinde clamor quoque] Hic aliquis se exercuit præter caussam, quem Livius indubie scripserit, quemadmodum est in codice vetere, et nos in contextu restitimus, *jurgium inde et clamor, pugna postremo ortu.* Rhenan. Unns Ber. retinet priorum edd. scripturam. Reliqui adsentiantur codici Rhenani, nisi quod *jurgium inde clamorque* sit in Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav.

§ 4 *Cruorem et vulnera ostentantes*] Gall. *cruorem ac vulnera.* J. F. Gron. Ita et Flor. pluresque alii meorum, cum Hearnii Oxonn. Mox *in eum jactata in jurgiis* Lov. 2. 3. et Voss. *in eum ipsum jactata jurgiis* Hav.

Domo se proripuit] Omnes sese. J. F. Gron. Ita non tantum etiam mei, uno dissentiente Lov. 4. verum etiam omnes edd. usque ad Gruteri ultimam, quæ *se proripuit* dedit.

§ 5 *Militumque implorabant auxilium*] Emendavimus *militumque fidem implorabant.* Rhenan. Ed. Mog. *militumque auxilium implorabant.* Modius. Ut Rhenanus emendavit, ita solus exhibet Pal. 3. Reliqui omnes *militumque implorabant auxilium.* Gebh. *Militumque fidem implorabant* ab Rhenano est, eique consentit Pal. unus. Turba codicum, ut ante vulgati, *mili-*

tumque implorabat auxilium. At præstantissimus Pnt. utramvis vocem pro spuria habet, tantumque exhibet, *militumque implorabant, tempus.* Scribe, *Dum spoliandis iis (repugnabant enim militemque implorabant) tempus teritur, repente milites feroces:* nam et τὸ frequentes, vulgo hic interpositum, scripti ignorant. Cicero in Verrem, lib. v. ‘Qui eum non solum cognoscere, sed etiam lacrimantes ac te implorantes defenderent.’ Propertius II. 21. 22. ‘Hanc miser implorat navita Lencothoën.’ J. F. Gron. *Militumque fidem implorabant* Lovel. 3. Harl. Rec. Hearnii D. et Reg. apud Crevier. *militumque implorabant auxilium* Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *militumque implorabant auxilia* Ber. Gronovium, ex vestigiis Pnt. *militemque implorabant* conjicientem, hic fortasse nimium fidenter versatum esse, existimat Crevierius, siquidem Pnt. duobus his libris xxix. et xxx. frequentissimis defectibus hiet. Verum Puteaneo consentit et Flor. in quo tamen *auxilium* ad marginem adscriptum visitur. Quin et, si excerptis Voss. fidem habere audeam, is totidem verbis *militemque implorabant* exhibuit; ex cujus interpretatione reliquæ lectiones natae sunt. ‘Implorare’ enim ‘est auxilium cum miseratione deprecari,’ teste Servio ad Virg. *Æn.* x. 19. Ita loquitur Ovid. *Her.* xii. 195. ‘Non ego te imploro contra taurosque virosque.’ *Metam.* xiii. 65. ‘Quum imploraret Ulyxen.’ *Justin.* iv. 3. ‘Pulsis civitate, contra quos implorati erant:’ ‘ad auxilium implorare aliquem’ dixit idem *Justin.* xxii. 2.

Repente frequentes milites feroces] Vocabulum *frequentes* non est in archetypo Spirensi. Nec solet ita duo adjectiva cum uno substantivo connectere Livius. *Rhenan.* Gessi morem Pall. trium consensui, τὸ frequentes exturbantium, quod et Rhenanus

e Spirensi monere occupavit. Gebh. *Frequentur milites feroces* Gaertn. priori voce omitta : *repente milites frequentes feroces* Ber. Reliqui mei cum Hearnii Mss. τὸ *frequentur* non agnoscunt.

Quum ad arma conclamatum esset] Sustulimus adverbium *quum*. Legendum enim est, suffragante exemplari scripto, *velut adv. hostes ad arma conclamatum esset, concurrerunt*. Rhenan. Solo Ber. excepto, omnes etiam mei τὸ *quum* ejiunt : *concurrunt* legunt Lov. 2. 4. et Hav.

§ 6 *In multo inpotentiozem subito rabiem accensi*] Exhibet Pal. 3. *tum vero in multo potentiozem solito rabiem accensi*. Gebh. *Multo inpotentiozem subito rabiem accensi* Lov. 2. 3. 4. 5. *multo inpotentioze rabiem accensi* Hearnii L. 1. Ita xxv. 37. 'Velut accensi rabiem discurrunt ad portas : 'accensus ira' similiter dixit hoc cap. et sæpe alibi. Servo tamen vulgatum, quod in reliquis superest. Infra xliv. 36. 'Animos militum hortando in pugnam accendebat.' Silius, perpetuus Livii imitator, iv. 169. 'in prælia mentes Accendis : ' et v. 258. 'accensis in mutua funera dextris.'

Lictoribus prius indignum in modum mulcatis] Olim *multatis*, vel *mulcatis*, hic edebatur ; quæ etiam lectiones in plerisque Mss. supersunt. Sed recte *mulcatis* reposuerunt Lipsius ad Taciti Ann. 1. 32. et Gebhard. ad Livii viii. 24. § 15. ubi vide. Id etiam in optimo cod. Put. superesse, Gronov. monuit ad xxviii. 30. § 12. ubi etiam quædam dixi. Proxime accedunt Flor. Voss. et Lov. 1. *mulgatis* præferentes ; in quorum etiam primo *mulcatis* emendatur. Pessime *ruberatis* ejus loco exhibet Hafn. quod ex interpretis glossa natum puto : *primum*, pro *prius*, est in Ber. et edd. antiq. *primum et prius* in Gaertn. vox *prius* deest in Hav. Mox § seq. *tunc ipsum* Flor. Lov. 3. 4. Harl. et Hav.

§ 8 *Scipio, post paucos dies Locros*

advectus] Vetus lectio *Scipio, post paucos dies Locros hexeri adv.* Rhenan. *Hexeri* Syracusana fortassis : nam hoc genus navium magis in usu erat Græcis, quam Romanis. Vide Scheffer. de Milit. Nav. ii. 2. et Perizon. ad Æl. Var. Hist. vi. 12. *Duk.* Vox *hexeri* deest etiam in Lov. 5. Gaertn. Harl. Ber. et Hearnii L. 1. ac N. Eius loco *cum exercitu* est in Hav. *exorte* in Lov. 3. *exerce* in Lov. 1. Voss. et Flor. *hexerce* in Lov. 2. *exere* in Lov. 4. *exeri* in Hearnii D. Eadem voce utitur Livius xxxvii. 23. 'Tres hepteres et quatuor hexeres habebat : ' et Val. Max. i. 8. ext. 11. 'In hexere Tyrionum sentinam haurientem.'

Ut Romam ad senatum mitterentur] Atqui ipse pro imperio in fontes animadvertere poterat. Credo, ei non tam militare delictum, quam crimen adversus rempublicam ab iis admissum visum fuisse. *Duk.*

Atque inde Syracusam redit] Ita primus edidit Froben. 1535. Priores *redit*, quod vindicant Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Vide ad xxxvi. 35. § 2.

§ 9 *Nimis leviter latam suam injuriam*] *Nimis leviter punitam* Brancai. Latini, quod ex alterius expositione natum videtur : *nimis leniter latam* Lov. 4. et Harl. Solent hæc voces in Mss. commutari. Vide ad xxxvi. 31. § 8. Utrumque autem, 'leviter' et 'leniter ferre,' optime dici, docuit Burm. ad Suet. Vesp. c. 13. Mox *compatiendo* Hav. Deinde § seq. vox *suppliciiis* deest in Flor. Lov. 1. 2. 5. et Hav.

§ 11 *Ad Scipionem profectos audivit*] Omnes Gall. et Voss. *ad P. Scip.* J. F. Grou. Prænomen Scipioni addunt non tantum multi meorum, et Hearnii L. 1. ac N. sed etiam prisca edd. Primus id omisit Froben. 1535.

§ 12 *Et qui antea per libidinem atque avaritiam*] Scripsimus, et *quæ antea per lib. atque av.* Rhenan. Mog. ed. et

qui antea per lib. Modius. Continet Pal. 2. et qui antea per lib. atque av. fœda exempla in socios edid., tunc ab illa mult. eadē infamiae, &c. oppido depravate. Gebh. Et qui antea Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. et Brancal. Latini. Sed reliqui faciunt cum Rhenano. Tum per lub. atque av. Flor. Vide ad cap. præc. § 6. Per lib. atque per av. Harl. De hac præpositionum repetitione dictum ad VI. 28. § 6. Alii tamen omnes præpositionem posteriori loco omittunt.

Tunc ab ira multiplicia edere : infamiae, &c. esse] Tunc ab ira multiplici edere Flor. et Lov. 3. ac 4. tunc ab illa multiplici edere Voss. et Lov. 1. tunc ab illa multiplicia edere Lov. 5. tum ab illa multiplicia addidere Brancal. Latini : nunc illa multipliciter addidere Hav. alia majora et fœdiora edidit Lov. 2. Sed, vulgatum genuinum esse, quisque sponte videt. Deinde quæ infamiae invidiæque, &c. essent idem Lov. 2. quæ infamiae atque invidiæ, &c. essent Ber. a. m. sec. Hav. et Brancal. Latini.

CAP. X. § 1 Quum a P. Licinio literæ Romam adlatæ sunt] Lege a P. Licinio consule ex vet. lib. Sigon. Pal. 1. cum P. Licinio cos. lit. Romam ablatæ sunt. Pal. 2. vero cum P. Licinii consulis lit. Romam allatæ sunt. Gebh. Præpositio a una cum verbo substantivo nunquam fuerant in Pnt. Men. Particulam quoque duo Pall. nesciunt, ex quibus alter Licinii consulis. Scribe, quum P. Licinii consulis lit. Romam allatæ : se exercitumque suum. J. F. Gron. Eadem præpositio cum verbo sunt non adparent etiam in Voss. nisi quod inter versus verbum adscribatur. Præpositio etiam deest in nonnullis codd. verbum sunt in Flor. et Harl. quum P. Licinii consulis lit. Romam allatæ sunt, se exercitumque legit Hav. quum P. Licinii consulis literæ Romam allatæ, se exercitumque, ut Gronov. emendavit, Hearnii L. I. et N.

Gravi morbo adfectari : nec sisti potuisse, nisi eadem vis mali] Legendum est nec subsisti potuisse. Rhenan. Mog. ed. nec sisti potuisse. Modius. Pal. 1. gravi morbo affectari. Amplius idem cod. cum Pal. 2. nec sisti potuisse ; ut et oggerit vet. ed. Gebh. Pnt. Reg. Men. optimus Pal. tres Flor. gravi morbo adfectari, nec sisti potuisse, ni eadem vis. Posteriorum mutationem servant omnes alii codd. tantum non pessimi : jamque confirmavimus contra Rhenanum. At si displicet adfectari, possis subjicere adtentari. Appuleius in disertissima Apologia p. 312. ed. Elm. 'An, quod verius est, ex crapula hellno attentatur?' Cic. ad Att. x. 17. 'Valetudinem tuam jam confirmatam esse, et a vetere morbo, et a novis tentationibus, gaudeo.' XVI. 7. 'Piliam περιάξασθαι παραλύσει te scripsisse aiebat.' J. F. Gron. Adfectari morbo rarum esse, ex eo intelligi potest, quod ὁ πάνυ auctoritatem illius non habuit. Si a Mss. discedendum est, propius ab eorum scriptura abest adfectari, quam adtentari. Cic. Catil. I. 13. 'Deinde multo gravius vehementiusque adfectantur' febrī. Duk. Adfectari servant Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. reliqui adfectari : quod illustrare conatur Crevier. loco Plauti in Bacch. III. 1. 10. ubi se invenisse existimavit 'damnis patrem adfectare.' Sed locus integer talis est : 'ut celem patrem, Pistoclere, tua flagitia, aut damna, aut despoliabilia, Quibus patrem, et me teque amicosque omnes affectas tuos Ad probrum, damnum, flagitium appellere ma et perdere?' Adparet iude, cohærere 'adfectas appellere et perdere,' et locum nihil huc facere. Un igitur lectio inde illustrari commodius poterit, quod 'adfecti morbo' in usu fuerit? ut apud Lucret. I. 133. 'Et quæ res nobis vigilantibus obvia mentes Terrificet morbo adfectis somnoque sepultis.' Donjatius etiam morbo adfectum hic

ex uno cod. probat. Si neque hoc subficiat, cum Dukero morbo *adflictari* malo. Ita enim Suet. Tito c. 2. 'Gravique morbo *adflictatus* diu.' Potuerunt autem 'adflictari' et 'adfectari' eodem modo commutari, quo 'adflictus' et 'adfectus.' De eo vide Burm. ad Suet. Ner. c. 16. Deinde *subsisti* tantum Rec. et Harl. *resisti* Lov. 2. *sisti* reliqui omnes: quod recte Gronov. adversus Rhenan. vindicavit et hic, et iv. 12. § 7. ubi plura vide. Præterea *ni*, pro *nisi*, Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. aliique. Vide ad xxiii. l. § 8.

§ 2 *Exercitumque Q. Cæciliū dimittī*] Legendum est *exercitum Q. Cæciliū, que* pattiētia dispuncta. Rhen. Voss. *exercitum Sicilia ũ*. Videtur *exercitum Cæcilianum*. J. F. Gronov. Lectio a Rhenano damnata superest in Ber. et Gaertn. *exercitum Cæciliū dimittī* in Harl. *exercitumque Sicilia non dimittī* Voss. et Hearnii N. *exercitumque non Sicilia dimittī* Lov. 4. *exercitumque in Sicilia non dimittī* Lov. 5. *exercitumque Cæcilianum dimittī*, ut Gronov. conjecit, Hav. Paulo ante *quantum ipse venire*, pro *quoniam*, Hearnii N. Deinde *non potuisset* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldum.

§ 3 *In hiberna suos receperit; et tantam incessisse in ea castra vim morbi, ut, nisi mature dimittuntur*] Ed. Mog. cum *Annibal in hyberna se suosque rec., et tanta incesserit vis morbi in ea castra, ut, nisi mat. dim., nemo, &c.* Modins. Omnes Gall. Pall. Voss. *et tanta incesserit in ea castra vis morbi, ut, nisi*. Neque secus Andreae atque Aldina edd. Vulgatum *tantam incessisse vim*, ab illis ortum, qui putabant, altero membro periodum carere, in quo certe sunt falsi. J. F. Gron. *In hiberna se suosque omnes* ante Aldum edd. consentiente nno tantum meorum Ber. quare alterum malo. Deinde *et tanta incesserit in ea castra vis morbi omnes mei*, et Oxonn. Hearnii

cum edd. ante Froben. qui primus alteram lectionem an. 1535. admisit. Præterea *dimittatur* quædam ex vet. edd. quod ortum ab illis qui 'castra dimittere' non recte dici, et 'dimittantur' cum singulari 'exercitum' jungi non posse existimarunt. Sed male. Nam 'dimittere castra,' ut 'dimittere prætorium.' Vide ad xxi. 54. § 3. Tum 'exercitum' collectivè cum verbo plurali construi, vidimus ad iii. 28. § 2. Et ita vii. 19. 'Exercitum suis finibus imminere, inde populabundos in agrum Romanum venturos esse:' ubi et alii ita errant. Vide ad xxv. 5. § 11.

§ 4 *Civitatem eo tempore recens religio invaserat*] Placet, quod habent nonnulli scripti ac Andreas Aldinaque, *Civ. eo tempore repens religio invaserat*. Put. tamen *recens*, alii *ingens*, quale mendum et alibi sustulimus. J. F. Gronov. *Gens religio* Flor. a m. pr. *ingens* a m. sec. quod præferunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hafn. Hav. et Hearnii N. reliqui *repens religio*: neque aliter omnes typis descripti usque ad Feyerabend. qui a. 1578. *recens* substituerunt. Sed vide ad viii. 29. § 1. Mox *crebros eo anno de celo lapidatus* Ber. et Hav.

§ 5 *Quandocumque hostis alienigena*] Hæc et quæ mox sequuntur de Scipione, viro optimo Romæ iudicato, et Idæam matrem excipiente, ad verbum fere imitatur Silius xvii. l. *Modius*. Omnes Gall. Pall. Voss. cum Andrea, *Quandoque hostis alienigena*. J. F. Gron. *Quandocumque* Hearnii L. l. *Quando* Lov. l. et Hav. *Quandoque* alii mei, Hearnii N. et D. omnesque edd. ante Ascensianam 1513. Vide ad i. 31. § 4.

Si matris Idææ Pessinunte numen Romam advectum foret] Quia non statim apparebat quid scripsisset Livius ob depravatam scripturam, ista verba quidam in contextum inscripsit. At nose vestigiis veteris sententiæ germanam Livii lectionem exculpimus,

nempe hanc: *si mater Idæa a Pessinunte Romam advecta esset*. Rhenanus. Πέσσωνός apud Strabonem lib. XII. p. 543. legitur. Plinius vero lib. v. cap. ult. et Ptolemæus v. 4. Tolistobogiiis attribuunt. Hoc nomen ferme in codd. corruptum legitur, *m* pro *n*, *Pessimus*: quamquam prima in Græcis duplex habet *σ*, quam ego simplici sigma scribendam censeo. *Glar.* Auctori hujus lectionis Rhenano refragantur Pall. 1. 3. cum antiq. ed. *si matris Pessinunte numen Romam advectum foret*. Inserit tamen prisca ed. *si matris Idææ*. Dein Pal. 3. *si matrem Deum u Pess, Romam advectassent*. Confirmatur hæc lectio ex inferioribus cap. 11. ‘Cum Romam Deam devexissent.’ *Gebh.* Optimi, *si mater Idæa a Pessinunte Romam arecta foret*. J. F. Gron. Lectio, quæ ante Rhenanum vulgo circumferebatur, exstat in Gaertn. Neque inde discedit Hearnii L. 1. nisi quod alio ordine *si Ydee matris a Pessimonte præferat: si matris Pessinunte numen Romam advectum foret* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hafn. Hav. et Hearnii N. *si matris Deæ Pessinunte numen Roman advectum foret* Ber. *si mater Idæa u Pessinunte Roman adrentasset* Harl. Reliqui fere comprobant Rhenani lectionem, quam in contextum recepturus Froben. 1535. præpositionem *a* omisit, quæ excidit etiam in Flor. intercepta a litera finali vocis præced. Vide ad v. 52. § 10. Eam demum ex optimis restituit nunc Gronov. quem etiam vide ad xxxiv. 3. § 8. Similiter auctor Epit. Liv. hoc lib. ‘Idæa mater deportata est Romanam a Pessinunte.’ Livium nominibus urbium præpositionem addere solitum fuisse, vidimus ad viii. 1. § 3. De orthographia vocis ‘Pessimus’ vide ad cap. seq. § 7.

§ 6 *Et sacrificantibus ipsis Pythio Apollini omnia lata exta fuisse*] Exsulat τὸ omnia a Pall. 1. 2. τὸ exta a Pal. 1. *Gebhard.* Put. omnesque

Gall. optimus Pal. tres meliores Flor. cum Barberino et Voss. *et sacrificantibus ipsis Pythio Apollini lata fuisse*, duabus vocibus omisis. Nempe scripserat Livius *et sacrificantes ipsos Pythio Apollini litavisse*. J. F. Gron. Vulgatum servant Lovel. 3. 4. Harl. Ber. et Gaertn. *sacrificantibus ut ipsis Phitio Apollini omnia exta lata fuisse* Hearnii L. 1. *et sacrificantibus ipsis Pythio Apollini lata fuisse* Lov. 1. 2. 5. Hav. aliique, cum Exc. Pithæi, et Hearnii N. Gronovius autem, quemadmodum hic emendat, etiam antea emendandum monnerat Obs. iv. 15. p. 243.

§ 7 *Quod depoposcisset provinciam African]* Ed. Mog. *qui depoposcisset p. A. Modins.* Qui depoposcisset non tantum omnes ante Aldum edd. sed etiam Ber. et Gaertn. codd. *quod poposcisset* Lov. 5. Hav. et Hearnii D.

§ 8 *Itaque, quo maturius fati omnibus oraculisque portendentis sese victoriæ compotes fierent, id cogitare, que ratio transportandæ Romam Deæ esset.* *Nullus tum in Asia civitates socias]* Hic rursus locus abunde docet, quantum ernditi viri, prout tunc erat seculum, Franciscus Petrarcha, Victorinus Feltrensis, et alii, quum in Livii scriptis versarentur, quoties nodosior locus aliquis occurrisset, sibi licere putabant, ut sensum modo restituerent, non ut curarent de verbis. Sane doctus fuit, quod negari non potest, qui hunc locum instauravit. Arbitror Laurentium Vallam fuisse, quem Thaddæus Ugoletus emendando Livio operam impendisse scribit. Sed ut melior, sic et laboriosior est castigatio, qua non solum sensus, sed et ipsa auctoris verba restituuntur. Effecimus hic aliquid diligenter considerando locum, et vestigia veteris scripturæ expendendo. Ea sic habet: *Itaque quo mat. factis omnibus or. portende Romam de e esset nullas dum in Asia socias civitates habebat populum Romanum.* Tu, pro *factis omnibus*, scribe

faustis omnibus, et, pro portende Romam de e esset, portanda Romam Dea esset, habebisque germanum Livii sensum, germanis redditum verbis: Itaque quo maturius faustis omnibus or. portanda Romam Dea esset, nullas dum in Asia socias civitates habebat populus Romanus. Dixit autem Livius nullas dum pro 'nullas ad eum diem.' Porro nunc vides, quantum peccarint, qui non modo tantam verborum congeriem de suo adjecerunt; sed et pro quo, quoniam, et pro factis, (quod faustis esse debebat,) ansi sunt scribere fatis; et postremo nullas dum mutare in nullas tum, ut esset alterius sententiae principium. Rhenan. Rhenanus, qui, vetere explosa lectione, hanc novam intulit, non mihi satisfecit, consilique sui causam probavit: neque enim uni libro magis est habenda fides, quam plurimis, iisque inter se egregie consentientibus, in quibus ita est: Itaque quo mat. fatis omnibus or. portendentis se victoriae competes fierent, cogitare, quæ ratio transportandæ Romam Deæ esset. Nullas dum in Asia. Sigon. Merito hic invehitur in Beatum Sigonius, quod uinum suo unico Spirensi exemplari tribuerit, contra consensum omnium aliorum codicum. Quid enim necesse erat hæc sic interpolare, cum haud dubie vera et germana hujus loci lectio sit, fatis oraculisque portendentis se victoriae? Ed. sane Mogunt. recte, me iudice, eam lectionem servat; in qua eadem etiam mox auctius legitur, id cogitare atque agitare, quæ ratio transportandæ Romam Deæ esset. Gebh. Mirifice tumultuatur Rhenanus, neque ullum tamen nostris e codd. antiquis habet molitioni suæ secundum. Omnes omnino, ut redite jussit in Livium Sigonius, laudante Modio: qui tamen non viderunt omnibus, pro omnibus, esse scribendum. Vide Observ. iv. 15. p. 244. J. F. Gron. Omnia et omnia innumeris locis permutari, multi apud Drakenb. ad Siliū l. ix. vs. 4. ostendunt:

quibus adde Scalig. ad Culic. vs. 165. Passerat. c. 1. Conjectur. et Interpretes Suet. ad Ang. capp. 97. 98. In Cic. Cat. l. 13. Manutius et Sylvius perperam legebant hisce omnibus Catilina, &c. proficiscere, pro omnibus. Vide ibi Lambinum. Contra Scoppa Collect. II. 7. in Ter. Andr. l. 1. 69. pro uno ore omnes omnia bona dicere, male legit omnes omnia bona. Duk. Nullus meorum et Hearnii codd. lectionem a Rhenano in Spirensi inventam probat; contra alteram lectionem veriorum esse clamant, ab ea in paucis tantum apicibus dissentientes: quæ omnia serupulose exsequi nihil adinet: fatis, omnibus, oraculisque recte Gronov. emendavit, etiam invitis omnibus scriptis, et fatis accepit de carmine librorum Sibyllinorum, omnibus de ipsius Scipionis animo finem belli præsentante, oraculis de responso Delphico et sacris litatis. Solent autem 'omnia' et 'omnia' a librariis confundi. Vide ad Livii Epit. lib. cxvii. Deinde id cogitare atque agitare, quæ ratio legunt Lov. 4. Harl. Ber. Rec. Hearnii D. et typis excusi ante Aldum. Quam lectionem quum Gebhardus in Pal. 3. et antiq. ed. invenisset, non is modo, sed etiam Gronov. in pr. ed. nott. ad Livii xxv. 36. § 5. legendum censuerunt id agitare, quæ ratio: 'cogitare' enim expositionem esse τὸν agitare. Si gravioris auctoritatis codd. eam lectionem tuerentur, non displiceret. Livium enim agitare eo sensu usnrpasse, vidimus ad l. loc. Nunc tamen id cogitare, quæ ratio, pro quo stant optimi, præfero; quod et Gronovius postea verius putasse videtur, quia in iterata ed. conjecturam omisit.

CAP. XI. § 1 Nullas dum in Asia civitates socias habebat populus Romanus] Nullas dum, pro Nullas tum, Rhenanus ad verba ultima cap. præc. emendavit, adstipulantibus multis scriptis meis, et Hearnii. Supra vii.

33. 'Fuga ab nulladum parte erat.' IX. 12. 'Nullodum certamine inclinatis viribus.' Ascon. in Argum. Orat. Cic. pro Mil. 'Mense Januario nullidum neque consules neque prætores essent.' Ita 'hauddum' mox; vide ad II. 52. § 4. 'omnesdum;' vide ad III. 60. § 10. 'nihildum;' vide ad XIII. 20. § 15. 'vixdum;' vide ad XXXII. 28. § 4. 'necdum;' vide ad XXXIX. 16. § 3. 'isdum' Plin. XXV. 11. ubi vide Harduin. Deinde *socias civitates habebat populum Romanum* Harl. *civitates socias habebat Romanus populus* Lov. 1. 2. 3. *civitates socias habebant R. P. Hearnii N. civitates populus Romanus socias habebat* Ber. Voces *populus Romanus* desunt in Flor.

Æsculapium quoque ex Græcia quondam, hauddum ullo fœdere sociata] Lib. X. c. 47. et Epit. I. XI. Sigon. Pal. 2. *haud dum ullis fide sociatis*. Statim Pall. *tres tunc jam cum Attalo*. Gebh. *Vixdum ullo fœdere sociata* Lovel. 2. *hauddum ullo fœdere socia* Hav. Mox § seq. *tunc jam cum Attalo* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *tum jam cum Attalo* Lov. 5. Præterea *quæ posset* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Ber. Hav. et edd. *quædam antiqq. qua possit* Ber. a m. pr. et Gaertn.

§ 3 *M. Valerium Lævinum, qui bis consul fuerat*] Observat Perizon. in Animadv. Hist. c. 8. p. 356. eadem verba repeti xxx. 23. et tamen Livium in historia non nisi unius consulatus Lævini mentionem fecisse. Pighium quidem credere in Annal. Rom. ad a. DCCCXIII. p. 135. in quo sequitur Sigonium, M. Valerium Lævinum antea consulatum suffectum gessisse cum M. Æmilio Lepido, quo anno L. Veturius Philo et C. Lutatius Catulus vitio creati abdicarunt; verum id ipsi Livio adversari, qui Lævini consulatum memorans xxvi. 22. enim non modo non 'consulem iterum' vocavit (ut fecisset, si jam antea consulatum obtinisset) verum etiam adpellat 'novum,' id est, qui

antea consul non fuerat, et obponit Q. Fabio et M. Marcello 'plenis honorum.' Hinc patere existimat, alios Livio annales ad manus fuisse hic et lib. xxx. alios tum, quum de consularu ejus ageret lib. xxxvi.

M. Cæcilium Metellum prætorium, Sulpitiu Galbam ædilitium, duos quæstorios] Lege ex vet. lib. *Sulpiciu Galbam ædilitium*. Sigon. *Cæc. Galbam ædilitium, duos quæstores* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. *Cæc. Galbam ædilitium Galbam duos quæstores* Flor. et Hav. *Cæc. M. Medilitium duos quæstores* Lov. 4. *Cæc. Galbam duos quæstores* Hearnii N. *C. Galbam duos quæstores* ejusdem L. 1. reliquis omnibus omis- sis: *duos quæstores etiam* Ber. Gaertn. et edd. vet.

C. Tremellium Flaccum, et M. Valerium Falconem] *Falconem* ex lapidibus Capitolinis. Sigon. Pal. 3. *Falcionem*. Gebh. *C. Flaccum*, media voce omissa, Hearnii L. 1. *Cn. Tremellium, Tremelium, vel Tremulium Flaccum* Flor. Lov. quinque, Hav. et Hearnii N. Infra quidem xxx. 26. 'C. Tremellius' vocatur, sed cap. seq. 'Cn. Tremellius,' ac priori loco, æque atque hic, optimi codd. ei prænomen 'Cnæi' tribuunt. Deinde *Falconem*, trajectis literis, Lov. 5. Hav. et Hearnii L. 1. *Fulcionem* Harl. Sed *Falconem* legendum esse, Sigonius etiam monet ad xxx. 26. § 4.

§ 5 *Delphos quum exscendissent*] Pall. 1. 2. et vet. ed. *descendissent*. Nimirum verum est, quod visitur in Pal. 3. *escendissent*. Nam ἀρχαῖκῶς 'escendere' est 'ascendere;' et Delphi in monte siti. Sic c. 37. 'Exitu censuræ quum in leges jurasset C. Claudius Nero, et in ærarium ascendisset:' ubi Pal. 1. *excecisset*. Pal. 2. *et in ærarium is ejecisset*. Verum est, quod oggerit Pal. 3. *et in ærarium escendisset*. Lib. xxx. c. 17. habet Pal. 1. *Cum C. Lælio rostru escendit*. Sic ibid. c. 18. expresse Pal. 3. *Jussosque escendere in equos repente in hostem mit.*

tit. Ibid. c. 25. e Pall. duobus, *Jussus unus e nautis exscendere in malum.* Legendum forte XXXIV. 28. *Quum audisset, escensum difficilis et artæ viæ esse.* Nam quidam libri *descensum.* Gebh. Men. duo Pall. edd. Andreae, atque Aldina *descendissent.* Clare autem Putean. et Pal. unus *quum escendissent.* Situs ipse templi firmat hanc lectionem. Lib. XLII. cap. 15. 'Satis constabat, Eumenem, ut sacrificaret Apollini, Delphos ascensurum.' Et mox, 'Ascendentibus templum a Cirrha.' J. F. Gron. *Ascendissent* Flor. *descendissent* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et vett. edd. pro quo Froben. 1535. *exscendissent* substituit. Sed recte viri docti ex codd. vindicarunt *escendissent*, quod se etiam in Reg. invenisse, testis est Donjat. Neque multum abijt Harl. *essendissent* præferens. De verbo 'escendere' vide ad II. 28. § 6.

Oraculum adierunt, consulentes, ad quod negotium domo missi essent] Hæc et continuo sequentia verba implicatum habent sensum, ideoque diligenter conspicienda vetera exemplaria. *Glur. Missi domo* Lov. 1. 5. et edd. vett. *dimissi domo* Hav.

§ 6 *Ut eam, qui vir optimus Romæ esset, hospitio acciperet*] Pal. 1. *exciperet.* Gebh. Omnes Gall. uno tantum excepto, *ut eam, qui vir optimus Romæ esset, hospitio exciperet.* J. F. Gronov. Diod. Sic. in Exc. Peiresc. pag. 381. scribit, carminibus Sibyllinis præceptum fuisse, ut agmen virorum præiret vir optimus, mulierum fœmina optima: et a senatu P. Nasicam virum optimum, Valeriam optimam fœminam judicatam fuisse. Horum pleraque nusquam alibi legi puto. *Duk. Reciperet* Voss. Lov. 1. 3. et Hearnii N. *exciperet* Flor. Lov. 2. et Hearnii L. 1. ac D. Infra hoc cap. 'Qui cam rite hospitio exciperet.' 1. 22. 'Excipere hospitio ab Tullo blande et benigne:' ubi alia vide. I. XXVII. c. 46. 'Cum summa omnium lætitia hospi-

taliter excipiuntur.' Sed et 'accipere,' quod in reliquis est codd. eodem sensu usurpatur. Ita verbis continuo hic seqq. et XLII. 17. 'Hospitio quoque et duces Romanos omnes, et legatos accipiebat.' Vide Burm. ad Ovid. Her. XII. 29. *Paullo ante Romam cum devexissent*, pro *Deam*, Voss. Lov. 2. 5. et Hav. sollemni scribarum aberratione. Vide ad I. 21. § 3. II. 44. § 12. III. 10. § 14. c. 55. § 8. XXI. 38. § 9. XXVII. 17. § 13. XLIV. 15. § 5. et alibi.

§ 7 *Pessinuntem*] *Pessinuntem* ex vet. lib. et Græcis. *Sigon.* Nummos cum inscriptione ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΩΝ, et ΒΟΤΑΗ ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΩΝ profert Harduin. in nmm. Popul. et Urb. Licet vero Græci hanc vocem per duplex σ scribant Πεσσινοῦς, Latine tamen *Pesinus* scribendum, putat Glairean. ad cap. præc. § 5. Sed alteram orthographiam probant Dausq. in Orthogr. parte II. in voce 'Pessinunta,' et Cellar. Geogr. Ant. III. 4. p. 108. ἀπὸ τοῦ πεσείῳ urbem nomen accepisse, docet Holsten. ad Steph. de Urb. ea voce.

Lapidem, quem matrem Deum] *Canabr. quam.* Etiam in margine ejus exemplaris, cui collatio codicum Put. Reg. Men. adscripta est, notatum a patre video *quam.* Ea est hand dubia Livii manus, et simile habuimus XXIV. 42. Adde XXXII. 4. Sed et videndum, an non oratio præcedens ita ordinari debeat: *Perganum in Phrygiam ad regem venerunt. Is legatos comiter acceptos Pessinuntem deduxit.* Jac. Gron. De hoc et aliis lapidibus sacris vide Cuper. ad Scriptor. de Mort. Persec. c. 11. *Duk. Quem* apud me in plerisque codd. superest. Et ita in Epit. hujus lib. 'Lapis erat, quem matrem Deum incolæ dicebant.' Attamen *quam* etiam Flor. Vide ad XXXII. 30. § 5. Ceterum causam non habuit Gronov. mutandi ordinem verborum. Similiter enim Pessinus adscribitur Phrygiæ XXXIV. 3. 'Matrem Idæam

a Pessinunte ex Phrygia venientem accepturæ sunt.' Auct. Epit. hujus lib. 'Idæa mater deportata est Romanam Pessinunte oppido Phrygiæ.' Quin et Phrygia utraque a regno Eumenis, qui Attali successor fuit, distinguntur, eique post victum Antiochum a Romanis donantur xxxvii. capp. 54. et 55. esse incolæ dicebant alio ordine verborum Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Tò esse exsulat a Lov. 5.

§ 8 *Præmissus ab legatis M. Valerius*] Legendum est *Remissus ab leg. M. Val.* Nam sequitur c. 14. 'M. Valerius unus ex legatis regressus:' sic enim ibi scribendum est, non *prægressus*, quemadmodum vulgatæ edd. habent. *Rhenan. Præmissus* omnes libri; quare non recte præfert Rhenanus *Remissus*. Gebh. Constante etiam omnes mei *Præmissus*. Recte itaque Sigonius eam lectionem reduxit. Mox qui eam dixit rite hospitio exciperet Flor. a m. pr. qui eam Deam rite a m. sec. Deinde acciperet Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antiqq. Vide modo ad § 6.

§ 9 *Q. Cæcilius Metellus*] *Q. Cælius Metellus* Hearnii D. *Q. Metellus Cæcilius* Harl. *Q. Cæcilius*, ultima voce ommissa, Lov. 1. Mox § seq. *Comitia habita per dictatorem* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav.

§ 11 *T. Claudius Nero*] *Ti. Claudius* ex Capitolino consulatu. *Sigon.* Prænomen deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et edd. antiqq. *Titi* prænomen primus ei dedit Froben. 1531. *C. Nero* vocatur in Hearnii L. 1. Sed recte *Ti. Claudius* Sigonius. Certe, horum temporum Claudios 'Titi' prænominem usos esse, non invenio. Mox *Rella* Flor. Voss. Lov. 1. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *Tellu* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *Rala* Harl. *Rala* Lov. 4. et Ber. Deinde Pomponii prænomen *M.* omittitur in Flor.

Comitiis perfectis dictator] *Iidem*

omnes [Gall.] sine exceptione, et Voss. *Com. peractis dictator sese mag. abdicavit.* Atque hic illis se aggregat etiam Andreas. Epit. lib. XLVII, 'Consules anno quingentesimo nonagesimo octavo ab Urbe condita magistratum, peractis comitiis, insequentisque anni consulibus creatis, inierunt.' *J. F. Gron. Comitiis peractis* non tantum Flor. omnesque alii, uno vel altero excepto, codd. cum Hearnii N. et L. 1. sed etiam omnes edd. vett. Primus Froben. 1535. *perfectis* substituit. Præterea *dictator* deest in Harl. *magistratu* in Lov. 1. *dictator se mag. abdicavit* legit Lov. 5.

§ 12 *Cn. et L. Cornelii Lentuli. Lucius Hispaniam provinciam habebat*] Priori prænomen *C.* tribuunt Lov. 3. et Hearnii N. *Cn. et L. Cornelii. Lentulus Hispaniam* legit Hearnii L. 1. Vocem *provinciam* neglegunt Lov. 1. 2. 3. quorum sec. insuper exhibet *Hispaniam habebat absens; absens eum honorem gessit: sed absens creatus eum honorem gessit* Lov. 3.

§ 13 *T. Claudius Asellus*] *Ti. Claudius*, ut supra dixi. *Sigon.* Scripti omnes mutant cognomen ædilis plebei, faciuntque *Asilus*. Sed et in *Claudiiis Tiberios* potius, quam *Titos*, invenies. *J. F. Gronov. L. Claudius* Lov. 4. Harl. et Hearnii D. *C. Asellius*, media voce ommissa, Hearnii L. 1. Sed 'Tiberii' prænomen ei jam vindicavit *Sigon.* ad xxviii. 10. § 3. Præterea *Asilus* Flor. Voss. Lov. 1. et Hav. *Asillus* Lov. 2. et 3. *Asilius* Hearnii N. *Asellius* ejusdem L. 1. *Asellius* Gaertn. et edd. antiqq. Vide ad locum Liv. laud.

M. Junius Penus] *Pennus* ex Capitol. consul. *Sigonius.* Vide ad xxx. 40. § 5. et xlii. 9. § 8. Idem cognomen gentem Quinctiam etiam habuisse, et in eo similiter librarios peccasse, vidimus ad iv. 20. § 8. Mox Marcelli prænomen *M.* ignorant Flor. Voss. Lov. quinque, Hav. et Hearnii N. ejus loco *miles* est in Harl. Præ-

terea in *Calli Voss. Lov. 1. et Flor. a m. pr. in Galli a m. sec. in Callis Lov. 2. a m. pr. in Gallis a m. sec.*

§ 14 *Et flamen Martialis eo anno est mortuus M. Æmilius Regulus*] Ad finem hujus libri (c. 38.) idem *M. Æmilius Regillus* dicitur, quod placet magis, quam *Regulus*. *Glar. Vide ad xxiv. 7. § 12. et c. 8. § 10. Regulus* etiam *Lov. 3. Ber. Hav. et edd. vett.* Sed recte *Froben. 1535. Regillus* substituit.

CAP. XII. § 1 *Neglectæ eo biennio res in Græcia erant*] Anno XII. hujus belli *Sulpitius* res in Græcia gessit, ut priore libro c. 5. scripsit *Livius*. Cæterum *P. Sempronius* successor ei missus, ut paulo post dicturus est, videtur otiosus sedisse: neque enim quicquam de eo hactenus et gestis rebus ejus: quanquam, quando missus successor, non dixit uspiam in prioribus *Livius*. Quod si hoc XIV. demum anno missus est, non decimo tertio, et neque consul hæc gessit, recte ait, biennio res in Græcia neglectas. Sed hoc est juvare socios scilicet, ac postea irasci illis, quod derelicti sine auctoritate Romanorum adversus fœdus cum rege pacem fecissent. Fieri etiam potest, ut in superioribus alicubi sit defectus. *Glar. Pal. 3. Nec lætæ eo biennio. Gebh.* Scriptum primo fuerat *Neglectæ*, ut etiamnum præfert *Harl. et sæpe* alibi scribi solebat, quemadmodum vidimus ad 11. 48. § 7. Id facile in *Nec lætæ* commutari potuit. Vide *Gebhard. ad c. 16. § 1.*

Desertos ab Romano, cui uni fidebant, auxilio] Nos sic scripsimus, *des. ab Romanis, cui uni fidebant aux.* *Rhenan. Pall. duo, et vet. ed. continent des. ab Romano*, quod videtur rectius. At *Pal. 3. des. ab Romanis, cui uno fidebant auxilio. Gebh. Ab Romanis* non displiceret, si locupletes haberet auctores. Cæterum sic inter nostros unicuique tantum *Pal. Pnt. et cæteri* omnes tum *Gall. tum Pall. ab Romano*, quod

mutavit *Rhenanus. J. F. Gron. Ab Romano Flor. Lov. 1. 2. 5. et Hearnii N.* Sed *Voss. cum reliquis meis ab Romanis.*

§ 2 *Cum decem millibus peditum, et mille equitibus, triginta quinque rostratis navibus*] *Vet. lib. et triginta quinque. Sigou. Antiq. ed. et triginta quinque. Pall. 1. 2. et viginti quinque. Pal. 3. negligit copulam et. Gebh. Cum decem millibus et triginta quinque, mediis reliquis omissis, Flor. Voss. Lov. 1. 4. Hav. et Hearnii L. 1. cum decem millibus et viginti quinque Lov. 2. cum decem millibus militum et triginta quinque Lov. 5. cum decem millibus peditum et viginti quinque Hearnii N. viginti quinque etiam Lov. 3. et Gaertn. Copulam, quam Sigonius restituit, servant omnes præter Harl. codd. omnesque edd. vett. Primus delevit Froben. 1535.*

§ 3 *Parthinosque et propinquas alias gentes*] *Plinius et Appianus Parthenos* scribunt. Ab *Appiano* in *Illyr. p. 757. redditur et nominis ratio. Sabell.* Et hic et infra reposuimus *Parthinos*. Sic enim *Plinius* appellat et *Strabo VII. 326.* Ceterum *Parthinos* inter *Liburniæ* populos recenset *Plinius III. 22.* Item scripsimus *Dimalumque oppugnari. Rhenan. Parthinos* est in *Mss. plerisque Livii, quorum tamen aliqui corrupte Partinos et Parthinos* exhibent. *Parthenios* unus *Hearnii L. 1. Vide ad xxxiii. 34. § 11. Paullo ante Durrachium Lov. 2. Durratium Lov. 5. Durratium Lov. 1. 3. Durachium Lov. 4. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Dyrachium Gaertn. Dyrattium Voss. Mox Dimalumque oppugnari Lov. 4. Dyamalumque oppugnare Hearnii L. 1. oppugnare etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et vett. edd.*

§ 4 *Eo se averterant Romani ab Ætolorum, quo missi erant, auxilio*] Immane vitium objecerunt hic *Livio* factores, et quidem ita tecte, ut absque vete-

ribus libris non possit deprehendi. Hæc omnia, *Romani ab Ætolorum, quo missi erant*, nullum habent vestigium sui in Put. Pet. meliore, Reg. Men. Voss. sed ibi solummodo *eos verterant auxilio irati*. Scribe, *Dimallunque oppugnari: eo se verterant auxilia, irati quod sine auctoritate sua*. Vides integrum et optimum sensum, extrito illo accessito ferrumine correctorum. ‘Auxilia’ nihil aliud sunt, quam Romani, imperatore P. Sulpicio proconsule in auxilium Ætolis missi. Itaque τὸ *irati* ad sensum retulit, non ad vocem. Offendit hoc bonos viros, *auxilia irati*: quasi potius sit pinguissimum centonem insui, quam unam vocem, ‘Romani’ nimirum qui appellantur ‘auxilia,’ intelligi. Complura figuratæ syntaxeos hujus exempla jam nobis occurrerunt. Sic apud Comicum, Andr. III. 5. 1. ‘Scelus, qui me perdidit.’ Auctor de B. Afric. c. 78. ‘Cæsar alteram alam mittit, qui satagentibus celeriter occurrerent.’ Tacit. Hist. I. 31. ‘Germanica vexilla diu nutavere, invalidis adhuc corporibus et placatis animis, quod eos a Nerone Alexandriam præmissos, atque inde rursus longa navigatione ægros impensiore cura Galba refovebat.’ Noster xxxviii. 34. ‘Uti quæ servitia tyranni liberassent (ea ingens multitudo erat) ante diem certum abirent: qui ibi mansissent, eos prehendi, vendendi, abducendi Achæis jus esset.’ Cicero Famil. I. 9. ‘Primum illa Furia muliebrum religionum, qui non plaris fecerat Bonam Deam, quam tres sorores, impunitatem est illorum sententiis assecutus:’ ita recte Victorius, quicquid repugnet Manutius. Habebat autem Reg. codex diserte *auxilia*. Secus posset fieri *auxiliarii*: sed pejus foret. *J. F. Gron.* Codicibus Gronovii concinunt ex meis Flor. Lov. I. 5. Hav. et ex Hearnii codd. N. Solum etiam ex suis Mss. Victorin. vulgatum tueti, auctor est Crevier, quin et *eo verte-*

rant auxilia irati Hearnius in L. 1. invenit. Nihilominus Crevierius vulgatum tuetur, partim quod ea lectio nihil Livio indignum sapiat, partim quod egregii alioquin codd. multis in locis manifeste mutuli sunt; et quidem, ut antea monuit, præsertim in his libris xxix. et xxx. Ei tantum non adsentior, et addo facillime hæc verba negligentia scribarum excidere potuisse ob similitudinem inter ultimas literas τὸν *verterant* et vocem *erant*. Vide ad ix. II. § 11. Si quis tamen Gronovii conjecturam præferre malit, non multum adversabor. Nam, ut monuit, loco interpolando ansam dedisse potuit minus usitata librariis locutio *auxilia irati*. In eo enim a Crevierio dissentio, quod genus loquendi truncum, abruptum, et parum clarum vocet; quum Livius aliique eo sæpius utantur. Infra xxxiv. 16. ‘Bergistanorum civitatis septem castella defecerunt. Eos, &c. in potestatem redegit.’ c. 28. ‘Prægressum auxilia tyranni adorti in terrorem ac tumultum conjecerunt:’ ita legunt codd. quidam. xxxv. 3. ‘Paratum erat præsidium, per quos in castella ageretur:’ sic iterum plures codd. pro *per quod*. xl. 41. ‘Ad septem millia hominum in naves inpositos præter oram Etrusci maris Neapolim transmisit:’ ubi non audiendus Sigon. *inposita* ex pr. ed. probans. Ter. Enn. II. 3. 1. ‘Ut illum Dii Deæque senium perdant, qui me hodie moratus est.’ Silius x. 306. ‘jacet altum pectus et ingens Dextera, quem (soli si bella agitanda darentur) Equares forsán Fabio:’ ubi pluribus hanc lectionem adversus Nic. Heinsium, ex conjectura *Dextera, quam reponentem*, inlustravi. Similiter D. Lucas Euang. c. I. quum vs. 59. dixisset *παίδιον*, versu 62. addit *αὐτόν*, pro *αὐτό*. et Lxx. interpretes Genes. III. 15. *σπέρματος, αὐτός*, pro *αὐτό*. Plura vide ad xxxvii. 39. § 12. Ceterum *Eo se adverterant* Lov. 4. *Eos*

everterant Lov. 5. *Eos verterant* Flor. Lov. 1. et Hearnii N. *Eo verterant* Hav. et Hearnii L. 1.

Sine auctoritate sua adversus fœdus cum rege pacem fecissent] Fœderis leges memoravit Liv. xxvi. 24. His cavebatur, 'Si Ætoli pacem cum Philippo facerent, fœderi adscriberent, ita ratam eorum pacem, si Philippus arma ab Romanis sociisque, quique eorum ditionis essent, abstinisset.' Id forte facere neglexerunt: certe modo Livius dixit, Philippum eos, 'quibus voluit conditionibus, ad petendam et paciscendam pacem subegisse.'

§ 5 *Ne qui motus major in finitimis gentibus populisque oriretur, magnis itineribus Apolloniam contendit*] *Gentibus Apolloniam contendit* Florent. *gentibus esset, Apolloniam contendit* Voss. Lov. 1. 3. 5. Hav. et Hearnii N. Verum hic etiam similitudo, quæ est inter finem vocum *gentibus* et *itineribus*, effecit ut imprudentes librarii tot voces medias omitterent; quarum loco, ut sensus constaret, quidam adsciverunt verbum *esset*. Certe eruditius videtur *gentes populosque* hic jungi, quam ut ab indoctis scribis proficisci poterit. De discrimine inter duo illa vocabula vide ad v. 34. § 5.

Lectorio legato] *Latorio* Græci et Capitolini scriptores. *Sigon*. Vide ad II. 27. § 6. *Mox et XXV. navibus*, pro *XV.*, Lov. 4. Ber. et Hearnii D. *et XXV. rostratis navibus* Rec.

Et ad visendas res, pacemque] Particulam *et* resecant omnes mei; eadem etiam deest in Hearnii L. 1. et N. ac duobus Crevierii. Ex edd. prima eam adscivit Gronoviana a. 1665. Si autem Gronovius eam ex fide codd. addidit, de quo vix dubito, ejecta erit a nasutis librariis, quia putarunt, si duæ voces per duplicem copulam jungerentur, non recte priori loco particulam *et*, posteriori que usurpari. At ita locutus est Livius IV. 2. 'Id et singulis universisque semper

honori fuisse.' v. 46. 'Ut et jussu populi Camillus dictator exemplo diceretur, militesque haberent imperatorem,' &c. XXIV. 2. 'Raras et stationes custodiasque senatorum esse.' xxxvii. 24. 'Tum et Hannibal, quæque circa eum erant naves, cepissent fugam.' Hoc modo accipiendum est, quod mihi in altero Msto Trajectino, aliis viris doctis in pluribus codd. obvium fuit apud Val. Max. III. 2. 20. 'Vexillum trans Punicum vallum projecit, et se ipsum suosque commilitones, si eo hostes potiti essent, exsecratus:' neque necesse est ut *exsecratus est* scribendum conjiciamus. Solet etiam hoc casu τῶ et subjungi particula *que*. Vide ad x. 30. § 2.

§ 6 *Philippus agros Apolloniatum vastavit*] Iterum meliores *Apolloniatium*. J. F. Gronov. Ita, vel *Apollinatium*, omnes scripti, et edd. antiqq. Primi Mediol. 1505. hinc Ascens. 1513. *Apolloniatum* substituerunt. *Mox pugnandi*, pro *pugnæ*, Voss. et Lov. 1. 2. 3. Ea vox deest in Gaertn.

§ 7 *Cum Romanis quoque, sicut cum Ætolis, cupiens pacem, si posset, si minus, inducias facere*] *Et* particulam adjecimus, *et cum Romanis quoque*. Pro *si minus*, substituiimus *sin minus*. Rhenan. Copula *et* exclusa, Pall. 1. 2. et antiq. ed. *ut urbem oppugnaret, cum Romanis quoque*. Mox iidem libri *si minus*. Gebh. Copula *et* non adparet in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Potuit perperam intercepta esse ab ultimis literis proximæ vocis. Vide ad xxxv. 41. § 7. Deinde τὰ *si posset* desunt in Lov. 1. Tum *si minus* teneant Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Vide ad IV. 5. § 6. *Mox irritatis novo certamine animis*, pro *odii*, Lov. 4.

§ 9 *Cum P. Sempronio imperatore Romano*] Prænomen *P.* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *Romano* autem in Ber. Gaertn. et omnibus excisis ante Aldum.

§ 10 *Neque enim ipsius quidem regis abhorrebat animus*] *Ne* particulam negativam inserimus: *neque enim ne ipsius quidem regis abhorrebat animus*. Rhenan. Omnes Gall. et Voss. *ne ipsius*. Lib. xxviii. c. 27. 'Quos ne quo nomine quidem appellare debeam, scio.' xxxi. 38. 'Neque enim ne regis quidem primum consilium reprehendendum foret.' J. F. Gron. *Neque enim ipsius* Ber. *neque ipsius* Lov. 5. *etenim ne ipsius* Lov. 2. Reliqui mei, et Hearnii Oxonn. Rhenano et Gronovio concinunt. Vide ad i. 10. § 3. Lectionem Rhenani Froben. 1535. aliique postea editores in contextum receperunt. Cujus loco Paris. 1573. operarum errore *neque enim nec ipsius quidem* dederunt. Quod, a sequentibus male servatum, deinceps Gronov. emendavit.

§ 11 *Penice urbs est Epiri*] Quidam emendarunt *Phænice*, et recte: sic enim et Strabo et Ptolemæus. *Glar*. Polyb. II. 9. *πολὺν γὰρ ἡ Φωνίκη διέφερε τῶν κατὰ τὴν Ἠπειρον πόλεων*. *Signon*. Frobenius est, qui a. 1531. primus *Phænice* edidit. Vide Cellarii Geogr. Ant. II. 13. 696.

Cum Eropo, et Darda, et Philippo Epirotarum pratoribus] *Derda* legitur in exemplari scripto, non *Darda*. Rhenan. Vett. libri habent *Derda*. *Signon*. *Atropo* quidam. Sed Put. et Gud. *Ätropo*. Et hoc nomen est illis populis non insolens *Ἀέροπος*. J. F. Gron. *Cum Eropo* Gaertn. *cum Afro* *populo* Hearnii L. 1. *cum Afro* *po*. Lov. 1. *cum Affropo* Hav. *cum Afro* *po* Flor. et Voss. quod firmat lectionem Gronovii *cum Ätropo*. Solent enim *E* et *F* in Mss. commutari. Vide ad Liv. xli. 2. § 3. Non modo autem *Ätropo* montem hac regione memorat Liv. xxxii. 5. sed etiam *Ἀέροπος*, cuius mortem Pyrrhus rex Epiri graviter tulit, obcurrit apud Plut. in Pyrrho p. 387. et alius *Ἀέροπος*, qui, pupillo Oreste interfecto, regnum Macedonia occupavit, apud Diod. Sicul.

xiv. p. 416. Idem nomen restituendum conjeci xxvii. 32. § 9. Deinde *Derda* Harl. et Hearnii L. 1. *Deroa* Hearnii D. *Dardano* Hav. et Ber. a m. sec. Reliqui omnes *Darda*. Tandem *Epirotarum pratore* Flor. Voss. Lov. 1. Hav. Hearnii N. et Exc. Pithœi.

§ 12 *Adfuit colloquio et Amynder Athamanum rex*] Voces *colloquio* et desunt in Lov. 1. sola copula et in Flor. Voss. Lovel. 2. Harl. Ber. et Hav. Voces et magistratus alii *Epirotarum* et *Acarnanum* in Hearnii D. Mox *Prius*, pro *Primus*, Hav. Vide ad x. 41. § 14. Tum et *petit* Flor. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Vide ad xxxvii. 45. § 2. Hinc et *imperatore*, omnia præpositione, Lov. 2. et quædam ex edd. principibus. Sed vide ad vi. 28. § 6. Denique vocem *eam* ignorat Harl.

§ 13 *Ut Partheni, et Dimallum, et Bargulum, et Eugenium*] 'Parthenorum' meminit Plinius III. 22. ubi gentem Illyricam facit: at cap. 23. ejusdem Parthinos Macedonia gentem, cuius Cæsar etiam meminit B. Civ. lib. III. Quidam in confinio utriusque provinciæ eandem putant, et per *i* in secunda syllaba, non per *e* scribendum. Quæ vero hic sequuntur nomina, haud scio an usquam legerim. Et hic locus in plerisque codd. asterisco notatus est non absque causa: desiderantur enim quædam. Et illud *Atintanus* non parum lectorem moratur. *Glar*. Glareanus negat se usquam legisse hanc vocem *Dimallum*. Id autem oppidum est in Illyrio, teste Polyb. III. 18. *Δημήτριος εἰς τὴν Δίμαλον ἀξιόχρεω φρουρὰν εἰσέπεμψεν*. *Signonius*. In Hieroclis Synecdemo pag. 621. est urbs provinciæ Macedonia *Βάργαλα*. Hinc adjuvandum Livium suspicatur Wesselingius. Eadem, quæ Hierocles, habet Constantinus de Themat. lib. II. p. 87. *Bargulum* et *Eugenium* videntur quondam ignobilia loca Illyrici fuisse: nam et *Dimullum* urbs Illyridis

est, et *Parthini* populus Illyrius. *Duk.* De orthographia vocis *Parthini* vide ad xxxiii. 34. § 11. Tum *Dimalum* Hearnii D. quomodo etiam *Polyb.* apud *Sigon.* scribit. *Dymalum* Hearnii L. 1. Vide ad § 3. Deinde *Bargillum* Flor. Voss. Gaertn. Hearnii N. et edd. principes. *Bargillum* Harl. Rec. et Hearnii D. *Pyrgus* ejus loco legendum conjicit *Donjat.* nulla conjecturæ ratione reddita: at proxime huc convenit *Bargala*, quod nomen ex duobus scriptoribus Græcis indicavit *Dukerns.* Tandem et *Emgenium* Gaertn. et *Etugenium* Lovel. 3. et *Egenium* Hearnii N. *Donjatins* *Leusinium*, vel potius *Æginium* malebat, quod *Eugenium* ignotum geographis nomen sit: quasi vero apud geographos nulla ἀπαξ λεγόμενα obcurrerent.

Atintanas missis Romam legatis ab senatu impetrasse, ut] Hunc locum olim quidam asterisco notarunt, quod verba deesse aliquot putarent. Itaque *Glareanus* videndum monet, quid sibi velit vox *Atintanas*. Huic ego quæstioni respondeo, *Atintanas* *Macedoniæ* populos esse illos quidem, præsertim auctore *Stephano*: Ἀτιντανία μοῖρα Μακεδονίας οἱ οἰκήτορες καὶ Ἀτιντανίαι, καὶ Ἀτιντανίαι putare tamen, hanc vocem adulterinam esse, neque huic loco convenire. Nam si legatur, non expleta omni ex parte sententia videtur: *P. Semp. cond. pacis dixit, ut Parthini, et Dim., et Barg., et Eug. Rom. essent. Atintanas missis Romam leg. ab sen. impetrasse, ut Mac. accederent.* At vero, si legas, ut est in veteribus libris, sensum elicies optimum et perfectissimum: *P. Semp. cond. pacis dixit, ut Parthini, et Dim., et Barg., et Eug. Rom. essent, addito, quod missis Romam leg. ab sen. impetrasset, ut Mac. accederent.* Dixit autem *addito quod*, pro eo quod quidam dicunt ‘dato quod,’ et pro ‘quamvis.’ *Sigon.* Vet. ed. *Ac interca missis Romam leg. ad senatum impe-*

trasset, ut Macedonia cederet. Primus vero *Pal. Atintani asi missis Romam legatis ab senatum patrasset, ut Macedonia cederet.* *Pal. 2.* exigna ostentat vestigia veræ lectionis: *Attamene missis Romam legatis ad senatum, et patrassus Macedonia cederet.* *Gebh.* Hoc exercuit mirifice *Glareannm* et *Sigionum.* Ego vero magis miror, ex qua panucea libri, non enim libro, hauserit propinatum nobis, quam sensum habere optimum et perfectissimum censeat, lectionem *Sigionis*: *Rom. essent, addito quod missis Romam legatis ab senatu impetrasset, ut Macedoni accederent.* Primo vide *Latinitatem.* Dixit autem, *addito quod* idem esse, quod illi dicunt ‘dato quod’ et pro ‘quamvis.’ Scilicet hujusmodi sermone persuaderet nobis, *Carolinam* consolationem *Tullianam* esse. Ne illi quidem, qui vulgo sic loquuntur, concedent, *addito quod* idem esse, quod illi dicunt ‘dato quod,’ vel ‘posito quod,’ aut Latini ‘far,’ vel ‘finge sic esse.’ Galli usurpant *joinet que*: hoc ad verbum esset ‘addito quod.’ Deinde qui impetrasset? qui accederent? *Romane*, an *Parthini*, et *Dimalum*, *Bargulumque*, et *Eugenium*? Hi certe, inquiet. Sed, si ab senatu impetrarent, ut *Macedoniæ* essent, qua fronte *Sulpicius* eos jubet esse *Romanorum*? Ubi, quando impetratum? quid intervenit, cur senatus donum ratum non esset? Sed non merentur illi refutari. Dno *Florentini* proletarii aut capite censi *adjunctosi, adjuncta si.* Sed tres classici, duo *Pall.* tres *Gall. Barberin.* Voss. proque omnibus *Put. Atintania si missis.* Dein *impetrasset Macedonia cederet.* Unde facilis restitutio: *ut Parthini, et Dim., et Barg., et Eug. Rom. essent; Atintania, si missis Romam legatis ab senatu impetrasset, Macedonia accederet.* Gens *Illyria* est, cujus nomen jam antea reddimus *Nostro* xxvii. 30. Meminit et *xlv. 30. J. P. Gronov.* Paucis codd. exceptis, reliqui mei emendationem

Gronovii firmant, in quibusdam tantum apicibus corrupti. Præferunt enim *Atintunia, si missis Romam legatis ab senatu impetrasset, vel ab senatum patrasset, Macedonia cederet, vel ut Macedonia cederet, vel Macedonia cederet*. Monstra lectionum, quæ in nonnullis aliis obcurrunt, memorare nihil adtinet.

§ 14 *In eas condiciones quum pax convenisset*] Gall. et Voss. *conveniret*. J. F. Gron. Ita et Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hav. aliique cum Hearnii L. 1. et D. Mox *Prusia Bithyniæ*, ommissa proxima voce *rex*, Voss. Lov. 1. 5. Gaertn. Hav. et edd. antiqq. Neque aliter Hearnii N. nisi quod etiam vocem *Prusia* ignoret. Deinde *Achei Beo Epirote*, reliquis omissis, Flor. *Acha eibeo Epirotæ* Voss. *Achayci Epirotæ* Haverk. *Achæi Beio Epirotæ* Lov. 1. *Achacibeo Epirote* Hearnii N. *Achæi Bæoti Epirotæ* Lov. 5. Tandem *Elei, Messe Athenienses* Flor. *Elei, Athenienses* Voss. et Lov. 2. ac 5. *Eleusini et Athenienses* Hav. *Eleim esse Athenienses* Hearnii N.

§ 15 *Hæc conscripta modo consignataque sunt*] Miror quisnam dictionem modo hic infulserit. Non enim est in codice scripto. *Rhen*. Non displicet Rhenani emendatio, quamvis in paucis tantum libris obvia. Priorem enim lectionem servant Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Hav. et Hearnii N. *Hoc conscripta modo consignataque sunt* Flor. *Hæc modo eorum conscripta consignataque sunt* Gaertn.

§ 16 *Quia averso in Africum bello*] Legendum est *quia verso in Africum bello*. Paulo post adjecimus literam pronomini, *P. Sempronius, puce facta*. Quod vero sequitur *decessit*, subaudi 'ex Macedonia.' *Rhenanus. Verso in Africum bello* etiam Flor. Voss. Lavel. quinque, et alii: *averso ex eo natum erat, quod in capite ejus male repetita sit litera finalis vocis præced.* Vide ad xxxvii. 29. § 8. Mox *levari*

volebant bellis, pro levari bellis volebant, Flor. Voss. Lovel. quinque, Berol. Gaertn. Hav. et omnes edd. ante Froben. 1535. Prænomen *Sempronio* addunt etiam Flor. ac multi alii.

CAP. XIII. § 1 *M. Cornelio, P. Sempronio*] Inverse Pall. duo, et vet. ed. *P. Sempronio, M. Cornelio*. Gebh. Similiter legunt Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. 1535. quod tot codd. fide iterum admisi. Mox etiam *belli Punici* Flor.

Etruria cum vetere exercitu] Duarum urbanarum legionum, quas M. Valerius Lævinus superiore anno jussus fuerat Arretinum ducere, quum M. Livius, exercitum volonum in Galliam ducto, se cum Sp. Lucretio, qui Galliæ præerat, conjunxisset: c. 5. et xxviii. 46. *Duk.*

Ut novas scriberet legiones] *Et novas Gaertn.* An itaque legendum *et ut novas?* quod et Dukero videbatur. Nam et alibi vocula *et* intercepta est a sequenti *ut*. Vide ad xli. 6. § 5. quemadmodum etiam *et* elisit sequens *ut*. Vide ad Liv. Epit. lib. lxxiii. Mox § seq. Pomponii prænomen *M.* deest perperam in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii N. quorum nltimus cum Ber. ignorat Claudii prænomen *Ti.* quemadmodum ejus cognomen *Neroni* Lov. 2.

§ 3 *P. Scipioni proconsuli cum eo exercitu cumque ea classe*] Exemplar vetus *Proconsuli Scipioni cum eo ex.* Video scribendum tantum *P. Scipioni*, non *P. Scipioni proconsuli*. Nam librarius, ubicunque *P.* literam repetit, scripsit *proconsulem*, id quod alibi etiam indicavimus. Nec est mox *cumque ea classe*, sed tantum *cum ea classe*. *Rhenan.* Exhibent libri omnes *cum ea classe*. Gebh. Lectionem a Rhenano damnatam unus servat Berol. *Proconsuli Scipioni* Harl. Gaertn. et Hearnii D. *P. Scipioni cum eo* reliqui. Vide ad xxviii. 16. § 14. Præterea unus iterum Ber. *cumque ea*

classe. Alii omnes cum ea clusse. Vide ad xxxviii. 18. § 12.

Ut *Bruttios cum duabus legionibus obtineret*] Est in exemplari vet. ut *Bruttios duabus leg.* Rhen. Libri omnes ut *Bruttios duabus legionibus obtineret.* Gebh. Pariter Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav.

§ 4 *M. Livio, &c. prorogatum imperium est*] In Gallia, in quam jussu senatus venerat, quum Etruriam provinciam haberet, c. 5. et l. xxviii. capp. 10. 46. Nec tamen diu eam obtinisse videtur. Nam eodem hoc anno censor fuit cum C. Claudio Nerone c. 37. Probabile est, eum C. Scribonio, quem hoc anno Gallia præfuisse hic et xxx. 1. scribit Livius, tradita provincia Romam ad censuram petendam rediisse. Et potuit ei provincia prorogari, quoad successor venisset. Duk.

§ 6 *T. Quinctius Tarentum, C. Hostilius Tubulus Capuam*] In divisione exercituum prioris anni non meminit Livius horum, sed tertio decimo anno hujus belli, hoc est tertio hinc anno. *Glar. De T. Quinctio* vide ad xxviii. 10. § 15. *Et Tarentum* Lov. 2. et Q. *Tarentum* Lov. 4. et *Quintus Tarentum* Lovel. 1. 3. et Voss. et *Quintus Tarentum* Flor. et Hav. Deinde *Tubulus* deest in Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldnm.

Cum vetere uterque præsidio obtinerent] Pall. 1. ac 2. *cum vetere præsidio obtinerent.* Gebh. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav.

§ 7 *De Hispanie imperio, quod in eam provinciam duos proconsules mitti*] Scripsimus, quos in eam prov. duos proc. mitti placeret. Rhenan. Pal. 1. quod in eam provinciam duos præmitti placeret. Gebhardus. Quod in eam servant Voss. Lovel. 3. 4. 5. et Gaertn. Deinde duos proconsules præmitti Gaertn. duos promitti Flor. duos præmitti Voss. Lov. 1. 2. et Hav. duos mitti Lov. 5. qui mox iterum non agnoscit vocem

Delph. et Var. Clas.

proconsules, cujus loco vicissim per quos legunt Voss. Lov. 1. 2. et Hav.

§ 8 *Ad novas scribendas in Bruttios legiones, et ceterorum*] Pal. 1. et in *ceterorum, ita enim missi ab senatu erant, exercitum suppl.* Pal. 2. quoque et in *ceterorum.* Pal. 3. et *ceterorum, ita enim jussi erant, exercitum suppleverunt.* Gebhard. Omnes Gall. duo Pall. Voss. et in *ceterorum (ita enim jussi ab senatu erant) exercituum supplementum.* Quod sincerum arbitror. Subaudiendum enim, 'scribendos aliquos milites,' vel 'delectum habere instituerunt.' *J. F. Gron. Et in ceterorum etiam* Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et omnes Mss. Crevierii. Eodem ducunt vestigia vet. edd. et inde *ceterorum, pro quo Mogunt. Ald. et alii recte substituerunt et in ceterorum; sed præpositionum perperam* Froben. 1535. expunxit. Livio enim has præpositionum variationes, 'et ad novam, et in ceterorum,' placuisse vidimus ad vi. 28. § 3. *Et ceterorum, &c. exercitum suppleverunt* Harl. Tò cum deest in Lov. 5.

CAP. XIV. § 1 *Ne præsciscerent Karthaginenses*] Vet. lib. *ne præsciscerent.* Sigon. Vet. ed. et Pall. 2. ac 3. *præsciscerent.* Pal. 1. *præscriberent:* exterius tamen additum *præsciscerent.* Gebh. Put. Reg. Men. unus Pal. *ne præscriberent.* Duo alii Pall. *ne præsciscerent,* ut vulgo legebatur ante Sigonium. Quod placet Rubenio, quando et xxvii. 35. 'Quamprimum eos sortiri provincias, et præsciscere, quam quisque eorum provinciam, quem hostem haberet, volebant.' Nisi utrobique verbo 'resciscere' usus est. l. xxiv. c. 26. tamen: 'Ea quum ad se quoque venire præscisset, in sacrarium ad penates fugit.' *J. F. Gron. Ne præsciscerent* Lov. 3. 5. Rec. Gaertn. et Hav. *ne præscriberent* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii L. 1. *ne præsciscerent* Lov. 2. in margine, Lov. 4. Harl. Ber. et Hearnii N. ac

Livius.

29 P

D. quod cum Rubenio probandum puto. Vide ad xxvii. 35. § 5. Non displiceret etiam Gronovii *resciscerent*, modo codd. faverent. Notat enim noscere occulta. Vide Donat. ad Ter. Hec. ii. 1. 11. iii. 1. 4. et v. 4. 29. Jac. Gronov. invitis omnibus codd. edidit *rescirent*, nisi id ex errore operarum ortum sit; eandem lectionem servavit Clericus. Mox *bellatum ire* Flor. Voss. Lov. 1. 5. Gaertn. et Hav. *bellatum iri* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Ber. a m. sec. Vide ad Epit. Liv. l. xxxvii.

§ 2 *Impleverat ea res superstitione animos*] Put. Reg. Men. duo Pall. Voss. *superstitionum*, non *superstitione*. Plautus Aul. iii. 6. 15. 'Omnes angulos furum implevisti.' Men. v. 5. 3. 'Me implevit flagitii et formidinis.' Merc. ii. 3. 74. 'Impleantur meæ fores elogiorum.' Noster xxxv. 35. 'Quem adveniens extemplo spei implevit.' xxxvi. 12. 'Leucadem venit, implevitque spei socios.' J. F. Gron. *Superstitionum* Flor. Lov. 1. 2. et Gaertn. quod quum ex optimis codd. contextui reddidisset Gronov. postea Clericus expulit, iterumque vulgatum revocavit, nihil monito contra fidem datam lectore. Supra i. 46. 'Adolescentem suæ temeritatis implet.' iii. 63. 'Ne ita omnia tribuni suæ potestatis implerent.' iv. 41. 'Fortunam noctemque omnia erroris mutui implesse.' v. 28. 'Multitudinem quoque religionis justæ implevit.' x. 14. 'Fugæ formidinisque Samnites implevit.' xxv. 40. 'Totam Siciliam impleret nominis sui.' xxxvi. 19. 'Implet homines certioris spei.' Aliter tamen Livium alibi locutum esse, vidimus ad iii. 69. § 2.

Ea plura vulgabantur] Vet. lib. *eo plura*. Sigon. Similiter Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Gronovius etiam in pr. ed. notarum monuit, non aliter esse in omnibus Gall. *ea* vero subpositum esse ab illis, qui hanc vocem sine comite *quo* stare non posse pu-

tarunt: cuius tamen exempla dedit Steweck. de Partic. Ling. Lat. in ea voce. Similiter etiam *quo* sine *eo* adliberi, vidimus ad xxvi. 20. § 5.

§ 3 *Duos soles visos, et nocte interluxisse*] Pal. 2. *et nocte interfluxisse*. Pal. 3. *in noctem interclusisse*. Gebh. Corrigunt viri docti *internoctu luxisse*: et eam vocem, quam analogia evidenti, tam necessariam putant, ut non dubitent quin eloquenda Romanis fuerit. Præverat illis Lipsius, qui Gellii iii. 2. 'Sacra Romana, quæ inter noctem fiunt,' libens legerit, 'internoctu fiunt.' Sed, necessariam non esse, ostendunt veteres, quum toties τῆς *interdii* adversum ponunt *noctu*, vel *nocte*. Noster xxvii. 45. 'Interdium an noctu venire sese vellet.' viii. 34. 'Neque discernatur, interdium nocte, æquo iniquo loco, jussu injussu imperatoris pugnent.' Lib. hoc xxix. 33. 'Nocte profectus Vermina, Syphax interdium.' xxx. 4. 'Nocte an interdium oportunores insidiantes essent.' Et apud comicos ex vetustissimorum sermone eodem modo *nox*. Etsi autem iidem dixerint *diu* et *die*, ut *noctu* et *nocte*, pari significatione, (cui rei quoque usus fastidium intervenit, ut priora distinguerent significatione, secus atque in posterioribus fecerunt) tamen *interdium* non videtur compositum ex *inter* et *diu*, neque formatum ex 'interdium' ita, ut hoc nominativi, illud ablativi casus sit, ut suspicatur vir insignis. Dictum enim censeo 'interdium,' ex quo exstitit resecto uno elemento *interdium*, qua forma 'undiustertius,' 'nudiustertius,' et reliqua: nam ut 'nudiustertius' dicitur, pro 'nunc diust (vel 'dies est') tertius;' ita 'interdium,' quasi 'interim' vel 'interea' 'dum diust,' vel 'dies est:' et neutrum potest declinari. Neque enim nomen unum est, sed instar orationis, ex pluribus partibus constantis, quæ cum sæpissime conjungerentur, cohæserunt sibi, et in unam vocem coaluerunt. Est autem ele-

ganter usurpatum *interluxisse*, sensuque idem, quod inter tenebras luxisse: indicatque, non diu durasse lucem illam, sed mox rediisse noctis habitum consuetum, fulgore illo interruptum. J. F. Gron. Ex Gronovio ipso ad Gell. III. 2. constat, eum hæc disputasse adversus Freinshem. qui ita emendandum censebat ad Flor. IV. 2. 45. 'Nocte' et 'interdiu' etiam pluribus locis apud Livium obponuntur. Vide ad XL. 10. § 7. *In noctem interluxisse* Harl. *noctu interluxisse* Lov. 5.

Et facem stellæ septies ab ortu solis] Legendum *et facem Setiæ ab ortu solis in occidentem porrigi visam*. Est autem *Setia* Volscorum oppidum, quod hic additum est, sicut mox 'Tarracina', 'Anagnia', et 'Lanuvii.' Porro quum *Setiæ* vocabulum putaretur mendum esse, pro illo supposuit alius *stellæ*, alius *septies* adverbium. *Rhenan*. Inseruit hanc lectionem tamen genuinam Rhenanus, cui tamen reclamant Pall. triga; quorum Pal. 1. *et facem stellæ ab ortu solis ad occ. p. v.* Pal. 2. *et facem stellæ* (ita et pr. ed.) *ab ortu solis ad occid. p. v.* Pal. 3. *et facem septies ab ortu solis in occidentem porrigi visa*. Mox Pal. 3. *in sitis locis*, pro *et multis locis*. Gebh. Omnes scripti *ab ortu solis ad occidentem*. J. F. Gron. Fors fuit, ut ab hujus coloniae incolis modo animadversa fuerit. Put. tamen et Cant. habent *facem Steliæ*. Men. *stellæ*. Pet. Voss. Gud. *facem stellæ*: et id omnes videntur circumcludere. Virgilius *Æn.* II. 694. 'Stella facem ducens multa cum luce ecurrit.' Nec magis nunc requiritur oppidi nomen, quam XL. 21. 'Et faces eadem nocte plures per cælum lapsæ sunt.' Post tot tantosque codd. Jul. Obsequentem non moramur. Jac. Gron. *Facem setiæ* Harl. *facem serie* Gaertn. *facem Steliæ* Flor. *facem stellæ* Lov. quinque, Ber. Hav. Hearnii L. 1. et ed. Rom. 1472. pro quo proximæ edd. *faciem*

stellæ septies dedere. Nondum tamen ita omnem scrupulum Jac. Gronov. exemit, ut ei adsentiri audeam. Non enim oppidi nomen abest XL. 21. quo loco vulgo editur, *Faces eadem nocte plures per cælum lapsæ sunt in Lanuvino*. Si autem emendatio, quam Sigonius ex Prisc. proposuit, ibi recipienda est, faces illæ per cælum lapsæ referendæ sunt ad prodigia Romæ visa, de quibus proxime præcesserat. Præterea Ohseq. quidem in prodigiis hujus anni morari nequit; illa enim pars libri ejus perit: alibi tamen nomen loci, ubi simile prodigium visum est, addere solitus fuit. Vide capp. 70. 71. 83. et 105. Non displicet itaque Rhenani *Setiæ*. Præterea *ad occidentem*, dissentiente uno Harl. omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. Mox *Anagnia portam et multis locis murum* Voss. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Ber. et edd. antiqq. *Anagnia et multis locis murum* Harl.

In æde Junonis Sospitæ Lanuvii cum horrendo fragore strepitum editum] *Jun. Sophrice ingens vox cum horr. frag. strepitus edita* Hearnii L. 1. *Jun. Sospita clanii vicum horr. frag. sine sensu* Harl. *Lavinii* Ber. Hav. et edd. antiqq. *Tanuvii* Flor. et Lov. 1. *Taminii* Lov. 2. *Taumini* Gaertn. *Tanini* Lov. 3. *Clavum* Lov. 4. *Taurominii* Lov. 5. Sed *Lanuvii* veram lectionem esse, ostendit 'Juno Sospita,' quæ præcipua religione in ea urbe colebatur. Vide ad VIII. 13. § 5.

§ 5 *M. Valerius, unus ex legatis prægressus*] Ante ad c. 11. § 8. docuimus, hic legendum *regressus*, quum moneremus scribendum *remissus*, pro *præmissus*. Rhenan. Pal. 2. assentiente vet. ed. *regressus*. Gebh. Ita et Lov. 4. Harl. Ber. Hearnii D. et edd. ante Aldum: *progressus* Gaertn. At reliqui recte *prægressus*, quod et Aldus restituit. Mox *reges nuncios* Voss. Lov. 1. et Flor. a m. pr. *regis* a m. sec. Lov. 2. a m. sec. Lov. 5. et Hafn.

§ 7 *Veram certe victoriam ejus rei sibi quisque mallet, quam ulla imperia*] Hæc oratio, tametsi integra, valde mihi tamen est de mendo suspecta. Nam germanam Livii lectionem non videtur mihi restituisse, quisquis depravatum in scripto codice locum castigare est conatus. Legitur illic *Veram certe victoriam ejus rei sibi quisque ulla imperia*. Nec est ibi verbum *mallet*, quod certe eruditus aliquis infulsit, subvenire volens corruptæ et mutilæ sententiæ. Ego, diligentius inspectis vitiatæ scripturæ vestigiis, non dubito quin sic scripserit Livius: *Veram certe vict. ejus rei cupias, quum ulla imperia, honoresse, suffragio seu Patrum, seu plebis delatos*. Subauditur autem in verbo *cupias* adverbium 'potius,' vel 'magis.' Qui loquendi modus oppido quam elegans a Græcis sumptus est, apud quos ejusmodi eclipticas orationes frequentius reperias. Qualis est illa, *θέλω τύχης σταλαγμῶν, ἢ φρενῶν πλοῦν*. Rhenan. Non est necessaria Beati prurigo correctionis, stantibus a vulgata lectione libris nostris Mss. tribus, et principe ed. Gebh. Hoc ex mutilo cod. frustra tentat Rhenanus: nam vulgata in omnibus libris nostris salva est. Gud. tamen *nulle*: ut non sit sententia aut judicium auctoris, sed expositio habitus animorum inter proceres. J. F. Gron. Nostri nihil mutant, nisi quod sibi desit in Lov. 4. et *suffragio et Patrum et plebis* legat Lov. 2. Ant. Periz. si cum Gud. *malle* emendamus, insuper *quemque*, pro *quisque*, legendum putabat.

§ 8 *Patres conscripti P. Scipionem, Cn. filium, ejus qui in Hispania ceciderat*] Non sunt in libro scripto duæ istæ dictiones, aut duæ saltem literæ earum loco *P. C.* Rhenan. Eleganti hellenismo Pall. tres subjiciunt *P. Scipionem Cn. ejus, exempto filium*. Gebh. *P. Cornelius Scipionem filium ejus* Lov. 4. *P. Scipionem filium ejus* Voss. Lov. 1. 5. et Hav. *Patres P.*

Scipionem filium ejus Ber. *Patres conscripti P. Scipionem filium ejus* Gaertn. et edd. antiqq. *Patres conscripti P. Scipionem Cn. filium ejus* Aldus. Sed recte duas priores voces Rhenanus expunxit, quæ in reliquis Mss. desunt. Deinde in *Hispania occiderat* Ber. Gaertn. et edd. vetustæ. Vide ad xxxvi. 36. § 6.

Adolescentem nondum quæstorium] Nondum ea ætate, qua quæstura peti poterat. Vide ad xxv. 2. *Duk. Adolescentem* Flor. Vide ad vi. 34. § 11. *Tum nondum quæstorem* Harl.

Judicaverunt in tota civitate virum optimum esse] Quis hic mendum latere suspicatur? Tamen id calamo exarati oculis subjiciunt. Put. Reg. Men. Voss. Barber. duo optimi Florentinorum *virum bonum optimum esse*. Lapis vetus: HONC. OINOM. PLOERYMEI. COSENTIONT. BVONORVM OPTIMOM. FVISSE. VIROM. Vides hoc esse adumbratum ab Livio, scribendumque *judicaverunt in tota civitate virum bonorum optimum esse*. Eadem forma Plautus *Amphitr. i. 1. 49.* 'Viros primorum principes:' et *Aulul. 'pauperum pauperimus.'* J. F. Gron. Hoc fortassis sumtum est ex inscriptione L. Scipionis, qui ante lv. annos Corsicam subegerat: HONC OINO. &C. DVONORO. OPTVMO. FVISSE. VIRO. *Duk. Judicaverant tota civitate virum bonum optimum esse* Harl. *virum bonum optimum* etiam Lov. 1. 2. 4. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *virum bonum et optimum* Hafn. Lapidem a Gronov. laudatum Syntagmati Inscriptionum inseruit Reines. Class. vi. num. xxxiv. De eo vide Gassendi vitam Peiresc. l. iii. p. 96.

§ 9 *Ita judicaverint*] *Pnt. ita judicaverint*. J. F. Gron. Non aliter apud me Flor.

Sicut traditum a proximis memorie temporum illorum scriptoribus] *Archetypum Spirense sicut proditum mem. a primis temp. illorum script. libens posteris tradiderim, ita meas op., conj. rem*

vet. obrutam, non interponam. Rhenan. Vet. lib. u proxinis temporum. Sigon. Omnes nostri contra Rhenanum, sicut traditum a proximis mem. temporum illorum script. libens posteris traderem. Sensus est, quemadmodum, si a scriptoribus, qui memoriæ illius ævi fuerunt proximi, quidquam huc spectans relictum esset, non pigræ ipse quoque referri. Similis excusatio III. 47. 'Quem decreto sermonem prætenderit, forsitan aliquem verum auctores antiqui tradiderint: quia nusquam ullum in tanta fœditate decreti verisimilem invenio, id quod constat, nudum videtur proponendum.' Et VI. 12. 'Quod quum ab antiquis tacitum prætermissumque sit, cuius tandem rei ego, præter opinionem, quæ sua cuique conjectanti esse potest, auctor sim?' ubi et appellat 'propiores temporibus harum rerum auctores.' Sed maxime 'proximos memoriæ temporum' defendit sibi Livius XXV. 11. de defectione Tarentinorum: 'Plures propioresque ætate memoriæ rerum hoc anno tradunt factum.' J. F. Gron. Non dubito quin hæc sit sententia. Nec tamen ex iis quæ hic adnotantur, liquet, *proditum* recte dici, pro 'si proditum fuisset.' Sed vide Gronov. ad IX. 18. quamquam omnia, quæ ibi adferuntur, ad tempus futuram, non, ut hic, ad præteritum, respiciunt. Duk. *Traditum* servant Voss. Lov. quinque, Ber. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. at *proditum* in Flor. fuisse videtur, ex quo nihil in excerptis notari videtur. Solent hæc voces in Mss. confundi. Vide ad XXVII. 16. § 12. Deinde a *primis memoriæ temporum illorum scriptoribus* Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. a *proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus* reliqui Mss. et quidem omnes omnino hunc verborum ordinem adversus Rhenanum tuentur. Solent autem etiam 'proximus' et 'primus' in codd. commutari. Vide ad

v. 47. § 5. Deinde *posteris tradiderim* Ber. et Rec. Omnes ceteri *traderem*. Recte itaque Gronov. lectiones a Rhenano ejectas revocasse existimo.

§ 10 *Ostium obviam ire Deæ jussus, isque eam de nave accipret et, &c. traderet*] Vet. lib. *accipere et tradere* habent, ut *ire*. Sigon. Omnes Gall. et Voss. transpositis vocibus, *P. Cornelius cum omnibus matronis Ostiam ire jussus obviam Deæ, isque eam*. J. F. Gron. Lectionem, quæ notæ huic præscribitur, demum vidi in ed. Froben. 1535. Omnes priores cum scriptis meis et Hearnii Oxonn. ita exhibent, quemadmodum partim Sigonius, partim Gronov. emendarunt. Ceteroquin, perinde foret, utrum *accipret, traderet*, an *accipere, tradere* legeretur. Et quidem exempla prioris locutionis, ut tantum proximum verbum pendeat a τῶν *jubere*, non ita reliqua, quæ deinde adduntur, vide ad XXVI. 22. § 7. posterioris vero, ut et proximum et ulteriora verba ab eodem *jubere* pendeant, vide ad XXXI. 8. § 8.

In terram elatam tradere ferendam matronis] *In terram allatam* Lov. 2. *in terram delatam* Ber. Male: 'elatam' nempe ex navi. Ita mox 'extulit in terram.' Est autem dictum eodem modo, ut 'educere in aciem,' de quo vide ad III. 62. § 5. Tum *referendam matronis* Ber. a m. pr. Lov. 4. Harl. et edd. vett. Sed prioris vocis prima syllaba ex præcedentis finali nata est: *referendam cum matronis* Gaertn. *ferendum cum matronis* Flor. a m. pr. Voss. et Lov. 1. 2. ac 5. *ferendacum matronis* in Put. et Reg. esse, Gronov. testatus est in pr. ed. nott. ad XXX. 37. ubi librarios dubitasse putat, utrum *ferendam*, an *ferendum*, verius foret, et hinc utramque lectionem ita conjunxisse. Videtur tamen potius *ferendam cum matronis*, quod per errorem in aliis superest, similiter dare voluisse.

§ 11 *Ad ostium annis Tiberini ac*

cessisset] Omnes iidem accessit. J. F. Gron. Non aliter etiam Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. omnes Hearnii, et Crevierii codd. ac vett. edd. quorum fide contextui reddidi: *accessisset* primum obcurrit in ed. Frob. 1535.

§ 12 *Claudiae Quintiae*] *Claudiae Quintae* legendum est ex Orat. Cic. de Aruspicio Resp. c. 13. Est autem 'Quinta' prænomen, ut in lapide perantiquo apud Horatium Malegutium in agro Regiensi, apud Gruter. p. DCCCLIV. n. 5. SEPTIMIUS. D. L. NICEPOR. SEPTIMIA. SP. F. QUINTA. *Sigon.* Pall. 1. 3. *Claudiae Quintiae.* Pal. 2. *Quintiae Claudiae.* Propert. IV. 12. 'Vel tu, quæ tardam movisti fune Cybellen, Claudia, turritæ rara ministra Deæ.' *Gebh.* Hanc Vestalem fuisse, tradunt Herodian. I. 11. Aur. Vict. de Vir. Illustr. c. 46. et alii recentiores, maxime poetæ, qui *virginem* vocant. Vide Drakenb. ad Sillii Ital. XVII. 33. Hanc sententiam amplexi sunt docti quidam, et inter eos Jac. Gronov. ad Minuc. Fel. VII. Nihil adhuc in vetustioribus auctoribus inveni, unde hoc pro certo affirmari possit, et potius Vestalem non fuisse puto. Primum enim Livius hic eam 'matronis primoribus civitatis' adnumerat, et Cic. de Arusp. Resp. c. 13. ac Minuc. Fel. l. d. 'matronam' vocant, quæ in virginem Vestalem convenire non videntur. Hoc quidem elevat Gronov. et Vestales quoque 'matronas' dici posse credit, eo quod matronarum jura in eas collata fuisse videantur. Non volo quærere, quo tempore, et quæ jura matronarum iis tributa fuerint? sed velim proferri auctoritatem vetusti alicujus scriptoris, qui Vestalem 'matronam' vocet: quamquam, si is inveniretur, tamen ex eo nondum sequeretur, Claudiam hanc Vestalem fuisse. Deinde Cic. et Sueton. ita de hac loquuntur, ut qui eam pro Vestali non habuerint. Nam quum

ille pro Cælio c. 14. hic in Tib. c. 2. et hanc, et alteram eodem nomine Vestalem, quæ patrem (fratrem dicit Sueton.) triumphantem comitata, curru detrahi non passa est, memorent, quæ causa dici potest, cur, si 'Quinta Claudia' quoque Vestalis fuit, eodem loco de utraque agentes, eam tantum, quæ cum patre currum triumphalem conscendit, non etiam alteram, 'Vestalem' vocare voluerint? Ea certe nulla est, nec sine ratione miratur Abramus ad Cic. l. d. si verum sit, 'Quintam Claudiam' Vestalem fuisse, Tullium id eo loco tacuisse. Sed nimirum Cic. et Suet. id tacuerunt, quia Vestalis non fuit, quod neque ex Livio et Cic. probari posse fatetur Gronovius. Denique eam Vestalem non fuisse, ex Ovidio manifestum est. Nam hic, quum Fast. IV. 295. in describenda pompa fœminarum, quæ Matri Deum obviam processerunt, matres et alias fœminas ita a Vestalibus distinxisset: 'Procedunt pariter matres, natæque, nurusque, Quæque colunt sanctos virginitate focos:' deinde de 'Claudia Quinta' vs. 313. scribit, 'Hæc ubi castarum processit ab agmine matrum:' quibus verbis eam a poetâ in numero matrum, id est, mulierum nuptarum, poni, apertius est, quam ut quidquam ulla veri specie contra dici possit. Herodiani et Aurelii Vict. non tanta apud me est auctoritas, ut illorum fide, tacentibus vetustioribus, hac in re standum putem. Qui primus hoc, quod illi, tradidit, ei idem utriusque nomen causam erroris fuisse arbitrator, eumque, quum 'Claudiae Vestalis' celebre nomen et facinus in historia Romana esse sciret, hoc quoque, quod de 'Claudia Quinta' proditum est, ad illam traxisse; vel quia Vestales non raro probri suspectas ac damnatas fuisse legerat, ex eo conjecisse, etiam 'Claudiam Quintam,' cujus pudicitia suspecta fuisse dicitur, Vestalem fu-

isse. Poëtas nihil moror. Broekh. ad Propert. iv. 2. 52. scribit, eam ab his ‘virginem’ ex usu sermonis Latini vocari, quo etiam nuptæ mulieres ‘virgines’ vocantur. Sed sunt, quibus hæc interpretatio vocis ‘virgo’ de Claudia non placet; de quo non contendo, ac tantum dico, me illis, si eam Vestalem fuisse putaverunt, non magis credere, quam Herodiano et Aur. Victori. De prænomine ‘Quinta’ agunt Pighius ad Val. Max. i. 8. 11. Sigon. c. 3. de Nomin. Rom. et Emend. i. 17. Partem eorum, quæ idem in Emendat. adversus Robortell. de ‘Claudia Quinta’ disputat, suam, non nominato auctore, fecit Abramus ad Cic. pro Cælio. *Duk.* *Claudie Quintie* Gaertn. Sed reliqui cum edd. Rom. 1472. ac Parm. *Claudie Quintæ*. Val. Max. i. 8. 11. ‘Quod Quintæ Claudie statua, in vestibulo templi Matris Deum posita, in sua basi flammis intacta stetit.’ Tacit. Ann. iv. 64. ‘Evenisse id olim Claudie Quintæ, ejusque statnam, vim ignium bis elapsam, majores apud ædem Matris Deum consecrassisse:’ ubi olim etiam pariter peccabatur. Et, ubi similis scribarum erroris suspicio esse nequit, Ovid. Fast. iv. 305. ‘Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto, Nec facies inpar nobilitate fuit.’

Dubia (ut traditur) antea fama] Si *dubia fama* sunt ablativi, quod videntur putasse qui post *fama* distinctionem posuerunt, *fecit* ita accipiendum est, ut ex præcedentibus suppleatur ‘Dea.’ Sigon. in Emendat. sine distinctione citat. Et possunt esse nominativi. Si liceret legi *tam religiosum ministerium*, haud dubie ablativi forent. *Duk.*

§ 13 *Succedentes deinceps aliæ aliis*] Ita primus edidit Froben. 1531. Priores legerunt *succedentes deinde aliæ aliis*. Neque aliter Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N, et L. I. quod cur muta-

tum sit, non adsequor. Voces illæ sæpius confunduntur. Vide ad v. 17. § 4. *Succedentes aliæ aliis* est in Harl. *succedentes aliis aliæ* in Lov. 4.

Thuribus ante januas positis] *Casaub.* ad Suet. Calig. c. 13. *Duk.* *Ante januam* Lovel. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. Rom. 1472. Parm. ac Mediol. 1480. Paulo ante *omni obviam effusa civitate* Harl. et Flor. *Mox accenso thure* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ *incenso* dedit. Priscam igitur lectionem rednxi.

Precantibus, ut volens propitiæque urbem Romanam iniret] *Civitate, precantibus*. Vide Gron. de Pec. Vet. i. 3. p. 76. *Duk.* Vide ad xxxviii. 29. § 11. Ceterum *urbem Romanam*, pro *urbem Romam*, primus Gronov. 1665. edidit, consentientibus, uno vel altero excepto, omnibus codd. quibus utor. Vide ad Epit. Liv. l. XLIX.

§ 14 *Pertulere Deum pridie Idus Aprilis; isque dies festus fuit: populus frequens dona Deæ in Palatium tulit, lectisterniumque et ludi fuere*] Ludos Megalesia per sex dies, a pridie Non. April. ad v. Idus fuisse, fasti dierum antiqui demonstrant. Nam etsi Deam perlatam esse pridie Id. Apr. in ædem Victoriæ Palatinæ, eumque diem festum fuisse, cum lectisternio et ludis, qui Megalesia vocati sunt, Livius dicat, postea tamen eos ludos in pridie Non. rejectos esse crediderim, accedente præsertim Spartiani testimonio in Caracall. vii. qui cum iix. Id. Apr. ipsis Megalensibus interemptum Caracallam narret, satis indicat, Megalensium primum diem pridie Id. non fuisse: nisi si quis mendosum esse Livii locum, et pro *pridie Id.* legendum *pridie Non.* arbitretur: ne, dissidentibus antiquis, opinione dubia fluctuemus. *Manutius* ad Cic. ad Fam. ii. 11. Vide, lector, anne hic etiam (ut crebro solent) in exprimendo Megalensium die lapsi

sunt librarii, qui scripsere *pridie Idus Apriles*, notarum antiqua cæsura decepti; cum forsitan legeretur *prid. Non. Aprilis*. Sic enim is dies in fastis publicis est annotatus pridie Nonas Aprilis, sicut testantur antiquæ Pastorum sacrorum tabulæ, quas ipse quondam Romæ apud Bernardinum Maphæum Cardinalem exstantes exscripsi. Quibus etiam adstipulatur Ovidius Fast. iv. 179. post tertium Aprilis mensis diem Berecynthiæ matris magnæ festa incipere canens: 'Ter sine perpetuo cælum versetur in axe, Ter jungat Titan, terque resolvat equos. Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu Flabit, et Idææ festa parentis erunt.' Pighius in Annual. ad a. 10XLIX. p. 216. Sic quoque emendat Neapolis ad Ovidii l. laud. Casaub. etiam ad Spart. l. d. primum diem Megalensium pridie Nonas Apr. fuisse scribit. Duk. *Quæ est in Palatio proposuit locavitque p. R. Ydibus Hearnii L. 1.* Malo vero cum Manutio existimare, postea festum in pr. Nonas rejectum esse, quum eo anno pr. Idus celebratum fuisset, quam *pridie Idus in pridie Nonas* emendare. In vocem *Idus* enim conspirant omnes omnino Mss. Neque etiam Livius dicit, semper eundem diem observatum fuisse, sed potius contrarium innuit, dicendo 'isque dies festus fuit,' non autem 'est.' Ratio autem, cur dies mutatus sit, esse potest, quod in pridie Idus Apriles inciderint Cerealia, ut ex Calendariis vetustis constat. Si quid tamen hic mutandum, legam *pridie Idus Apriles*. Ita enim Livius loqui solet. Vide ad iv. 37. § 3. Nullum quidem codd. laudare possum, qui ita præfert; multi tamen, atque inter eos optimi, ut Flor. alique, per compendium legunt *Apr.* Præterea voces in *Palatium* desunt in Lovel. quinque, et Hav.

— *Megalesia adpellata*] Cicero de Arusp. c. 12. 'Megalensium ludorum

tanta religio est, ut ex ultimis terris arcessita in hac urbe conederit. Qui uni ludi ne verbo quidem appellentur Latino, ut vocabulo ipso et appetita religio externa, et matris Magnæ nomine suscepta declaretur.' Sigon. *Megalesi jam adpellata* Flor. et Voss. in margine. *Megale suam adpellata* Lov. 1. *Megalesa jam appellata* Lov. 2. *Megalensia jam appellata* Hav. Illud *jam* addiscendum videtur.

CAP. XV. § 1 *Quum de supplementis legionum, quæ in provinciis erant, ageretur*] Pall. duo, et vet. ed. *Quum de supplemento leg. ageretur, quæ in prov. erant.* Gebh. Ita et Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Mox *subgestum est, pro subjectione est*, Voss. quod ex interpretis glossa natum videtur. Similiter loquitur hoc cap. 'Erectis expectatione Patribus, subjecerunt.' Præterea § seq. *colonias Latinas XIII.* Hearnii D. Sed male: duodecim enim nominatim recensentur hoc cap. et xxvii. 9.

§ 3 *Pro fide atque obsequio imperii Romani*] Pnt. *imperii*, quod factum esse conjiciebat Salmasius ex *in P. R.* ut vera scriptura sit *pro fide atque obsequio in populum Romanum.* J. F. Gron. *Imperii*, sequenti voce omissa, Voss. et Lov. 1. ac 2. *imperatoris* Hav. *imperatorum* Lov. 3. et Hearnii N. *impar* Lov. 5. in \bar{p} . \bar{r} . id est *in populum Romanum*, Flor. quod sibi quoque in Pnt. non vero, ut Salmas. apud Gronov. monuit, *imperii* obvium fuisse, Crevierius testatur; qui addit vulgatum *obsequio imperii Romani* in nullo suorum codd. superesse, quin etiam scripturam illam pravam et a Latinitate alienam esse. Ejus itaque exemplo *in populum Romanum* in contextum recepi.

§ 4 *Sub hanc vocem non memoria magis Patribus renovata rei prope jam oblitterata, quam ira irritata est*] *Sub hanc vocem vero mem.* Lov. 5. *Sub hanc*

vocem nova mem. Ber. et edd. ante Ascens. 1513. *Sub hanc vocem mem.* Hav. Tum *mem. magistratibus renovata* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Hav. *memoria Patribus renovata* Lov. 2. in margine. Deinde *jam deest* in Lov. 3. et Harl. *rei prope jam obliterated est*, reliquis omissis, legunt Flor. Lov. 1. 5. Voss. *rei prope jam obliterated est* Hav. *rei prope jam obliterated est*, quam *ira irritata* Ber. Gaertn. et edd. vett. ante Froben. 1535. Mox § seq. *decrevere* Voss. Lovel. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum.

§ 5 *Ut consules magistratus denosque principes*] Hic *principes* vocat, quos paullo post eum ‘legatos,’ tum ‘primores.’ Deni autem ex duodecim coloniis, præter magistratus, efficiebant numerum centum viginti, qui retineri jussi, magistratus vero domum ire ad delectus conficiendos. Et coloniarum nomina in plerisque vetustis codd. hoc loco melius habent, quam xxvii. 9. quod supra etiam admonuimus. *Glar.* Hi *decem principes* etiam ‘decem-primi’ vocati sunt, de quibus vide Noris. ad Cenot. Pis. Diss. 1. c. 3. p. 40. et viros doctos ad Cic. pro Rosc. Amer. c. 9. Ceterum *ut omnes magistratus* male Hearnii N.

Nepete, Satvio, Ardea, Calibus] *Nepet*, ut supra. *Sigon.* Vide ad vi. 9. § 3. Ita quidem Hav. Sed optimi dissentiunt. Tum *Callibus* idem Hav. cum Ber. scribarum errore, qui et alibi ita peccarunt. Vide ad viii. 16. § 1. Monstra lectionum, quæ codd. in reliquis coloniarum nominibus olferunt, ostendere nihil adinet: id tamen memoratu dignum est, supra xxvii. 9. ubi etiam duodecim harum coloniarum nomina recensentur, pro *Sora* memorari *Coram*. Utra autem lectio vera sit, dignosci nequit: ambæ enim jam diu ante hæc tempora fuerunt coloniæ Romanæ, et quidem in Latio novo.

§ 7 *Si qua cum numerum equitum explere non posset*] *Si qua earum num.*

Voss. Lovel. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. Moguntina priores. De locutione illa vide ad viii. 37. § 8. quo minus tamen probare audeam, illud obstat, quod integriores codd. alteram lectionem tueantur.

§ 8 *Retineri ejus coloniæ magistratus legatosque placere*] *Retinerent ejus coloniæ mag.* Voss. Lov. 1. 5. et Flor. a m. pr. qui *retinere* habet a m. sec. *retineret* Hav. Nihil mutandum. Nam eadem forma, qua *retineri*, etiam *dari* et similia alia subjunguntur.

§ 9 *Stipendium præterea iis coloniis tria millia æris asses singulos imperari*] Facile possem hic lectori ostendere, quam fecunda sit ignorantia. Nam si prosequi velim, quot modis hæc verba intelligi possint, paginam implerem. Ego vero, cum mihi ipsi primum satisfacere nequeam, nec lectorem ostentatione inani traham, sed libere dicam, me hunc locum non intelligere: hoc unum videri tamen mihi, in *mille æris* legendum, non *tria millia*. Error ex scriptura facilis erat. Loquitur autem de stipendio. Singulos itaque asses in singulos menses intelligo, ut de mille æris fierent asses anni duodecim. Et formulam puto pro portione quadam sumptam, ut sors bonorum cujusque, et secundum sortem militum numerus cognosceretur. Hujusmodi locos ferme non attingunt, qui annotationes scribunt. *Glarcan.* Pall. tres habent in *millia æris*. Nempe τὸ III. numerus eo degeneravit. *Gebh.* Ut hæc lectio manere nullo modo potest, ita satis fero, quod est in Pnt. Reg. Pet. Men. tribus Pall. Voss. *iis coloniis in millia æris asses singulos*. Intelligo autem in singula millia. Sic xxii. 36. ‘Numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum et centenis equitibus in singulas adjectis.’ xxx. 17. ‘Legatis in singulos dona ne minus quinque millium, comitibus eorum millium æris.’ xxxvii. 45. ‘Millia deinde ta-

lentum per duodecim annos.' Sic Curtius v. 5. 'Jumenta, inquit, assignari, quæ vos veherent, et singulis vestrum millia denarium dari jussi:' sic Mss. Frustra reposuerunt mille. Liv. xxxix. 7. 'Vicenot quinos et semisses in millia æris quæstores urbani cum fide et cura solverunt.' Eodem libro c. 44. 'Et his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur.' Male ergo Glareanus in *mille æris*. Lib. xxxi. cap. 13. 'Consules agrum æstimaturos, et in jugera asses vectigales, testandi causa publicum agrum esse, imposituros.' J. F. Gronov. Franc. Hotoman. de Re Numar. p. 88. *tria millia æris: asses in singulos imperari* legendum conjicit, et in *singulos* interpretatur in *capita*. Verum omnino nihil aliud mutandum, nisi ut cum Gronovio in *millia æris* legamus, pro *tria millia*. Simili errore pro *inde*, sive *iñ*, ut per compendium scribitur, III. datum esse, vidimus ad ix. 20. § 1. et contra *iñ* sive *inde* pro III. ad iv. 9. § 13. Quod adinet ad ipsam locutionem 'in millia æris,' quam Gronov. recte exposuit, de ea etiam vide ad iv. 15. § 6.

Ex formula ab Romanis censoribus data] *Ex forma* Voss. et Lov. 1. Male. *Formula* hic est lex, sive præscriptum, secundum quod aliquid peragendum est. Supra iv. 8. 'Cui' magistratui 'arbitrium formulæ censendi subjiceretur.' xxii. 57. 'Ad milites ex formula accipiendos mittunt.' xxvii. 10. 'Quæsi veruntque ab iis, ecquid milites ex formula paratos haberent?' Et postea: 'Respondit milites ex formula paratos esse.' Mox hoc cap. 'Si simplum ex formula imperetur.'

§ 11 *Quum milites stipendium impèrassent*] *Meliores militem stipendiumque*. J. F. Gron. Ita editum primum est in ultima Gruteri ed. Priores habent *milites stipendiumque*. Et ita servant omnes mei, nisi quod Voss. a m. altera inter versus adscriptum os-

tendat *militum stipendiumque*, in quo lectionis a Gronovio restitutæ vestigia manifeste agnoscas: *stipendium militesque* legit Ber. Mox *clamare*, pro *reclamare*, Lov. 4. Harl. et Rec.

§ 12 *Si simplum ex formula imperetur, enixuros*] *Si prælum* Voss. et Lov. 1. Tum *emísuros*, seu *emersuros*, idem Lov. 1. *evasuros* Hav. *impletu-ros* Hafn. *enisuros* Flor. Voss. Lov. 3. 4. et Gaertn. Vide ad ii. 39. § 11. et cap. 50. § 9. Paulo ante *ne cogitare*, pro *negare*, Harl.

§ 13 *Neque suum delectum*] *Lego delectum*. Nam præcedit, 'Nihil se, quare perire merito deberent, admisisse: sed, si pereundum etiam foret.' Quia vero hic de delectu agitur, facilis lapsus fuit. *Rhen.* Paulo ante *quare perire merito, admisisse*, una voce omissa, Flor. a m. pr. *quare perirent merito* a m. sec.

§ 14 *Ire domos ad delectus habendos*] *Ire domum* Flor. Voss. Lovel. 2. 5. Gaertn. et Hav. *irent domum* Lov. 3. Paulo ante *legatos manere Romæ* Flor. et Harl. *legatos Romæ manere* Lov. 4.

§ 15 *Ita præcisa spe senatum adeundi*] *Itaque præcisa spe* Hearnii L. 1. Vide ad xxi. 53. § 7.

CAP. XVI. § 1 *Altera itidem res*] *Vet. lib. item*. Sigon. Pall. 1. et 3. *Altera item res*. Pal. 2. plane *τὸ item*, vel *itidem* fastidit. Amplius Pal. 1. *prope æquo longe neglecta silentio*. Pal. 3. *æque longo nec lata silentio*. Pariter ut cap. 12. ubi idem codex, pro *neglecta eo biennio res*, legebat *nec lata eo biennio res*. Gebhard. *Item* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. Similiter etiam in Put. et Victor. esse, Crevier. monuit. Horum fide recepi. Hinc *æquo longe neglecta silentio* Flor. et Lov. 1. ac 2. *æque longe neglecta silentio* Lov. 3. et Hav. *æque longe neglecto silentio* Lov. 4.

Se ac M. Claudio consule] *Vet. lib. consulibus*. Sigon. Ambigue olim forte scriptum fuit *Cos.* vel *Cons.* in quo

recte extricando sæpissime lapsi sunt librarii. Vide ad x. 10. § 2. Præterea *M. Claudio Marcello* edidit Sigonius. Sed vocem additam, quam certatim posteriores edd. spreverunt, in nullo cod. invent.

§ 2 *Etiam se auctorem ita conferendi fuisse, inopi ærario, nec plebe*] Mog. ed. in *inopia ærarii*. Modius. Pal. 3. removet *rd ita*. Pal. 1. *etiam se auctorem ita conferendi fuisse inopia ærarii*. Pal. 2. et vet. ed. *etiam se auctorem ita conferendi fuisse inopia ærarii*. Neque invenuste Mog. ed. in *inopia ærarii*. Gebh. Libri fere *inopia* aut *inopia ærarii*. Edd. Mog. Andrea, Aldina, in *inopia ærarii*. Put. ille optimus *fuisse inopia ærariac nec plebe*. Scribe *etiam se auctorem ita conf. fuisse inopia ærarii ac nec plebe*: id est, ob inopiam ærarii, et quod nec plebs sufficeret tributo pendendo. *J. F. Gron.* Vulgata lectio primum adparuit in ed. Froben. 1535. omnes omnino priores in *inopia ærarii*. Omnes etiam mei *inopia* vel *inopia ærarii*, nisi quod *inopia ærariæ* sit in Flor. *inopia ratio* in Harl. Crevier. etiam notat, vulgatam lectionem probam esse, quam tamen auctoritas Mstorum destituit. Et sane *inopi ærario* accipi potest dictum per ellipsin participii verbi substantivi, de quo vide ad iv. 47. § 7.

§ 4 *Quæ ignota ad eum diem fuerant*] Idem liber optimus *ignorata*. *J. F. Gronov.* Optimo consentit bonitate proximus Flor.

§ 5 *Iras hominum irritavit*] Ita fuerat initio conceptum, quod in Pal. 1. degeneravit in *irritavit*. Cap. 15. 'Non memoria magis Patribus renovata rei prope jam oblitteratæ, quam ira irritata est.' Gebh. Ita et Flor. Voces illas in Mss. commutari, vidimus ad i. 15. § 1. *Mutavit* Voss. et Lov. 2. *incitavit* Lov. 5. et Hav. Solent et hæc verba in Mss. confundi. Vide ad viii. 32. § 16. Vulgatum probum est. Liv. xxxvii. 49. 'Qui-

bus misericordia opus erat, iram et odium irritarent.' Paulo ante Plemini prænomen Q. non adparet in Flor. Voss. Lov. 4. Harl. Gaertn. et Haverk. *P. Lcvinii* perperam legit Lov. 5.

§ 7 *Orare, ut sibi Patres adcundi*] Parum interest; tamen omnes Gall. Andreas, et Aldina *rogare, uti sibi Patres*. *J. F. Gron.* *Rogare, uti sibi* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et omnes edd. ante Froben. qui a. 1535. dedit *Orare, uti sibi*. Dan. Heinsius antem *Orare, ut sibi*. Gronov. quidem *Rogare* revocavit, sed vocem proximam reliquit, pro qua eum Hearnio dedi uti.

CAP. XVII. § 1 *Scio, inquit, quanti æstimentur*] Pall. 1. et 2. *Scio, ait*. Pal. 3. *Scio, quantum existimentur*. Gebhard. Omnes Gall. unusque Pal. ignorant *inquit*: in altero Pal. et Voss. est *ait*. Neutro contra veteres libros videmur indigere. *J. F. Gron.* *Scio, ait, quanti* Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Sed melius vel *inquit*, vel *ait* exsulat a plerisque Gronovii libris; quibuscum faciunt ex meis Flor. et Harl. Sæpius has similesque voces a Livio omissas, sed a librariis perperam interpositas esse, vidimus ad xxiii. 45. § 6. Ex contextu igitur ejeci. Mox *Patres conscripti* non agnoscit Hearnii D.

§ 2 *Tam atroces atque indignas injurias*] Duæ istæ voces *atque indignas* non sunt in exemplari scripto. *Rhen.* Ita sola vet. ed. Sed Pall. 1. et 2. *tam indignas injurias a legato vestro militibusque* (*rd que non continet Pal. 2.*) fieri. Pal. 3. *tam atroces injurias*. Ideo, si vellem cum Rhenano certare confidentia atque impudentia, quod vestigiis unius cod. exsenspsit, duorum rectius facerem. *Gebh.* Rhenani cod. consentit unus Harl. sed *tam indignas injurias* legunt Florent. Voss. Lov. quinque, Gaertn. Hav. et Hearnii N. Si quid igitur mutan-

dum, majorem his, quam Rhenano, fidem habendam existimo. Paulo ante *si culpa*, ommissa media particula *et*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Tum a *publico consilio desit*, pro *absit*, Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Præterea *sed etiam ope* Flor. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *sed etiam opere* Lov. 5. Ber. Gaertn. et edd. vett. ante Aldum. Solent hæ voces *ope*, sive *opere*, et *ope* passim commutari. Vide ad VIII. 16. § 4. et ad XXXII. 21. § 31.

§ 3 *In aliud tempus differendum arbitrator esse, duarum rerum gratia*] Pal. 1. *in aliud tempus diff. puto: sed harum rerum gratia*. Gebh. *Diff. arbitrator: sed aurum rerum gratiam* Flor. *diff. arbitrator, sed harum rerum gratia* Voss. Lov. 3. 5. nec aliter Hav. et Lov. 1. ac 2. nisi quod *gratiam* præferant: *differendum arbitrator esse harum duarum rerum gratia* Gaertn.

§ 4 *Qui Locros recepit, quique omnium nobis recte perperamque factorum est testis, agatur*] Non est in exemplari scripto *quique*. Fortasse sic legendum: *qui Locros recepit, omnium nobis recte perperamque factorum testis* (subauditur 'existens') *agatur*. Posset etiam legi, *ut coram P. Scipione, o. n. r. p. factorum teste*. Rhenan. Neque in ullo Gall. aut Voss. est *quique*, uti neque in Rhenani libro. Quare pæne adsentior illi, deleto præterea verbo substantivo, quod intelligi Livius voluit, scribendum, *qui Locros recepit, omnium nobis recte perperamque factorum teste*. J. F. Gron. In plebisque meorum τδ *quique* similiter non reperitur; at eorum unus Lov. 2. *omniumque* legit: *quique perinde nobis* Ber. et edd. usque ad Ascens. a. 1513. *quique omnium perinde nobis* Gaertn. Crevierius priorem Rhenani emendationem etiam probavit. Mox voces *tamen hæc, quæ passi sumus perperam* exsulant a Flor. Voss. Lov. 1. 4. et Hav. Sed repetitio vocis *sumus* librariorum in hunc errorem pellexit. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 5 *Multa fæda et indigna a præfecto præsidii Hamilcare*] Castigavimus *multa fæda, indigna, et a præfecto præsidii Amilcare, et ab Numidis Afrisque passos esse*. Rhenan. Pal. 1. *multa fæda et indigna et a præfecto præsidii*. Pal. 2. et vet. ed. *multa fæda et indigna a præfecto præsidii*. Gebh. Nostri omnes *multa fæda et indigna et a præfecto præsidii Amilcare et a Numidis*, partim contra Rhenanum, partim ex sententia ejus. J. F. Gron. *Multa fæda ac indigna a præfecto* Lov. 5. *multa fæda et indigna a præfecto* Voss. Lov. 1. 2. Ber. Gaertn. et Hav. *multa fæda et indigna et a præfecto* Flor. Lov. 3. 4. et Hearnii L. 1. ac N. quod restitui.

§ 6 *Audiatis, Patres conscripti, id quod invitus eloquar*] Pall. 1. et 2. *dicam*. Gebh. Gall. omnes, cum uno Pal. et Voss. *quod invitus dicam*. J. F. Gron. Ita et Flor. et præter Ber. Rec. atque Harl. omnes reliqui mei cum Hearnii L. 1. et N. Voces autem *Patres conscripti* non agnoscunt Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. et Hav.

In discrimine est nunc humanum genus] Deerat dictio *omne: humanum omne genus*. Rhenan. Quod Sigonius, quod Modius queritur, toties et ego iterare cogor, Rhenanum asinina impudentia unius libri subsidio fretum inculcasse, quod plurimorum consensus confutat. Sic hic inferis τδ *omne*, admissum quidem in Pal. 3. sed reliquis omnibus exclusissimum; ut et statim τδ *orbis*. Gebhard. Vox *omne* deest etiam in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Contra reliqui, et præsertim Flor. eam admittunt.

Principes orbis terrarum] Illud *orbis* nec in Put. uec Cantabr. nec Voss. apparet. An Livii sit, forsan poterit hinc decerni. XLII. 39. 'Congredientes nobilem regem et populi principis terrarum omnium legatos.' In prima præfatione: 'Rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi:' ubi hallucinatur eruditus Gal-

Ins. Lib. v. c. 48. 'populum gentibus mox imperaturum' vocat. Interim non ignoramus xxxiv. 58. 'Ut aut sola aut prima pensari decet principi orbis terrarum populo.' Jac. Gron. Vocem orbis expellunt etiam Flor. Lov. quinque, Gaertn. Hav. et Hearnii L. I. ac N. Quare etiam expunxi.

§ 7 *Nunc quam maxime patimur]* Scripsimus *cum maxime*. Nam hoc adverbio sæpe Livius utitur, ceu alibi quoque monuimus. *Rhenan.* Ita in Livio emendandum esse, monnit etiam Rhenanus ad Taciti Hist. i. 29. ubi tamen in laudando Livio peccant recentiores edd. quæ, pro 'lib. ix. tertiæ decadis,' simpliciter legunt 'lib. ix.' Rhenani emendationem probant non tantum Put. ut Sallier. me docuit, sed etiam Flor. et reliqui codd. mei, uno Hav. excepto. Ita xxvii. 9. 'Quippe nunc quum maxime florens viribus.' In tabula ænea apud Gruter. p. dli. col. 2. QVOD. OPVS QVAM. ARDVVM. SIT. NOBIS. NVNC QVVM. MAXIME. NIMIS. MAGNO. EXPERIMENTO. COGNOSCIMVS. Vide Duker. hoc cap. ad § 20.

§ 8 *Quum a Karthaginensibus injurias multo minores accipereimus]* Pal. 3. *tanto minorcs.* Gebhard. Put. *manto*. Forte *injurias tanto minores*. Sic idem liber c. 30. *actæ*, pro *actæ*. J. F. Gron. *Manto minores* etiam Flor. in quo postea *nullo* emendatum est: quod plerique retinent codd. *tanto minores* tamen fuisse videtur in Voss. et Harl. ex quibus nihil notari video. Locutionem hanc 'tanto minor,' 'major' illustrat Burm. ad Phædri i. 24. 8. 'Tanto' autem et 'multo' etiam alibi a scribis confunduntur. Vide Nic. Heinsium Ovid. Fast. v. 693. Præterea *acceperimus* Lov. 4. et 5. quod pro varia lectione est in margine Voss. Paulo ante *in ros Locrenses* Flor. Lov. 4. 5. Harl. et Hav.

§ 10 *Ad recipiendos a Karthaginensibus Locros]* Antiqua lectio *ad recu-*

perandos a Carthagin. Locros. Eam et nos secuti sumus. *Rhenan. Recupereandos solus* Pal. 3. Reliqui vero duo *ad recipiendos.* Gebhard. Gall. Pall. Voss. *recipiendos.* J. F. Gron. Non aliter quoque Flor. et omnes alii codd. præter Lov. 3. 4. et Harl. qui Rhenano favent: *recipiendos* etiam Hearnii L. 1. et N.

§ 11 *Nec hominis quidquam est, Patres conscripti, præter figuram et speciem]* Infra xxxiv. 24. 'Lingua tantum Græcorum habent, sicut speciem hominum; moribus ritibusque efferationibus, quam ulli barbari, immanes belluæ vivunt.' Imitatus autem videtur Ciceronem pro Cluent. cap. 72. 'Eo denique adducta est, ut sibi præter formam nihil ad similitudinem hominis reservarit.'

Præter habitum, vestitumque, et sonum] Quia vocabulum *vestitumque* non est in veteri codice, et nos submovimus. *Rhenan.* Satis basilice, quod, quidquid non placet satis, aut rejicit, aut interpolat, fretus nnis membranis, atque illis quidem sæpe, ut apparet, non nimis probis: contra quas ego sane dico ex consensu aliorum optimorum codicum hic omnino legendum *præter habitum vestitumque et sonum*. Sic enim et alias ait Livius xxviii. 27. 'Ora, vestitum, habitum civium agnosco: facta, dicta, consilia, animos hostium video.' *Modius.* Pal. 3. *τὸ vestitumque* exterminavit, quod lepide a Modio restitutum est, cum expresse vet. ed. 'Neque Romani civis præter habitum vestitumque et sonum Latine linguæ.' Reliqui duo Pall. 1. et 2. *præter habitum vestimentumque*. Et ipse Livius xxviii. 27. et xxx. 33. *Gebh. Habitum vestitumque* omnes, invito Rhenano, qui *τὸ vestitumque* deleverat invito Livio, ut et Modius sensit. Lib. xxviii. c. 12. 'Quibus non lex, non mos, non lingua communis: alius habitus, alia vestis.' Et rursus c. 27. 'Corpora, ora, vestitum, habitum civium agnos-

co; facta, dicta, consilia, animos hostium video.' xxx. 33. 'Quibus non lingua, non mores, non lex, non arma, non vestitus habitusque, non caussa militandi eadem esset.' Lib. xxxvii. c. 54. 'Non enim sonum modo linguæ vestitumque et habitum, sed ante omnia mores,' &c. Cic. in Verr. iv. 3. 'Eximia vetustate, virginali habitu atque vestitu.' Sueton. Octav. c. 40. 'Etiam habitum vestitumque pristinum reducere statuit.' J. F. Gron. Unus tantum meorum Harl. unus etiam Hearnii D. Rhenano favent; reliqui et mei, et Hearnii constanter *habitum vestitumque et sonum*; quod recte viri docti probarunt et illustrarunt. Ipsa verborum compositio Liviana est, quem in tribus substantivis conjungendis secundo *que*, tertio *et* addere solitum fuisse, vidimus ad ii. 30. § 1. et v. 17. § 9. Vide etiam hoc cap. § 13. et 20. Præterea quod Livius aliique *habitum vestitumque* dixerunt, interdum etiam efferunt *habitum cultumque*. Vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 44.

§ 12 *Pestis ac bellua inmanis, qualem fretum quondam*] Scyllam, de qua est in fabulis, intelligit. Sigon. Imitatus est Livius locum Cic. Philipp. ii. 27. 'Horum paucis diebus nihil erat. Quæ Charybdis tam vorax? Charybdim dico? quæ si fuit, animal unum fuit,' &c. Gebhard. Put. Reg. Men. Voss. *qualis*, id est *quales*: neque enim simplex aut una fuit. J. F. Gronovius. *Qualis* Flor. *quales* Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Hearnii N. D. et edd. nonnullæ, in aliis earum editum est *quale*, quod etiam præferunt Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. Hinc deinde Ascens. 1513. fecit *qualem*, quod obvium similiter fuit in Lov. 2. Hafn. et Hav.

§ 13 *Si scelus, libidinemque, et avaritiam*] Submovimus *que* particulam, quam accusativo *libidinem* quispiam adnexerat. Rhenan. Omnes *scelus libidinemque et avaritiam*. Unde rursus τὸ *que* submoverat Rhenanus. J.

F. Gron. Solus iterum e meis codd. Harl. facit cum Rhenano: solus præterea Gaertn. ignorat *voculam et*. Ceteri omnes *si scelus, libidinemque, et avaritiam*: quod etiam firmat Hearnii L. 1. et N. Est autem eadem compositio, atque illa de qua modo § 11. dictum est. Mox *patientia nostra explever* Rec. *patientia nostra exploremus* Gaertn.

§ 14 *Pleminios fecit*] Vide Gronov. de Pec. Vet. iii. 17. Duk. De hoc usu nominum propriorum vide quæ notavi ad Silii viii. 318.

§ 15 *Constuprant matronas, fiunt in virgines ingenuas raptus ex complexu parentum puerosque*] Hic mire quispiam fuit occupatus in mutandis Livii verbis. Nos veterem et proinde synceram lectionem ex veteri volumine restitimus in hunc modum: *const. matr., virgines, ingenuos raptos ex compl. par.* Quotidie capitur *urbs nostra*. Porro, qui mutavit, videtur legisse *raptus pro raptos*. Hinc retextenda fuit illi tota oratio. Rhenan. Pal. 1. *et stuprant matronas: fuerint virgines incensuros raptos ex complexu parentum*. Oppilo corrupte Pal. 2. *verberant, occidunt, vulnçant: const. matronas, simul et ingenuas virgines: vi pueros rapiunt e complexu parentum*. Vet. ed. *const. matronas, fiunt in virgines raptus ex complexu parentum*. Gebh. [Vide Lectt. Var.] Edd. ante Rhenanum consentiunt Ber. et Gaertn. *const. matronas, fuit virgines incensuros raptos* Flor. *const. matronas, virgines, incensuros raptos* Voss. nec aliter Lov. 1. nisi quod *incesuros* legat: *const. matronas, fiunt in virgines incensi raptos* Lov. 2. *const. matronas, furiunt in virgines, ingenuos raptos* Lov. 3. *const. matronas, fuint filias, virgines incestant raptas* Lov. 5. *const. matronas, fiunt virginum raptus* Hav. Sed emendationem Rhenani probat Lov. 4. neque aliter inde discedit Harl. nisi quod ignoret vocem *virgines*. Panllo ante τὸ *vulnçant* non est in Lov. 1. 3.

Hearnii N.

§ 16 *Quotidie capitur urbs nostra, quotidie diripitur*] Sollemni librarium errore *rapitur urbs* est in Lov. 5. et Hearnii L. 1. Vide ad vi. 23. § 5. *Carpitur urbs nostra* in Lov. 2. et 3. Vide ad vi. 32. § 11. Deinde voces *quotidie diripitur* desunt in Lov. 5. et Hearnii D. Mox *exportantur*, pro *asportantur*, Lov. 5. et Hearnii N.

§ 17 *Miretur, qui sciat*] Antiqua lectio *Miretur, qui nesciat*. Nec quicquam incommodi habet sermo. *Rhen.* Antiqua lectio *Miretur, qui sciat*: non illa, quæ est recens Beati. *J. F. Gron.* *Nesciat* soli ex meis Harl. et Rec. solus etiam Hearnii D. Ceteri mei cum Oxonn. L. 1. et N. *sciat*.

Communiter omniu amplectar] Ita omnes codd. mei, et edd. vett. Postea Froben. 1535. substituit *complectur*, quod recentiores servarunt usque ad Jac. Gronov. qui priorem lectionem recte revocavit: *amplectar* enim etiam in Pnt. esse, ex Sallierio didici. Paulo ante *Nec ego exsequi*, pro *Neque*, Lov. 2. contra *neque vobis opera est*, pro *nec vobis*, Lov. 5. Sed vide ad ix. 9. § 14.

§ 18 *Sceleris, libidinis, ac avaritiæ superesse, quod in eorum ullo, qui pati potuerint*] Scripsimus, *libidinis, avaritiæ superesse, quod in ullo, qui pati potuerit*. *Rhenan.* *Libidinis ac avaritiæ superesse* Voss. Lovel. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quæ lectio admitti nequit ob illa quæ dicta sunt ad x. 36. § 17. *Libidinis, aut avaritiæ superesse* Lov. 5. *libidinis, avaritiæ esse* Lov. 4. *libidinis, avaritiæ superesse* cæteri Mss. cum *Rhenano*, cui etiam fere omnes in reliqua parte verborum adsentiuntur, nisi quod Ber. servet lectionem quæ ante eum circumferebatur.

§ 19 *Exitialis tyrannus*] Scripsimus *exitialis tyrannus*, pro *exitialis*. *Rhenan.* Mog. ed. *exitialis tyrannus*. *Modius.* *Rhenani* emendationem probant codd. quibus utor, ano dento

Lov. 3. Vide ad xxvii. 23. § 4.

§ 20 *Et nunc quam maxime patimur*] Scripsimus *cum maxime*, pro *quam maxime*. Item *et conjuges edidit*, pro *conjugesque edidit*. *Rhenanus.* Non moverem, nisi Voss. et omnes Gall. et Pall. unico solum excepto, deleta particula referrent *passi sumus, et cum maxime patimur*. *J. F. Gronov.* Conspirant cum his libri Hearnii: alioqui recte dicitur *nunc cum maxime*. Hoc ipso cap. 'Quæ a vestro præsidio nunc cum maxime patimur.' Ter. Ad. iv. 1. 2. 'Nunc cum maxime operis aliquid facere credo:' ubi vide Faërn. et G. Fabric. Pro eo in Cic. de Senect. cap. 11. vulgo editur *nunc quam maxime: Causarum illustrium, quascumque defendi, nunc quam maxime conficio orationes*. Sed non dubito adsentiri Jac. Gronovio, ibi legenti *nunc cum maxime*. Duk. Vide hoc cap. ad § 7. Plura exempla, ubi particula 'nunc quum maxime' junctæ obcurrunt, laudavit Livineius ad Mamert. Paneg. Maximiano dictum c. 2. Similiter 'tum quum maxime' dici, videbimus ad xl. 13. § 4. Probare igitur nequeo sententiam Zinzerl. qui in Promuls. Crit. c. 22. omnia loca, quæ Livineius laudavit, corrupta existimat, et priorem particulam *nunc τῶν quum maxime* glossam esse opinatur. Alia meus fuit Grævii, qui, licet ad Cic. de Off. ii. 7. Zinzerlingi cum laude meminerit, *nunc* tamen et *quum maxime* tanquam synonyma recte jungi observat. Similiter Gronov. hoc loco profitetur, fore, ut particulas has non movisset, nisi aliud voluissent codices scripti. Sane *et quum maxime* superest non tantum in omnibus meis Mss. et Oxonn. Hearnii, sed etiam antiquioribus edd. siquidem Aseens. demum a. 1513. *et nunc quam maxime*, Froben. a. 1535. ex mente Beati *et nunc quam maxime* ediderint. Gronovio itaque adsensus τὸ *nunc* hic expungendum puto ex auctoritate codd. et vett. edd. non

vero ubique, quasi *nunc τῶν quum maxime* glossa foret, ut Zinzerl. voluit. Mox τὸ *cives* deest in Flor. Deinde *conjugesque* servant Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. et Gaertn. Sed Flor. aliique cum Rhenano legunt *et conjuges*. Recte. Vide de hac orationis compositione ad § 11.

CAP. XVIII. § 1 *Nos queri religio infixā animis cogat*] Pnt. Reg. Men. *religio infixā animos*. Estne scriptorum mendum? an dictum ut XXI. 12. 'Cæterum tacita cura animum incensus.' J. F. Gron. *Animos* etiam Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii L. 1. ac N. *animo* Lov. 4. et apud Crevier. codex Victor. Utrum *infixā animos*, ut 'incensus animum,' dici possit, vehementer dubito. Potius videtur lectionem *animos* natam esse ex duplici scriptura 'animo' et 'animis,' ex qua juncta tandem hæc enata est. Eo facit, quod Hav. legat *infixā animis nos cogit*; ubi *nos* datum videtur pro *mos*, quæ ultima syllaba est vocis *animos*.

Et exsolvere rempublicam vestram religionē] In scripto codice est *et solvere*, non *exsolvere*. Rhenan. Haud secus Pall. duo, et vet. ed. Sed Pal. 3. *et solvere*. Quod cur Rhenanus præferret, nihil caussæ erat. Gebh. *Et solvere* in solo inveni Harl. Reliqui *et exsolvere*. Rhenanus tantum cod. scripti lectionem indicavit; vulgatæ vero prætulisse, nondum comperi. Mox § seq. *Audimus enim, cum quanta ceremonia* Lov. 2. *Vidimus, cum quanta ceremonia* Lov. 4. *Vidimus enim tum, quanta ceremonia* Gaertn. Præterea non solum *restros* Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores. Denique *sed et externos* Lov. 2. et 3.

§ 3 *Fanum est apud nos Proserpinæ*] Vide Dionys. Halic. in Exc. Peiresc. p. 542. Ceterum *Proserpinæ Deæ* Lov. 4. At ultima vox ex seqq. nata est.

§ 4 *Quæ propter fidem nostram erga vos in civitatem nostram facinoræ edidit*] Pntean. omnesque Gall. et Voss. abi-

gunt prius *nostram*. J. F. Gron. Præter Hearnii Oxonn. prius *nostram* nullus meorum, nisi tantum Ber. agnoscit; quin et posterius *nostram* neglexit pariter Lov. 4. sed male. Paullo ante *præheretur* Gaertn. de quo verbo vide ad XXI. 32. § 8. uni tamen cod. non credo.

Ipsæ terra est profectus] Jac. Gronovio in Diss. Epist. in Livii Loca Quæd. Geogr. epist. iv. p. 31. id dicitur, non indicare Livium, quo Pyrrhus profectus sit: hinc ex App. in Exc. Peiresc. p. 553. scribendum censeat, *ipse Tarentum est profectus*, vel *profectus*. Ejus emendationem pluribus refellere conatus est Jasith. in Apolog. p. 35. Cui tantum non assentior; nihil enim ulli codd. mutant: et, si Pyrrhus iisdem navibus, in quas pecuniam sacram inposuit, profectus esset, ut Gronov. credidisse videtur, vacaret hoc loco pronomen *ipse*, quod nunc innuit, alio enim itinere profectum esse.

§ 5 *Quid ergo evenit, Patres conscripti? Classis, &c.*] De sacris Proserpinæ thesauris a Pyrrho et Pleminio volatis paulo aliter Valer. Max. 1. 1. ex. 21. et ex. ext. 1. *Modius*.

Quæ sacram pecuniam habebant] Pall. tres habuerunt. Gebh. Omnes et Gall. et Pall. et Voss. *habuerunt*. J. F. Gron. Ita et Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hav. et Hearnii Oxonn. *habuerant* Lov. 5. *habebant* soli servant Ber. et Gaertn.

§ 6 *Qua tanta clude edoctus tandem Deos esse superbissimus agnovit rex, pecuniamque omnem conquestam*] Infelicitate instauratus locus est. Archetypus Spirensis sic habet: *Qua tanta clude ed. tandem D. esse sup. rex, pecuniam omnem inquistam in thes. Pros. ref. jussit*. Nec erat opus hic conquestam scribere, propterea quod infra legatur c. 19. 'Pecuniam, quanta ex thesauris Proserpinæ sublata esset, conquiri.' Sane nimis multa passim sunt in Livio mutata, dum ex præcedentibus sequentia, aut ex sequenti-

bus vicissim præcedentia castigantur. Quasi vero idem semper eodem modo sit dicendum. *Rhenan.* Pall. 1. et 2. continent cum antiq. ed. *Qua tanta clade ed. tandem D. esse sup. agnovit rex, pecuniamque omnem conquistam.* Contra *Rhenanus* et *Pal.* 3. *Qua tanta clade ed. tandem D. esse sup. rex, pecuniam omnem inquisitam in thes. Pros. referri jussit. Vulgatum conquistam* et *Livius* c. 21. iterat. *Gebh.* Lectiorem, quæ vulgo ante *Rhenanum* in editis exstabat, servant *Voss.* *Lov.* 1. 2. 3. 5. *Ber.* *Gaertn.* *Hav.* et *Hearnii* *L.* 1. ac *N.* Neque inde dissentiunt *Lov.* 4. et *Branc.* *Latinii*, nisi quod ambo alio ordine *superbissimus rex agnovit* præferant, et prior etiam legat *inquisitam.* Contra lectionem *Rhenani* servant *Harl.* et *Hearnii* *D.* Neque aliter *Flor.* nisi quod servet *conquistam.* Idque verius est. De hac voce vide ad c. 35. § 10.

Prosperè quidquam evenit] *Omnes Gall.* et *Voss.* *prosperi.* *J. F. Gron.* Ita et *Flor.* alique mei, præter *Harl.* et *Gaertn.* qui *prosperè* servant: sed *prosperi* etiam est in *Hearnii* *Oxonni.* Vide *Gronov.* ad xxxii. 37. § 5. Mox *argos*, pro *Argos*, transpositis literis, *Lov.* 1. 3. 4. et *Gaertn.* sollempni scribarum errore. Vide *Gronov.* ad *Sen.* *Hippol.* 1057. ad *Ædip.* 486. *Nic.* *Heinsium* ad *Ovid.* *Met.* xiv. 476. et *Burm.* ad *Virg.* *Æn.* 11. 95.

§ 7 *Comperta nobis majoribusque nostris, referebantur*] *Ed. Mog. referebamus.* *Modius.* Ita omnes edd. usque ad *Aldum*, et cum illis *Ber.* ac *Gaertn.* Præterea paullo ante *præsenti Deæ numini* *Flor.* *Voss.* *Lov.* 5. et *Hav.* *præsenti Deæ numine* *Lov.* 2. 3. Deinde § seq. *nefanda se ipsos præda* *Voss.* *Lov.* 1. 2. 5. *Ber.* *Gaertn.* et *Hav.*

§ 9 *Quibus, per vos fidemque vestram, Patres conscripti, priusquam eorum scelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quidquam rei gesseritis*] *Quibus nihil rei gesseritis* intelligitur. Sed in illo *per vos fidemque vestram*

Delph. et Var. Clas.

nisi intelligamus verbum aliquod, ut *'oramus,'* *'admonemus,'* aut quid simile, non video, quid sensus ex hoc loco elici queat. *Glar.* Monet ne militibus sacrilegis intantur in bello, priusquam scelere expiati sint. Nihil autem vitii hic locus continet, contra quam quidam existimant. *Sigon.* *Glareano* et *Sigonio* hic veniam damus, quorum alter frustra dubitat, alter temere pronunciat. Primo valde velim *per vos fidem vestram.* Ut apud *Curtium* v. 8. § 16. *'Per ego vos decora majorum:'* et *iv.* 14. § 21. *'Per ego vos Deos patrios.'* Sed, de hac formula quæ curiose observavimus, alibi commodius repetemus. Deinde *Put.* *Reg. Men.* tres *Flor.* *P. conscripti priusq. eo gesseritis.* *Buslid.* *P. C. priusq. ego gesseritis.* *Voss.* *P. C. priusque ego gesseritis.* Omnia media desunt sine ullo lacunæ vestigio. Quid dicam? nisi *Victorium Fel-trensem*, aut ex hac nota correctorem ea excogitasse, cui in mentem veniebat, expiari manus pretio licere in quantacumque culpa, et *'Omne nefas omnemque mali purgamina causam Tollere.'* Nam meliores illis fuisse eodd. verisimile non est. Sed erant, qui aliter sentirent, qui dicerent nimium faciles, *'tristia crimina piaculis aboleri'* credentes. Qualem si finxit hunc *Livius* legatum, modestius equidem poterant, et minori veterum membranarum contemptu, *quibus per, vos, fidem vestram, P. cons., ne quam rem gesseritis; ne, quod piac. comm., non suo solum sang., sed etiam publica clade luant.* Illius priusquam prima syllaba ex repetitione ultimæ vocis præced. est: *ptinquam*, quum nescireat, quid sibi vellet, fecerunt *priusquam.* Quot erunt tamen, quibus ita curandum esse *Livium* persuadebo? Vel duo, vel nemo. Facile tamen, credo, illis, qui *Puteanicum* codicem tractarunt, qui possunt æstimare, quanta illi reverentia debeatur, unde constat omnia prope, quæ nunc ha-

Livius.

29 Q

bentur, scripta exemplaria, serius citius, ex ipso aut apographis ejus profecta esse. *J. F. Gron.* Conjecturam Gronovii hand dubie probaverunt viri docti, qui hæc verba ex illius emendatione, sublata tamen distinctione post pronomen *vos*, citarunt. Ego ἐπέχω, quod neque copulam que a libris scriptis abesse, neque auctorem vulgatæ scripturæ in linguam Latinam peccasse (in emendata plus elegantia esse, non nego) animadverto. *Duk.* Omnes mei constanter per *vos fidemque vestram*, ut vulgo editur; nisi quod *Lov. 1.* præferat *quibus parvos et fidem vestram*: quæ lectionis varietas fiduciam dat, ut Gronovii conjecturam veram credam, ac legendum putem *quibus per, vos, fidem vestram*, ejecta copula que, quam, in primis in hac Liviani operis parte, librarii sæpissime vel addiderunt, vel omiserunt, ut observat *Jac. Gronov. Dissert. Epist. ad Livii Loca quæd. Geogr. ep. 11. p. 15.* Genus loquendi pluribus illustravi ad *Silii 1. 658. et v. 82.* præsertim autem bene multa hic notarat *J. F. Gronov.* in priori ed. nott. quæ in sequentibus edd. omisit hoc animo, ut alibi eadem commodius repeteret: quod quum postea præstitum non meminerim, digna esse judicavi, quæ in hac etiam ed. conspicerentur: verum quia longiora sunt, quam ut commode verbis Livii hoc loco subijci possint, in ultimum tomum et appendicem Livianam rejeci. Ceterum pronomen *vos* non est casus rectus, pendens ex verbo *gesseritis*, quemadmodum illa omnia in similibus constructionibus capiebat *Cortius ad Sall. Jug. c. 14. § 25.* sed potius casus quartus, pendens ex omisso verbo 'precor,' 'obtestor,' vel simili. Id patet ex ejusmodi locutionibus numero singulari conceptis, 'per, te, quod fecimus una nefas, ades;' 'per, te, regna, da veniam,' et similibus, quæ in restituta Gronovii nota ex *Quintil. Lucan. et*

Stat. laudantur. Numquam autem ex probato scriptore produci poterit locus, ubi, exempli causa, occurrat 'per, tu, quod fecimus una, nefas, ades;' 'per, tu, regna, da veniam.' In verbis seqq. *P. C. priusquam cogo gesseritis*, reliquis omissis, *Lov. 1. P. C. priusquam rei gesseritis Lov. 4. P. C. priusquam congesseritis Lov. 5. Patres con. pacata erant omnia priusquam ea gesserint Hav. patres prius pro gesseritis Hearnii L. 1.* Solum *Victorin. cod. omnia*, quæ vulgo exstant, verba nobis integra exhibere, in ceteris autem suis nihil fere eorum exstare, auctor est *Crevier.* se tamen Gronovio ea recedenti adsentiri non posse, quia multæ lacunæ in optimo *Put.* occurrunt, maxime autem, ut ad c. 9. monnit, in hoc et seq. libro. Ego vero, quid sequar, hæreo. Video equidem, *Gronov.* sententiam probare laudatum a *Locrensium* legatis *Pyrrhi* exemplum, qui licet pecuniam omnem, quam rapuerat, conquistam in thesauros *Proserpinæ* reponi jusserit, non tamen illi unquam postea prosperi quidquam evenit. Ei igitur convenire, ut moneant, non milites expiandos esse, antequam eorum opera utantur; sed nunquam per eos rem gerendam esse. Fateor etiam, ut *Gronov.* existimavit, facile librarios ita verba formare potuisse, ut præcipiant, antea milites expiandos esse, quam iis quidquam rei geratur. Verum, quum illa in hunc sensum interpolarent, vix ipsis in mentem venire potuisse existimo, ut 'Italiae' et 'Africae' meminissent. Suspendo itaque iudicium, et rem arbitrio lectoris permitto. Præterea ne quod *pinculum Gronov.* edidit an. 1665. quum ante semper vulgatum fuisset *ne quod piaculi.* Et id superest in *Flor. Lov. 1. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hav.*

§ 10 *Signis conlatis concurrunt*] *Canabrig. Voss. Gud. concurrerunt. Put. et Men. plane concucurrerunt. Lolio*

vicitamus, si id non recipimus. *Jac. Gron. Concurrerunt* Lov. quinque, Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antiq. primus enim Curio *concurrunt* edidit: *concurrerunt*, quod Gron. ex Put. laudat, se fugisse monet Crevier. De eo vide ad I. 12. § 8.

Quam inter se ipsi, ferro dimicaverunt] In hunc ordinem verba digessit Jac. Gronov. concinentibus omnibus meis, præter unum Gaertn. qui, ut olim edebatur, *ipsi inter se* exhibet. Mox § seq. *nisi aditus*, pro *ni*, Flor. Lov. 4. 5. Harl. et Hav. Vide ad XXIII. 1. § 8.

§ 12 *Milites contactos sacrilegio furor agitat*] *Contractos* Voss. Lov. 1. et Flor. a m. pr. *contractatus* Lov. 5. et Hav. Male. Vide ad II. 5. § 2. et VI. 28. § 6. Deinde *sacrilegio furoris* Lov. 1. et Hav. *sacrilegio furor is* Lovel. 2. et 5. Præterea *exagitat* Harl.

§ 14 *Recreatus deinde legatus ex vulneribus*] Illum *legatum* hic libenter relegarim. Sufficit præcedenti membro appellatum esse. *J. F. Gronov.* Eam vocem in Victor. non adparere, auctor est Crevier. Eandem etiam ex contextu, sola Gronovii conjectura nisus, ejecit Clericus. Mihi tam audaci esse non licet. Mox *in vincula* Flor. Vide ad III. 56. § 4.

Dein verberibus adfectos, servilibusque omnibus suppliciiis cruciando occidit] Juxta fidem Ms. codicis reposuimus, *dein verberatos, servilibusque omn. supp. cruciando occidit*. Ego tamen malim *servilibus omn. supp. sine que*: nisi quis velit legere *cruciatos*. Rhenan. Vet. lib. *cruciatos*: ut pro Lege Manil. c. 5. 'Vinculis ac verberibus atque omni supplicio cruciatum necavit.' *Sigon.* Quæ 'servilia supplicia' a Livio appellantur, indagandum. Fustibus cædi, liberorum pœna erat, ut notat Marcellus l. 10. D. de Pœn. inquiring, 'Ex quibus causis liber fustibus verberatur,

ex iis servus flagellis cæditur.' Sic Callistratus l. 28. § 1. D. eod. inquit, 'Non omnes fustibus cædi solent, sed ii dumtaxat qui liberi sunt.' Quomodo autem milites fuste aliquando usque ad mortem cæderentur, videre licet apud Polybium in VI. 35. et hinc gravior est fustigatio supplicium, quam flagellatio: in reliquis vero non ita. Nam flagella, nudatis corporibus, enti admovebantur, fustes autem vestitis inferebantur; et n flagellatione sanguis eliciebatur, in fustigatione vero nequaquam. § 'Si quis aliquem,' de Pace Tenenda lib. II. Fend. tit. XXVII. Sic majorem pœnam arbitratus est Accursius flagellorum, quam fustium l. 7. D. de Pœnis: quod etiam statuit Paulus l. 4. D. de Incend. Ruin. et Naufr. Ob id Horatius Sat. I. 3. 'horribile flagellum' vocavit, inquiens, 'Nec sentica dignum horribili sectere flagello.' Et Virgilius 'sanguineum' dixit Æn. VIII. 703. 'Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.' Et Juven. Sat. VI. 'Hic fraugit ferulas, rubet ille flagellis.' Et in sacra scriptura Eccles. c. XXVIII. 'Flagelli plaga livorem facit.' Servile itaque supplicium fuit flagellatio, quod etiam ex sacris paginis convincitur. Nam Act. Apost. c. XXII. legimus de D. Paulo. Sic enim, quum tribunus jussisset ipsum flagellis cædi, eum affatus est: 'Sic hominem Romanum et indemnatum licet vobis flagellare?' quo audito, solutus a vinculis est. Quod etiam innere videtur Cic. pro Rabir. (Perduell. Reo) c. 4. 'Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit: hic misericors flagella retulit.' Quasi dicat, virgæ, quibus liberi homines Rom. cædi solebant, a lege Porcia inhibita sunt: at hic, dum misericordiam proficitur, flagella, hoc est, servile supplicium, retulit. Multis autem modis servi flagellabantur. Erant enim flagella 'Mastiges' dicta, ex restibus com-

pacta, quibus aurigæ utebantur in incitandis et impellendis equis ad cursum. Martial. xiv. 55. 'Proficies nihil, hoc cædas licet usque flagello.' Parabantur quoque flagella ex loris, seu corrigiis coriaceis, quibus male affici servile erat: quod testatus est Terent. in Ad. II. 1. 27. inquam, 'Nam si molestus pergis esse, jam intro arripiere, atque ibi nsque ad necem operiere loris. S. Loris liber?' Ulpianus l. 1. § 33. D. ad SCtum Silan. scribit, impuberem servum habena cædi, vel ferula. Hoc genus flagelli innuere voluisse Callistratum Jurisconsultum in l. 7. D. de Pœnis, vocantem 'vincula,' existimant non contemnendi nominis doctores, dum inquit, 'vinculorum verberationem pœnam esse.' Non enim probant Accursii eo in loco explicationem, dicentis, vinculorum pœnam esse verberari fustibus. Plagæ, quæ infligebantur hujusmodi vinculis, seu fmiiculis, acerbiores, quam quæ simplicibus coriis fiebant. Nam habebant etiam in extremitatibus eorum glandes ferreas et globos plumbeos, vel etiam hamos, ut magis percussa caro laceraretur. Hinc flagella hujusmodi 'scorpiones' appellabantur, quod, sicuti scorpiones caudarum aculeo maxime lædunt, ita apicibus et extremitatibus flagellorum additis appendicibus cutis verberatorum misere laniaretur. Horum autem inventum Cretum fuisse, ex Plinio VII. 56. scripsit vir doctissimus et jurisconsultus celeberrimus, cujus nomen lubens omitto reverentiæ gratia; illius enim scriptis me multum debere fateor: sed 'tormenti' vox enim fellit. Eo enim in loco describens Plinius rerum diversarum inventores ait, 'Et in tormentis scorpionem Cretas, catapultas Syros, Phœnices balistam et fundam:' ubi de bellicis instrumentis, quæ 'tormenta' appellantur, verba facere Plinium, luce meridiana clarius dignoscitur. Ex

dietis patet cur Græca voce servi criminosi *μαστιγίας* et *στιγματίας* sint appellati, a verberibus scilicet et flagellis, quæ nomina contumeliosa sunt. Legimus apud Xiphilinum, Dionis epitomistam, in Aug. hæc: 'Stigmatias quidam non modo non prodidit dominum, a quo notis fuerat compunctus, sed etiam ad eum servandum promptissimus fuit.' Sic et servus hujusmodi Latinis 'verbero' eadem de causa dictus. Et Cic. Offic. II. 7. dixit 'Barbarus, stigmatias.' Ita et qui mancipia cædunt, 'stigmatiæ' et 'stigones' dicti, sicuti, qui cæduntur, 'mastigiæ,' et flagella ipsa 'mastiges,' ut recte adnotavit Cæl. Rhodig. xxv. 24. Impiissimi Judæi, ut Jesum Christum, salvatorem nostrum, regemque cæli et terræ, ignominia afficerent, inter cætera tormenta flagellis quoque eum ceciderunt, servili cruciatu insontem afflicentes. *M. Donatus. Pal. 3. dein verberatos, servilibusque omn. suppl. cruciandos occidit. Pal. 1. et vet. ed. dein verb. affectos, servilibusque omn. suppl. trucidatos cruciando occidit. Pal. 2. dein verb. affectos, servilibusque omn. supplicii trucidatos trucidando occidit. Gebh. Servilibusque omn. suppl. trucidatos cruciando occidit Put. Reg. Men. Pal. optimi Flor. Voss. Barberinus.* Itaque, legebatur ante Rhenanum, qui *trucidatos* expunxit. Accessit deinde Sigonius, et, ne nihil ageret, ingressit *suppl. cruciatis occidit. Unus ex Pal. suppl. trucidatos trucidando occidit.* Nos, levi mendo sublato, sic adjuvamus veterem scripturam: *servilibusque omn. suppl. cruciatis trucidando occidit.* Significat non tortos solum, sed omni sævitæ genere, quod pati corpus humanum potest, truncatis artibus disceptos tandem mortem invenisse. *Liv. XXI. 13. 'Sed hæc patienda censeo potius, quam trucidari corpora nostra.'* In nobili fragmento de Cicerone, quod M. Seneca nobis servavit, Suasor. c. 6. 'Vix attolentes præ

lacrimis ocnlos homines intueri trucidata ejus membra poterant.' Valer. Max. ix. 2. 'L. Cæsaris consularis et censorii corpus ignobili sævitia trucidando.' Rhenano tamen debetur *verberatos*, quod custodiunt antiquissimi codd. J. F. Gron. *Verberatos* Flor. Reliqui mei, et Hearnii L. 1. ac N. *verberibus adfectos*. Deinde *suppliciiis trucidatos cruciando occidit* Lov. 2. 3. 5. Ber. et Hav. *suppliciiis trucidatos occidit* Lov. 4. *suppliciiis cruciandos occidit* Harl. *suppliciiis cruciatos cruciando occidit* Lov. 1. *suppliciiis cruciatos trucidandos occidit* Gaertn. quomodo, si unica litera mutata legamus *trucidando*, refinxit Gronovius: 'trucidando' autem 'occidere' est species palilogiæ, de qua dixi ad Sillii ix. 99. et xi. 198. Vide etiam ad Livii xxii. 10. § 3. 'Cruciatos occidere' inlustrat Cortius ad Sall. Jug. c. 26. § 3. A vulgata lectione, quæ est in omnibus scriptis, et vet. edd. recedi, necesse non judicat Crevier.

§ 16 *Quia extra urbem templum est, transferre in urbem*] Dionys. Hal. in Exc. Peiresc. p. 542. ἐν τῇ πόλει. Hoc non potest conciliari cum Livio, nisi ἐν de loco propinquo, ut sæpe solet, dictum credamus: quod mihi non probabile videtur. Duk. *Deferve* Rec.

Nocte audita ex delubro vox est] Pnt. noctu. J. F. Gronov. Similiter Flor. Vide ad l. 13. § 4. et Burm. ad Phædri iii. 10. 20. Præterea τὸ ἐστ ἐξυλάτῃ Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Hav.

§ 17 *Ad aliquantum jam altitudinis excitata erant mænia*] Pnt. Men. Cantabrig. Voss. Gud. constanter ignorant præpositionem *ad*; et videndum an non desideretur. Similia enim sunt xxv. 35. 'Hostium tantum auctas copias.' xxxviii. 13. 'Aliquantum aucti Romanis animi.' xxxi. 24. 'Aliquantum evectus in medios hostes.' xxii. 47. 'Aliquantum prominente acie.' xxv. 11. 'Quod aliquantum opinione ejus celerins creverat.' l. 25. 'Jam aliquantum spatii aufuge-

rat.' Adde notas ad xxxvii. 57. Interim scio xlii. 15. 'Dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat.' Jac. Gron. Præpositio etiam deest in Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Sed facio cum Crevierio, qui eam retinendam censuit. Sane ea hic excidisse videtur ob similitudinem priorum literarum in voce sequenti. Paulo ante *religio incussa erat*, alio ordine, Flor. Lov. 4. et Harl. Tum *muvo circumdari*, pro *circumdare*, Flor. Lov. 2. 3. 5. et Hav. In seqq. *conlata ruina*, pro *conlapsa*, Voss. et Lov. 1.

§ 18 *Et nunc, et sæpe alias* Deu suam *sedem*] *Et nunc, et tunc, et sæpe alias* Lov. 4. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Præterea *suas sedes* Lov. 5. et Hearnii L. 1.

§ 19 *Nihil nostra interest, utrum sub illo præsidio Locros esse sinatis*] Ita ediderunt Gronovii, eosque secuti Donjatius et Clericus; quod tamen in prima J. F. Gronovii ed. tantum operarum errore accidit. Edd. principes exhibent *sub illo legato, sub illo præsidio*; mox secutæ varie peccarunt, donec Aldus priorem lectionem revocaret, quam etiam servant Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. Neque aliter in Pnt. esse, Sallier. monuit: *sub illo legatos præsidio* legit Flor. a m. pr. *sub illo legato præsidii* a m. sec. Recte igitur primam lectionem Hearne et Crevierius revocarunt. Nam non de præsidio magis, quam de legato, omnium malorum auctore, in præcedentibus questi sunt Locrenses: nisi enim milites illo volente Locrenses vexarent, facile eos in officio continuisset. Ut autem hic *legatum* et *præsidium*, ita mox 'Hannibalem' et 'Pænos' memorat. Deinde *sub illo legato, sub illo præsidio* eadem forma orationis, qua 'sine carmine ullo, sine carminum imitandum actu' vii. 2. § 4. ubi plura dixi. Vide etiam ad xxxviii. 18. § 12. Ceterum *nihil nunc interest* Voss. Lov. 1.

3. 5. et Hav. *nihil nostra interest, Patres conscripti* Lov. 2. et Harl. Paullo ante *Ad vos igitur vestramque fidem* Hav.

Ut extemplo nobis de absente indicta causa credatis] Inserimus duobus locis particulam *ut: ut de absente, ut indicta causa*. Rhenan. Consentiant Flor. Voss. Lov. 1. et Harl. nisi quod tres priores, pro *ut indicta*, legant *vindicta*. Vocula autem addita ut secundo loco deest in Hearnii L. 1. ultimo in ejusdem N.

CAP. XIX. § 1 *Detulissentne eas querelas ad P. Scipionem*] Pal. 3. *detulissent eas querellas ad proconsulem Scipionem*. Perperam. Mox idem *cod. se tum belli apparatu occupatum esse*. Gebh.

Et in Africam aut jam trajecisse, aut post paucos dies trajecturum] Pro *post paucos dies*, scripsimus *intra paucos dies*. Rhenan. *Post paucos dies* Ber. et Gaertn. *inter paucos dies* Lov. 3. Vide ad v. 27. § 2. *Intra dies paucos* Hav. *intra paucos dies* reliqui codd. Præterea copula *et non exstat* in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav.

§ 2 *Et, legati gratia quanta esset apud imperatorem, expertos esse*] *Et legati gratiam, quanta esset* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. a m. pr. Gaertn. et edd. ante Aldinam: quod fere dictum esse potest, ut xxiii. 10. 'Eum postulare ut sibi dedatur,' et similia plura apud alios. Sed a vulgato stant potiores; quod servo. Mox voces *cognita causa tribunos* desunt in Flor. Voss. et Lov. 1. Cujus erroris origo est repetitio vocis 'tribunos;,' de quo vide ad ix. 11. § 11. *Inter eum disceptarent, et tribunos in vincula legit* Lov. 5. *inter eum et tribunos orta contentione tribunos in vincula* Hav.

§ 3 *Jussis excedere ex templo legatis*] Scripsimus *e templo*, pro *ex templo*. Rhenan. *Ex templo* omnes mei, nisi quod tota præpositio omittatur in Flor. Verum Livium verbis cum præpositione *ex* compositis eandem

præpositionem in regimine addere solitum fuisse, videbimus ad xxxvii. 30. § 10. Cum Rhenano itaque malo *e templo*, ut ita in optimo Flor. præpositio intercepta sit a vocis præced. litera ultima. Vide ad viii. 4. § 12. Mox *lacerati* Lov. 1. 3. et Rec. *laceratur* Lov. 3. Male. Vide ad i. 50. § 5.

Natum eum ad conrumpendam disciplinam militarem] Accusativum *eum* delevimus. Rhenan. Ita solus Pal. 3. Reliqui libri *natum eum ad corrumpendum*. Gebh. Omnes Gall. duo Pall. Voss. *natum eum ad corr.* J. F. Gron. Pronomen omittit solus Harl. Ceteri cum Hearnii Oxonn. id agnoscunt.

§ 4 *Plus prope seditione militum, quam bello, amissum*] Reposuimus *per seditionem mil.* Rhenan. Ed. Mog. *plus prope seditione mil.* Modius. Pal. 1. *plus propter seditionem mil., quam bello, amissum*: vet. ed. *plus prope seditione*. Gebh. *Plus prope seditione* Gaertn. *plus prope seditionem* Voss. et Ber. *plus propter seditionem* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Et sane aut ita legendum, aut ut Rhenanus voluit. Diversam enim hanc constructionem eadem periodo Livius de industria captasse videtur 'per' vel 'propter seditionem' et 'quam bello.' Vide ad xxxviii. 39. § 10.

Sententiam deinde æque trucem] Sustulimus *æque*. Rhenan. Ed. Mog. inserit *Sententiam deinde æque trucem*. Modius. Pal. 3. stat ab hac lectione *Sententiam deinde trucem*. Reliqui duo Pall. et vet. ed. *Sententiam deinde æque trucem*. Amat hanc particulam Livius. Supra, 'Legatum æque sonitem et magis etiam.' Gebh. Scripti *deinde æque trucem*. J. F. Gron. Vocem *æque* omittunt Harl. et Hearnii D. Reliqui constanter agnoscunt. Vicissim vero *deinde* exsulat a Ber.

§ 5 *Quæ Locrenses quererentur*] In scripto codice est *fererent*. Cogitandum an scribendum sit *assererent*.

Rhenan. Pal. 3. *dicerent*. Spirense volumen *fererent*: unde Rhenanus *asserent*. Vulgatam tuetur lectionem ipse Livius c. 20. 'Quæ in se nefarie facta Locrenses quererentur:' quod et mox repetit. *Gebh.* Codici suo minus emendato nimium tribuit Rhenanus, ex ejus vestigiis *asserent* emendans. Omnes enim nostri vulgatum tuentur, excepto solo Harl. qui legit *fererentur*. Sed præterea 'asserere' pro adfirmare ab optimi ævi scriptoribus non usurpari, dudum docuerunt Cellarius alique, frustra dissentientibus Olao et Andrea Borrichiis. Contra 'queri aliquid' apud Livium frequens est: ut II. 55. 'Queruntur injurias suas.' IV. 16. 'Querique indignam necem Mælii non destiterant.' V. 36. 'Legati prius mitterentur, questum injurias.' X. 24. 'Decius senatus injuriam querebatur.' XXXI. 49. 'Non id, quod animis præceperant, questus est.' Ita et 'conqueri.' X. 23. 'Conquesta injuriam patriciarum:' ubi vide. Alios similiter locutos esse, etiam tyronibus notum est.

§ 6 *P. Scipionem, quod de provincia decessisset*] Supponimus *decesserit*: nam archetypum habet *decessit*; mendose. Rhenan. Nostri *decessisset*. J. F. Gron. In solo etiam Harl. *decessit*; pro quo Rhenanus conjicit *decesserit*: ut ita librarius, quum *decessit* scriptum fuisset, additam notam neglexerit, de quo vide ad XL. 14. § 10. Verum alii omnes mei, et Oxonn. Hearnii constanter *decessisset*. Similiter turbat Rhenan. ad XXVII. 10. § 1. Præterea *proconsulem Scipionem* Harl. et Hearnii D. Male. Vide ad XXVIII. 16. § 14.

Quas injurias sibi factas quererentur, eas neque senatum, neque populum Romanum factas velle] Delevimus pronomen *eas*. Rhenan. Ed. Mog. *eas neque senatum*. Modius. Idem omnes *quererentur, eas neque*. Omnia hæc invito Rhenano. J. F. Gron. Solus

Harl. Rhenano adsentitur. Ceteri mei, omnesque Oxonn. Hearnii *quod eas vindicant*. Tum *quas sibi injurias* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. antiq. usque ad Froben. 1535. Hinc *Romanum* deest in Flor. Voss. Lov. quinque, Gaertn. et Hav. Deinde *velle factas* Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et eadem edd. In præcedentibus *responderi* Flor. a m. sec. et Lov. 3. ac 4.

§ 7 *Duplanque pecuniam in thesauris reponi*] Pall. 2. et 3. *in thesauros*. Sic c. 18. 'Pecuniam omnem conquistam in thesauros Proserpinæ referri jussit.' Sed vulgata lectio defenditur ibidem: 'Nec ante desinet omnibus eos agitare furiis, quam reposita sacra pecunia in thesauris fuerit.' c. 21. 'In thesauris reposuerunt.' Ideoque censeo etiam perperam haberi in Pall. xxxi. 13. *Pecuniaque ex bonis noxiorum in thesauros reposita*. Melius vulgo *in thesauris*. *Gebh.* Put. duo Pall. et meliores alii *duplanque pecuniam in thesauros reponi*: ut et xxxi. 13. Pal. et Barber. *Pecuniaque ex bonis noxiorum in thesauros reposita*. J. F. Gron. Hoc recipiendum est propter auctoritatem Mss. alterum tamen non minus rectum est, sive pro 'rursus ponere,' ut hic, sive prosimplici 'ponere' dicatur. Cap. 18. 'Quam reposita sacra pecunia in thesauris fuerit.' c. 21. 'Pecuniam in thesauris reposuerunt.' xxvi. 15. 'Fulvius acceptas literas quum in gremio reposuisset.' *Duk.* Similiter 'inponere in caput,' et 'in capite.' Vide ad I. 18. § 8. Ceterum *in thesauros* Flor. sed litera *n* deinde expuncta est. Vide ad VI. 14. § 11. *In thesauros* etiam Rec. et pauci alii.

§ 8 *Et sacrum piaculare fieri, ita*] Has quinque voces hic temere insertas, quod sequatur c. 21. 'Ac piaculare sacrum fecerunt,' nos dispunximus. Est enim etiam sine istis incolumis sententia. *Rhenan.* Eadem voces aberant etiam ab Harl. quas

tamen, quum in omnibus aliis restant, minime resecandas puto: vix etiam sine istis incolumis sententia esse potest, contra quam Rhenanus putabat.

Moti, aperti, violatique essent] Scripsimus *aperti, violati essent*. Rhenan. Gall. et Pall. omnes cum Vossiano, *thesauri moti, violati essent*, sine τῶ *aperti*, sine copulativa. J. F. Gron. *Moti, aperti, violatique essent* Ber. *moti, aperti, violati essent* Harl. Gaertn. et Lov. 4. *moti violati essent* reliqui mei, et omnes Hearnii Oxonn.

§ 9 *Milites, qui Locris essent*] *Optimus qui qui Locris essent*. J. F. Gron. Vide ad xxvii. 28. § 2. Omnes nostri vulgatum servant. Auctor etiam est Crevierius, prius *qui* in Pnt. virgulis transversis transfixum esse: *qui qui* tamen forsitan verum esse existimat. Mox *omnes* deest in Hearnii L. 1. *quatnor* autem in Harl. et Hearnii D.

§ 10 *Et adversus Scipionem*] Hæ tres dictiones præter auctoritatem scripti codicis sunt infultæ. Nam quanto magis principum orationibus lacerabatur Scipio, tanto magis aliorum studia sunt in illum accensa. Hoc vult dicere Livius. *Rhenan.* Illas voces nos et in omnibus vidimus nostris, et ut fortasse abesse posse vincat argumentum Rhenani, tamen minime abolendas esse pervincit. Pronus error librarii, qui omisit ob repetitum nomen 'Scipionis.' Sed et, si sequentia inspicias, otiosas non esse apparebit. Connectunt enim præcedentibus, quæ mox narrat præter Pleminianum facinus obtrectatores in eo fuisse criminatos: quæ deletis illis minus commode interjiciuntur inter mentionem studiorum pro Scipione et sententiam Metelli: hujus enim præfatia continet ea, quibus egerunt benevoli et studiosi Scipionis. J. F. Gron. Obs. iv. 25. p. 389. Unus iterum Harl. stat cum cod. Rhenani. Reliqui omnes voces illas exhibent,

quas neque a suis abesse Hearne monuit.

§ 12 *Cum pallio crepidisque*] Vide Casaub. ad Annal. Eccles. Baronii Exercit. ix. 2. Brissonius Select. ex Jure Civ. Antiq. i. 13. Q. Fabium Scipioni hac re invidiam conciliare dicit. Livius in universum obtrectatoribus Scipionis, non soli Fabio, tribuit. 'Libellos' accipio commentarios philosophicos, quales secum portare solitos philosophos in Luciano legimus, vel ad alia studia liberalia pertinentes. Neutrum genus studiorum ea tempestate apud Romanos in magno honore erat. Quod dicit 'cum pallio,' illustrat Gronov. Obs. iv. 25. Livius xxiv. 10. Virg. Æn. vi. 645. *Duk.* De locutione 'cum pallio crepidisque' vide etiam Gronov. ad Livii iii. 47. § 1. et quæ notavi ad iv. 19. § 2.

Libellis etiam eum palæstræque] Delevimus accensativum *eum*. Rhenan. [Vide Lectt. Var.] Unus Ber. ostentat lectionem, quæ vulgo ante Rhenanum exstitit; nullus id, quod Rhenano placuit: at omnes alii *libellis eum palæstræque*: quod jam recte Crevierius recepit. Mox *segniter, molliter*, pro *molliterque*, Flor. Lov. 2. 3. 4. et Harl.

§ 13 *Qualis Sucrone in Hispania, &c. metuendus*] Lib. xxviii. c. 24. et seqq. Sigon. Liber optimus *exercitum omnem licentia corruptum, qualis Sucrone* (sic omnes etiam alii Gall.) *in Hispania fuerit, qualis nunc Locris, sociis magis, quam hosti, metuendum*. J. F. Gron. Gruterus ediderat *Sucroni*; pro quo *Sucrone* in Mss. Gall. esse Gronovius hic monet. Sed nec aliter omnes mei cum edd. prioribus. Contra *metuendus* omnes Mss. quos consuli.

CAP. XX. § 1 *Qui, de veteris maxime adsensus*] Legendum est *Maximo assensus*. Intelligit Q. Fabium Maximum. Rhenan. Pal. 1. *adsensit, de Scipionis causa dissensit*. Pal. 2. *maxime assensus*. Pal. 3. et vet. ed. qui

de ceteris maximo assensu de Scipionis causa dissensit. Omnes vitiose. Gebh. Maxime assensus Hav. maxime assensit Lov. 3. maximo assensu Voss. Lov. 4. Harl. Ber. et Gaertn. maximo assensu Lov. 1. maximo consensu Lov. 2. qui de maximis assensit Rec. Sed recte Rhenanus qui de ceteris Maximo assensus. Paulo ante jactabantur, in certamen venit Q. Metelli sententia Lov. 5. tamen vicit, trajectis vocibus Flor.

§ 2 Unum recuperandæ Hispaniæ delegerit: ducemque recepta ab hostibus Hispania] Hanc periodum totam aliter distinximus, transposita clausula in suum locum reducta, hoc modo: Qui enim conv., quem modo civ. juv. adm., unum recuperandæ Hisp. del. ducem: quem, recepta ab host. Hisp., ad imp. Pun. bel. finem cr. consulem: spe dest., Hann. ex It. retracturum, Afric. sub., eum repente tanq. Q. Plem., indicta causa, prope damn. ex prov. revocari? Porro neminem hic offendat, quod scripsimus retracturum, (sic enim est in codice scripto) quum infra alio loco legatur ex Italia detracturum. Neque enim, ut ante monuimus, iisdem semper vocabulis ntitur Livius. Rhenan. Vitiose Pal. 1. oggerit unum recuperandæ Hisp. delegaverit ducem. Gebh. Optimi delegavit, et nesciunt τὸ unum. Non temere. Infra de Pleminio c. 22. 'Delegatum in Tullianum.' xxxix. 28. 'Et cum eo consule belli partem, quamenumque mihi delegavit, gessi.' Suet. Tib. cap. 16. 'Data rursus potestas tribunicia in quinquennium: delegatus pacandæ Germaniæ status.' Ibidemque c. 63. 'Quum interim manente officii titulo etiam delegaret plurima.' Sed sic forsitan commodius foret, cui modo civitas, juveni admodum, recuperandæ Hispaniæ delegavit ducatum. J. F. Gronov. Si modo credimus Livium voce 'ducatu', quæ nondum in ullo optimæ ætatis scriptore inventa est, usum fuisse. Borrichius quidem in Cogitat.

de Ling. Latin. Vossio, qui eam ad posteriora tempora rejecerat, Manilium v. 363. opponit, sed frustratur lectores. Nam ibi in Scaligeri et Huetii edd. est *dicatum*, pro quo *ducatum* conjicit, nec tamen se in Manilio quidquam mutare profitetur Scaliger. Sed miror summum Gronov. maluisse ad hanc conjecturam confugere, quam a scriptis suis in una voce *delegavit* recedere, quum *cui* et *juveni* conjiciendo non dubitasset eos in duabus deserere. In Suetonio Galb. c. 10. itidem quidam Mss. perperam habent *in munitione oppidi, quod sedem bello delegarat*, pro *delegavit*. Dukerus. *Juvenem admodum rec. Hisp. delegerit ducem* Lov. 3. et Hav. *juvenem adm. recup. Hisp. delegavit ducem* reliqui: quam lectionem ideo forte non probavit Gronov. quia credebatur, Latinos non dicere 'delegare alicum alicui rei,' sed 'delegare alicum alicui,' vel 'ad alicum,' ut probant loca, quæ Gronov. partim hic, partim ad xxviii. 42. § 15. contulit: quo ultimo loco etiam quædam notavi. Interdum tamen priori locutione scriptores usos esse, docuit Burm. ad Suet. Tib. c. 16. Similiter neque ipsam Gronovii conjecturam veram existimo. Vox enim 'ducatu' apud auctorem quidem Epit. Liv. et præterea Sueton. Justin. et ceteros ejusdem ætatis scriptores occurrit, ut docent viri docti ad Justin. ix. 6. 8. verum apud Livium vel alios ejusdem ævi nondum observata est, ut etiam Dukerus monuit. Servandum igitur puto *delegerit*; contra vocem *unum*, in qua omittenda plerique consentiunt, expungendam esse: *delegavit* Crevier. non adspersabatur; vulgata tamen lectio ei potior videbatur.

Hannibalem ex Italia retracturum, Africam subacturum] *Detracturum* restitue, quod immutavit Rhenan. Ita vero loquitur paulo post c. 26. 'Quod ad Annibalem detrahendum ex Ita-

lia se transire vulgaverat.' Et Cicero de provinciis c. 8. 'At hi non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant.' *Sigon.* Pal. 1. et vet. ed. *spe destinaverit Africam subacturum, Annibalem ex Italia detracturum.* Cæterum Pall. duo reliqui *retracturum*, quod et Rhenano placuerat, recte dissentiente Sigonio. Utitur Liv. hujus lib. c. 26. Confer l. xxx. capp. 20. et 30. *Gebh.* Florus, II. 2. § 12. 'Præsidia Pænorum Agrigento, Drepanis, Panormo, Eryce, Lilybæo detraxit.' *Duk.* Ordinem verborum Rhenanus ad verba proxima immutavit. Antea enim edebatur *Africam subacturum, Hannibalem ex Italia detracturum.* Et hac serie voces exstant in Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. sed voces *Africam subacturum* ignorat Lov. 4. Præterea *retracturum* Harl. cui favere videtur locus xxx. 20. 'Vetando supplementum et pecuniam mitti jam pridem retrahebant:' verum ibi optimi habent *trahabant.* Reliqui *detracturum*, quod recte probarunt viri docti. Supra III. 23. 'Fames postremo inde detraxit hostem.' xxviii. 41. 'Ab Drepanis atque Eryce detraxisse Hamilcarem.' xxx. 20. 'Ex diutina possessione Italiæ est detractus.' cap. 30. 'Me sextum decimum jam annum hærentem in possessione Italiæ detraxisti.' Solent autem 'detrudere' et 'retrahere' commutari. Vide Periz. ad Val. Max. III. 2. 19. Et ita omnia verba cum iisdem vocolis composita. Vide ad IX. 10. § 6. *Td eum*, quod sequitur, non est in Flor. Voss. Lov. 1. 3. et Hav.

§ 4 *M. Pomponium prætorem, cui Sicilia provincia sorte evenisset*] *Put.* et *Voss.* *sorti venisset.* *Plantus* Casina II. 7. 4. 'Qui sic mortuus equidem tamen sorti sum victus.' *J. F. Gron.* *Justinus* XIII. 4. 'Ptolemæo Ægyptus et Africa Arabiæque pars sorte venit.' Hoc ibi Grævius recte tuetur adversus eos, qui emendabant *evenit.*

Duk. *Sorti evenisset* Ber. et Gaertn. *sorte venisset* Lov. 5. et Hav. *sorti venisset* Flor. et Lov. 1. 2. ac 3. *sorti* etiam Hearnii L. 1. De eo vide ad xxviii. 45. § 11. et IV. 37. § 6. De τῶ *venit* vide ad VII. 6. § 8. VIII. 37. § 3. IX. 12. § 1. et aliis locis. Cæterum Pomponii prænomen *M.* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *provincia* in Lov. 2. Deinde *prætorem R.* legit Lovel. 1. Mox *biduo proximo* Lovel. 5. *triduo p'mo*, sive *primo*, Gaertn.

Tribunos plebis, atque ædilem: cum eo concilio prætorem cognoscere] *Put.* *Men.* *Voss.* *tribunos plebei atque ædilem: cum eo consilio.* *J. F. Gron.* *Tribunos plebei* etiam Flor. Vide ad II. 33. § 2. Ita *plebei scitum* emendatur ad xxxv. 40. § 5. Deinde, *cum eo consilio* legendum esse, monet etiam Gronov. ad XLIV. 2. § 5. Atque ita non tantum exhibent omnes scripti, sed et edd. ante Modium. Insuper *cognoscere prætorem* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1535.

§ 5 *De provincia decedere juberent*] *Discedere* Berol. a m. pr. et Gaertn. Sæpius hæ voces in Mss. commutantur. Vide ad II. 31. § 11. Sollemnis autem est locutio 'decedere de provincia.' Infra XLI. 11. 'Decedenti de provincia exercitum secum deportare liceret.' XLII. 8. 'Consulem de provincia decedere, quum deditos in sedem suam Ligures restituisset.' Vide ad IV. 29. § 5. Paulo ante *jussu ac voluntate*, pro *aut voluntate*, Voss. Lov. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. ac N. et editi ante Aldum. Vide ad XXI. 53. § 3. Mox § seq. *maxime idoneos prætor censuisset* Flor. Lov. 4. et Harl.

§ 8 *Ut in exercitu Scipio maneret*] *Vet. lib. ad exercitum:* genus dicendi usitatum esse, cum de imperatore loquimur; illud, cum de militibus. *Sigon.* Pal. 1. *ut de exercitu S. m. correctum* deinde, ut habetur in Pal. 2.

ut cum exercitu S. m. Mihi non displicet, quod continetur in Pal. 3. reperitque in suo libro Sigonius, *ut ad exercitum Scipio maneret.* Gebh. Ut Sigonius, Pet. Reg. nus Pal. *ut ad exercitum Scipio maneret.* Put. Pet. melior, Men. vitiose, ut tamen veram significant, *ut de exercitum.* J. F. Gron. *Ut in exercitu* Lov. 2. Ber. et Hav. *ut de exercitu* Voss. a m. pr. (*ut cum exercitu* inter versus a m. sec. adscriptum est) et Lov. 1. Similiter etiam Flor. a m. pr. in quo deinde *ad exercitum* emendatur: quod servant reliqui, et Livio frequens est. Supra III. 29. 'Jussusque ad exercitum manet.' vi. 9. 'Relicto ad exercitum collega, Romam est profectus.' xxiv. 9. 'Absens Marcellus consul creatus, quum ad exercitum esset.' In hac locutione ad usnrpator pro 'apud,' de quo vide ad vii. 7. § 4. Paulo ante *Sin Pomponius*, omisso prænominine, Voss. Lov. 1. 2. 3. Hav. Gaertn. et Hearnii N. *Si M. Pomponius* Flor. et Lov. 4. *S. Pomponius* Lov. 5.

§ 9 *Cum tribunis plebis actum est, ut comparant inter se, aut sorte legerent*] Emendavimus *aut compararent inter se*: subauditur 'ut.' Rhenanus. Ab Andrea usque legebatur *ut compararent.* Rhenanus fecit *aut*: hoc est, stigmati literam addit. Putean. Reg. Pet. Men. Vossianus, *ut compararent, qui duo cum pratore.* Quod mihi Crotone sanius videtur, et quinque ista verba adiecisse homines suo iudicio plus satis doctos, quod crebro apud Livium ista conjungi viderent. Sed non est necessarium. Vide ad XLII. 4. et Observ. i. 10. J. F. Gron. *Ut, non aut,* quod Rhenanus alteri substituit, constanter superest in meis, et Hearnii N. In Flor. tamen tantum est a m. sec. *aut* a m. pr. Deinde quinque voces *inter se aut sorte legerent* non adparent in Flor. Lovel. 1. Hav. et Hearnii N. Id placere posse fatetur Crevier. si 'comparare' sic absolute poni probetur eodem

sensu, quo 'comparare inter se.' Verum ejus locutionis unum vel alterum exemplum jam laudavit Gronov. ad Liv. d. l. Ceterum *factum, pro actum,* Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Hav. Sed *fluic* voci in initio adcrevit ex similitudine ultimæ literæ vocis præced.

§ 10 *Ad collegium pontificum relatum de expiandis*] Put. Reg. Men. Voss. *Ad concilium pont.* Tum omnes Gall. Voss. *relatum et de expiandis.* J. F. Gron. *Ad consilium pont.* Lov. 2. et 3. *ad concilium pont.* Flor. Lov. 1. et Hav. Id utrum pro vero haberi debeat, se non decernere, fatetur Crevier. Meus eo inclinatur animus, ut ex librorum aberratione natum credam. Tum *relatum et de expiandis* Flor. Vossian. Lov. 1. 2. Ber. a m. sec. et Hav. *relatum est de expiandis* Flor. a m. altera, Lov. 5. et Hearnii L. 1.

Tacta, violata, elataque inde essent] *Tacta violataque inde essent* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *facta violataque inde essent* Lov. 3. *tacta violataque essent inde* Lovel. 5. *tacta ac violata elataque inde essent* Rec. *tacta ac violata elataque indecenter* Harl. Gutherius de Vet. Jur. Pont. i. 33. laudat *tacta elataque*, sine media voce; et addit male forte vulgatam lectionem in Livio habere *capta*. Verum omnes, quas vidi, edd. in receptam lectionem conspirant, nisi quod Paris. 1573. præferat itidem *tacta elataque*, sed operarum culpa.

§ 11 *M. Cincius Alimentus*] Alibi *Alimentius*, quod magis placet, scriptum reperio. *Sabell. Alimentus*, ut supra. *Sigon.* Vide ad XXI. 38. § 3.

Isque aditis plebis datus est, quem, si aut in Sicilia pratori dicto audiens non esset] Pal. 3. *pratoris edicto audicns.* Malo vulgatum. Sic Pall. 1. ac 3. xxii. 25. 'Magistroque equitum, quod contra dictum suum pugnasset, rationem diceret reddendam:' non *edictum.* Gebh. Omnes *Alimentus æ-*

dilis plebis datus, recisis iisque et est. Conjunctionem et verbum abundare puto: nam τὸ *iis* abscondit vocis præced. ultima syllaba. Scripsisse Livius videtur, et *M. Cincius Al.*: *iis ædilis plebis datus, quem, si aut in Sic. pr. dicto audiens non esset Sc.* Nisi forte *Alimentus: ædilis plebei additus.* Optimi quoque *prætori*, non *prætoris*: et magis Latium est. Lib. iv. c. 26. 'Placere, consules senatui dicto audientes esse.' v. 3. 'Ne plebs nobis dicto audiens atque obediens sit.' xxxvii. 51. 'Et dicto audiens esse pontifici flamen jussus.' xxxviii. 46. 'Modo certe consules Græciam atque Asiam volebant: tamen perseverantibus vobis Ligures provinciam decernere dicto audientes fuerunt.' xl. 42. 'Dicto esse audientem pontifici duumvirum juberent:' et alibi. Cælius ad Ciceronem ad Fam. viii. 4. 'Omnes oportere senatui dicto audientes esse.' *J. F. Gron. Alimentus: ædilis plebis datum est* veterimæ edd. Postea Ascens. 1513. vocem *iisque* interposuit. Verum et *iisque* et *est* non adparent in scriptis meis; præterquam quod verbum *est* supersit in Ber. a m. pr. et Gaertn. Deinde *prætori dicto audiens* etiam Flor. Supra i. 41. 'Interim Serv. Tullio jubere populum dicto audientem esse.' Vide insuper Manut. ad l. l. Cic. Lambin. ad Nep. Datam. c. 2. (ubi male Kenchen. *regis dicto audiens* præfert) et Schott. ac Gebh. ad Nepot. Lysandr. c. 1. Adde quæ notantur ad Livii viii. 4. § 2. et Syllog. Epist. Burm. tom. iii. p. 153.

Aut jam in Africam trajecisset, comprehendere tribuni juberent] Vet. lib. *prehendere*. Quæ vox propria hujus facti et solennis est. Capitonis verba hæc sunt: 'Cum moribus majorum tribuni plebis prehensionem habent, vocationem non haberent, posse igitur eos venire, et prehendi se jubere.' Item Varro, 'Prehensionem tribuni plebis habent.' Hæc ex Gellii

xiii. 12. *Signon. Pall. tres prendere*: quod verbum restitui Livio, quia proprie tali facto aptatur, ut ex Gellio monuit Sigonius. *Gebh. Put. trajecisset, et prendere.* Ceteri quoque Gall. et Pall. omnes cum Voss. omisa tamen copula, 'prendere.' Simplex etiam, quam compositum, navult Sigonius. Optimum tamen monstrare puto *trajecisset, adprehendere tribuni juberent.* *J. F. Gron. Magis credo, in eo et temere repetitum ex fine præced. vocis. Sigonius recte notat de usu τὸν 'prendre.'* Liv. ii. 29. viii. 33. et sæpe alibi. 'Adprehendere' quis dixerit in hac re, quaerendum. *Duk. Prehendere* Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *prendre* Flor. Voss. Lov. 2. 3. et alii. Vide ad ii. 29. § 4. Illud autem *et* in optimo Put. ex ultimis literis vocis præced. natum esse, Dukero adsentior. Vide ad xxxix. 18. § 8. Præterea *transisset, pro trajecisset*, Harl. Alibi etiam hæc verba commutantur. Vide ad xxx. 28. § 1.

CAP. XXI. § 1 *In exilium Neapolim euntem*] Cur Metellus non concedendum putaverit Pleminio, quod licebat civibus Romanis, ut exsiliu causa solum vertendo pœnam subterfugerent, exponit Heraldus de Rer. Judicat. Auctorit. i. 13. § 4. Neapolim inter urbes fuisse, in quibus exsilibus Romanis esse licebat, e Polyb. vi. 12. docet Sigon. de Ant. Jur. Ital. ii. 14. *Duk. Neapolim errantem Hearnii D. Paulo ante quod ad Pleminium adtineat, pro adtinet*, Flor. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav.

Et ab eo Rhegium vi retractum: alii, ab ipso Scipione] Addunt Pall. tres *vi retractum tradunt*. Gebhard. Omnes Gall. et Pall. *et ab eo Regium vi retractum tradunt: alii ab ipso Scipione.* *J. F. Gron. Verbum tradunt* servant etiam Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Rec. Hav. alique, cum Hearnii Oxonn. Insuper *retentum, pro retractum*, Rec. Præterea *regio jure*

tractum, perperam confusis literarum ductibus, junctisque, quæ erant disjungenda, Voss. Lov. 1. 2. 3. a. m. sec. (regio *vi tractum* erat in eodem a. m. pr. *Regium vi tractum* in margine pro varia lectione) et Gaertn. *regum retractum* Lov. 5. *Rhegium jure tractum* Harl. *Rhegium retractum* edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 2 *Missum, qui Q. Pleminium in catenas, et c. e. seditionis principes, conjicerent*] Vet. lib. *missum, Q. Plem. in catenas, et cum eo sed. principes conjectos*. Sigon. Ita quoque Rec. et Hearnii L. 1. nisi quod posterior *P. Levinum*, pro *Q. Pleminium*, legat. At optimi meorum vulgatum vindicant. Puto igitur Sigonii lectionem librariis deberi: primo enim excidisse pronomen *qui*, interceptum a proximo prænomine *Q.* quum autem ita sensus in reliquis non esset, audaculum opem laturum *conjicerent* mutasse in *conjectos*, qui melius dedisset *conjecisse*. Id ita esse ex meis codd. disco. Licet enim omnes reliqui *conjecerent*, vel *conicerent*, vel *coicerent* legant, attamen *quod qui* similiter omititur in Lov. 3. Harl. et Gaertn. contra prænomen *Q.* in Flor. Lov. 5. et Hav. In his alterum ab altero elisum esse puto.

§ 3 *Traditi in custodiam Rheginis sunt*] Put. Reg. Men. Voss. *traditi in custodiam Rheginis*, absque verbo. *J. F. Gron.* Verbum est soli tantum ex meis agnoscunt Harl. et Rec. reliqui ignorant. Præterea *in custodiam regionis*, omissa etiam voce *traditi*, Voss. et Lovel. 1. *in custodiam Rheginus* Gaertn. *in custodiam dati regionis* Lov. 2. *in custodiam Regium missi* Lov. 5. et Ber. a. m. sec. erasa penitus priori scriptura: *in custodiam missi* Hav. *traditi in custodiam*, sequenti voce neglecta, Lov. 3.

§ 4 *Primam, sicuti mandatum erat, religionis curam habuere*] Vet. lib. *primum*: probo; sequitur enim, 'tum vocatos in concionem.' *Sigon.* Ab Sigonio est *primum*. Restitue ex om-

nibus nostris *primam*: et vide Obs. 1. 7. *J. F. Gron.* *Primum* est in Lov. 4. Harl. et Gaertn. Ceteri mei cum Hearnii L. 1. et D. *primam*, quod recte Gronov. adversus Sigonium tuetur. Vide ad xxxiv. 14. § 6. Mox *quæque apud Pleminium* desunt in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. sed culpa scribarum; quibus fraudi fuit repetitio vocis *quæque*. Vide ad 1x. 11. § 11.

§ 5 *Tum vocatos ad concionem milites*] Antiqua lectio *in concionem*. Rhen. Omnes *ad concionem*, nolente Rhenano. *J. F. Gron.* Quin utroque modo recte proferri possit 'vocare in,' vel 'ad concionem,' nemo dubitat. De priori locutione vide Gronov. ad xxiv. 28. § 1. de posteriori vide quæ notantur ad v. 47. § 7. Causam itaque non habuit Rhenanus, cur minus, ejusque non optimi, cod. auctoritate editam lectionem mutaret. Certe ab illa quam Gronov. restituit, stant omnes mei cum Hearnii L. 1. et N.

Quod suum non esset] Nihil horum in Put. Men. Reg. Voss. Videtur scripsisse Livius, *si quis miles aut in urbe restitisset, aut non suum extulisset*. *J. F. Gron.* Eadem verba desunt etiam in Flor. Lovel. 1. 5. Hav. et Hearnii N. In uno tantum e suis, nempe Victor. superesse, Crevierius monuit; et tamen, quin Liviana essent, non dubitabat. An itaque exciderunt propter similitudinem inter vocem *esset*, et ultimas literas vocis *extulisset*? Harl. legit, *aut extulisset, quod suum non est*.

Quod suum quisque cognosceret, prehenderet] Meliores, quod sui (hoc omnes habent Gall. et Voss.) *quisque cognosset, prenderet*. Sic et Livium alibi correximus. Cicero pro L. Manil. c. 14. 'Vos, Quirites, hoc ipso in loco sæpe cognostis.' in Verr. 11. 8. 'Sed de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, cognosce.' Plautus Curcul. 1v. 2. 18. 'Quibus sui nihil est, nisi lingua una, qui abjurant, si quid creditum est.' Cic. de Offic. 1. 31. 'Quæ contem-

plantas expendere oportebit, quid quisque habeat sui.' *J. F. Gron. Quod sui etiam Flor. Voss. Berol. Hav. et alii: quod genus Livio amatum multis se locis ei ex Mss. restituisse, monuit Gronov. ad xxxii. 37. § 5. Ita 'quod impensæ' est II. 18. 'quod cibi' III. 23. 'quod præsidii' v. 44. et XLIV. 20. 'quod militum' XXIV. 40. ubi quædam etiam vide: 'quod auri' XXVI. 14. 'quod muri' XXXII. 1. et XLII. 63. 'quod levis armaturæ' XXXII. 5. 'quod vini cibique' XLI. 4. 'quod supplementi' XLIII. 12. Alia vide ad d. l. XXXII. 37. § 5. Deinde cognosset iterum Flor. quod se etiam in Pal. princ. invenisse, testatur Gebhard. ad IX. 34. § 26. neque aliter Reg. et optimi quique apud Crevier. Vide ad XXII. 3. § 2. Denique prenderet Flor. Lov. quinque, et apud Gebh. d. loco Pall. tres. Vide ad II. 29. § 4.*

Si quid non compareret, repeteret. Ante omnia] Nihil mutat hic Pal. 3. Sed Pal. 1. non compareret unde ante omnia. Gebh. Non est in Put. Reg. Men. Voss. duobus Pall. verbum *repeteret*: sed in cæteris unde, in uno ex Pall. unum. Pnt. *compararet unde ante*. Scribe, *si quid non compareret, vindicaret*: id est, iudicio peteret. Librarius, quum ab dimidia parte prioris verbi *compareret* festinante oculo et manu transiisset ad posteriorem partem dimidiam verbi *vindicaret*, animadversum errorem corrigere noluit, ne litura deformaretur liber, omissam tamen partem prioris posterioris vocis ibi statim subiecit *VINDIC.* quod cum non caperet, qui illum secutus est, *VNDE* substituit. *J. F. Gronov. Compararet unde: ante omnia* Flor. *compareret unã* Hav. *compareret un Lov. 1.* Gronovius pr. ed. nott. coniecerat, ex vestigiis Pnt. scribendum *compareret, repetendum. Ante omnia.* Crevier. qui *repeteret* in Victor. invenit, id servandum putabat.

§ 6 *Libera corpora placere sine omni*

mora Locrensibus restitui] Delevimus dictionem *omni*. Rhenan. Pal. 1. *Ante omnia libera placere res sine omni mora Loctr. restitui.* Gebh. *Ante omnia libera placere sine mora Loctr. restitui* Flor. *Ante omnia libera pace res sine omni* (Voss. ulla) *mora Loctr. restitui* Lov. 1. 2. Voss. Hafu. et Hav. *Placere ante omnia libera pace sine omni mora Loctr. restitui* Lov. 5. *sine omni mora etiam Hearnii L. 1. et N. cum duobus meorum Ber. et Gaertn. Sed duo posteriores insuper ignorant τδ Locrensibus.*

§ 7 *Si quis Pleminium aliumve accusare vellet]* Scripsimus *Si qui Plem. aliumve quem ac. vel.* Est *Si qui pro Si quis.* Rhenan. Pal. 1. et vet. ed. *Si quis Plem. aliumve accusare vellet.* Gebh. *Si qui Plem.* etiam Flor. et Voss. Vide etiam ad III. 17. § 7. et ad VI. 32. § 5. Deinde *aliumque aliumve accusare* Flor. Gaertn. et Voss. In posteriori tamen cod. τϕ *aliumve* subiecit librarius notas, quibus vocem illam delendam indicavit.

Rhegium sequeretur] Vet. lib. *Rhegium se sequeretur*: ut XLII. 43. 'Chalcidem se sequi jusserunt.' *Sigon.* Ita et omnes codd. mei non tantum, præter Lov. 4. qui *se* omisit, et Harl. qui ejus loco *que* exhibet, sed et omnes editi usque ad Froben. qui a. 1535. pronomen illud perperam expnxit. *Infra xx xviii. 2.* 'Si se sequerentur.' Interceptum autem est a prima syllaba vocis seq. Ejusdem erroris exempla vide ad VII. 36. § 10. VIII. 10. § 11. XXXIX. 47. § 5. et Burm. ad Suet. Tib. c. 2. Contra additum id esse a librariis, quod vox sequens ab ea syllaba incipiat, vidimus ad XXI. 22. § 7.

§ 9 *Pratori, legatisque, et senatui ac populo Romano gratias egere]* Pall. duo *pratori et* (Pal. 3. ac) *sen. populoque Rom. gratias egerunt.* Gebh. Pnt. et Gall. *egerunt.* *J. F. Gron. Gratias agere* Lov. 5. et Gaertn. *gratias egerunt* Harl. et Lov. 4.

§ 10 *Quem unicum sibi, quam ini-*

micum, mallent esse] Scripsimus *quam inim. malint esse*. Rhenan. *Mallent* tamen Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

Tot tam nefanda commissa: aut Pleminio nimium] Vet. lib. *tot tamque nefanda*. Sigon. Scripti et vet. edd. *tot tam nefanda, non tot tamque, ut Sigonius. J. F. Gron.* Cum Gronov. insuper faciunt Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. a m. pr. Gaertn. Hav. aliique. Vide ad xxv. 37. § 13. Deinde *sed haud Pleminio* Voss. *sed quia Pleminio* Harl. *sed aut Pleminio* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. omnesque editi usque ad Gronov. qui voculam *sed* ex contextu eiecit. Id si Mss. jubentibus factum, non intercedo. Sæpe enim librarii voculam hanc connectendæ orationi invito Livio obtruserunt. Vide ad vi. 32. § 8. Mox § seq. *Aut natura insitum*, addita prima vocula, Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. qui eam a. 1535. haud male expunxit.

§ 12 *Pleminium et alios triginta homines*] Reposuimus *et ad duos et trig. homines*. Rhenan. Put. et Reg. duo. J. F. Gron. *Et alios trig. homines* Ber. Gaertn. et Hearnii N. *et duos et trig. homines* Lov. 1. 2. 3. *et ad uos et trig. homines* Voss. *et ad duos et trig. homines* Lov. 4. 5. et Hav. *et ad duo et trig. homines* Flor. Vide ad xxxv. 21. § 5.

§ 13 *Compertu oculis referrent Romam*] Reposuimus *compertu oculis referrent Romam*. Rhenan. Vet. lib. *referrent*. Sigon. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. quod tot codicum auctoritate satis se tuetur, et optime convenit. Legati enim dicuntur ‘*referre*’ sive ‘*legationem*,’ sive ‘*responsum*,’ sive quidquid domum renunciant. Vide ad l. vii. c. 32. § 1. (ubi etiam perperam in nonnullis codd. ei subponitur *perferre*) et ad

ix. 16. § 5. Paullo ante *profecti, ea quoque*, duabus vocibus omissis, Flor. Voss. Lov. 1. 2. Gaertn. et Hav. *profecti, ut ea quoque* Lov. 3. et 5. Deinde *desidia imperatoris soluta disciplinaque militiae* Voss. Lov. 1. 2. et 5. *desidia imperatoris solutaque disciplina militiae* Flor. Lov. 4. et Hav.

CAP. XXII. § 1 *Ad purgandum se præparavit*] Restituimus *sese paravit*. Rhenan. Ed. Mog. *præparavit*. Modius. Palat. 1. *Ven. his Syracusas, Scipio res, non verba, ad purgandum sese præparavit*. Ita et Pal. 2. ac vet. ed. Sed Pal. 3. *Ven. his Syracusis Scipio res, non verba, ad pugnandum pro se paravit*. Venit mihi in mentem locus elegans Josephi Antiq. vi. 14. Τοῖς ἔργοις θεῖ σκοπεῖν τὴν ἀπάντων διάθεσιν. Διαβολὴ γὰρ ἀπατᾷ, σαφὴς δ’ ἀπόδειξις εὐνοίας τὰ πραττόμενα καὶ λόγος μὲν ἐπ’ ἀμφοτέρω πεφύκεν ἀληθῆς καὶ ψευδῆς· τὰ δὲ ἔργα γυμνῆν ὑπ’ ὕψει τὴν διάνοιαν τίθησι. Gebh. Put. Men. duo Pall. *sese paravit*. J. F. Gron. *Se præparavit* Voss. Lov. 2. 3. 5. et Ber. *sese reparavit* Flor. *sese præparavit* Lov. 1. Harl. et Hav. Deinde *non verba, ad oppugnandum* Harl.

§ 2 *Hospitio comiter accepti: postero die terrestrem navalemque exercitus*] Put. et meliores *acceptis*. Recte: non enim separanda hæc particula periodi ab sequentibus, et regitur τὸ *acceptis* a verbo *ostendit*. J. F. Gron. *Acceptis postero die* Flor. Voss. Hav. aliique ex meis. Deinde *terrestrem navalemque exercitum* Flor. Lov. 4. Harl. et Hav. *terrestres navalesque exercitus* Lov. 3. Ber. et Gaertn. cum edd. antiqq. usque ad Froben. qui a. 1535. recte edidit *terrestrem navalemque exercitus*, ut vulgo nunc exstat, eo loquendi genere, quod illustratur hoc lib. c. 2. § 5. Mox § seq. *aliumque belli adparatum* desunt in Flor. Voss. Lov. 5. et Hav. eadem verba et in Put. deesse, Crevier. auctor est: *bellique alium adparatum* legunt Lov. 2. 3. 4. et Harl.

§ 4 *Admiratio singularum universarumque rerum*] Omnes Gall. ignorant *quò universarum*: et meliores quidem *singularumque*, alii et conjunctionem omittunt. Vides quæ causa fuerit defectuum sarcinatoribus vocem illam inculcandi. At mitius fuerat *singularum quoque rerum*, (intellige, non modo universarum) aut prorsus delere particulam, sæpe in optimo superfluum. Sic inferius hoc ipso cap. Put. Reg. Men. *quos provinciæ relinqueret, quos præsidio*. Sed illud malo. *J. F. Gron. Singularum rerum et univrsarum* Lov. 4. *singularumque rerum* Flor. a m. pr. *singularum rerum* a m. sec. Voss. Lov. 2. 3. Hav. et Hearnii N. Crevier. non male, meo iudicio, adversus Gronov. vulgatum defendit, præsertim quum optimi ejusdem scripturæ vestigia retineant, *singularumque rerum* legentes. Vocum igitur similiter desinentium *singularum, universarum* posterior a priori elisa est. Mox aut alio nullo posse Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Ber.

§ 5 *Juberentque, quod Dii bene verterent, trajicere, et spei*] Lego *trajiceret, et spei conc. q. d. i. o. c. p. c. d. p. q. t. compotem populum Romanum faceret*. Subaudi *ut*. Rhenan. Omnes *trajicere*. Quare et in eadem periodo *facere* legendum: ut diximus contra Rhenanum. *J. F. Gron.* Dixit uempe Gronov. Obs. II. 14. p. 324. et pr. ed. nott. ad Liv. I. 50. Et quidem omnes mei *trajicere* itidem præferunt. Mox vero *facerent*, ut ante Rhenanum vulgo edebatur, servant Lov. 4. Harl. Ber. a m. pr. Gaertn. et Hav. *faceret* legunt Voss. Ber. a m. pr. et Lov. 1. 2. 3. Sed *facere*, quod Gronov. restituit, est in solo Flor.

Priorem consulem dixissent] ‘Prior consul’ et ‘prior ædilis’ est, qui ex duobus priore loco declaratus ac renunciatus est: ‘primus prætor,’ qui e pluribus, quam duobus, primo loco. Hoc certum est ex Cic. in Pison. c. 1. pro Leg. Manil. c. 1. et Fragm. orat.

in Toga Cand. Quinam sint, quos Barthius Advers. LI. 6. dicit aliter interpretari *priorem consulem*, non scio. Viri docti ad Cic. in Pison. l. d. scribunt, ‘primum prætorem’ appellatum fuisse ‘prætorem urbanum.’ Atqui Cic. qui se non uno loco primum prætorem factum gloriatur, non fuit prætor urbanus. Nec verum esse credo, quod Marci. ad Suet. Vesp. c. 2. putat, ‘in primis’ factos dici omnes inter primum et postremum. Duk.

§ 8 *Jam senescente invidia, molliebantur iræ*] Scripsimus *molliebatur ira*. Rhenan. Pall. I. 2. et vet. ed. *molliebantur iræ*. Verbo ‘senescere’ eleganter aliquoties utitur Livius. Superius xxviii. 36. ‘Nen senescere bellum maximo impetu cæptum sine-ret.’ xxx. 19. ‘Circa Casilinum, Cumam, Nolamque consensisse.’ xxxv. 25. ‘Agitandum aliquid miscendumque rati, ne cunctando senescerent consilia.’ Gebh. Put. et Gall. meliores, duoque Pall. et Voss. *molliebantur iræ*; quod iterum male mutavit Rhenanus. *J. F. Gron.* Soli Harl. et Rec. Rhenano; reliqui mei cum Hearnii N. recte Gronovio consentiunt. Supra I. 9. ‘Mollirent modo iras, et, quibus fors corpora dedisset, darent animos.’ II. 45. ‘Diem tempusque forsitan ipsum leniturum iras.’ c. 61. ‘Plenus suarum, plenus paternarum irarum.’ IV. 30. ‘Iræ adversus Veientes iu insequentem annum dilatae sunt.’ v. 8. ‘Plus inter se irarum, quam adversus hostes animi, haberunt.’ c. 12. ‘Inter has iras plebis in Patres.’ vi. 18. ‘Plenior aliquanto animorum irarumque, quam antea fuerat.’ VIII. 30. ‘Cujus rei vitium in rabiem atque iras imperatorum vertit.’ IX. 7. ‘Ingentem molem irarum ex alto animo cientis indicia esse.’ c. 39. ‘Tantoque irarum certamine res gesta est.’ xxiv. 25. ‘Non ferme desunt irarum indulgentes ministri.’ xxix. 16. ‘Scipionis in eo

aut ambitio aut negligentia iras hominum irritavit.' XL. 27. 'Iras militum acuebat.' 'Senescere' autem est hic remittere, imminui. Eo sensu multis locis apud Livium usurpatur. Exemplis a Gebhardo notatis adde I. 22. III. 12. IX. 27. XXII. 39. XXIII. 43. XXV. 16. XXVII. 20. XXIX. 3. XXXV. 12. aliisque locis. Vide quæ notavi ad Siliî XVI. 135.

Facilius eos ad vulgum conciliabat] Nos reposuimus *memoriaque abs. Sc. favorem ad vulgum conciliabat*. In veteri cod. *faborem* legitur, *b* pro *u*posito. Pro hoc vocabulo quidam duas dictiones *facilius eos* introsernit. Rhenan. *Favorem ad vulgum conciliabat* egregie Rhenanus. Solus optimus ille Put. hanc lectionem commonstrat: *Scipionis futiorem ad vulgum*: et quidem a m. pr. nam secunda *faciliorem* expatnaverat. Cæteri omnes prodigiose corrupti. Voss. *facilioris*. Men. *facilioris*. Reg. *facile omnes*. Antea erat editum *facilius eos ad vulgum*. Fortassis et *Pleminio* legendum. J. F. Gron. *Facilius eos ad vulgum* Ber. Gaertn. et Hearnii N. *facilius ad vulgum conciliabat* Lov. 3. *facilius ad vulgum conciliabant* Hav. *facillius ad vulgum* Lov. 1. *facilis omnes ad vulgum* Lov. 2. *facilis ad vulgum* Lov. 5. *facillionis ad vulgum* Flor. *favorem ad vulgum*, ut recte Rhenan. emendavit, se in L. I. invenisse, Hearnius testatur.

§ 9 *Mortuus tamen prius in vinculis est, quam iudicium de eo populi perficeretur*] Nos reposuimus, *quam iudicium de eo perficeretur*. Rhenan. Scripti et olim editi *quam iudicium de eo populi perficeretur*. Quod Rhenanus unius mutili codicis auctoritate mutare non debuit. J. F. Gron. Mutilo hinc ejus codici ex meis favet unus Harl. ex Hearnii autem D. Reliqui vocem *populi* timentur. Præterea *Mortuus est tamen prius in vinculis* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. et Gaertn. Ceterum de morte Pleminii et auctorum in ea

Delph. et Var. Clas.

dissensu vide ad XXXIV. 41. § 6.

§ 10 *Clodius Licinius in libro tertio rerum Romanarum*] *C. Clodius libro tertio rerum Romanarum* Lov. 5. *Licinius* ex conjectura reponunt Ant. Augustiu. ad *Fragm. Vet. Hist. et Petiz* in *Anim. Hist.* c. 8. p. 349. De eo vide Voss. de *Hist. Lat.* 1. 8. et Wasse ad *Fragm. Hist.* post *Sallust.* p. 235.

Delegatum in Tullianum] Hoc verbo fortassis usus fuit Clodius. Livius XXXIV. 44. et ibi apud Gronov. *Sallust.* in *Catil.* c. 69. pro eo *demissus* dicant. *Duk.*

§ 11 *Legatique et tribuni, classem eam, exercitum, ducemque*] Nos delevimus *accusativum eam*. Rhenan. Rursus omnes, nolente Rhenano, *classem eam*. J. F. Gron. Pro Rhenano stant Harl. et Hearnii L. 1. ac D. Contra cum Gronovio faciunt omnes, quibus usus sum, reliqui scripti. Præterea *ibi omnes legatique et tribuni*, pro *ubi*, Lov. 4. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Ibi omnes legatique ac tribuni* Rec. et Harl. *ubi omnes legati et tribuni*, omisso τῶν *que*, Ber. a m. sec. Sed male. Vide ad X. 30. § 2. *Paullo ante nunquam*, pro *nusquam*, Voss. Lov. 2. et Ber. sollempni scribarum errore. Vide ad XXXVI. 17. § 10. Mox autem in sequentibus *fecerunt*, pro *effecerunt*, Voss. Lov. 2. 3. 5. et Hav. Sed prima syllaba excidit ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced.

§ 12 *Qui in Sicilia essent, ipse legeret*] *Castigavimus eligeret*. Rhenan. Melius quam *Beatus* castigaverat, alii *ipse legeret*, quum in scriptis fere sit *liceret*, vel *diceret*. J. F. Gron. *Ipsi liceret* Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. et edd. antiqq. *ipsi liceret eligere* Lov. 5. et Hav. *ipse liceret* Harl. et Gaertn. *Adsentior* Gronov. *ipse legeret*, quod *Ascensius* a. 1513. receperat, probant. Vide eundem ad *Liv.* XXXIX. 52. *Justin.* XI. 6. 'Quum ad tam periculosum bellum exercitum legeret.' XXII. 3. 'His ita gestis, militem le-

Livius.

29 R

git, exercitumque conscribit.' Si Rhenanus *eligeret* in cod. invenit, id ex glossa natum credendum est. Vide ad xxviii. 42. § 5.

Quos *provinciae relinqueret praesidio*] Gronov. hoc cap. ad § 4. testatur codd. Put. Reg. et Men. perperam praeferre quos *provinciae relinqueret, quos praesidio*. Idem vitium insedit etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav.

CAP. xxiii. § 1 *Dum haec apud Romanos gererentur*] Castigavimus *Dum haec apud Romanos geruntur*. Rhenan. Solus Pal. 3. *geruntur*. Reliqui omnes *gererentur*. Gebh. *Gererentur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *gerentur* Flor. a m. pr. *geruntur* a m. sec. Recte. Vide ad i. 40. § 7.

Per promontoria omnia] Vet. lib. *per omnia promontoria*. Sigon. Pall. 2. ac 3. *per omnia promontoria*. Gebh. Ita et Flor. Lov. 4. et Harl. Vocem *omnia* delet Lov. 5.

Sollicitam hiemem egissent] Cantabr. *gessissent*. Qui nescio an audiendus sit, vel ob praecedens *geruntur*, vel ob consensum aliorum codicum in vulgata. Et tamen aegre persuadeor, a levi homine eam vocem, adeo in hoc sensu infrequentem, exstitisse. Macrobius Saturn. i. 10. 'Quo die si Saturnalia gererentur.' Sueton. Domit. c. 1. 'Prima adolescentiae tempora tanta inopia tantaque infamia gessisse fertur.' Etiam ad Obs. iv. 14. ubi cumulus de hoc verbo non indecens, video inter alia adscripsisse patrem 'Gerens annum xviii. Hieron. in Eusebio a Scal. reprehensus p. 124.' Deinde edidi, volentibus Cant. Voss. Gud. et monente patris manu, *momentum adjecerunt societatem*, non *societate*, commoda prorsus epexegesi. xxviii. 17. 'Magnum in omnia momentum Syphax erat.' Sic et xxix. 12. Tacit. Hist. i. 59. 'Octo Batavorum cohortes, grande momentum, societae aut adversae.' Vide ad xxi. 4.

xxxix. 54. *Jac. Gronov.* Vide Burmann. ad haec Sueton. Vesp. c. 24. 'Annum gerens aetatis sexagesimum ac nonum.' *Duk.* Omnes mei *egissent*. Non audeo itaque nni cod. tantum tribuere, ut, invitis optimis aliisque Mss. ejus solius fide vulgatum mutem: sed potius lectionem illam scribarum errori tribuo, qui passim haec verba inter se commutare solent. Vide ad xxii. 28. § 1. Accedit quod alibi 'gerere tempus,' 'annum,' 'hiemem' in Livio me legere non meminerim; qui contra, ut hic 'agere hiemem sollicitam,' etiam 'agere annum inbellem' dixit x. 1. Deinde *societatem*, quod Gronov. probat, non modo in omnibus scriptis, verum etiam edd. superest, pro quo Gruter. demum in ultima ed. perperam *societate* substituit. Paulo post *crediderant* Lov. 3. 4. et Harl. quod Dukero non displicebat.

§ 3 *Mentio quoque inchoata adfinitatis*] Scribe *inchoata* cum optimis, in quibus *incohata*. J. F. Gron. *Inchoatae* Harl. Ber. et Rec. Alii omnes *incohata*, vel *inchoata*; quod posterius invenit etiam Hearnii in N. De utraque orthographia 'inchoare' et 'incohare' vide viros doctos ad Snet. Caes. c. 46. In praecedentibus *ut ante dictum*, pro *de quo ante dictum*, Harl. et Hearnii D.

§ 4 *Ad eam rem consummandam*] Castigavimus *ad eam rem confirmandam*. Rhenan. Ed. Mog. *ad eam rem consummandam*. Melius, quam vulgo. *Modius*. Comparet in Pall. 2. et 3. *ad eam rem confirmandam*. Gebh. *Consummandam* omnes, non *confirmandam*, ut Rhenanus. J. F. Gronov. *Confirmandam* Lov. 4. Rec. et Harl. Ceteri omnes, quibus usus sum, cum Hearnii N. *consummandam*, vel *consunandam*. An tamen 'consummare' verbum sit hujus aevi, merito dubitari potest. Vide Ferrar. ad Cic. Phil. xi. 7. Certe apud Livium nondum reperi. Tot tamen codd. et inter eos opti-

mis, consentientibus adversari vix auleo.

Jam enim et nubilus erat virgo] Castigavimus *jam enim nubilus erat virgo*, et particula dispuncta. Rhenan. Scripti et priscae edd. *jam enim et nubilus erat virgo*, ingratis Beati. J. F. Gron. Vocula et, a Rhenano expuncta, non fuisse videtur in Flor. Certe in excerptis de eo nihil notatum video. Exsulat etiam ab Harl. *jam etenim nubilus* legit Ber. Reliqui cum Hearnii Oxonn. favent Gronovio.

Et sunt ante omnes barbaros Numidæ effusi in Venerem] Vet. lib. ut sunt. Sic xxx. 12. 'Ut est genus Numidarum in Venerem præceps.' Sigon. Ed. Mog. et sunt ante omnes barbaros Numidæ effusi in Venerem: melius, quam vulgo, quicquid dicat doctissimus Sigonius. Ceterum rem sic Silius narrat xvii. 67. 'Immemor is dextræque datæ junctique per aras,' &c. Modius. Pal. 1. adsunt ante omnes Numidæ barbaros effusi in veterem. Vet. ed. ante omnes Numidæ barbaros effusi in Venerem. Gebh. Et ordo verborum [ante omnes Numidæ barbaros] placet, et particula, quam mutat Sigonius, in hujusmodi fere correctionibus semper infelix. J. F. Gron. Adsunt autem omnes Numidæ barbarique effusi in Venerem Lov. 2. adsunt ante omnes Numidæ barbari c. i. V. Lov. 3. adsunt etiam Voss. in contextu, et Hav. ut sunt Voss. inter versus: ut sunt Lov. 4. sunt, priori voce omissa, Lov. 5. Sed, ut Gronov. volebat, et sunt Flor. et ceteri. Recte. Vide ad xxvii. 1. § 2. Deinde ante omnes Numidæ barbaros non tantum reliqui mei, præter unum Harl. qui ante omnes barbaros Numidæ exhibet, verum etiam edd. Rom. a. 1472. et Parm. Tandem effusi in libidinem Lov. 5. quæ lectio ex glossa nata est.

§ 5 *Ut publicum quoque fœdus privato adjiceretur*] Livius l. i. c. 1. 'Latinum apud Penates Deos domesticum pub-

lico adjunxisse fœdus, filia Æneæ in matrimonium data.' Paulo ante populum Karthaginiensium Flor. Lov. 1. et Gaertn. Vide ad xlv. 23. § 15.


§ 6 *Memor et cum Scipione initæ regni societatis*] Castigavimus *initæ regni societatis*: hoc est a rege, quod prius erat regni. Rhenan. *Initæ regni societatis* Harl. Alii omnes *initæ regni societati*, nisi quod regis sit in Hav. in fine vocis adhærente litera, quæ sequentis est initialis: de quo errore vide ad xxviii. 25. § 2. Voces et cum Scipione desunt in Lov. 1.

Quam vana et mutabilia barbarorum ingenia essent] *Quam varia mutabilia* Hearnii N. *quamquam varia et mutabilia* Gaertn. *quam varia et mutabilia* Lov. 2. et 3. Subcurrebat notum illud Virgillii Æn. iv. 569. 'varium et mutabile semper Femina.' Item illud Cic. de Amic. c. 25. 'Si ne in uno quidem quoque unus animus erit, idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex.' Vide etiam Cor-tium ad Sall. Catil. c. 5. Tutum tamen non videtur horum codicum fide stare, præsertim quum facili lapsu librarii passim has voces commutare soliti fuerint. Vide ad xxii. 7. § 4. 'Vanum' autem 'ingenium' est l. 27. 'Invidia vulgi vanum ingenium dictatoris conrnpit.' xxxiv. 36. 'Vanis, ut ad ceteram fidem, sic ad secreta tegenda, satellitum regionum ingenilis.' xxxv. 47. 'Hunc forte ingenio vanum Ætoli et Antiochus in-pulerant in spem.'

Si trajiceret in Africam Scipio] Pall. *si trajecisset in Afr.* Sc. Gebh. *Trajecisset* Flor. Lov. 4. Harl. et Hearnii D.

Parrum vinculum eæ nuptiæ essent] Legitur in volumine veteri *parrulum vinc.* Rhenan. Pal. 3. *parrulum vinc. hæ nuptiæ essent.* Gebh. Omnes mei vulgatum tuentur. Mox § seq. *perpulit* Lov. 4. et Ber.

§ 9 *Hortari primum, ut procul ab Africa, sicut adhuc fecerint*] Put. Voss.



Buslid. alii, *Optare primum*. J. F. Gron. *Hortare* Lov. 3. *Ortare* Harl. *Optare* Flor. Lov. 1. 2. 5. Voss. et Hearnii L. 1. ac N. quod, tamquam modestius, quam quod vulgo edebatur, recte Crevierius recepit. Similiter variant codd. apud Suet. Vesp. c. 6. ubi vide viros doctos. Præterea *fecerunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Gaertn. *fecerant* Hav. Mox *nec sibi interesse* Voss. Lov. 1. et Gaertn. Paulo ante § præc. *uictum*, pro *iūctum* sive *junctum*, Lov. 1. Vide ad Liv. Ep. l. LXVIII. *Victum* Rec. Vide ad v. 7. § 2.

§ 10 *Et pro terra Africa*] *Et propter Africam* Harl. *et pro patria Africa* Lov. 3. Gaertn. Ber. Hearnii N. et edd. Aldina priores; quod ex glossa profluxisse videtur. *Terra Africa*, ut ‘*terra Italia*.’ Vide ad xxv. 7. § 4. Mox *proque parentibus atque penatibus* Ber.

CAP. XXIV. § 2 *Legatis propere, priusquam res vulgaretur, remissis*] *Legatis, prope priusq. res vulgaretur, remissis* Flor. Lov. 1. et Hav. contra mentem Livii. Solent autem in his vocibus confundendis scribæ errare. Vide ad xxxix. 31. § 4. *Legatis quoque, priusq.* Lov. 2. et 5.

§ 3 *Ne jura hospitii secum, &c.*] Item Silius xvii. 76. ‘*Sed non Ansonio curarum extrema Syphacem,*’ &c. *Modius*. Mox *ne fas, fidem, dextras* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. *neu fidem, dextras* Harl.

§ 4 *Obversatque pratorio crant*] Perperam Pal. 1. *obversatque precio erant*: perperam, inquam, hic. xxx. 11. ‘*Magnam partem perfugarum palam Carthagini obversari dici.*’ xxxiv. 60. ‘*Hunc Aristonem Carthagine obversantem, qua de causa venisset, cognoverunt.*’ xxxv. 15. ‘*Legatusque Romanus, ne alieno tempore incommodus obversaretur, Pergamum concessit.*’ *Gebh.* *Obversatque* etiam Lov. quinque, Hav. et Hearnii Oxonn. sollemni errore, ex transposi-

tione literarum orto. Vide ad vi. 17. § 4. Mox *si similetur*, pro *si sileretur*, Lov. 1. *si simuletur* Lov. 2. et Gaertn. Deinde *eo ipso, quo celaretur*, pro *quod*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Timorque in exercitum incideret] Fortasse malis. Considera tamen Put. Pet. Reg. Men. Voss. duumque Pall. scripturam *timorque in exercitu incederet*. Verbum haud infrequens hoc modo Livio. Lib. xxv. c. 1. ‘*Tanta religio, et ea magna ex parte externa, civitatem incescit.*’ xxviii. 3. ‘*Timor deinde oppidanus incescit, ne, si hostis urbem intrasset.*’ Ibidem c. 46. ‘*Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Pænosque.*’ Hoc lib. c. 10. ‘*Et tanta incescit in castra vis morbi.*’ xxxvi. 16. ‘*Timor deinde incescit, ne quos per imminetia juga calles inveniret ad transitum Romanus.*’ Tacitus Hist. ii. 63. ‘*Sabinus suoapte ingenio mitis, ubi formido incescisset, facilis mutatu.*’ J. F. Gron. *In exercitu incederet* etiam apud me Flor. a m. pr. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Verum lectio illa viris doctis displicet, et in primis Doujatio, quia loquendi illa figura, personis magis, quam rebus, accommodata, non sine audaciori metaphora huc videtur trahi posse. Putat insuper, eam non satis firmari testimoniis a Gronovio adductis, quæ ad verbum ‘*incescere*’ referri possunt, eo magis quod cum accusativo junguntur, non, ut hic, cum ablativo et præpositione. Similiter etiam Crevierius in iisdem exemplis agnoscendum existimat verbum ‘*incescere*,’ non ‘*incedere*,’ qui tamen recte alterum a Doujatio additum omittit, id patere ex præpositione eum casu quarto, non cum sexto, juncta. Nam ita et Cæsar B. Civ. ii. 29. ‘*In castris Curionis magnus omnium incescit timor:*’ non *in castra*. Mihi etiam non displicet vulgatum, quod in aliis meorum super-

erat. Ita Cæsar B. Civ. III. 13. 'Tantusque terror incidit ejus exercitui:' quod exemplum laudabat Dukerus, qui quoque disertiora veterum testimonia ad probandum genus loquendi a Gronovio receptum desiderabat. Priscam igitur lectionem revocavi. Solent autem librarii 'incedere' et 'incidere' commutare. Vide ad IX. 24. § 10.

Avertit a vero falsis elicitas præoccupando mentes hominum] Quid hic facit participium *elicitas*? impedit sensum, non illustrat. Non est in archetypo Spirensi: proinde et nos induximus. *Rhenan.* Obscurus sermo. Dubium enim est, 'elicitasne falsis' dicere velit, an 'præoccupando potius falsis.' Sed *elicitas* non est in plerisque libris. *Glav.* *Elicitas* etiam in nullo est ex meis, nisi in Ber. et Gaertn.

§ 5 *Masinissam prius ipsum ad Lælium venisse*] Vet. lib. ad C. *Lælium*. Sigon. Pal. 2. ad cos. *Lælium*, ex falsa notæ C. interpretatione. Pal. 3. ad Cn. *Lælium*. Gebh. Ad *consulem Lælium* Harl. et Hearnii D. servant vestigia lectionis a Sigonio probatæ ac receptæ. Sæpe enim librarii notam prænominis Caii C. et vocem *consul* commutarunt. Vide ad XXII. 14. § 13. Quum tamen optimi ad *Lælium* servant, id verius puto. Præterea *Masinissam ipsum prius* Flor. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 6 *Ut et ipse sibi et regno suo posset consulere*] Scripsimus *ac regno suo posset consulere* Flor. Voss. Lov. 3. 5. et Hav. *posset* servant etiam Lov. 1. 2. Ber. a m. pr. et Gaertn. Paulo ante voces *quæ tam diuturna moræ sit causa: postulanteque* desunt in Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Hav.

§ 7 *Itaque jam satis omnibus instructis adparatisque*] Et hic *adparatis* adjecerunt, ut *consulerent τῶν que*, quod desolatum ipsis videbatur: etenim optimus et post illum meliores *instructisque, et re.* Emenda, *Itaque jam*

satis omn. instructis, quin et re jam non ultra rec. cunct., in an. sibi esse. J. F. Gron. Non otiose tamen considerari meretur hoc loco scriptura *Cantabrig. Itaque ratis jam omnibus instructisque.* Et sane fieri potuit, ut τὸ *adparatis* aliunde accesserit. Quam leni tamen negotio ex Msto, quem produximus, fieri posset *Ita paratis jam omnibus instructisque.* Jac. Gron. In commutando ordine horum verborum fere omnes consentiunt. *Itaque satis omnibus jam* legit Hav. *Ita satis jam omnibus* Voss. *Itaque satis jam omnibus* Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Ber. Neque aliter Flor. a m. pr. qui *Itaque ratis jam omnibus* a m. sec. præfert. Deinde *instructis adparatisque* servant Lov. 3. 4. Harl. Ber. et Gaertn. *instructisque adparatisque* Florent. *instructisque* Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. *instructis* Hav. et Hearnii L. 1. Sed plene *Itaque paratis jam omnibus instructisque*, ferre ut Jac. Gronov. conjecerat, in Reg. invenit Crevierius, idque in contextum recepit, quem sequi malui, quam incertis conjecturis niti. Vulgatum enim interpolatum esse, ex optimis Mss. colligi debere existimo.

Lilybæum classe traducta, eodemque] Codex Cantabr. *Lilyb. classem traducere, eodemque.* Jac. Gronov. Omnes mei vulgato constanter adhærent.

§ 8 *Quas legiones potissimum, et quantum militum numerum*] Scripsimus *quas legiones pot., quantum mil. numerum, et conjunctione expuncta. Rhenan.* Lectionem eandem amplectuntur et Lov. 4. atque Harl. Contra et in reliquis superest; verum vicissim, mutato ordine, *quas pot. legiones* legunt, quos secutus sum. Deinde *quantum numerum mil.* Voss. Lov. 1. et Ber.

§ 9 *Circum oram maritimam misit*] Accusativus *omnem* deerat, quem nos inseruimus: *item circum oram omnem mar. misit.* Rhen. *Circum oram mar. omnem* Harl. Reliqui mei vocem *om-*

nem non agnoscunt, concinente etiam Hearnii N.

Lilybæum omnes traherentur] Can-
tabrig. cum Voss. Gud. aliisque *Lily-
bæum omnes contraherentur*. Jac. Gron.
Traherentur natum est ex Gruteri ed.
ultima, omnium mendosissima. Prio-
res enim typis descripti omnesque
calamo exarati semper *contraherentur*.
Supra XXI. 26. 'Perlicit donis ad na-
ves undique contrahendas.' XXXI.
33. 'Navales copias Demetriadem in
Thessalia contrahebat.' XXXIV. 50.
'Ut onerarias ex omni Græciæ ora
eodem contraheret.' Lib. XXXVIII.
c. 12. 'Contrahendæ naves erant ad
exercitum trajiciendum.'

§ 10 *Quidquid militum naviumque
in Sicilia erat, quum Lilybæum conve-
nissent*] Vocem *naviumque* omittunt
Flor. Voss. Lov. 1. 5. Hav. et Hear-
nii L. 1. ac N. quam tamen vocem
omitti non posse, sequentia indicant;
ubi non tantum 'nrbs,' quæ
'multitudinem hominum,' sed et
'portus' memoratur, qui 'naves non
caperet.' Præterea *convenisset* Flor.
Lov. 3. 4. Ber. Harl. et vett. edd.
pro quo Froben. 1535. substituit *con-
venissent*: quod est in reliquis. Mox
neque *portus naves* Flor. Lov. 4. Harl.
et Hav. Vide ad IX. 9. § 14.

§ 12 *Neque ullos æque veteres milites
in exercitu Romano esse*] In quo exer-
citu? Nam multi tum erant exerci-
tus Romani. De Scipionis exercitu
intelligi non potest, qui cur solus ex-
ercitus Romanus dici debeat, causa
non est. Considerent acutiores, an
melius sit *ullo*. Duk. *Neque ullos mi-
lites æque veteres* Voss. Lov. quinque,
Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina
priors.

Sed in urbibus etiam obpugnandis]
Submovimus præpositionem *in*. Rhe-
nan. Eam agnoscunt Voss. Lov. 1.
2. 3. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 13 *Quos secum ex Italia addux-
erat*] *Adciverat* Voss. a m. pr. *acciverat*
a m. sec. Neque aliter Lov. 1. 2. 3.

Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. ante
Aldum. Tò *secum* non est in Lov. 1.

§ 14 *Ut singulæ sena millia et ducentos
pedites, tricenos haberent equites*] *Tre-
cenos*, id est trecentenos, legendum,
non *tricenos*, quod a *triginta* derivatur.
Apud doctos non erat opus hoc ad-
monere, sed apud imperitos, et quod
librariorum erratum hoc est in omni-
bus fere codd. L. Valla, homo de La-
tina lingua optime meritis, primus,
quantum meminisse possum, hunc er-
rorem *Elegant.* III. 5. ostendit. Om-
nes etiam sciunt, legionem apud Ro-
manos sæpe variatam, quod alibi,
non uno duntaxat loco, nos admonui-
mus. *Glarean.* *Tricenos* perperam hic
servant Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5.
Vide ad XL. 34. § 8.

CAP. XXV. § 1 *Non parvo numero
inter auctores discrepat*] Antiqua lec-
tio *non par numero inter auctores dis-
crepat*. *Lego non pari numero, inter
auctores discrepat*: hoc est, eo quod
numerus apud illos par non sit. *Rhen.*
Sic [*non parvo numero*] integre scripti:
et argutatur incassum *Rhenanus. J.
F. Gron.* Nihil etiam in illis verbis
variant mei. At *discrepat inter aucto-
res* Hav. Paulo ante τὰ *in Africam*
exsulant a Lov. 2.

§ 2 *Alibi quindecim millia peditum,
mille et quingentos equites*] Legitur in
veteri libro *sedecim millia*, non *quinde-
cim millia*. *Rhen.* Vett. libri habent
sedecim millia, quod probò: quia Ap-
pianus in Libyco pag. 7. edit *πρὸς
μὲν ἑξακισχιλίους ἐπὶ μυρίοις, ἑπτάς δὲ
χιλίους καὶ ἑξακοσίους*. Itaque, anctore
eodem Appiano, malim legere
apud Livium *sexcentos*, quam *quingent-
os*. Sigonius. Pall. tres XVI. *millia
peditum*, quod probat Sigonius, ductus
Appiani verbis, adeo ut etiam ex
eodem scriptore malit *sexcentos equi-
tes*. Gebh. Omnes Gall. et Pall. *se-
decim millia peditum, mille et sexcentos
equites*, ut ex Appiano Sigonius. *J. F.
Gron.* Ita et Flor. et Hav. *sedecim
millia* agnoscit etiam Harl. *sexcentos*

Lov. 2. Ceterum omnia hæc verba et ducentos equites: alibi, &c. quinque et triginta millia desunt in Hearnii L. 1. ob vocis millia repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11.

Alibi parum plus dimidio rem auctam] Emendavimus *alibi parte plus dimidia rem auctam*. Rhenan. *Parum plus dimidia* Ber. et Gaertn. *parte plus dimidia* Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Neque aliter Put. ut me monuit Sallier. *parum parte plus dimidia*, duplici lectione juncta, Lov. 5. *parem plus dimidiam* Voss. Hinc, una litera addita, legendum suspicor *partem plus dimidiam*, Livio familiarissima locutione. VI. 35. 'Ne quis plus quinquaginta jugera agri possideret.' c. 36. 'Ut ipsis plus quinquaginta jugera habere liceret.' XXXI. 35. 'Aberat acies eorum paullo plus quingentos passus.' XXXVI. 40. 'Plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum cæsam.' Alia vide ad XXXI. 34. § 7. et XLI. 12. § 8.

In naves inposita invenio] Verbum 'invenio' ignorat omnes Gall. et Voss. quod tamen requiri videtur, nisi pro *alibi* ter legas *alii*. Sic enim ἀπὸ κοινῶν posset repeti 'adjecere numerum.' J. F. Gron. Eandem vocem ignorant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et omnes ante Moguntinam edd. In suis id etiam deesse Crevier. monet, sed recte necessarium judicat.

§ 3 *Inter quos me ipse in re dubia poni malui]* Emendavimus *poni malim*, pro *malui*. Rhen. *Pouere malui* Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Sed alii omnes *malim*. Deinde *me ipse quidem in re dubia* Hearnii N. *me ipsum in re dubia* Lov. 5. Male. Vide ad II. 19. § 5.

Ad immensum multitudinis speciem auge] Pal. 3. *ad intensum*. Gebh. *Ad immensam multitudinis speciem* Lov. 3. *ad immensam multitudinis speciem* Lov. 5. et Flor. a m. sec.

§ 4 *Clamore militum ait, tantamque*

multitudinem] Pal. 1. *clamore militum atque tantam multitudinem*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *clamore militum, atque tantam multitudinem* Flor.

§ 5 *Milites ut in naves ordine ac sine tumultu conscenderent]* *Ut naves ordine, &c. consc.* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Supra XXI. 49. 'Ad arma conclamatum est, et in naves conscensum.' Et contra XXII. 19. 'Conscendere naves propere, atque arma capere jubet.' XXXVI. 29. 'Duodecimo die, quam conscenderat navem.' XXXVII. 11. 'Mutato consilio naves conscendere omnes jubet.' XLIV. 35. 'Filiam suam cum quinque delectis millibus Heracleam mittit, velut classem consensurus.' c. 45. 'Quum per tumultum naves conscenderent.'

In naves ante conscendere coactos continuit] Emendavimus *navibus ante conscendere coactos continuit*, ubi prius legebatur *in naves*. Rhenanus. Vetus lectio melior *in naves ante conscendere*. Sigon. Ed. Mog. *in naves ante conscendere coactos*. Modius. Pal. 2. *nauticos C. Lælius (classis præfectus erat) in naves ante conscendere coactos continuit*. Pal. 1. *nauticos C. Lælius, qui classis præfectus erat, in navibus ante conscendere coactos continuit*. Pal. 3. *nauticos Cn. Lælius, qui classis præfectus erat, et navibus ante conscenderunt (forte conscenderent) coactos continuit*. Gebh. Idem [omnes Gall. et Voss.] optimusque Pall. *in navibus, ante conscendere coactos, continuit*. Olim legebatur *in naves*. Rhenanus fecit *navibus*, deleta præpositione. J. F. Gron. Priscæ lectioni adherent Ber. et Gaertn. cum Rhenano stant Lov. 2. et Harl. Reliqui omnes emendationem Gronovii tuentur, concinentibus Hearnii Oxonn. Supra XXI. 49. 'Ubi signum datum esset, ne quis moram conscendendi faceret.' XXXVII. 11. 'Postquam conscendisse suos vidit, concitata nave remis ad ostium portus tendit.' c. 29. 'Ut et sine trepi-

datione conscenderent, et, ut quæque parata esset, exiret navis.' XLIV. 23. 'Qui Rhodum irent cum Illyriis legatis, Thessalonicae conscendere jussi.' Cic. ad Q. Fr. II. 2. 'Velim, quam primum bona et certa tempestas conscendas.' Vide Hadrian. Card. de Serm. Lat. p. 101.

§ 6 *M. Pomponio prætori curam dat]* Emendavimus *M. Pomp. prætori cura data*. Rhenan. Ed. Mog. *M. Pomp. prætori curam dat*. Modius. Pal. 1. *M. Pomp. prætori curam dat*. Gebh. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. *curam M. Pomp. dat* Ber. *M. Pomp. prætori curam dedit* Hav.

Quinque et quadraginta dierum cibaria] In antiquo volumine legitur *triginta quinque dierum*, et tamen sequitur, 'aquam dierum quadraginta quinque in navibus esse.' Rhenan. XL. *quinque* Lov. 4. *triginta quinque* Harl. *quinque et XXX*. Hearnii D.

§ 7 *Ut ex omnibus naribus gubernatoresque et magistr]* Meliores τὸ omnibus relegant. J. F. Gron. Ex meis eam vocem soli agnoscunt Harl. Ber. Rec. et Gaertn. a reliquis vero exsulat. Non est etiam in Hearnii N. Insuper voces *ut ex naribus* non apparent in Lov. 1. Mox *convenient ad ministeria exsequenda* Gaertn.

§ 8 *Si aquam hominibus jumentisque necessariam in totidem dies]* Expunximus accusativum *necessariam*: nam archetypon Spirense sic habet: *si aquam hom. jumentisque in totidem dies, quot frumentum, imposuisset*: hoc est, in usum hominum jumentorumque, sive pro hominibus jumentisque. Rhenan. Recte et meo et Rhenani animo exteritur, quod continetur in Pall. 1. ac 2. nec non vet. ed. τὸ *necessariam*, quod certe respuit Pal. 3. Gebh. Vocem *necessariam* e meis tuentur Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Rec. et Hav. Similiter etiam Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latini. Mallem tamen abesse. Et non agnoscit etiam Flor.

§ 9 *Ubi responsum est, aquam]* Idem *responderunt*. J. F. Gron. Similiter Flor. et Hearnii L. 1. ac D. Mox *ut silentii quietem* Voss. Lov. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 10 *L. Scipionem ab dextro cornu, ab lævo totidem rostratis]* Scripti *ab dextro cornu, lævam totidem rostratas et C. Lælium*. Longe quidem elegantius, meo iudicio. Vide ad xxxii. 41. J. F. Gronov. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii Oxonn. De simili adpositione vide Gronov. ad xxx. 8. § 6. et quæ notavi ad xl. 36. § 9. Ceterum vulgata scriptura denum obvia fuit in ed. Mog. Priores exhibuerunt *ab lævo totidem rostratas*, quod etiam superest in multis codd.

Cum M. Porcio Catone (quæstor is tum erat)] Apud Cic. de Senect. c. 4. ipse Cato ait se prætorem fuisse his consulibus, quæstorem autem Fabio ad Tarentum. At in eodem dialogo locus alius c. 13. convincit, eum locum mendosum esse, et hic Livium recte scripsisse: de qua re rursus et copiosius admonebimus lectorem xxxii. 7. *Glar*. Vet. lib. *quæstor is tum erat*. Sigon. Ita etiam omnes mei, Hearnii L. 1. N. et edd. antiquæ; quod revocavi. Frobenius 1531. ordinem vocum immutavit, edens *tum is erat*.

§ 11 *Emporia ut peterent, gubernatoribus edixit]* 'Emporia' hoc loco vocat, ut ego puto, littoralia mercatorum ac molliorum hominum loca. Nam, ut de Emporiis ad Syrtim parvam intelligam, de quibus ad finem l. xxxiv. adduci non possum: neque enim in eum locum hic Scipio divertit. Nisi quis dicat, voluisse illic Scipionem divertere, sed a nautis obtineri non potuisse. Sed et lib. eodem ea de re aliquid dicemus. *Glavean*. Livius, ut hic, ita etiam cap. 33. et lib. xxxiv. Africae regionem *Emporia* nentro genere, Hispaniæ urbem *Emporias* lib. xxi. capp. 60. et 61. xxxvi. 19. xxviii.

42. lib. xxxiv. capp. 8. et 9. fœminino vocat. Et Silius Ital. III. 369. 'Phocaicæ Emporiæ:' et Plinius H. N. III. 3. Græci fere Africæ τὰ Ἐμπορία, Hispaniæ τὸ Ἐμπορίον dicunt. Casanb. ad Strab. III. p. 159. dubitat, hic quoque *Emporias* legendum, an ubique potius *Emporia* restituendum sit. Nihil mutandum est. Has *Emporia* dici prohibet Silius, illa *Emporias* Livius et Græci. *Emporiæ* Hispaniæ erant duo oppida muro divisa. Liv. xxxiv. 3. *Emporia* Africæ, regio, idem hic, et xxxiv. 62. *Duk*.

§ 12 *Eoque abundans omni copia rerum est regio*] Scripsimus omnium copia rerum: et mox priusque, pro prius quoque. Rhenan. Priorem lectionem servant Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. omnia copia rerum Flor. Reliqui adsentiuntur Rhenano. Mox in uberi agro evenit, pro ubere, Flor. et Harl. uberi agro evenit Lov. 2. evenit in uberi agro Voss. Lov. 1. 3. 5. Ber. et Hav. in uberi excuit agro Lov. 4. Hinc uberi, in quod plerique consentiunt, recepi. Ita enim, æque ac ubere, casum sextum formari, docuit Vossius Gramm. IV. 12. Deinde priusque, pro prius quoque, plerique et optimi codicum meorum. Vide ad v. 27. § 1. Tandem a *Karthagine*, addita præpositione, Lov. 4. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et D. et edd. omnes usque ad ultimam Gruteri, cui eam omittenti rara felicitate favent reliqui, et inter eos præstantissimi codd. cum ipso Put. ut mihi Sallierius adfirmavit.

CAP. XXVI. § 1 *Pleraque classes ierant*] Pro spurio videtur habendum τὸ classes, etsi omnes habeant libri. J. F. Gron. Non aliam ob causam ita censuisse Gronov. videtur, quam quod vox illa modo præcesserit, et mox iterum sequatur. Quum tamen omnes mei in ea servanda conspirent, ea mihi non satis gravis ejiciendi causa videtur ob illa quæ dixi ad I. 3. § 9.

§ 2 *Quamquam, si magnitudine classis æstimaretur, et bini*] Emendavimus *quamquam si magn. classes æstimares*. Sic autem legendum, docent sequentia. *Rhenan*. Mog. ed. *si magn. classis æstimaretur*. Modius. Pal. 3. *classes extimarcs*. Vet. ed. *classis æstimaretur*. Pal. 1. *classis æstimaret*. Pal. 2. *classes æstimarentur*. Gebh. Sic [*classes æstimares*] Rhenanus, cum legeretur *classis æstimaretur*; ut Reg. et Pet. Sed Put. Men. Voss. *classis æstimaret, sed si bini*. Magis inclino in medium. Ipsa nimirum classis Scipionis. J. F. Gron. *Si magn. classes extimares, vel æstimares*, ut Rhenanus voluit, Harl. Rec. et Hearnii D. *si magn. classis æstimaret* Lov. 1. Hav. et Hearnii L. 1. *si magnitudine classis existimares* Lov. 4. *si magnitudinem classis æstimaret* Flor. *si magnitudine classis æstimaretur* Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii N.

§ 3 *Præter quadraginta longas naves, quadringentis ferme onerariis*] Quas hic 'naves longas' vocat, paullo ante 'rostratas' nominavit. Libro autem XXI. quas primum 'quinqueremes,' paullo post 'longas' vocat. Videntur igitur confusa hæc tria nomina, longa, rostrata, quinqueremis navis. Et ex hac quidem comparatione Livii, quam hoc loco exhibet, videntur rostrata angustiores onerariis: sed an etiam majores, non equidem pronunciaverim, cum in rostratis singula, in onerariis bina fuerint lumina: et in pugna navali ad Uticam lib. seq. cap. 10. onerariæ altiores dicantur rostratis. Sed merito quis clamabit, me nautarum tractare negotium, qui navigare nesciam: quorum hoc quidem verum est, illud tamen neutiquam reprehendendum. Nam ea inquirere, ad hoc quoque negotium pertinere puto: quamquam lectoris iudicio omnia subijcio; licuit dubitare mihi, licet aliis judicare. *Glar*. Vet. lib. *præter L. longas naves*. Probo. Nam Appian. in Punic.

p. 7. ita: Καὶ ἐς Διβύην ἀνήγατο ἐπὶ νεῶν μακρῶν μὲν δύο καὶ πενήκοντα, φορτίδων δὲ τετραρακοσίων. Et ipse xxx. 41. 'Scipio L. longas naves haberet, quas habuisset.' Sigon. Libri omnes præter quadraginta longas naves. Gebh. Præter quadraginta, vel præter XL. Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. Et hunc numerum navium longarum vel rostratarum memorat cap. præc. ubi Scipio se et L. Scipionem viginti rostratis ab dextro, C. Lælium cum M. Porcio Catone totidem rostratis ab lævo onerariis præsidio futurum dicit. Hanc igitur lectionem recepi, et dissentire Appianum a Livio observo. De numero navium classis Scipionis vide iterum ad xxx. 2. § 7. De navibus rostratis, seu longis, et onerariis vide Scheff. de Milit. Nav. 11. 2. Mox *traxerit* Lov. 1. 4. et Harl.

§ 4 *Secundum priore ut atrocius* Priori Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. Mox *bellabatur in Italia* alio ordine Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. Deinde *tum quod ingentes* perperam Lov. 3. 5. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii N. et editi ante Moguntinos.

§ 5 *Ingentis ad incrementa gloriæ celebratus*] Reposuimus *ingenti*, sicque distinximus: *partim suapte fortuna quadam ingenti, ad incr. gloriæ cæl.* Rhenan. Et hoc [*fortuna quadam ingenti*] Beati. Antea *ingentis*, quod præfero. Intelligo enim Scipionem celebratum ad incrementa gloriæ partim fortibus factis, partim suapte quadam fortuna. J. F. Gron. *Ingenti ad incr. gloriæ* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Oxonn. Hearnii. Neque aliter Flor. a m. pr. *ingenti ad incr. gloria* a m. sec. Crevier. servat *ingentis*, et vel proxime jungit *celebratus gloriæ ingentis ad incrementa*; idque dictum putat ad exemplum ejus, quod est xxvi. 19. 'Ipse capti quadam superstitione animi:' ut et illius apud Horat. Od. 11.

2. 6. 'Notus in fratres animi paterni:' vel proxime jungit *fortuna gloriæ ingentis ad incrementa*. Sed prius tamen præfert. Si voces transponere liceret, mallet *partim suapte fortuna quadam celebratus, ingentis ad incr. gloriæ converterat animos*. Quin etiam, si abesset vox *celebratus*, eam non requirerem. At cogitent acutiores.

§ 6 *Tentata, quod ad Hannibalem de*] Nulla horum omnium litera in Put. Reg. Men. Voss. sed tantummodo *duci trahendum ex Sicilia*. Dein Put. *vulgaterat*; alii *vulgatum erat*. Suspicor hic pessime cum Livio actum, qui scripserat, *simul et mens ipsa traj. nulli ante eo bello duci, trahendus Hannibal ex It., transf. et fin. in Afr. bellum, vulgata erat*. Significat nullum antea ducem edidisse ac præ se tulisse eam mentem: hic quod præ se tulerit, tanto conspectiorem suam profectionem reddidisse. J. F. Gron. Eadem verba, quæ deerant in Gronovii codd. desunt etiam in Flor. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii Oxonn. qui pariter legunt *duci trahendum ex Sicilia*. Dein *vulgata erat Flor.* a m. pr. *vulgaverat* a m. sec. Reliqui codd. cum memorato Lov. 2. *vulgatum erat*. Jam sæpius antea dictum est, optimas Livii membranas, in duobus ultimis belli Punici libris, multis lacunis laborare, ubi vulgo reliqui codd. integriores sunt. Ita in fine hujus et princ. seq. cap. hæc verba, *navigantibus erat. Ubi inluxit, Scipio e pratoria nave silentio*, quæ tamen deesse nequeunt, desunt in Flor. Voss. et Lov. 1. Id etiam ideo de hoc loco judico, quod, etiamsi cum Gronovio pressius optimorum vestigiis insistamus, quædam tamen mutanda, quædam etiam inserenda sint, ac delenda; quum, si aliis codd. fidem habemus, nihil mutandum sit. Similiter Donjatius Gronovii conjecturam acutam, sed audacem, judicavit; Crevier. autem, frustra Gronovium videri sollicitare vulgatam scripturam, quam cod. Victor. firmat, in

paucis tantum minutisque discrepans. Quin et, Livium sæpe verbum 'de-trahere,' quod etiam Gronov. mutat, ita usurpasse, dictum est ad cap. 20. § 2.

Finiendum in Africa bellum, se trans-ire vulgaverat] Ab ed. Mog. abest *τδ sc. Modius*. Pall. 1. et 2. *se trans-ire vulgatum erat*. Gebhard. Illud *se* deest non tantum in ea, quam Modius laudat, ed. sed etiam in omnibus illa antiquioribus. Primus addidit Aldus, concinentibus scriptis, præter unicum Ber. qui etiam omisit.

§ 7 *Quæ ad prosequendum Scipionem*] Reposuimus hic particulam *et*, quæ deerat, *quæ et ad proseq. Scip.* Rhenan. Particula illa in quibusdam codd. superest; in multis contra, ac præcipue Flor. deest. Sed vide ad 11. 44. § 3. Paulo ante *concurrerebat* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Præterea *Lationum omnium*, pro *legationum*, Voss. Lov. 1. 2. 5. Hafn. et Hav. *lationum omnium* Flor. a m. pr. *nationum* a m. sec.

§ 8 *Ad hoc legiones*] In exemplari vetusto plerumque legitur *ad hoc*, quod in vulgatis edd. est *ad hæc*. Hic non fuisse mutatum a castigatioribus, equidem miror. *Rhenan. Ad hæc* Lov. 2. 3. Ber. a m. sec. et Gaertn. Vide ad XXI. 52. § 10.

CAP. XXVII. § 2 *Dii Deaque, inquit*] Vetus lectio *Divi Divæque*. Divos perpetuos esse Varro tradit, qui propter suam execrationem timentur, ut sunt Dii Manes. *Divos* pro *Diis* reperias et apud Plantum. *Rhenan. Vet. lib. Divi Divæque*, quod placet, quia olet magis antiquitatem, cui in hac preceatione studuit Livius. Quamquam Virgil. v. 235. ait 'Dii, quibus imperium est pelagi,' in ejusmodi preceatione, metri causa. *Sigon. Lib. Mss. tres Divi Divæque*. Gebh. *Dii Divæque* Voss. et Lov. 4. *Divi Deaque* Flor. *Divi Divæque* Lov. 5.

Maria terrasque qui colitis] Est in

scripto cod. *qui maria terrasque colitis*. Rhenan. Pal. 1. *maria terrasque colitis*. At Pal. 3. *maria terrasque quæ colitis*. Gebh. Vellem reliquisset Rhenanus *maria terrasque qui colitis*: vellem uti *quæ in meo imperio*. Sic enim Mss. fidi, aut huc trahunt. *J. F. Gron. Maria terrasque colitis* Gaertn. et Flor. a m. pr. *maria terras qui colitis* a m. sec. et Ber. a m. pr. *maria terrasque qui colitis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hearnii L. 1. et scripti meliores apud Crevier. *maria terrasque qui incolitis* Hav. Sæpius pronomen *qui* secundæ vel ulteriori voci postponi, Perizon. docuit ad XXVIII. 12. § 13. Neque opus est, ut *colitis* cum uno illo in *incolitis* mutemus. Vide ad VIII. 16. § 1.

Uti, quæ in meo imperio gesta sunt] Dictionem *uti* nescio quis hic infulsit, quæ elegantius subauditur. Porro non habet antiquum volumen *gesta sunt*, verum *acta sunt*. Item, *mihî, populo, plebique Romanæ*, non *mihî, populoque, et plebi Romanæ*. Rhenan. Pal. 1. *uti, quæ in meo imperio gesta sunt, et geruntur, ea mihî, populoque et plebi Romanæ*. At Pal. 3. *quæsoque, quæ in meo imperio acta sunt, geruntur*. Gebh. *Quæsoque, quæ meo imperio acta sunt* Harl. *quæsoque, ut, quæ in meo imperio acta sunt* Lov. 4. *quæsoque, utique in meo imperio gesta sunt* Flor. *utique imperio meo gesta sunt* Lov. 1. *τδ uti* abest etiam ab Hearnii D. Deinde *gesta sunt, geruntur, ea mihî* Florent. *gesta sunt, et geruntur, ea mihî* Voss. Lov. 1. 5. et Hav. *gesta sunt, et geruntur, ea mihî* Lov. 3. *gesta sunt, ea mihî*. Sed vulgatum tuetur locus Pacuvii, quem Gronov. ad verba seqq. laudavit. *Mox mihî, populoque plebique* Harl. *mihî, populoque et plebi* Voss. Lov. 1. 3. Ber. Gaertn. et Hav. Vide ad 11. 31. § 1.

Bene vertant: eaque vos omnia bene juxctis] Exemplar Spirense expresse hic habet *bene verruncunt*: quod tamen illic geminatum legitur errore librarii. Ceterum veteres 'verrun-

care' pro vertere usurpasse, docet verbum 'averruncare,' quod 'avertere' significat, quemadmodum annotavit Non. Marc. Nihil igitur opus erat hic, pro *bene verruncant*, scribere *bene vertant*, quando tota hæc Scipionis precatio vetustatem ipsam refert. *Rhenan*. Quo pertineat tertia hæc persona *vertant*, cum ad secundam oratio conversa sit, *vos precor*, intelligi non potest. Hinc fit, ut placeat prisca lectio, *bene vertundo*, et ut pro *eaque* putem reponendum esse *æque*, hoc sensu: Vos precor, quæ in meo imperio gesta sunt, geruntur, postque gerentur, ea mihi, populo, plebi-que Romanæ, sociis nominique Latino, qui populi Romani, quique meam sectam, imperium, auspiciūque, terra, mari, omnibusque sequuntur, bene vertendo æque omnia bene juvetis. Neque impedit, quod Rhenan. in quodam libro ait se legisse *bene verruncant*. Sigon. Exstant hujus lectionis *bene verruncant* vestigia in Pal. 3. oggerente *bene vertuntent*. At Pal. 1. et vet. ed. *bene vertant*. Pal. 2. denique *quique in meam sectam, imperium, auspiciūque terra marique omnibusque sequuntur, vertunt*. Unde Sigonius legit, *bene vertundo æque vos omnia bene juvetis*. Mihi allubescit Rhenani correctio: sed, ne quid dissimulem, τὸ *eaque* spernit Pal. 1. *Gebh*. Rhenanus hac correctione unica centum culpas facile redemit. Est autem ita plane in optimo illo Put. Alludit et Pal. unus, qui *vertuntent*. Egregie fluctus in simpulo movet hic Sigonius. Restitat Rhenano: vulgatum olim, interpretis commentum, non fert, quod, quo pertineat tertia hæc persona, *bene vertant*, quum ad secundam oratio conversa sit, non possit intelligi: ergo *bene vertundo æque vos omnia bene juvetis*, pro prisca lectione, si Diis placet, nobis impingit. Quid est fateri, pene dixerim, turpitudinem suam, si hoc non est? scilicet non potest intelligi, qui dicit, *vos, Di,*

precor, ut hæc bene vertant. Nec intelligitur, quid velit Virgilius dicendo Ecl. ix. 6. 'Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hædos.' Quoties ipse Livius? Sed nos insultare tanto viro nolumus: sufficit, tirones mone-ri, ut ab his erroribus sibi caveant: *bene verruncant* divine Rhenanus: idque pro 'vertere' usurpasse veteres, colligit ex verbo 'averruncare,' quod 'avertere' Nonius explicet. Sane 'averruncare' non Nonii modo est, verum ipsius Livii viii. 6. 'Placuit averruncandæ Deum iræ victimas cædi.' x. 23. 'Eo anno prodigia multa fuerunt, quorum averruncandorum causa, supplicationes in biduum senatus decrevit.' Cato de Re Rust. c. 142. 'Calamitates intemperiasque prohibeas, defendas, averruncesque.' Immo et Cicero ad Atticum ix. 2. 'Dii, inquit, averruncant.' Varro nequaquam pro doctissimo Romanorum (de Ling. Lat. vi. 81.) 'Avertendo averruncare; ut Deus, qui iis rebus præest, Averruncus.' Sed vir doctus, *Runco*, inquit, βοτανίζω. Hinc 'errunco,' quasi 'exrunco,' mutata litera præpositionis in primam verbi, ut in 'arrodo,' 'effodio,' 'efficio.' Inde 'aberrunco,' ut scribitur in Glossario, postea 'averrunco,' b transeunte in u, ut in 'aufero.' 'Averrunco' igitur pro re signatissima vox a duplici præpositione est orta, ut 'indeprensus,' 'ineffabilis.' Hoc si verum, quid fiet nostro 'verrunco?' Quod tamen probum et antiquum non Livius modo, sed alii quoque testantur. Festus, 'Verruncant, vertant.' Attius Decio apud Nonium: 'Te, sancte, venerans precibus, invicte, invoco, Portenta ut populo, patriæ verruncant bene.' Idem Bruto apud Cic. de Div. i. 22. 'Perpropinqua hæc bene verruncant populo.' Pacuvius Peribœa apud Nonium, 'Precor veniam, petens ut, quæ egi, ago, axim, verruncant bene:' ubi habes Livii formulam. In rus runcam et runc-

cinam, pace docti viri sane dixerim. *Verrunco* est ab ἐρύκω, præposito *v*, ut in *ἔαρ*, ἦρ *ver*, ἐστία *Vestu*, ἐσπέρα *vespera*, εἶδω *video*, et innumeris talibus, emollito digammate Æolico, interjectoque *n*, ut in *θησαυρὸς thesaurus*, *σκαπητήσολη scaptensula*, *γλυκὸς lucius*. Ἐρύκω interdum est contineo et cohibeo, ne id, quod continetur, mali quid faciat, vel patiat. *Homerus* Ἰλ. Α. 48. Ἴππους δ' εὖ κατὰ κόσμον ἐρυκέμεν. Item Ἰλ. Ω. 657. Ποσσῆμαρ μέμονα κτερεῖζέμεν Ἐκτορα δῖον, Ὀφρα τέως αὐτός τε μένω καὶ λαὸν ἐρύκω. Quæ continentur hoc modo et servantur, salva manent, et bonos habent eventus. Itaque *se bene verruncant*: nam hoc pronomem intelligitur, perinde ut quum *vertere* οὐδέτερός ponitur. *Eustathius* ad priorem locum *Hom.* pag. 761. ed. *Bas.* Τοῦ δὲ ἐρυκέμεν πρωτόθετον τὸ ἐρύειν, ὃ ἐστὶν ἐλκείειν ὡς γὰρ ἐπὶ πολλὸν ἐρύονται Ἴπποι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τῷ κωλύεσθαι σαφέστερον δὲ εἰπεῖν, τὰ ὕποσθον ἐρύμενα ἤγουν ἐλκόμενα ζῶα ἐπέχονται τοῦ θέειν ἀνεταῖ ἴσως δὲ καὶ παρὰ τὸ ἐρύω τὸ φυλάσσω γίνεταί τὸ ἐρύκω. Ut ab ἐρύκω ἀπερύκω, unde ἀπερύκειν τοὺς λύκους ἀπὸ τοῦ οἴκου, ut a 'verto averto,' sic a 'verrunco' etiam 'averrunco,' a quo deinceps 'Averrunco,' ut a 'promio promus,' 'condo condus,' 'carpo carpus.' *Appuleius* de *Deo Socratis* p. 51. ed. *Elm.* 'Qui tibi queat tum in somniis, tum signis, tum etiam fortasse coram, cum usus postulat, mala averrunco, bona prospere:' ut viri docti restituerunt ex *Mss.* et primus *P.* *Pithæus*: nam hic quoque infulerant *avertere*. Hæc quum olim scripsissemus, nuper apparuit, edito doctissimo illo expectatissimoque *Etymologico*, *Gerhardi Johannis Vossii*, sanctissimi senis et magni fautoris nostri, eandem fuisse sententiam. *J. F. Gron.* Manifesta veræ lectionis vestigia sperant in *Flor. verrunco* exhibente: *vertundo*, ut *Sigonius* malebat, est in

Rec. vertundo in *Lov.* 4. quomodo scribendum esse *Donjatius* conjecit, quum in *Regio* invenisset *vertundo*. Reliqui mei perperam *priscarum* edd. lectionem *vertunt* tuentur. Vir doctus, cuius *Etymologiam* verbi 'averrunco' *Gronov.* explodit, est *Becmann.* quem vide in *Orig. Ling. Lat.* in voce 'Rancina.'

§ 3 *Bonis auctibus auxitis*] *Bonis auctionibus* *Hearnii* L. 1. *bonis auctioribus* ejusdem *D.* cum omnibus meis codd. et edd. antiq. pro quo *Mogunt.* et proximæ *bonis auctibus*, *Froben.* tandem 1535. *bonis auctibus* substituit; eadem etiam prima dedit *auxitis*, quum omnes priores habeant *assitis*, concinentibus *Lov.* 3. *Ber.* et *Rec.* Recte autem *auctibus*. *Supra* IV. 2. 'Cujus rei præmium sit in civitate, eam maximis semper auctibus crescere.' Hac forma 'auctum' numero singulari accipiunt viri docti *xxvii.* 26. 'Auctum etiam visum in capite.' Vide viros doctos ad *Taciti Hist.* IV. 28. Recte etiam *auxitis*; quod antique est, pro *auxeritis*; ut *defexit*, pro *defecerit* I. 24. *faxitis*, pro *feceritis* *xxv.* 12. Quæ omnia et plura alia antiquata sunt. Ea autem a *Livio* ex ipsis formulis et precibus, quæ ipsius tempore adhuc supererant, desumpta sunt.

Spoliis decoratos, præda onustos triumphantesque, necum domos reduces sistatis] Hæc duæ dictiones *præda onustos* non sunt in *cod. Spirensi*. Quod vero sequitur *necum domos reduces sistatis*, expendendum, num legi debeat *domo*. *Rhenan.* *Vett. lib.* quos legi, æque atque ii quos se legisse *Rhenanus* profitetur, vacant his vocibus, *præda onustos*, ut legatur 'spoliis decoratos triumphantesque.' Quod sequitur *domos reduces sistatis*, malim et ipse cum *Rhenano* *domo*. *Sigon.* Immo comparent in *Pall.* I. 2. et *vet. ed.* voculæ illæ *præda onustos*, quæ non minus codicis jussu refigandæ erant. Ceterum *Rhenanus* cum *Si-*

gonio malunt *domo* contra omnes libros Mss. *Gebh.* Sic III. 29. 'Militaria signa prælata, secutus exercitus præda onustus:' sic omnes scripti. Sigonius quasi jurasset, se nihil hic allaturum boni, hæc verba (hoc equidem cum Rhenano) et *exempla edendi facultatem*, quæ in omnibus omnino nostris et Gall. et Pall. integra comparent, et ipso sono produnt, a magistello aut librario adjici non potuisse, pessimo haud dubie uno alterove auctore delet. Terentius Eunucho v. 7. 'Uterque in te exempla edent.' Cæsar Gall. I. 31. 'Obsides nobilissimi cujusque liberos poscere, et in eos omnia exempla cruciatus edere.' Noster hoc lib. c. 17. 'Quæ crudelissimi atque importunissimi tyranni scelera in oppressos cives edunt:' ubi etiam vulgares scripti quid infuscant, sed non Put. Lib. xxxviii. c. 43. 'Omnia exempla belli edita in se, cædibus, incendiis, ruinis.' Quid porro utrisque mentis fuisse dicam, quum *domo reduces* nobis facerent pro *domos reduces*, quomodo omnes libri, et exiguit flagitando rancus dudum, dudum ramicibus ruptis Priscianus? Lib. xxii. c. 7. 'Tamen alius ab alio impleti rumoribus *domos* referunt, consulem,' &c. lib. III. c. 5. 'Cohortes inde Latinæ Hænicæque remissæ *domos*.' Certe nihil humani a nobis alienum putare debemus nos, quando præcipuis Livii sospitatoribus contigit, ut tantis exemplis homines se fuisse demonstrarent. *J. F. Gronov.* Unus meorum Harl. unus etiam Hearnii D. ignorant voces *præda onustos*, quas reliqui constanter servant. Et recte. Supra I. 4. 'In latrones præda onustos inpetus facere.' Hoc lib. c. 5. 'Naves præda onustas ab Hippone solvit.' Cic. in Verr. v. 17. 'Navis onusta præda Siciliensi adpulsa Veliam est.' Nepos in Alcib. c. 5. 'Præda onusti, locupletato exercitu, Athenas venerunt.' Vell. Pat. II. 115. 'Præda

onustus pervenit ad Cæsarem.' Curtius v. 12. 'Onustique præda, per scelus ultimum parta, fugam intendunt.' IX. 2. 'Abundantes onustosque præda magis parta frui velle.' Tacit. Ann. XII. 28. 'Et præda famaque onusti ad montem Taurum revertuntur.' Ann. I. 21. 'Paucos maxime præda onustos claudi carcere jubet.' Front. Strat. I. 4. 2. 'Quum præda onustus ex Phrygia rediret:' ubi vide Tennul. Præterea *domos reduces* omnes et Hearnii, et mei, nisi quod Lov. 5. legat *domum*. Quid autem vitii vulgatæ lectioni inesse viris doctis *domo* emendantibus visum sit, nondum adsequor. 'Reduces *domos*,' ut 'redux in patriam' Ter. in Heautont. II. 4. 18. 'redux in lucem' in Hec. v. 4. 12. 'reducere *domum*' ibid. IV. 4. 43. An displicuit pluralis *domos*? Ita tamen Liv. III. 68. 'In *domos* vestras vos persequetur.' XXVII. 51. 'Discursum inde ab aliis *domos*, ut conjugibus liberisque tam lætum nuncium inpertirent.' At si forte *domos τῶ* sistere non convenire existimarent, ei neque *domo* convenire posse, nullus non videt.

§ 4 *Ea ut mihi populoque Romano in civitatem Karthaginiensium exempla edendi facultatem detis*] Vetus lectio brevior, *ea ut mihi populoque Rom. in civ. Carth. detis*: subanditur autem 'facere' ex priore membro orationis. Cujus lectionis venustatem qui non intellexerunt, de suo hæc verba addiderunt, *exempla edendi facultatem*. Quas voces puto temere ab aliquo injectas, tum quia ab iis, quos legi, libris absunt, tum quia necessariæ non sunt. Scio tamen Livium XXXVIII. 43. uti hac forma dicendi: 'Omnia exempla belli edita in se, cædibus, incendiis, minis, direptione urbis.' Sigon. Non aliter Pall. tres et vet. ed. quam *in civitatem Carthag. exempla edendi facultatem detis*. Interim Sigonius præfert *in civitatem*

Carthag. delis. Gebh. Voces, quas Sigonius ejecit, et Gronov. ad verba præcedd. vindicavit, in omnibus meis supersunt. Quod 'edere in aliquem exempla,' etiam 'facere in aliquem exempla' dixit Ter. in Eun. v. 5. 6. Vox 'exemplum' eodem modo usurpatur XLII. 8. 'Omni ultimæ crudelitatis exemplo laceratos ac deletos esse.'

§ 5 *Cruda exta, cæsa victima, uti mos est, in mare porricit]* Antiqua lectio uti mos, in mare projecit. Et sequitur verbum præteriti temporis 'signum dedit.' *Rhenan.* Sacrificale verbum antiquum temere amovit *Rhenanus.* Quod fecisse etiam quosdam olim apud *Virgilium*, tradit *Macrobius*, l. v. vs. 238. 'extaque salsos Porriciam in fluctus.' Sic hoc loco *porricit*, non *projecit*. *Sigon.* Corrupti hic sunt libri omnes, ut fit, in antiquatis: quippe omnes *projecit*. *Gebh.* *Put. cruda extam victimam.* *Men. et Voss. crudam extam victimam.* Et *Pall.* hic omnes corruptos (hoc tantum) notat excerptor. An *cruda exta victima?* Satis enim intelligitur cæsam fuisse. Omnes autem libri scripti, etiam *Put.* ut ex suo *Rhenanus*, *projecit*: qui et hoc movetur, quod sequitur verbum præteriti temporis. Sed hoc perpetuum non est. *Lib. xxii. c. 3.* 'Ubi primum in sicco potuit, castra locat: certumque per præmissos exploratores habuit.' *xxiii. 19.* 'Ibi hærentia inter obnata ripis salicta conspiciuntur, nunciatumque Annibali est.' *xxviii. 19.* 'Tum victa oppidanorum vis, dejectisque propugnatoribus occupantur muri.' Neque enim 'porricere' *Livio* vile fuisse puto, quod nec *Virgilius* sprevit. Est autem signatum et proprium verbum, nec refugiunt in hujusmodi formulis antiquitatem, velut obsoletam, purissimi quoque scriptores. Itaque in talibus respiciendum magis existimo, quid significant libri veteres, quam quid exhibeant. Nulli

enim adeo sunt correcti, ut nihil habeant mendosum, et ideo ad collationem eorum vis aliqua iudicii et doctrinæ requiritur, non tantum conferendi labor. Vix potest ullius libri major esse auctoritas, quam debet esse illius *Puteanici*: non tamen eum sequar, quum *xxiiii. 11.* pro *oraculum* habet *cornaculum*. *Lib. xxv. c. 31.* pro *servam civitatem, reservatam*. *Lib. eodem c. 36. clientelas, pro clitellas.* *Lib. xxvii. c. 32. indutus latiarum tempore, pro induciarum tempore:* et eodem *lib. c. 33. pro antiquetur, antequæretur*. *Lib. xxviii. c. 12. pro vulnere, voluntatere:* et eodem *lib. c. 37. superstes, pro Sufetes.* Quare magnum periculum adiit vir doctissimus, qui non ita pridem in elegantissimo auctore pro *solistimo tripudium* unius librarii fide *solemnissimum tripudium* dedit. Ego, sicubi hoc reperissem non antea emendatum, illud de conjectura reponere veritus non fuissim. Sed per me quidem sententia quisque sua fruatur. *J. F. Gronov.* *Cruda exta* sunt non cocta: nam in aliis sacris coquebantur in olla, quam 'aulam extarem' vocat *Plautus*. Vide *Casaub.* ad *Sueton.* *Aug. c. 1.* et *Gronov.* ad *Livii xxv. 16.* 'Porricere,' verbum sacrorum, librarii sæpe perperam mutarunt in 'porrigere,' et 'projicere.' *Varro de Re Rust. i. 29.* 'Extæ Deis quum dabant, porricere dicebant:' ita ibi *Ms.* *unus Politiani, et Victorius* ex conjectura, pro *porrigere*. Adde *Fulv. Ursin.* ad *Caton. de Re Rust. c. 134.* et *Interpres Virgilii ad Æn. v. 238.* ubi *Germanus et Cerda* hic quoque legunt *porricit*. *Duk.* *Cruda cæsa cæsa victimam* *Hearnii L. 1. cruda exta cæsa victimam* *Gaertn. cruda exta cæsa victimam* *Lov. 4. Harl. Ber. et edd. vett.* usque ad *Mog.* in qua vulgatum primo adparuit: *cruda exta victimam* *Lov. 5.* et *Hav. cruda ex tam victimam* *Lov. 1. crudam victimam* *Lov. 2. crudam dextera, vel dextra, victi-*

nam Lov. 3. et Hearnii N. *crudaxtam victimam* Flor. *cruda exta victimæ*, ut Gronov. emendat, Reg. apud Crevierium, cujus fide id recepi. Suet. Aug. cap. 1. 'Semicruda exta rapta foco prosecuit:' ubi videndi viri docti. Hinc *uti mos est*, quemadmodum ante Rhenannum edebatur, Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. quod restitui. Tandem *projecit* omnes etiam mei. Sed *porricit*, quod primus Ascens. 1513. recepit, etiam probavit Henr. Stephanns in Schediasm. de Delectu in Lectionib. Virg. p. 64. idque recte Gronovium, invito etiam Put. vulgato prætulisse censet Periz. in Animadv. Hist. c. 10. p. 427. Recte etiam difficultati a Rhenano motæ respondit, atque ostendit alibi apud Nostrum tempora verborum præsentia et perfecta jungi. Ea de re dixi ad III. 46. § 9. Adde IX. 41. 'Revocatos milites ab opere instruxit, cohortatusque, &c. exignam adpendicem Etrusci belli conficere jubet.' XXIV. 14. 'Castra locat, ibique concionem militum habuit.' XXV. 14. 'Vexillum trans valium hostium trajecit: execratur inde, &c. in castra inrumpit.' XXXI. 29. 'Et nihil a vobis ultra, quam pacem, petiit, fidemque hodie pacis pactæ desiderat.' Vide Burm. ad Virg. *Æn.* II. 12.

Tuba signum dedit proficiscendi] Vide Schelium ad Polybium c. 9. *Duk.*

§ 6 *Profecti, celeriter e conspectu terræ ablati sunt*] Scripsimus *cel. conspectu terræ ablati sunt*, e præpositione expuncta. *Rhen.* Vet. lib. e *conspectu*: ut Virg. *Æn.* I. 34. 'Vix e conspectu Sicilæ telluris in altum Vela dabant.' *Sigon.* Omnes nostri, præter unum infimæ dignitatis, cum *Sigoniano cel. e conspectu terræ ablati sunt*. Statimque Put. Men. Voss. *ita vix ut concursus navium*. J. F. Gron. Etiam unus tantum ex meis Harl. præpositionem ignorat. Optimus quidem Flor. *cel. terræ conspectu terræ ablati sunt*.

At prins *terræ* ex vocis præced. syllaba ultima et præpositione *e* natum, ac male vox illa posteriori loco a manu altera erasa est. Ceterum in ed. Paris. 1573. et Francof. 1578. operarum errore editum est *profectis*. Eo permotus est Cerda, ut, quum *profectis* et *ablati* simul consistere non posse videret, legendum conjiceret *profectis celeriter conspectu terræ ablatæ sunt*. Sed manum abstinuisset, si priores edd. in consilium adhibuisset: præterquam quod genus loquendi, ut terræ dicantur 'abscedere,' e conspectu anferri, a quibus aliquis recedit, nimis poetica videatur, quam ut Livium deceat. Vide etiam ad XXVII. 47. § 11. Quod vero insuper prætexat, magis proprie 'conspectus' dici de hominibus, quam de terra, non impedit, interdum hanc vocem etiam de locis usurpari. Ita non tantum Virgil. loco a Sigonio laudato, sed et Liv. XL. 21. 'Quum in conspectu locorum consultaret, qua proxime itinera ad mare Adriaticum atque Italianam ducerent:' ac Cic. de Leg. II. 11. 'Posita in fundi villæque conspectu religio Larum.'

Et a meridie nebula occiperat, ita ut vix concursus navium inter se vitarent] In exemplari scripto est *et a meridie nebula occipit, non occiperat*. *Rhenan.* Vet. lib. *occursus*. *Sigon.* Non placet ipsam genus loquendi. Mss. *nebula cepit ita vix ut concursus*. Alii *nebula cepit*. Scribe *et a meridie nebula exstitit, vix ut concursus navium inter se vitarent*. Plinius II. 60. 'Nebulas nec æstate nec maximo frigore existere.' *Sigonii occursus* nusquam meminimus vidisse. J. F. Gronov. *Nebula cepit* Flor. a m. pr. *nebula* a m. sec. *nebula cepit* Voss. a m. pr. *nebula* a m. sec. *nebula cepit* Lov. I. 3. 4. 5. et Hav. *nebula cepit* Hearnii Oxonn. *nebula cepte* Lov. 2. Codices etiam Crevierii *cepit, cepte, vel excepti*. Quare probat Gronovii *nebula exstitit, vix ut, quum in omnibus quoque ita vix ut*

invenisset. Id pariter apud me superest in Flor. et Lov. 3. Omnes in super mei uno ore *concursum navium*. Mox hoc cap. 'Ne inter se concurrerent naves.'

§ 7 *Sole orto est discussa, et addita vis vento*] *Est discussa* Flor. Voss. et Lov. 1. Verum in duobus prioribus a m. sec. emendatur *est dies visa*, quod præferunt Lov. 2. et Hav. Deinde *vis ventorum* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. ante Aldnm.

§ 8 *Haud ita multo post T. Posthumius gubernator Scipioni ait*] Archetypon nostrum habet tantum, *haud ita multo post gubernator Scip. ait*. Proinde apparet præpositionem *post* dedisse occasionem, ut aliquis infuleiret gubernatoris nomen *T. Posthumius*. Rhenan. In multis meorum eadem exstat lectio, quæ ante Rhenanum edd. occupat; nisi quod quidam in minimis discrepent. At alii, et in primis Flor. gubernatoris utrumque nomen, unus et alter posterius ignorant; quare Rhenano *T. Postumius* delenti adsentior.

§ 9 *Precatus Deos*] Nihil temere turbo. Nam sic quoque tum alibi, tum iv. 13. 'Precatus tandem Deos immortales Cincinnatus.' Hic tamen Put. Reg. Men. Cantabr. Voss. earent $\tau\omega$ *Deos*. Qua igitur auctoritate vulgo retinetur? An non v. 21. 'Dicitur manus ad cælum tollens precatus esse?' Et alioqui nunc quoque repetisset *Deos Deasque*. Jac. Gronov. Ignorant eandem vocem Flor. Lov. 1. 5. et Hav. Delendam igitur judicavi.

§ 10 *Et vento eodem ferebantur*] Castigavimus *Vento eodem ferebantur*, particula *Et* deleta, quam debemus finali syllabæ verbi præced. *jubet*. Rhenan. Eandem particulam Flor. et nonnulli alii omiserunt. Quo casu in Livii verba inreperit, recte Rhenanus observavit. Vide ad xxxix. 18. § 8.

Et ventus premente nebula cecidit] Delph. et Var. Clas.

Immo lege *et vento prem. neb. cecidit*: non enim ventus cecidit, sed nebula premente vento. Nam subdit, 'ventus idem coortus nebula disjecta aperuit omnia.' Sigon. Pal. 1. *et vento premente*, quod oppido probat Sigonius. Pro *cecidit*, Pal. 2. exhibet *occidit*. Pal. 3. *cedit*. Gebhard. Immo lege *vento*, inquit Sigonius: non enim ventus cecidit, sed nebula premente vento. Sane et in Voss. unoque Pal. *vento*: non tamen in optimo et pluribus aliis. Et 'nebulam cadere' haud scio, quid hic sit: 'ventum cadere' sæpe dixerunt veteres. Virg. Georg. 1. 354. 'Quo signo caderent austri.' Ovid. Met. viii. 2. 'cedit eurus, et humida surgunt Nubila.' Seneca Agamemn. 676. 'cecidit in lucem furor.' Sed ait, 'subdit, Ventus coortus nebula disjecta.' Atqui ideo coortus est disjecta, quia cœnante et constanti ceciderat. Plinius II. 47. 'Cum proximi cadentibus surgunt.' J. F. Gron. Idem tribus diebus accidit: primo, vento satis vehementi profecti fuerant; a meridie nebula orta ventus lenior factus fuit: secundo, sole orto nebula discussa et vento vis addita est; a meridie rursus nebula exorta ventus cecidit: denique tertio, eodem modo nebula disjecta ventus coortus est. Livius xxv. 27. 'Cadente jam Euro.' xxvi. 39. 'Venti vis omnis cecidit.' 'Nebula premit ventum' sic dicit, ut x. 32. 'Vixdum satis certa luce, et eam ipsam premente caligine' (ex nebula). Duk. *Et vento etiam* Lov. 1. 2. 5. Ber. a m. sec. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Sed *et ventus* Flor. et reliqui mei: quod optime Gronov. adversus Sigonium vindicavit, toto id Livii contextu exigente. *Ventus cecidit*, ut xxxvi. 43. 'Ubi primum aquilones cecidere, ab Delo Phanas petunt.'

§ 12 *Ventus idem coortus, &c. aperuit omnia Africa litora*] Pal. 3. *ventus ibi coortus*. Gebh. *Ventus ibi coortus etiam* Harl. et Rec. *ventus inde*

coortus Hav. Vide ad I. 19. § 7. *Tum omnia litora Africae* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hav.

Pulchri promontorium id vocari] Polybius hujus promontorii meminit lib. 111. in foederibus Romanorum et Pænonorum, et τοῦ Καλοῦ ἀκρωτήριον vocat. *Sigon.* Immo Polyb. non Καλοῦ, sed Καλὸν ἀκρωτήριον vocat 111. 22. et seqq. Donjatus autem, monens Polybium protulisse casu secundo τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου, ideoque ambiguum reliquisse, *Pulchri*, an *Pulchrum promontorium* dicendum sit, non respexit locum ejus c. 23. Τὸ μὲν οὖν ἀκρωτήριον ἐστὶ, τὸ προκείμενον αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος πρὸς τὰς ἄρκτους.

§ 13 *Copiae omnes in terram expositae sunt]* Primus ita Froben. 1535. edidit. Priores, quascumque vidi, habent *copiaeque omnes*: et ita legunt Flor. Voss, Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. Mox sine terrore ac tumultu permultis Graecis ac Latinis auctoribus credidi Ber. Τὸ fuisse deest etiam in Gaertn. et editis ante Aldum.

§ 14 *Inde aegre correptum cursum exponit]* In antiq. volumine legitur *inde aegre correctum cursum*. Aberravit enim, qui error non citra difficultatem correctus est et emendatus. *Rhenan.* Libri omnes *correptum*. Amplius Pal. 3. *abrepta tempestate ab Africa classis in insulam Aegimurum inde correptum aegre exponit.* Gebh. Perperam *correptum* servant Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. cujus loco recte *correctum* restituit Rhenanus. Solent autem hae voces a librariis commutari. Vide ad v. 28. § 8. Adde Burm. ad Suet. Claud. capp. 31. 41. et ad Domit. c. 2. Paulo ante *Caecilius praeterquam* Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. neque aliter Flor. a m. pr. qui a manu altera praefert *Caelius praeterquam*, conciliante Lov. 3. Deinde τὸ non omittitur male in Flor. Voss. Lov. quinque, et Hav.

CAP. XXVIII. § 3 *Neque enim hominum modo turba, mulierum puero-*

rumque agminibus inmixta] Hic ‘homines’ a ‘mulieribus,’ ‘pueris,’ et ‘agrestibus’ distingui videntur. Sed puto ‘homines’ opponi pecoibus, et *mulierum puerorumque* per epexegetin dici, hac sententia: non hominum modo turba, mulierum scilicet puerorumque, mixta, nec uno, sed multis diversis itineribus fugiens, omnes passim compleverat vias. 11. 23. ‘Multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur.’ *Inmixta* pro simplici *mixta*. xxvi. 36. ‘Neque aliud magis tempus belli fuit, quo Carthaginenses Romanique pariter, variis casibus inmixtis, magis in ancipiti spe ac metu fuerint.’ xxxv. 34. ‘Improbos seditiososque immiscendi res tumultu Aetolico spes movit.’ *Duk.*

Agebant; relinqui subito Africam diceres] Ita Jac. Gronov. edidit: quum autem nihil moneat, neque mutatae lectionis aut hic aut alibi causam addiderit, incertum est, utrum ita legendum crediderit, an vero operæ typographorum aberrarint. Antea excusi praeferrunt *agebant; ut relinqui*. Et ita est in Lov. 3. 5. Harl. Ber. et Hav. *agebantur, reliqui subito Africam dicere* Flor. ubi ut latet in duabus ultimis literis τοῦ *agebantur*. Put. *agebant, ut reliqui subito Africam dicere*, quemadmodum Sallierius monuit. Particulam itaque, quam post Gronovium etiam Hearnius et Crevierius servarant, revocandam putavi, et ex codd. in quibus omittitur, excidisse puto ob similitudinem ultimarum literarum vocis praeced. Simile exemplum habuimus ad viii. 13. § 3. *Diceres* est quisque diceret. Vide ad 111. 11. § 2.

§ 4 *Præcipue Karthagini prope ut captae tumultus fuit]* Omnes Gall. et Voss. *Karthaginis*. J. F. Gronov. In utraque scriptura est, quod offendere possit. Si in vulgata *Karthagini* tertius casus est, mirum dicendi genus est ‘urbi tumultus est;’ sin sex-

tus, dicendum fuerat 'prope ut capta;' vel supplendum est *urbis*, hoc modo: *Carthaginī tumultus fuit, prope ut captæ urbis*, id est, prope qualis captæ urbis esse solet. Lib. 1. c. 29. 'Non fuit tumultus ille nec pavor, qualis captarum urbium esse solet.' Sed hoc quoque supplementum hic durum et insolens est. Quod si verius est *Carthaginis*, non apparet cur Livius maluerit dicere *præcipue*, quam *præcipuus*. Duk. *Carthaginī* Lov. 3. Harl. Ber. et Hearnii D. Ceteri mei *Carthaginis*.

§ 5 *Post M. Atilium Regulum et L. Manium consules*] *Post M. Atilium*, vel *Attidium consulem*, reliquis omissis, Flor. Voss. Hav. et Hearnii N. ac L. 1. *post M. Atilium Regulum consulem* Lov. 1. et 2. *post Atilium annis prope quinquaginta* Lov. 5.

Quibus descensionibus in agros maritimos factæ erant] *Archetypon*, quod penes nos est, *excursionibus* habet: quod etiam alibi in eodem codice scripto lectitur. *Rhen. Vet. lib. excursionibus*: quod probo. *Sigon. Pal. 1. et vet. ed. descensionibus*. Pall. 2. ac 3. *excursionibus*, quod perperam probat *Sigonius. Gebh. Descensionibus* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. ac L. 1. *excursionibus* Rec. et Hearnii D. *excursionibus* Lovel. 3. *ascensionibus* Flor. pro quo *Salvin. ascensionibus* conjicit. Sed præstat ut *Rhenani* lectionem *excursionibus* probeamus, quæ placuit etiam *Latinio* ac *Dukero*. Eandem adversus *Sigonium* defendit *Gronov. ad Livii VIII. 17. § 9.* ubi alia notantur. Præterea vox *maritimos* non adparet in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. et Hav.

§ 6 *Raptisque, quæ obvia fors fecerat, prius recursum semper ad naves*] *Pal. 3. dictisque, quæ obvia fuerant. Pal. 2. quæ obviam sors fecerat. Post iterum* *Pal. 3. prius præcursum ad naves. Gebh. Quæ obvia sors fecerat* Lov. 1. 4. 5. et Harl. *quæ sors obvia fecerat* Ber. Vide ad 1. 9. § 15. *Quæ*

erant obviam sors fecerat Lov. 2. *quæ sors obviam fecerat* Lov. 3. Vide ad III. 6. § 7. Deinde *semper* deest in Voss. Lov. 2. 3. Ber. a m. sec. et Hearnii N. *recursum ad naves semper* Harl.

Fuerat: eo major tum fuga pavorque in urbe fuit. Et, Hercule] *Pal. 3. fueratque eo major cum fuga pavorque in urbe. Hercule. Gebh.* In his verbis 'fugam' accipio trepidationem tota urbe cum pavore discurrentium, non multo aliter, ac 'fuga' et 'fugere' de celeri cursu et profectioe dicuntur: neque enim, qui in urbe erant, quum hostem prope ad portas esse sibi persuaderent, ex ea fugere volebant. *Duk.*

§ 7 *Hasdrubal Gisgonis filius, genere, fama*] *Eleganti Hellenismo* *Pal. 3. Asdrubal Gisgonis genere et fama, subaudito τῶ 'filius.'* Simile superius indicavi. *Gebh.* Per ellipsin sæpe hanc vocem omitti, vidimus ad lib. XXVIII. c. 12. § 13. In nullo tamen meorum, nisi in Harl. deesse inveni. Uni itaque atque alteri testi fidem habendam non existimo.

§ 8 *Sed eum ab illo ipso Scipione aliquot præliis fusum pulsatumque in Hispania*] *Pal. 3. continet sed tamen ab illo ipso Sc. aliq. præliis fusum pulsatumque Hisp. mem. Gebh. Ab illo Scipione* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Mutandum tamen hand censeo. Vide ad II. 56. § 12. *Sed tum ab ipso illo Sc. Harl.* Sed alibi etiam *tum et eum* commutantur. Vide ad I. 35. § 7. *Tum pulsatumque Hispania* Lov. 5.

§ 9 *Ita ad arma est conclamatum: portæque raptim clausæ*] *Put. Meu. Voss. partim.* An eæ, quæ ad hostem spectabant? *J. F. Gron. Partim etiam* Flor. Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod tamen erroris scribarum tribuere malo; qui, literis perperam transpositis, sæpius voces 'partim' et 'raptim' confuderunt. Vide ad XXII. 6. § 10. Præterea *conclamatum ad arma est* Flor. Lov. 4. Harl. et Hav. *Mox vigiliæque in-*

stantiores dispositæ Gaertn.

§ 10 *Postero die quingenti equites, speculatum*] Put. ignorat τὸ *quingenti*. An fuit *Postero DC. equites*? J. F. Gron. Eandem vocem ignorant etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii N. ac L. 1. Gronovii tamen conjecturam probare non audeo. Haud memini enim Livium ita simpliciter *postero* pro 'postero die' dicere, si vox 'dies' non præcesserit. Præterea Hannonem, quem equitibus his præfuisse Livius cap. seq. dicit, χιλούς ἐπιλέκτους ἰππέας Καρχηδονίους καὶ Λιβύων τὴν πλῆθος duxisse, auctor est Appian. in *Punic.* p. 8. Quamvis autem alios, quam Livius, annales secutus fuerit, videndum tamen an scribendum sit *Postero die mille equites*: ut millenarii numeri nota ∞ exciderit, quod librariis incognita fuerit. Vide ad xxxix. 42. § 3. Si quis tamen vulgatum defendendum putet, ei plane non adversabor. Nam et quingenarii numeri nota eandem ob causam sæpe periit. Vide ad lib. xxxvii. c. 40. § 11.

§ 11 *Equites et in stationibus locis idoneis posuerat*] Ita Jac. Gronovius edidit, quum ante vulgaretur *et equites in stationibus*. Puto autem eum codicum suorum auctoritatem secutum esse. Certe ita præferunt Flor. Voss. Hav. pluresque alii: *equites et in stationes* Lov. 1. *equites in stat.* Lov. 4. *et equites et in stat.* Gaertn. Paulo ante *tamen Scipio classe*, pro *jam enim Scipio*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. tum *Scipio classe* Lov. 5. nam *Scipio classe* inter versus pro varia lectione Voss. Deinde *ipse* deest in Voss. et Lov. 1. Tandem *progressus a ripa* Voss. Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

CAP. XXIX. § 1 *In quibus præfectum quoque Hannonem*] Aliter App. Al. in *Pun.* p. 8. qui Hannonem non prælio occisum narrat, sed a Masinissa comprehensum, et in castra Scipionis adductum, postea vero cum

matre Masinissæ, quæ apud Hasdrubalem erat, permutatum fuisse.

§ 2 *Urbem etiam proximam Afrorum*] Hanc urbem Appianus in *Libyco* p. 8. vocat Λόχαν. *Sigon.*

§ 3 *Octo millia liberorum capitum servorumque*] Genitivus *capitum* a quoquam insertus est. Nam in scripto volumine tantum est *octo millia liberorum servorumque*. Rhenan. *Pall.* 2. ac 3. *octo millia liberorum servorumque sunt capta*, excluso τῶ *capitum*. *Pal.* 1. vero cum vet. ed. *liberorum servorumque capitum sunt capta*. Gebh. *Liberorum capitum servorumque* primum adparuit in ed. *Mog.* quod in nullo cod. vidi. Vocem *capitum* neglegit unus Harl. Reliqui, et cum his, teste Sallierio, Put. *liberorum servorumque capitum*, ut primæ edd. præferunt, et Jac. Gronov. iterum revocavit; nisi quod *virorum*, pro *liberorum*, sit in *Florent.* et *capita* in *Lov.* 5. *Ber.* et Gaertn.

§ 4 *Latissimus tamen Romanis*] *Vet. lib. Læt. tum Rom.* *Sigon.* *Pal.* 2. *tum Romanis.* *Pal.* 3. *tandem R. i. p. r. g. Maximissæ adventus fuit: quem quidem cum CC. aut amplius equitibus, plerique cum duobus milibus equitum tradunt venisse.* Gebh. Put. et Voss. *omnis*. Numquid *omnibus*? nam Romanos intelligi nemo ignorare potest. An potius *Latissimi tamen omnis*? Nam Janus Nasoni *Fast.* i. 178. 'Omina principiis, inquit, inesse solent.' Et *Statius Theb.* viii. 705. 'quique apicem torvæ Gradivus habebat Cassidis, haud lætum domino, ruit, omen.' *J. F. Gronov. Tum*, pro *tamen*, *Lov.* 4. 5. et Harl. Vide ad *xxii.* 17. § 5. Hinc *animis Lov.* 5. *omnis* *Flor.* et *Lov.* 1. *omnibus Lov.* 2. Hav. et Hearnii L. 1. Si quid mutandum, priorem Gronov. conjecturam alteri præfero. Optimi enim cod. a quo non sine gravi causa discedendum esse ipse Gronov. toties docuit, vestigia eo nos ducunt: *omnis enim*, pro *omnibus*, sollemui ex-

hibet scribarum errore, de quo vide ad XXI. 60. § 7. Verum Crevierius, apud quem Victor. *omnibus*, reliqui *omnis* præferunt, vulgatum defendit. Quum enim de solis Romanis agatur, vocem *omnibus* prorsus alienam putat. Corruptelam etiam hand difficilem docet. Erasa enim litera initiali, pro *Romanis* primum scriptum fuisse *omanis*, hinc *omnis*, tum *omnibus*. Mox *adventus Masinissæ fuit* Harl. et ita Froben. edidit an. 1535. quem reliqui editores secuti sunt usque ad Jac. Gronov. Is autem principum edd. ordinem *adventus fuit Masinissæ* revocavit, consentientibus reliquis scriptis.

§ 6 *Militante eo pro Karthaginensibus in Hispania, pater ejus moritur*] Vet. lib. *pater ei moritur*. Sigon. Pall. tres *ei*. Gebh. Sigonii liber *pater ei moritur*. Neque aliter omnes Gall. et Pall. Vossianusque. Sed nondum sic integritas loco parta est. Put. et Gall. cum Voss. amplius non agnoscunt *τὸ eo*. Sed Put. Reg. Voss. Men. *Militandi pro Carthagin.* Pet. *Militanti pro Carth.* Atque hæc auctoris manus: *Militanti pro Carth. in Hisp. pater ei moritur*. Vides elaboratum et rotundum sermonem. J. F. Gron. *Ei* præferunt omnes codd. præter Lov. 3. Ber. Gaertn. *ejus* legentes, et Harl. in quo est *enim*. Deinde *Militante eo pro Karth.* unus servat Ber. *Militando pro Karth.* Hafn. Lov. 4. et Hav. *Militandique pro Karth.* Harl. *Militanti et pro Karth.* Gaertn. *Militandi pro Karth.* Flor. et Voss. uterque a m. pr. qui iidem a m. altera rectius exhibent *Militanti pro Karth.* concinentibus reliquis meis, et omnibus Hearnii Oxonn. Mox *Galbæ nomen erat* Hearnii L. 1. *Galla nomen erat* Hav.

Ad fratrem regis Desalcem] Nomen hoc ubique fecimus *Desalces*, non *Desalces*: quod illo modo alieni omnes, alieni optimi Gall. id repræsentarent. Et idem prorsus videtur, quod

fecti Gætulorum. Apud Silium Italicum quoque *Isalces* memoratur. J. F. Gron. *Decalonom* Hearnii L. 1. *Decalcem* Lov. 2. 3. 5. et Hav. *Cesalcem* Rec. et Gaertn. *Cesalcem* Flor. et Voss. a m. sec. Mox *prægrandem natu* Lov. 2. quod non displiceret, si plures codd. probarent. Livium enim vocibus cum præpositione *præ* intensiva compositis gavisum fuisse, supra jam dictum est. Vide ad Epit. Liv. 1. VII. et ad Liv. XXI. 54. § 7. Vocem autem *prægrandis* Statio restituit Gronov. Diatr. Stat. cap. 14. Vide etiam Burm. ad Suet. Tib. c. 60.

Mos ita apud Numidas est] Vide Grotium de Jure Belli et Pac. II. 7. § 21. *Duk. Ita mos apud Numidas est* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav. Mox § seq. *Capussa* Flor. Lov. 4. 5. et Hav. *Dein paternum regnum* Lov. 2.

§ 8 *Quum magis jure gentis, quam auctoritate inter suos aut viribus, obtineret regnum*] Sic castigavimus, secuti fidem Ms. codicis *Cæterum cum magis jure gentis, auctoritate inter suos, quam viribus obtineret regnum*. Sensus est: Obtigerat illi inter suos auctoritas. Ea magis, quam viribus, obtinebat regnum. Rhen. Ed. Mog. *cum magis jure gentis, quam auct. inter suos aut viribus, obtineret regnum*. Modius. Comparet in Pal. 1. et vet. ed. *cum magis jure gentis, quam auct. inter suos aut viribus, obtineret regnum*. Contrario sensu ac voluit Rhenanus, cui tamen consentit Pal. 3. Sed Pal. 2. *cum magis jure gentis et auct. inter suos, quam viribus, obtineret regnum*. Gebh. Quis crederet, has ineptias vel somnianti excidisse Livio? Tamen id non solum credidit Rhenanus, sed, ut secuturi jam crederent alii, effecit, mutata optimi et expediti sensus lectione, quam vetustissimi, immo omnes alicujus loci, scripti codd. servant, *quum magis jure gentis, quam auctoritate inter suos aut viribus, obtineret regnum*. Tutissimum

quidem est, justis viribus opibusque regiam potentiam niti: sed tametsi absint illæ, quamdiu auctoritas inter suos principi salva est, facile a sceleratis molitionibus æmulos absterret: quia, quidquid factum de illo fuerit, vindices habere creditur. Patet in Arato, in Timoleonte, in Hierone, aliisque tot illustribus viris, qui in liberis civitatibus, nullis invidiosis opibus accincti, auctoritate tantum valuerunt, ut prope dominarentur. Ergo vult puerum Livius, solo jure gentis legitimū regem, non viribus munitum, non auctoritate venerabilem fuisse, atque eo facilius rebellasse Mezetulum. Lib. 1. c. 7. 'Euan-der tum ea, profugus ex Peloponneso, auctoritate magis, quam imperio, regebat loca.' *J. F. Gron.* Lectionis a Rhenano probatæ vestigia exstant in uno Harl. quamvis tamen quædam in eo exciderunt verba. Exhibet enim imperium accepit: magis auct. inter suos, quam viribus obtineret regnum. Contra omnes omnino alii libri cum Hearnii L. 1. et N. alteram scripturam tuerentur, nisi quod magis jure gentis, quam auctoritatis inter suos præferant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav.

Exstitit quidam, Mezetullus nomine] Mezetulus. Sic enim vet. lib. et Appian. p. 18. Μεσέτουλον vocat. *Sigon.* Pal. 1. *Mazetullus.* Pal. 2. *Megetulius.* Pal. 3. *Mezetelius.* Vet. ed. *Mesetullus.* Gebh. Memini non semel hunc loquendi modum Livio excidisse, ut xxiv. 5. xxv. 23. ut reticere melius sit. Indicare tamen placet, in Cantabrig. vocem *quidam* non apparere. De alijs Mss. nihil annotatum est. xxxii. 22. 'Rhisiasus Pellensis erat.' xxiv. 34. 'Archimedes erat:' ubi vide. *Jac. Gron.* Vocem *quidam* servant omnes mei: in uno igitur negligentia librarii omissam puto. Deinde *Mesetullus* Ber. *Mezetulius* Harl. *Mezetulius* Hearnii D. *Macetullus* ejusdem N. *Mancetullus* ejusdem L. 1. *Macetullus* Gaertn. *Marzetulus*

Havn. *Mazetullus* Hav. *Mazetullius* Lov. 4. *Mazetullus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4.

Non alienus sanguine regibus, familiae semper inimicæ] Vet. lib. non al. a sang., regibus familiae semper inimicæ. *Sigon.* Pall. 2. et 3. non al. a sang., regibus familiae semper inimicæ. Vet. ed. ejicit τὸ familiae. Gebh. *A sanguine* apud me tantum superest in Lov. 4. et Harl. apud Hearnium autem in D. Reliqui præpositionem abjiciunt; quam etiam non necessariam puto, sive jungas 'non alienus sanguine regibus,' sive 'regibus familiae semper inimicæ.' Nam 'alienus regibus,' ut xxxv. 49. 'Nihil immo tam alienum rebus vestris est.' Prop. 1. 8. 18. 'Sit Galatea tuæ non aliena viæ.' 'Regibus' autem 'inimicæ' illustratur ad xxxix. 47. § 11.

Qui tum obtinebant] Fortassis qui id tum obtinebant: id facile intercideret potuisse, apertum est. *Duk.*

§ 9 *Descendere regem in aciem, ac dimicare de regno cogit]* Desc. in aciem, ac dim. de regno cepit Voss. Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

§ 10 *Gens Masæsyloꝝ omnis in ditionem imperiumque Mezetulli]* Lib. xxiv. c. 48. Livius ait, Syphacem Numidarum regem, Galam autem Masanissæ parentem Masæsyloꝝ. Contra vero xxxviii. 17. Syphacem Masæsyloꝝ regem ait, ubi et eam gentem ac Syphacis regiam absque nomine describit. Sane et Strabo xvii. 829. et Plinius v. 2. Sigam Syphacis regiam fuisse fatentur. At hic noster Livius libro mox seq. c. 12. Cirtham caput regni Syphacis facit, quæ longissimo tractu a Siga distat. Denique Plinius v. 2. Masanissam Numidicæ regem ait, quæ ad Ampsagam fluvium est, de posteriore loquens tempore hujus belli, ut puto. Hæc adeo diversa judicio lectoris relinquo. Verum hujus belli tempore existimo Syphacem Carthaginiensi-

bns propiorem fuisse, Galam vero Masanissæ parentem, ac Masæsylo-
rum regem, longe distantiorē: de-
victo autem Syphace, omnia in Ma-
sanissæ venisse potestatem. Nomen
vero Numidiæ utrisque regnis com-
mune fuisse. Sed cum Masæsyli
nomen haberent proprium, alteri re-
gioni commune velut proprium man-
sisse: nisi quis Masælibyas vocare
velit, ut Strabo facit libro ultimo p.
829. Quare quod xxviii. 17. dicitur,
Syphacem Masæsylo-
rum regem esse,
suspectum: ut et Scipionis navigatio
duabus quinqueremibus fabulæ simi-
lior, magisque trium in Syphacis regia
colloquium Hannibalis, Scipionis, et
Syphacis. *Glarean. Massylionum lege.*
Nam loquitur de populis, qui Massani-
sæ post parierunt. Masæsyli enim
Syphaci obediebant. Qui autem ante
ne hos libros emendarunt, quod, quid
inter has gentes interesset, nescirent,
omnia perturbarunt, et ubique *Ma-
sasulos* scripserunt, ut supra ex vete-
ribus libris etiam admonui. *Sigon.*
Pall. 1. et 2. *Mosuliorum*: vet. ed. et
Pal. 3. *Messulorum*. Legendum *Ma-
sæsylo-
rum*: ut et c. 32. 'Ibi ingens
cædes Masæsylo-
rum facta:' ut et c.
31. aliquoties. *Gebh.* Vario modo
gentis nomen in Mss. corrumpitur:
sed erroribus illis recensendis nunc
non inmorabimur. De 'Masæsyliis'
et, ut *Sigonius* vocat, 'Massyliis'
vide eundem ad xxiv. 48. § 2. et ad
xxx. 11. § 1. Sed ad priorem locum
monui, posteriores Latinis 'Massy-
los' vocari, quare hic etiam *Massylo-
rum* emendavi.

§ 11 *Puerum Lacumacen regem, &c.*
alpellit] *Puerum Lacumazen* Lov. 4.
et Hearnii D. *puerum Leumazen* Flor.
a m. pr. *Lechumazen* a m. sec. *pu-
rum ita Demazen* Hav. *puerum ita*
Demacen Hearnii L. 1. et N. *puerum*
ita Demacen Voss. in contextu: *pu-
rum Lechimacen* in margine: *puerum*
Demacen Lov. 2. *puerum Latumaren*
Gaertn. *puerum Lechimazen* Lov. 1.
puerum Lentumacen Lov. 5. *puerum ta-*

chum Macen Harl. Paulo ante regio
tamen nomine absumpto Hafn. Voss. et
Lov. 4. regio tamen nomine assumpto
Lov. 5. regio tamen nomine apsun-
tit Flor. a m. pr. assunto a m. sec. regio
tamen nomine spreto Lov. 2. et Hav.

CAP. XXX. § 1 *In Mauritaniam*
(*Bocchar ea tempestate rex Maurorum*
erat) *trajecit*] Pall. 1. et 2. *Baga.*
Pal. 3. *Bacca*. Deinde priores ite-
rum duo eadd. *trajecit*. *Gebh.* *In*
Mauritaniam Flor. Vide Duker. ad
Flor. iv. 2. 65. Corte ad Sall. Cat.
c. 21. § 3. et Dausqueium in Ortho-
graph. parte II. hac voce. Tum *Baga*
Flor. Lov. 2. et Hav. *Uga* Voss.
Lov. 1. 4. et Hearnii N. *Vaga* Lov. 5.
Vaca Harl. *Bocar* Ber. Hinc *trajecit*
Flor. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn.
Hav. et edd. ante Froben. 1535. *In*
Maur. ad *Bagar*, qui ea tempestate
rex Maurorum erat, *trajecit* Hearnii
L. 1.

§ 2 *Ab eo supplex infimis precibus*
auxilium, &c. impetravit] Vocem *sup-
plex* omittit Lov. 1. Tum *infinitis*
precibus Lov. 3. *intimis precibus* Hafn.
et Hav. Vide ad xxxvii. 31. § 8.

§ 5 *Ad Thapsum obcurrit*] 'Thap-
sus' neque in Numidia est, neque in
Masæsyliis. Mihi nomen suspectum
est, ut nihil interim caviller, mirari
me, quo pacto Carthagineuses per di-
tionem suam sinerent regnum exerci-
tus vagari, cum hoc tempore omnem
Africæ oram tenerent, quæ mari nos-
tro abluunt, ab aris Philenorum us-
que ad Herculis columnas, ut author
est Polybius III. 39. Idem erroris
suspicio in nomine *Clupea*, cujus pau-
lo post mentionem facit. *Glav.* *Thap-
sum*: nam Græce Θάψος. *Sigon.* *Ad*
Tarsum Lov. 5. et Hearnii L. 1. *ad*
Trasum Lov. 4. *ad Thasum* vel *Tasum*
Harl. et Hearnii D. *ad Chassum* Hear-
nii N. *ad Tapsum* Ber. Gaertn. Hav.
et pleræque edd. vett. pro quo *Sigon.*
per adspirationem *ad Thapsum* scri-
bendum monuit. Vide etiam quæ
notavi ad Siliu III. 261. Ceterum ea-
dem, quæ *Glareanum*, etiam *Perizon-*

difficultas morata est. Ad marginem enim Livii notavit, Thapsum sitam fuisse ultra Karthaginem versus orientem, quum Syphax et Masæsyli habitarent versus occidentem Massylorum: unde patet ejus nomen hic ferri non posse. Doujatius, qui etiam mendum latere in hoc nomine suspicatus est, opinatur, librarios Thapsum, urbis clarioris nomen, scripsisse pro minus cognitæ urbis nomine, sive ea Thebesta fuerit, sive *Tubusuptus*, aut loci alterius nomen. Conjici etiam posset, legendum esse *Thalam*, vel *Capsam*, de quo utroque oppido vide Cellar. Geogr. Ant. iv. 5. p. 122. Sed manum continere præstat.

§ 6 *Refugisset, urbem Masinissa primo impetu capit, ex regis alios*] Ad didimus particulam et duobus locis: et urbem Masinissa primo impetu capit, et ex regis alios tr. se recepit. Rhenan. Pall. 1. et 2. ἀσυνδέρως urbem Masinissa primo impetu capit, ex regis alios tradentes se recepit. Gebh. Omnes Gall. duo Pall. ἀσυνδέρως, contra quam Rhenanus. J. F. Gron. Utroque loco copulam etiam ignorant omnes mei, uno Harl. excepto. Eam itaque, quam Rhenanus in contextum receperat, priori loco J. F. Gronovius, posteriori Jac. Gronovius recte iterum expunxerunt. Mox etiam Jac. Gronov. pro *recepit*, ut præferunt omnes priores edd. substituit *recipit*: quam lectionem Flor. et alii probarunt.

Quo primum intenderat iter] Reposui quo primum intenderant iter. Rhenan. Recte Rhenanus. Altera tamen lectio superest in Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 7 *Fama hujus modicæ rei, in principio rerum prospere actæ, convertit ad Masinissam Numidas*] Pal. 1. *Fama hujusmodi rei in pr. rerum prosperæ agmen conv. ad Mas. Numidarum*. Gebh. Similiter est in Voss. Lov. 1. et Hav. Neque inde dissentit Lov. 4, nisi quod legat *prospere actæ agmen*. Præterea hujusmodi etiam Lov. 2.

5. Ber. et Gaertn. *hujusmodi Flor. a m. sec. acmæ, pro actæ, perperam in Put. esse, Gronov. monnit ad c. 17.* § 8.

Incitabantque juvenem] Reposui et *incitabant juv.* Rhenan. Pal. 1. habet *incitabantque juvenem*. Pal. 2. vero *mutabantque juvenem*. Gebh. Et *incitabant* Rhenanus. At Put. Reg. Men. Voss. et *invitabant*, vel *invitabantque*. J. F. Gron. Cum Rhenano facit Harl. sed *invitabantque* legunt Lov. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. et *invitabant* Flor. cum Hearnii Oxonn.

§ 8 *Nam et ipse cum exercitu*] Reposuimus, *nam et ipse eum exercitum, quo Cap. vicerat, et ex rec. post cædem regis aliquot habebat*. Rhenan.

Auxiliu ingentia adduxerat, quindecim millia peditum. Mezetulo] Pall. 1. et 2. *auxiliu ingentia abduxerat*. Gebh. Distingui jubet Buslid. *auxilia ingentia adduxerat*. Quindecim millia peditum Mezetulo, decem millia equitum erant. J. F. Gron. Ita aliquot scriptos, Andreae, et Campanum interpungere, Crevierius monuit, et recte eam distinctionem recepit.

§ 9 *Quibuscum Masinissa, nequaquam tantum peditum equitumve habens, acie conflixit*] Reposuimus *tantum peditum equitumque habens*. Rhenan. Gallici, Voss. Buslid. *habente acie conflixit*. J. F. Gron. *Peditum equitumque* etiam Lov. 4. et Harl. Reliqui omnes *equitumve*. Deinde *haberet*, pro *habens*, Lov. 2. *habente* Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. a m. sec. et Hearnii L. 1. Similiter etiam scriptos plerosque et editos ante Rhenanum præferre, atque illud *habente* ad *acie* referendum; monuit Crevierius; quum tamen in nulla invenerim ed. nisi in Aldina, ubi insuper in erratis prisca lectio revocatur. Neque etiam Rhenanus *habente in habens*, sed *equitumve in equitumque* mutatum voluit. Vide autem an legendum sit *qui* (nempe Mezetulus) *cum Mas., neq. tantum equitum peditumve habente, acie conflixit*: vel

quibus (scilicet quindecim millibus pedatum et decem millibus equitum) cum Mas., neq. tantum pedatum equitumve habente, acie conflavit.

Vicit tamen et veterum militum virtus] Put. Reg. Men. Voss. τὸ militum spernunt. An fuit veteranorum virtus? Lib. xxxvii. c. 20. de Achaëis Eumeni auxilio missis, 'Veterani omnes et periti belli erant.' J. F. Gron. Eadem vocem spernunt quoque Flor. Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii L. 1. quam neque in Mss. suis comparere testatur Crevier. sed tamen necessariam esse judicat: 'milites veteres' memorantur xxvi. 28. 'Eadem ratione stipendiorum habita in veteribus militibus dimittendis.' xxxi. 4. 'Quum de agris veterum militum relatum esset.' xxxiv. 17. 'Milites veteres periti hostium bellique.' xlii. 31. 'Ut centuriones militesque veteres scriberet.' Sed et 'veterani' simpliciter xl. 39. 'Ibi dimitti veteranis sese velle.' xlii. 34. 'Veteranis fatentibus, se illo primum die, tamquam firones, quid agendum esset in re militari, didicisse.' Epit. Liv. l. cxiii. 'Veteranis cum seditione missionem postulantibus dedit.' Potius tamen vox militum librariorum culpa excidisse videtur ex optimis Mss.

§ 10 In Karthaginiensium agrum perfugit] Vet. lib. refugit. Sigon. Pal. 3. in Carthaginiensem agrum refugit. Gebh. Refugit etiam Lov. 4. Harl. et Hearnii D. Dissentiunt reliqui, præsertim Put. Flor. et optimi quique. Præterea Carthaginiensem agrum, ut Gebh. in uno Pal. invenit, Jac. Gronov. edidit; consentientibus omnibus meis. Neque aliter etiam in Put. esse, monuit me Sallier. Mox cap. seq. 'Infesta omnia circa esse; maxime nri Karthaginiensis ager.' Vide ad vi. 21. § 8.

Quia sibi adversus Syphacem] Emendavimus quia sibi cum Syphace. Rhenan. Ed. Mog. adversus Syphacem.

Modius. Pall. 1. 3. et vet. ed. quia sibi adv. Syph. haud paullo majorem restare dim. cernebat. Gebh. Omnes Gall. et duo Pall. et Voss. quia sibi adv. Syph. haud paullo majorem. J. F. Gron. Unns Harl. cum Syphaci; reliqui cum Hearnii N. adversus Syphacem. Paulo ante recuperato agro paterno Hearnii L. 1. recuperato agro regno paterno, utraque lectione juncta, Lov. 2. Sed, vocem agro delendam esse, subjectis notis librarius indicavit.

§ 11 Futurum eum in eodem honore] Delevimus pronomen eum. Quod vero sequitur, quo apud Galam et Desalces quondam fuisset, ingens erratum est; scribendum quo apud Galam Desalces quondam fuisset. Rhenan. Idem futurum eum in eodem honore: quibus fraudi fuit defectus Rhenani codex. J. F. Gron. Tò cum servant etiam Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Pronomen melius abesse, licet in scriptis exstet, judicat Crevierius. Id autem abest a reliquis. Mox voculam et a Froben. ejectam soli tantum meorum Ber. et Gaertn. servarunt. Paulo ante cum fratre patrueli Lov. 4. et Harl. Vide ad xxxv. 10. § 8.

§ 12 Et qui Mezetulo, præter impunitatem, sua omnia] Tò qui suspectum et forsau delendum est. Sufficit ante præcessisse. J. F. Gron. Gronovii emendationem probat Crevierius; nisi alios ad Lacumacem, alios ad Mezetulum legarit Masinissa. Tunc enim nihil mutandum fore judicat. Præterea præter impunitatem suam Voss. Lov. 1. 4.

Ambos, &c. ad se perduxit] Ed. Mog. ambo præoptantes. Modius. Ita legunt omnes edd. vett. Postea demum Aldus substituit ambos; Gronovius vero revocavit ambo; quomodo in optimo Put. exstare, monuit ad xxxv. 21. § 5. se quoque id in tribus Pall. et antiq. ed. invenisse, affirmat Gebhard. ad vii. 40. § 9.

Eandem scripturam ex meis probant Flor. et reliqui præter Lov. 3. Ber. a m. sec. et Hav.

CAP. XXXI. § 1 *Regnum Massylorum*] *Massylorum* ex vet. lib. Porro autem familiæ Massanisæ stemma, cujus hic Livius, in Jugurtha Sallustius meminit, hoc est :

Gala rex Massylorum.	Desalces rex post Galam fratrem.	Capusa rex post Desalcem patrem.	Lacumaces rex post mortem Capusæ fratris, auctore Mezetulo tutore.	Gela filia.	Massiva, cujus Gala maternus avus fuit.	Masgaba, de quo XLV. 13.	Micipsa rex post Massanisam. [lib. XLII. c. 29.]	Misagenes, de quo lib. XLII. c. 23.	Geluusa Manastibal.	Stemba quatuor ann. relictus a patre. Suid.	Adherbal rex post Micipsam.	Hiempsal.	Massiva.	Jugurtha ex Gauda concubina post Adherbalem rex, victus a Romanis. Sigon.

Emendavi *Massylorum* hic et passim hoc cap. Vide ad xxiv. 48. § 2. Stemma hoc Masinissæ illustrari et augeri potest illis quæ notarunt Donjat. ad cap. præc. Burm. ad Syllog. Epist. tom. II. p. 145. et Cort. ad Sallust. Jug. c. 5. § 6. et Spolius in Misc. p. 147.

§ 2 *Falli eum magnopere*] *Magno opere* Lov. 3. quomodo se etiam in Pal. 3. invenisse testatur Gebhard. ad xxvii. 46. § 8. Vide ad xxviii. 18. § 4. Reliqui tamen, et inter eos optimi, codd. vulgatum timentur. *Mox quam in nullo unquam gentis ejus fuisset* Lov. 2. *quam in nullo gentis ejus usquam fuisset* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Sæpe ita variant librarii. Vide ad xxxix. 31. § 5.

§ 3 *Et Syphacem, et Karthaginenses, &c. ingenti mox incendio, quum jam nullam opem ferre possent, arsueros*] Pal. 3. et in Syph. et in Carthaginensis, &c. *arsuros*: perperam. Deinde Pall. 1. et 2. *cum jam nullam moram ferre possit*: ubi et ad marginem *nullam molem*. Sæpius hac translatione utitur Livius. Infra xxxi. 48. 'Cum una direpta et incensa esset, trajectorum illud incendium, velut ex continentibus tectis, in alteram tam propinquam coloniam esset.' xxxvii. 25. 'Ut quisque proximus ab oppresso sit, per omnes velut continens incendium pervasurum.' *Gebh. Nullam moram ferret* Lov. 1. *nulla molem ferre possit* Flor. *nullam moram ferre* Voss. *nullam moram ferre possit* Lov. 5. Hafn. et Hav. *nullam inoram ferre possit* Lov. 2. a m. pr. *nullam opem a m. sec.*

§ 4 *Vixdum coalescere foventi regnum*] Put. et duo Pall. et Buslid. *coalescens foventis*. Reg. Men. *coalescent foventis*. Rectum est in Put. et Pall. puta 'ejus.' J. F. Gron. *Coalescent foventis regnum* etiam Flor. et Voss. *foventis* etiam Lov. 1. 2. 5. Gaertn. et Hav. *coalescens foventis regnum* Lov. 4. quod recte Gronov.

probavit. Præterea paullo ante *fragiles vires ejus* alio ordine Flor. Voss. Lov. quinque, et Hav.

[*Instando stimulandoque pervicit*] Hic videbatur oratio finita, sed postea subnectet, 'His vocibus incitatus Syphax.' Ipse lector secum etiam atque etiam cogitet, sine defectus aliquis, an interpolatio rhetorica. *Glaveanus*. Put. et Voss. *pervincit*. J. F. Gronov. Ita et Flor. aliique meorum.

[*Ut exercitum ad fines Masæylorum admoveat*] Cur Syphax exercitum admoveat finibus Masæylorum, qui in suo imperio erant? *Massylorum* ergo lege: et ita ubique. Sunt enim eodem errore plurimi depravati loci. *Sigon*. *Massylorum* legendum esse, supra hoc cap. dixi.

§ 5 *Tamquam haud dubie juris sui*] Put. *haud dubii*. Reg. et Voss. *haud ubi*. J. F. Gron. Probasse Gronovium *haud dubii* ex eo, quod ad lib. xxxiv. c. 62. adnotat, colligo. Nec tamen liquet cur hoc illo quidem loco præferendum sit. *Duk*. Voces *haud dubie* desunt in Lov. 2. et 5. *haud ubi* legunt Lov. 1. et 4. *haud dubi* Flor. a. m. pr. *haud dubie* a. m. sec. *haud dubii* Hav. Vide ad xxxiv. 43. § 5.

[*Quod maxime opus sit, acie dimicaturum*] Pal. 1. *ut quod maxime opus sit, acie dimic.* Pal. 2. *id quod maxime opus sit*. Gebh. Put. Reg. Men. Voss. Cantabrig. *ut quod maxime opus sit*. Dictum ut c. 33. 'Interdum aperto itinere, ut qui signis collatis acie dimicaturus esset, movit castra.' VII. 4. 'Ut qui magis animis, quam viribus, fretus ad certamen descenderet.' Jac. Gron. *Quo maxime opus sit* Lov. 3. et 4. *ut quod maxime opus sit* Flor. Lov. 1. 2. Hearnii L. 1. N. et codd. Crevierii. Quod etiam in optimo Pal. superesse Gronov. monuit ad hujus lib. c. 1. § 22. Supra VII. 33. 'Prælium, ut quod maxime nunquam, pari spe commissum est.' Vide etiam Jac. Gronov. ad XLV. 18.

§ 8. *Tum quod maxime opus sit* Lov. 5. *id quod maxime opus sit* Hav. quomodo etiam Crevierius ex conjectura reponendum censuit. De eo vide ad VI. 17. § 6. Deinde primus Jac. Gronov. edidit *dimicaturus*; ejus lectionem recepit Clericus, nihil monito lectore; cui tamen promiserat, se ante omnia operam daturum, ut Livius ad J. F. Gronovii mentem quam accuratissime cederetur. Utrum Jac. Gronovius, qui in notis nihil monet, ita edi volnerit, an vero operæ typographorum aberrarint, incertum est. Sane *dimicaturum*, quod priores habent edd. tumentur omnes Mss. mei, et duo Crevierii codd. Victor. et Thuan. quibus etiam Put. adsentiri, Sallierius monuit. Et id etiam sensus Livii requirit. Dicit enim, si quis (intelligit Masinissam, vel alium ejus nomine) *arceat, quod, vel id quod maxime opus sit*, (nempe Syphaci, qui bellum cum Masinissa gerere volebat,) *acie dimicaturum*, nempe Masinissam, vel alium ejus ducem. Non dubitavi igitur *id quod duorum codicum, dimicaturum* autem omnium auctoritate restituere.

§ 6 *Sin per metum agro cedatur, in medium regnum eundum*] Antiqua lectio *in medium regni eundum*. Rhenan. Pal. 1. *si impar metu agro cedatur*. Gebh. Put. Voss. Men. regnum, secus quam Rhenanus. J. F. Gron. *Si impar metu agro cedatur* Lov. 1. 2. 4. *si impar metu agro cedat* Hav. Utramque lectionem, priorem in contextu, alteram pro varia lectione in margine, servat Voss. Deinde *in medium regnum eundum* tantum non omnes mei cum Hearnii N. Nullus certe Rhenano concinit.

§ 7 *Et primo certamine Massylios fundit fugatque*] Continet Pal. 3. *et primo certamine Zeculos fundit: fugatusque Maximissa, &c.* Gebh. *Massylios* legendum esse, ad princ. cap. dictum est. Mox *Biblum incolæ* vocant Hearnii L. 1. *Bellum incolæ* vocant

Flor. Lov. 2. 4. 5. Hav. et Hearnii N. *quem Bellum incolæ vocant* Lov. 3. Sed pronomen, quod in nullo alio adparuit, addi necesse non est. Vide ad XL. 57. § 3.

§ 8 *Prosecuti sunt regem*] Antiqua lectio pers. *sunt regem*. Rhenan. *Prosecuti* servant Lovel. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. At reliqui lectionem Rhenani probant. Recte. Vide ad v. 40. § 4. Paulo ante *pecoribusque, illa pec. illis est* Flor. *pecoribusque, visarum pec. illis est* Voss. qui *vix auri*, in margine obfert: *pecoribusque nisauri pec. illis est* Lov. 1. *pecoribusque usus earum pec. illis est* Lov. 2. *pecoribusque in his pec. illis est* Lov. 5. *mappalibus* etiam Flor. et quidam alii duplici p. Vide Corte ad Sallust. Jug. c. 18. § 8. Verum id errantibus librariis tribuendum puto. Certe poëtæ Virgil. Lucan. Silius, Claudian. et alii primam syllabam ejus vocis corripunt. Vide Bocharti Geogr. Sacr. part. II. lib. II. c. 9.

§ 9 *Pecori bonus alendo*] Pal. 3. *pecudi bonus alendo*. Gehh. Mei omnes *pecori* servant. Vide ad XXXVII. 39. § 4.

§ 10 *Maxime uri Karthaginiensis ager*] Scripti *juris*. Andreas *Carthaginiensium*. Quorum utrumque, sed illud maxime, blanditur. Justinus IX. 5. 'Initio veris tres duces in Asiam Persarum juris præmittit.' XLII. 5. 'Juris Romanorum futuram Parthiam affirmans, si ejus regnum numeris eorum fasset.' J. F. Gron. *Karthaginiensium* non tantum edit. Andreae, verum etiam reliquæ omnes ante Aldum, cum Mss. Berol. et Gaertn. *juris* deinde Lov. 1. utrumque Gronovio placet. Ita Justin. IX. 1. 'Nunc Lacedæmoniorum, nunc Atheniensium juris habita est.' Magis tamen *juris* ipsi placet, quam alterum. Ita vero formata foret locutio, ut apud eundem Justin. XXXI. 1. 'Juris Ægyptii civitates quum invasisset:' ita legendum censet Scheff.

quum vulgo edatur *juris Ægypti*. Ut tamen dicam quod sentiam, nihil apud Livium mutandum puto. Omnes enim reliqui, quos consului, codd. *uri* servant, nisi quod ejus loco viri sit in Voss. ut in Harl. *veris* in Hearnii L. 1. Quin etiam ex numero codicum Gronovii eximendus est optimus Put. quem itidem *uri* habere, Sallierius me docuit. Supra XXVI. 21. 'Sociorum populi Romani agros urebant.' Paulo ante *Inde furtivis ac primo nocturnis* Hearnii N.

Quia et plus prædæ, quam inter Numidas, et latrocinium tutius erat] Pall. 2. *quia et plus inde prædæ*. Gebhard. *Quia et plus de qua inter Num.* Flor. Voss. et Lov. 1. *quia et plus inde, quam inter Num.* Hav. *quia inde et plus prædæ, quam inter Num.* Ber. *quia et plus prædæ inter Num.* Lov. 5.

§ 11 *Ad mare delectam prædum venderent mercatoribus, appellentibus naves ad id ipsum*] Pal. 1. *ad mare delectam prædam venderent merc. applicantibus navibus*. Correctum deinde *naves*. Gebhard. *Ad male delectam* Flor. *ad mare delectam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Hav. Similiter 'convectus' et 'conlectus' confunduntur II. 14. § 3. *Ad mare delectam* Lov. 5. Vide ad XXXI. 45. § 8. Deinde *adplicantibus naves* Hav. Vide ad XXX. 25. § 12. et Torren. ad Val. Max. I. 7. ex. ext. 3. *Adpellentibus naribus* Lov. 2. et 5. contra genium linguæ Latinæ. Vide Vorst. de Latin. Mer. Susp. cap. 16. Quæ vero librariis peccandi occasio fuerit, dictum est ad VI. 3. § 8. *Adpellantibus naves* Gaertn. *adpellantibus navibus* Voss. et Lov. 1. Insuper *ad ipsum* Lov. 4. Vide ad v. 43. § 4.

Quum justo sæpe in prælio Karthaginienses caderentur caperenturque] Scribi debet *in bello*: nam prælium ipsam pugnam et hostium congressionem significat. Mox scripsimus *Carthaginiensium*, pro *Carthaginienses*. Et alioqui statim sequitur 'Carthaginienses.' Rhenun. Mog. ed. *quam justo*

sæpe in prælio Carthaginienses cæderentur. Modins. Bene bello Rhennans, bene Carthaginiensium. Sed præterea Put. Reg. Voss. Men. duo Pall. caderent caperenturque. J. F. Gronov. Bello etiam Flor. Voss. Lov. 4. 5. Haverk. et alii. At perperam prælio Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hearnii N. Sæpe has voces commutari, vidimus ad III. 61. § 2. Hinc Karthaginienses Flor. Voss. Lov. 1. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. At cederent caperenturque Lov. 4. caderent caperenturque Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii N.

§ 12 *Infensumque et ipsum*] Vet. lib. *intentumque et ipsum*. Sigon. Pall. 1. 2. *intensumque*, correctius *intentumque*. Alludit vero Livius ad Græcorum verbum τρέχοντα ὀρβύειν. Gebh. Omnes scripti *intensum*. An *incensum*? J. F. Gron. *Intentumque* Flor. et Hav. *intensumque* Lov. 1. Voss. et Hearnii N. Ita variant interdum codd. Vide ad xxxiv. 15. § 5. *Incensumque* Lovel. 2. 3. 4. 5. quomodo Gronov. conjecit. Vide ad I. 25. § 2. Vulgatum malebat Crevier. Mox *sed vile regi videbatur* Hafn. et Hav.

CAP. XXXII. § 1 *Bocchar, ex præfectis regis vir acer et impiger, ad id delectus*] Pall. 1. et 3. Bucar. Pal. 2. *Bocar*. Dein pro *delectus* Pal. 1. habet *dilectus*. Gebhard. *Bocar* Florent. *Bochar* Berol. *Boccharo* Gaertn. *Buchar* Lovel. 1. 2. 3. et Voss. *Bucar* Lovel. 4. 5. Harl. et Haverk. Tum *ex præfectis regis* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Vide ad xxxii. 6. § 6. Hinc τὰ ad id desunt in Harl. Mox et data XL. *peditum* Flor. et data XL. vel *quadraginta millia* Lov. 1. 2. 3. et Hav. et data etiam Voss. XL. *millia peditem* Lov. 5. et Hearnii N. *ei quatuor millia peditem data* Ber. Tandem *duo millia equitum* Lov. 2. et Hav. Male. Vide ad xxxi. 34. § 7.

Præmiorumque ingenti spe oneratus] Reposuimus *præmiorumque ingentium*

spe. Rhen. Omnes nostri *ingenti*. J. F. Gronov. Ita quoque Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Hav. et Hearnii N. Neque aliter codd. Crevierii, qui tamen Rhenani emendationem probat. Librariis itaque peccandi causa fuerit, quam dedi ad VI. 3. § 8. Si quis tamen præscam lectionem malit, eam defendere poterit ex iis quæ dicuntur ad IV. 8. § 6. Præterea male *honoratus* Flor. Voss. Lov. 1. Ber. a m. pr. Gaertn. Hearnii N. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad I. IV. c. 14. § 13.

§ 2 *Is palatos incurioseque agentes*] Pronomen *is* delevisimus. Nam in sine positum est verbum, a quo totus circumductus pendet: 'Bocchar ex præfectis reg., &c. compellit.' Rhen. Pal. 1. *incurioseque agentes*: perperam. Supra cap. 3. 'Omnibus pacis modo incuriose agentibus magna clades illata est.' Gebh. Pronomen a Rhennano expunctum unus tantum agnoscit Ber. Deinde *incuriose si agentis* Flor. *incuriose se agentes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. Sed recte Gebhardus vulgatum defendit. Tacit. Hist. IV. 28. 'Cæsæ cohortes eorum, in vico Mareoduro incuriosius agentes.' Mox *pecorumque atque hominum ingenti multitudine* ed. Rom. princ. et Parm. *pecorum atque hominum* Ber. et quædam edd. prioribus proximæ. Vulgati Aldus auctor existit.

§ 3 *Sed copiis etiam, aliquanto majoribus*] Inseruimus particulam *ut*: *ut aliquanto majoribus*. Rhen. *Sed copiis, aliq. majoribus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. *sed copiis etiam, aliq. majoribus* Ber. *sed copiis, ut aliq. majoribus* Flor. Mox *reliquis belli, pro reliquis*, Flor. et Lov. 5. Vide ad XL. 57. § 8.

§ 4 *Cum quingentis haud amplius pedibus ducentisque equitibus*] Illos equites ducentos primus addidit Aldus. Hoc jure; nam et sic scripti. Sed τὸ *quingentis* nec Put. nec ulla adeo membrana. Put. Men. Gud. cum *haud amplius ped. mille, ducentis-*

que eq. J. F. Gron. Ita etiam Voss. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii N. cum *haud amplius quingentis ped.* Lovel. 5. Tò *quingentis* abest a Flor. *ducentis-que equitibus* a Ber.

Digressum jugis Masinissam] Pal. 1. et vet. ed. *digressum jugis.* Gebh. *Digresum* perperam primus dedit Grnt. idque etiam superest in Lov. 3. Ber. Gaertn. et Hav. reliqui cum edd. prioribus *degressum.* Vide ad iv. 17. § 11.

Faucibus utrimque obsessis, inclusit] Put. a m. pr. *faucibus utrimque oppositus inclusit.* Manus posterior usmutat in *is*: unde Buslid. *oppositis.* Reg. Voss. Men. *oppositos.* Lib. xxvi. cap. 46. 'Nec ulla armatorum statio aut custodia opposita.' Forte *obseptis.* J. F. Gron. *Oppositus* Gronov. in prima ed. probavit, et in contextum recepit: *oppositos legunt* Flor. Lov. 5. et Hearnii N. *oppositis* Lov. 1. 2. 3. et Voss. a m. sec. id autem placebat Jac. Perizon. qui in margine Livii exponebat, inclusus in faucibus vallis utrimque oppositis, adscripto etiam loco ex cap. 34. 'Tumulis, qui peropportune circa viæ flexus oppositi erant.' Mihi cum Crevierio vulgatum satis probum videtur. Mox *ubi*, pro *ibi*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav.

§ 5 *Per amfractus montis ignotos sequentibus sese abripuit*] Scripsimus *seq. se eripuit.* Rhen. Pal. 1. et vet. ed. *seq. sese eripuit.* Pal. 2. *per amfractus montis ignotos sese eripuit.* Gebhard. *Anfractus* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. Vide ad i. 15. § 7. Deinde *sequentibus eripuit* Flor. ubi τὸ *se* partim ob præcedentis literam ultimam, partim ob sequentis initialem intercidit: *sequentibus sese eripuit* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. Rom. 1472. ac Parni. proximæ deinde dederunt *sese arripuit*, pro quo Ascens. 1513. *sese abripuit* recepit. Supra i. 14. 'Non tamen eripere se hosti.' Paulo an-

te aut amplius, pro *haud*, Hearnii N. Male. Vide ad xli. i. § 9.

§ 6 *Ita circumvenit, ut, præter quatuor equites, omnes ad unum interficeret*] Scripsimus *ita circumdedit*, pro *circumvenit.* Item *omnes ad unum interfecerit.* Rhen. Mog. ed. *circumvenit*, pro *circumdedit*: quod æque convenit. *Modius.* Pal. 1. *adeptusque eum patentibus campis prope Clupeam urbem ita circumvenit.* Pal. 2. *Tenuit tum vestigia Bocar: adeptusque eum prope Clupeam urbem patentibus campis ita circumvenit.* Gebhard. Omnes Gall. Pall. Voss. *circumvenit*, invito Rheno: ut etiam *omnes ad unum interficeret.* J. F. Gron. Solus Harl. *circumdedit.* Reliqui cum Hearnii N. *circumvenit.* iv. 28. 'Circumventi jam in medio ad unum omnes pœnas rebellionis dedissent.' v. 38. 'Instrunt aciem deductam in cornua, ne circumveniri multitudine hostium possent.' x. 26. 'Ita cæsa ab tergo legio, atque in medio, quum hostes undique urgnerent, circumventa.' Deinde *interficerent* Flor. Voss. Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. Haverk. et Hearnii N. quod et ipsum iterum recepi. Mox voces *prope e manibus* desunt in Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii N. Deinde *inter tumultus* legunt Voss. Gaertn. Hav. et Hearnii N.

§ 7 *In conspectu erant fugientis alæ equitum, dispersæ lato campo, &c. quacunque hostis flectebat*] Prodigii instar est, quod pro *quacunque hostis flectebat*, omnes Gall. Voss. Busl. et Palatinorum *optimus quinque hostes sequebantur.* Nos facile id proenramus. Scribendum enim *inter tumultum amisit. In conspectu* (Boccharis et cæterorum) *erant fugientes* (Masinissa et quatuor); *alæ equitum* (ducentorum) *dispersa toto campo, quibusdam* (sequentium equitum,) *ut* (diversa fuga petentibus) *occurrerent, per obliqua tendentibus, quinque hostes* (Masinissam et comites) *sequebatur.* Est admodum notabilis casus magni postea

virtute ac fortuna regis: eo accuratius illum exsequitur narrando Livius. Lib. xxvii. cap. 41. 'Pecorum modo in-compositos toto passim campo se fudisse.' xxxvii. 20. 'Dilapsi cæteri sparserant se toto passim campo.' J. F. Gronov. Lectionem, quæ Gronovio displicuit, primum vidi partim in Froben. 1531. partim 1535. illa enim prima habuit *fugientis*, hæc *quæcumque hostis flectebat*, quum omnes priores præferant *fugientes*, et *quæcumque hostes sequebantur*. Verum *In cons. erant fugientes; ala eq. dispersato campo*, &c. *quinque hostes sequebatur* legunt Flor. et Voss. Neque differunt Hav. et Hearnii L. 1. nisi quod rectius legant *dispersa toto campo*. Merito igitur Gronovius hanc lectionem recepit, qui in pr. ed. nott. monuit, Put. Reg. et Pal. ostentare *ala equitum dispersa*: Reg. etiam *toto campo*: quosdam vero *ala equitum dispersato campo*.

§ 8 *Raptique gurgite, et in obliquum relati*] Pal. 1. *prælati*. Pal. 2. *perlati*. Gebh. Pet. Pal. *perlati*. Put. duo optimi Flor. Voss. Barber. melior Pal. *prælati*, quod verum est. Ait, cum directo nisu tranare amnem cuperent, violentia gurgitis abreptos in obliquum fuisse aliquantum præter litus datos. Verbum domesticum Livio. Lib. ii. c. 14. 'Cumanæ cohortes, arte adversus vim usæ, declinavere paullulum, effuseque prælatos hostes conversis signis ab tergo adortæ sunt.' v. 26. 'Ut effusa fuga castra sua, quæ propiora erant, prælati urbem peterent.' vi. 29. 'Consternatiq-ue et præter castra etiam sua pavore prælati.' vii. 24. 'Fusique per campos, et præter castra etiam sua fuga prælati.' xxxviii. 27. 'Fuga ad castra inclinavit: sed pauci intra munimenta se recepere: pars major, dextra lævaque prælati, qua quemque impetus tulit, fugerunt.' Tacitus Annal. vi. 35. 'Pharasmænes Orodi vulnus per galeam adegit, nec iterare

valuit prælati equo.' Sic 'prævehit.' Lucanus ix. 1002. 'Asiamque potentem Prævehitur.' Tacitus de Rheno Ann. ii. 6. 'Qua Germaniam prævehitur.' Cui reddendum id ex Vaticano codice puto Hist. ii. 2. 'Igitur oram Achaïæ et Asiæ, ac læva maris prævectus Rhodum et Cyprum insulas,' &c. vulgo *præverectus*. Sic 'prælabi,' 'præfluere,' 'prænavigare': quod postremum in membranis invenimus Ep. li. Senecæ: 'Prænavigantes adulteras dinumeraret.' Eoque verbo utitur Ep. l. lxx. J. F. Gron. *Relati* Harl. Gaertn. et Ber. a m. pr. *perlati* a m. sec. cum Hav. Brancal. Latini, et Hearnii L. 1. *prælati* reliqui mei, et Hearnii N. quod recte Gronov. revocavit, ac docuit *præ* hic in compositione vim τὸῦ *præter* habere; quem vide etiam de voce 'præ-latus' ad xxviii. 36. § 12. et adde Gebhard. ad l. ii. c. 14. § 7. Similiter 'prævehere' est prætervehere. Supra xxiv. 44. 'Præter undecim fasces equo prævectus senex:' ubi vide: 'præfluere' est præterfluere. i. 45. 'Ima valle præfluit Tiberis:' ubi etiam dixi: 'prænavigare' est præternavigare. Valer. Max. i. 8. § 9. 'Litus prænavigans, in quo Cn. Pompeii Magni, perfidia Ptolemæi regis interemti, corpus comburebatur.' Pomp. Mela ii. 3. 'Ab eo ad Sunium tendentibus illa prænaviganda, Maliacus et Opuntius, grandes sinus:' 'prælabi' est præterlabi. Colum. xi. 1. 'Prælabentis vero temporis fuga quam sit inreparabilis, quis dubitat?' 'prægredi' est prætergredi, quod codd. fide restituendum est Liv. xxxv. 30. 'Ubi prægressi ea sunt, jam tutum rati in patentes vias descenderunt.' Vulgo edebatur *prætergressi*.

§ 9 *In præruptum gurgitem haustis*] Emendandum ex Pall. tribus duobus *in conspectu hostium in prærapidum gurgitem haustis*. Vet. ed. tamen *præruptum* retentat. Gebh. Omnes

Pall. Flor. Barber. Voss. et Gall. duobus in conspectu hostium in prærapidum gurgitem haustis. J. F. Gron. In præruptum gurgitem unus tuetur Ber. in prærapido gurgite haustis Hav. in prærapido gurgite raptis Brancal. Latini: in prærapidum gurgitem haustis reliqui mei, et Hearnii Oxonn. Ceterum alio ordine in præruptum gurgitem in conspectu hostium haustis Voss. Lov. quinque, Gaertn. et Hav.

Duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris ripæ emerunt] Legi debet cum eo virg. interioris ripæ tenuerunt. Dii boni! quid fingi potest impudentius illis, qui ulterioris subdiderunt pro interioris; pro tenuerunt, emerunt? Deinde, quo cohærent verba potius, quam sensus, adjeceunt præpositionem inter. Rhenanus. Pal. 3. quidem cum eo virgulta interioris ripæ tenuerunt. Sed reliqui, nec non vet. ed. cum eo inter virgulta ulterioris ripæ emerunt. Gebh. Sic quidem Rhenanus, qui Deos bonos invocat ad impudentiam castigatorum improvidorum, hoc est, sibi ipse verum dicit. Quid est 'interior ripa?' Certe aut citerior simpliciter, aut pars citerioris, quæ propius fluvium. Quid autem illo loco Masinissæ infestius? Aut quid fuisset hoc aliud, quam præsentem captivitatem amplecti, quæ crudeli et ignominiosa morte finiretur? Scilicet ripam anteriorem servaturi non erant tanta cum ira, tanta cum spe persequentes. Sed audacem illum correctorem librarium, et postea bonum Rhenanum decepit corrupta vox relati, ut crederent neminem tranasse. Nos cum veteribus edd. cum Gallicanis omnibus, optimis Flor. Barber. Buslid. Voss. et duobus Pall. teneamus ipse periisse creditus: at duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris ripæ emerunt. Sic, inquam, omnes illi, nisi quod ex copulativa fecimus adversativam; habent enim creditus ac duo. J. F. Gronov. Periisse creditus;

ac duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris ripæ tenuerunt edd. Rom. 1472. ac Parm. Proximæ dederunt perisse, et omiserunt tò inter consentiente Ber. nisi quod periisse servet. Aldus deinceps eam substituit lectionem, quæ exstabat tempore Rhenani: ab hoc vero interpolatam, quam solus Harl. habet, Froben. 1535. recepit, et insuper tò ac neglexit. Omnes mei ceteri, cum Hearnii L. 1. et N. codd. Gronovii consentiunt, nisi quod reliqui desit in Lov. 4. et emiserunt legat Hav. Non dubito igitur, quin vera sit emendatio Gronovii: ac enim et ut sæpius in Mss. commutari, vidimus ad III. 61. § 4.

§ 10 Ad regem rediit] Redit scripsimus, pro rediit. Rhenan. Rediit tamen Flor. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Berol. et Gaertn. quod restitui, præsertim quum Sallierius id etiam in Put. optimo exstare monnerit.

Totaque Africa fama mortis Masinissæ repleta varie animos adfecit] Crevier. vix Liviana elegantia dignam locutionem putat Africa repleta fama mortis; neque se satis intelligere fatetur, quid sibi velit, 'Africa repleta fama varie affectit animos.' Multo igitur concinnius et clavius fore censeat, si, resecta voce repleta, legatur totaque Africa (id est, per totam Africam) fama mortis Masinissæ varie animos adfecit. Quamvis autem omnes, quibus utor, libri vulgatum servant, locum tamen vitio laborare existimo, et ferme ipsi adsentior.

§ 12 Patique posse est visa jactationem] Ad fidem Ms. codicis castigavimus patique posse visus jactationem: ut de ipso Masinissa intelligas, non de cicatrice. Rhenan. Et hoc ab Rhenano. Olim erat visa est. Pnt. Reg. Voss. optimus Pal. visa sine verbo substantivo. Forte deleta conjunctione, scribendum, ubi primum ducta cicatrix pati posse visa jactationem. J. F. Gion. Emendationem Rhenani testimonio suo firmat Hearnii D. est

visa Lov. 3. et Ber. *visa est* Lov. 4. *eius*, omisso τῶ *est*, Harl. Reliqui cum Hearnii L. 1. *visa sine eodem verbo*. Vide Gronov. ad XXI. 48. § 7.

[*Haud plus quadraginta equitibus collectis*] Archetypum Spirense habet *haud plus triginta eq. collectis*. Rhenan. *Triginta*, vel XXX. *equitibus etiam* Lov. 4. Harl. Rec. et Hearnii D.

§ 13 *Quod, quem perisse crediderant*] Ita est in priscais edd. Postea Ascens. 1510. dedit *perisse*, adstipulantibus Ber. et Gaertn. Ejus loco tandem Jac. Gronov. *perisse* revocavit, quod in ceteris meis superest. Vide ad v. 8. § 3. Adde ad XXI. 10. § 11. xxvi. 32. § 3. xxxv. 6. § 10. et alibi. Paulo ante *tum favore pristino, tum gaudio* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 5. et Hav. Vide ad vi. 23. § 3.

[*Sex millia peditum armatorum, quatuor equitum, ad eum convenirent*] Vox *peditum* non adparet in Harl. Tum *quatuor millia equitum* legunt Lov. 5. et Harl. Sed vide ad § 1. Hinc τὰ *ad eum desunt* in Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. a m. pr. Gaertn. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Tandem *confluere* præferunt Harl. Rec. et Hearnii L. 1. ac D.

§ 14 *Jamque non in possessione modo*] Archetypum Spirense habet *atque non in possessione modo*. Rhenan. Ita et Harl. Alii omnes alteram lectionem servant, quam etiam Jac. Gronovium recte huc revocasse pnto.

[*Masæylorumque fines (id Syphacis regnum erat)*] Rursus hic Syphacis 'regnum Masæylorum' facit, quum in hac digressionem paternum Masanissæ regnum toties vocarit. Nec satis excusat, quod devicti Masæyli in ditionem Syphacis concesserant. Sed omnino suspicor legendum hoc loco *Masælibyæ*, atque etiam ita xxviii. 17. Sed verba Strabonis lib. ult. Geogr. 829. ponere placuit. Inquit autem, Μετὰ δὲ τὴν τῶν Μαυροσίλων γῆν τῶν Μασαυσίλων ἐστίν, ἀπὸ τοῦ Μολοχὰθ ποταμοῦ τὴν ἀρχὴν λαμβά-

Delph. et Var. Clas.

ουσα, τελευτῶσα δὲ ἐπὶ τὴν ἄκραν, ἣ καλεῖται ὕριον τῆς τε Μασαυσίλων καὶ τῆς Μασυλίβων· id est, *Post Mauroorum vero terram Masæylorum est, a Moloath fluvio initium sumens, finiens vero in promontorium, quod Masæylorum et Masælibyæ confinium dicitur*. Strabo autem *Masæylios* quinque syllabis dixisse videtur, quare in Græcis etiam posteriore hoc loco ita emendandum, Μασαυσίλων. Item ibidem Μασαυλιβύων lego, πεντασυλλαβικῶς, non Μασυλίβων, ut vulgati habent codd. Confinium autem horum duorum populorum est Triton promontorium. Sed paulo post Strabonis locus rursus corrupte in Græcis legitur p. 832. Μετὰ δ' οὖν (inquit) Τριτὸν ἢ Μασσυλιαίων ἐστὶ, καὶ ἡ Καρχηδονίων παραπλησία χώρα. Id est, *Post Tritum vero Mussyliæorum est et Carthaginiensium confinis regio*. Μασαυλιβύων legendum, id est, *Masælibyæ*. Tingitanam igitur regionem Mauros et Boccharis regnum intelligimus, Cæsarientem Masæylos ad Ampsagam usque flumen aut Triton promontorium; post Ampsagam, Numidiam sive Masælibyæ, Syphacis regnum. At tum duo in Livio scrupuli vehementer lectorem remorantur: alter, quomodo a Masanissa Syphax prælio victus in Mauris fugerit, quod xxiv. 49. tradidit Livius: alter, quomodo Masælibyæ regnum vicinum sit Mauris, cum Masæyli sint in medio: siquidem xxviii. 17. legamus 'Masælibyæ rex erat. Masælibyæ gens affinis Mauris,' &c. Nisi Maurisiorum (qui Latinis Mauri vocantur) nomen commune fuerit Mauris ac Masæyilis, ut ante de Numidia diximus, quod prope toti Africæ commune fuit. Ego, ut in universum dicam, in fuga Syphacis lib. xxiv. et in descriptione loci, ad quem proconsul Scipio in Africam navigavit xxviii. 17. Livium lapsum opinor: alia bene habere loca, si quis hos duos distinguat populos Masæylos ac Masæli-

Livius.

29 T

byas, ut ex Strabone ostendimus. *Glur.* Recte legitur hic *Masæulorum*, non *Massylorum*. Sigon. Optime refelluntur, quæ Glarcanus ad hunc locum notavit, illis, quæ Sigonius habet ad xxiv. 47. § 2.

Inde, irritato ad bellum Syphace] Vocabulum *inde* non est in volumine scripto. Mox reposuimus *in jugis opportuniorum ad omnia montium*. Rhenan. Omnes Gall. et Voss. *inde irritato ad bellum Syphace*, quod denuo mutavit Beatus. Etiam cum optimis scribe *in jugis opportunorum ad omnia montium*, non *opportuniorum*. J. F. Gron. Præter Harl. qui utroque loco Rhenano favet, omnes mei ab eo dissentiunt, et priori loco τὸ *inde*, quod ejecit, revocant, posteriori *opportunorum* legunt. Se etiam τὸ *inde* in suis invenisse, Hearne testatur. Præterea *Entan Hipponemque Hearnii N. Crotha Ypponemque* ejusdem L. 1. *Ciram Hipponemque* ejusdem adhuc D. *Cirtan Hipponemque* Lov. 1. *Cirham Ipponemque* Lov. 5. In posteriori nomine similes librariorum errores notavit Cortius ad Sall. Jug. c. 19. Prius nomen apud Livium hic et alibi *Cirtha* scribitur: verum, extrita adspiratione *Cirta* dicendum esse, ex Græcis patet, quibus *Κίπρα* vocatur. Et ita plerique codd. cum edd. Rom. 1472. et Parm. *Critam* transpositis literis esse in ed. Rom. principe, testatur Hearnius. Vide etiam Schottum ad Melam 1. 6. et Cortium ad Sall. Jug. c. 21. § 2.

CAP. XXXIII. § 1 *Majorem igitur eam rem jam Syphax rex ratus, quam ut per præfectum ageret]* Dnas dictiones *jam* et *rex* delevimus, et *præfectum* mutavimus in *præfectos*. Sic enim in antiquo codice legitur. *Rhenan.* Pal. 1. *Maj. ig. jam eam rem Syphax ratus, quam ut per præfectum*. Pal. 2. quoque per unitatis numerum *per præfectum*. Vet. ed. *Maj. ig. eam rem jam Syphax rex ratus, quam u. p. p. a.* Eadem sententia est apud Curtium

III. 2. ‘At Darius, nunciata Meninonis morte, haud secus, quam par erat, motus, ommissa alia omni spe, statuit ipse decernere: quippe, quæ per duces suos acta erant, cuncta dam-nabat, ratus pluribus curam, omnibus fortunam abfuisse.’ *Gebh.* Rhenano per omnia dicto audientes fuerunt editores usque ad Jac. Gronov. qui *per præfectum* revocavit. Ei autem, præter unum Harl. *per præfectos* servantem, adsentiuntur omnes mei: et recte. Syphax enim Masinissam per unum præfectum Boccharem ex regno expulit. In Flor. *per præfecto* erat a m. pr. *per præfectum* a m. secund. Præterea *Majorem igitur jam rex Syphax ratus* Flor. et Voss. *Majorem igitur jam rem Syphax ratus* Lov. 1. 2. 4. 5. et Hav. *Majorem igitur eam rem rex ratus* Lov. 3. *Majorem igitur eam rem Syphax rex ratus* Ber. *Majorem igitur eum rem jam Syphax ratus* Hearnii L. 1. Rhenano etiam in hac parte consentit Harl.

Missa, imperat, ut, circumducto agmine, in se intentum hostem ab tergo invadat] Locus est corruptus et licenter mutatus, quum nihil opus esset. Inseruimus pronomem *illum*, quod de-erat, et ex fide Spirensis exemplaris sic castigavimus: *illum circumducto agmine in se intentum hostem ab tergo invadere jubet*. Rhenan. Rursus omnes Gall. et Pal. optimis, invito Rhenano, *parte ex. inissu imperat, ut circumducto agmine in se int. hostem ab tergo invadat. Nocte profectus, &c.* Et quid opus mutare? J. F. Gron. Rhenano suffragantur Harl. Rec. et Hearnii D. Alii mei, et Oxonn. Hearnii alteram lectionem recte teneant. Paulo ante nomen *Vermine* rat Flor. a m. pr. nomen *Vermine* erat a m. sec. et ita Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hav.

§ 2 *Qui ex occulto ulgressurus eum erat]* Expunximus accusativum *eum*. Rhenan. Accusativum hunc servant Voss. Lov. 1. 4. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. transposito

illo eum adgressurus erat legunt Lov. 2. 3. et 5. Verum Flor. cum reliquis eundem ignorat; quem neque in Put. optimo exstare ex Sallierio didici.

Syphax autem interdiu] Vetus lectio *Syphax tum interdiu*. Rhenanus. Vet. lib. *Syphax autem interdiu*. Sigon. Omnes mei stant cum Sigonio adversus Rhenanum.

§ 3 *Ubi primo tempus visum est]* Delevimus adverbium *primo*: et pro *levi clivo* scripsimus *leni clivo*. Item pro *tum multitudine, cum multitudine*. Rhenan. Servant quidem adverbium Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. ejusque loco *primum* legit Hav. Deest tamen non tantum in Flor. Lov. 1. et Harl. verum etiam, monente Sallierio, in optimo Put. quibus fidem habeo. Mox *videri* deest in ed. Bas. 1554. et Sigonio. Quos autem præterea codd. suos, Rhenani, et Gronovii, hic Hearnius memorat, quasi neque in illis hoc verbum exstaret, perperam huc collati videntur, et referri debebant ad illa quæ viri docti § 7. de voce *altera* semel in Mss. omissa notarunt. Certe *videri* in omnibus meis codd. superest. Editores vero, qui omiserunt, id offendisse conjicio, quod *visum est* præcesserit, ac displiceret *tempus visum est, quo videri poterant pervenisse*: quod genus loquendi vix probare audeo. Deinde *levi clivo* Lov. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Sed Rhenano recte *leni* emendenti subfragantur reliqui. Vide ad II. 50. § 10. et adde Cortium ad Plinium v. 6. 14. Tandem *tum multitudine fretus, tum præparatis* Vossian. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. Sed vide ad VI. 23. § 3.

§ 4 *Masinissa fiducia maxime loci]* Vox *fiducia* deest in Flor. Voss. Lov. 1. et 4. Sed *Masinissa opportunitate maxime loci* legit Hafn. *Masinissa maxime loci opportunitate* Hav. quæ et mox pessime interpolatus præfert

loco et virtute militum Masinissa, multitudine, quæ longe major erat, inferior, omissis τοῖς Syphacem juvante. Sed ‘nimio major,’ ut ‘nimio plus’ 1. 2. ‘nimio plus, quam satis tutum esset adcolis, rem Trojanam crescere ratus.’ II. 37. ‘Nimio plus, quam velim, nostrorum ingenia sunt mobilia:’ ubi plura vide.

§ 6 *Ceteri pedites equitesque cæsi aut capti]* Scripsimus *Itaque ceteri equites peditesque cæsi*, sublata postrema clausula *aut capti*. Fides sit penes archetypon Spirense. Rhenan. Vet. lib. *cæsi aut capti*. Sigon. Harl. iterum Rhenani codici favens, *equites peditesque cæsi*, duabus ultimis vocibus neglectis. Sed ceteri codd. alteram lectionem vindicant; cui mutandæ nulla legitima causa adparet. Vide ad XXXIV. 26. § 2. Mox in *tris partes* emendabat Gebh. ad XXXII. 16. § 8. Ita autem plerique codd. et hic et alibi, tum apud Livium, tum apud alios scriptores præferre solent.

§ 7 *Alterta pertinacior in repugnando telis obruta et confixa est]* Vocabulum *alterta* non est in codice veteri. Stat vero sensus eleganter sine illo: *duæ turnæ hæere: alteru metu deditu hosti; pert. in rep. telis obruta et confixa est*: ubi subauditur ‘alterta.’ Porro magis placet, ut legatur *telis obruta* quam *cætris obruta*, quod in scripto codice est *ceteris obruta*: nam sequitur ‘et confixa est.’ Rhenan. Tò *alterta* desideratur in Pall. 1. et 3. quod etiam e Spirensi monet Rhenanus. Pal. 2. *alterta pert. in rep. telis obruta et confixa est. Post prælium prædictum Masinissa Verninam prope vestigiis instantem, &c.* Gebh. Placet, confirmantque aliquot nostri, quod idem Rhenanus: *duæ turnæ hæere: altera metu dedita hosti, pert. in rep. telis obruta et confixa est*: deleta semel voce *alterta*. Est autem par illi x. 29. ‘Quibus plerisque in scuta, verutis in corpora ipsa fixis, sternitur cune-

ns:’ ubi inculcaverant iterum τὸ *plerisque*. Repete quæ diximus ad III. 36. *J. F. Gron.* Adde huc *Jac. Gronov.* ad *Gell.* VI. 12. *Duk.* Præter *Lov.* 5. *Ber. Gaertn.* et *Hav.* reliqui omnes codd. *Rhenano* consentiunt. Videnda etiam sunt, quæ *Gronov.* monnit in pr. ed. nott. ad XXXI. 21. ubi veram huic loco scripturam quoque vindicavit.

§ 8 *In alia atque alia flectendo itinera ludens*] Emendavimus *eludens*. Et mox *absistere a sequendo* delevimus a præpositionem, quæ subintelligitur. *Rhenan.* *Cantabr. itinere*: id quod ab omnibus partibus *Livianum* est. Ne enim de geminis ablativis toties restitutis a patre dicam, *Liviana* phrasis est ‘flectere iter.’ XXI. 31. ‘Non recta regione iter instituit, sed ad lævam in *Tricastinos* flexit.’ XXII. 18. XXIII. 2. XXV. 22. XXVII. 43. XXXII. 29. Et alibi sæpe. *Jac. Gron.* *Flectendo itinere* etiam *Voss.* *Hafn.* *Lov.* 1. 2. 4. et *Hearnii N.* De restitutis *Livio* a *Gronovio* patre geminis ablativis vide ad I. 53. § 3. ‘Flectere iter,’ vel ‘viam’ sane locutio *Liviana* est. *Supra* I. 60. ‘Flexit viam *Brutus*, ne obvius fieret.’ VIII. 19. ‘Ad *Privernum* flexit iter.’ XXXV. 31. ‘*Demetriadem* iter flexere:’ ubi vide. XXXVIII. 22. ‘Flexere iter in partem montis.’ Et hanc lectionem, quam se etiam in optimis plurimisque scriptis reperisse testatus est, in contextum recepit *Crevierius*. Verum id imitari ausus non sum. Metus enim est, ne ultima litera τῆ *itinere* ex initio vocis sequentis adhæserit, et primo continua serie scriptum fuerit *itineræludens*; unde, diphthongo in simplicem e literam mutata, existit postea *itinere ludens*. Certe plurimi eorum codd. qui *itinere* habent, etiam *ludens* legunt, quod præsertim adfirmo de *Lov.* 1. 2. *Hafn.* et *Voss.* At insuper *ludens* etiam est in *Lov.* 3. et *Ber.* a. m. pr. A reliquis diversam lectionem in *aliam atque a-*

liam transflectens viam, iter eludens exhibet *Hav.* Mox *absistere sequendo* etiam omnes mei, nisi quod *Ber.* præferat a *sequendo absistere*. Solet *Livius* in hac locutione præpositionem omittere. Vide ad I. 15. § 3. XXI. 6. § 8. et XXIV. 20. § 15.

Ipsa cum septuaginta equitibus] Antiqua lectio *ipse cum decem equitibus*. *Rhenan.* *Pal.* 1. *cum septuaginta eq.* Verius puto prælatum a *Pall.* 2. et 3. *cum decem equitibus*. *Gebh.* *Put.* duo *Pall.* cæterique *Gall.* et *Voss.* *sexaginta*. *Andreas* atque *Aldina* *septuaginta*. *Rhenani* codex unusque *Pal. decem*. *J. F. Gron.* Non soli *Andreas* et *Aldus*, verum omnes omnino editores usque ad *Gronov.* dederunt *septuaginta*, nisi quod ed. ultima *Gruteri*, eamque secutæ *Elzevir.* *Heinsii*, et *Blav.* habeant *octoginta*. Ex codd. *septuaginta* servant *Berol.* et *Gaertn.* *decem Lov.* 3. *Harl. Rec.* et *Hearnii D.* *sexaginta* omnes reliqui.

§ 9 *Cum conscientia egregia sæpe repetiti regni*] Ita *Gronov.* in pr. ed. nott. ex omnibus codd. et vet. edd. legendum monuit. Perperam *Frob.* 1535. *egregie* vulgarat; quod omnes deinde retinuerunt, et *Hearnii* etiam in *Oxon. D.* invenit. Omnes mei recte stant cum *Gronov.*

Inter Punica Emporia gentemque Garamantum omne tempus, usque ad C. Lælii] Hæc ita narrat *Livius*, quasi *Garamantes* usquam attingant parvam *Syrtim*. Et *Emporia* haud dubie ad mare erant in potestate *Carthaginensium*, si *Polybio* credimus, ubi, ut puto, nihil tutum *Masanissæ*. Atqui ob has causas patietur, imo nec indignetur *Herodotus*, sibi æquare *Livium*, iudicio *Quintiliani*. Nec verebimur *Thucydidi* opponere *Salustium*, in locorum nomenclatura æque negligentem, etiamsi in ea regione prætor fuit. *Glar.* Hæc *Garamantum omne tempus usque* in *Put. Reg. Men. Voss.* melioribus *Florent.* nulla: adsuerunt, qui non videbant,

indigere conjectura duo verba *gentem* et *consumsit*. Ex quibus illud suspicor verum Livii *Syrtimque*, vel *Leptimque*, alterum *consenuit*. Lib. XXXIV. c. 62. 'Emporia vocant eam regionem. Ora est minoris Syrtis et agri uberis. Una civitas ejus Lep-tis.' 'Consenescere' est se cum tædio et senio sustentare. Lib. v. cap. 43. 'Qui mæstior ibi fortuna publica, quam sua, quum Diis hominibusque accusandis senesceret.' *J. F. Gron.* Eædem voces, quas Gronov. in suis deesse professus est, exsulant etiam a Lov. 1. 5. et Hearnii L. 1. ac N. eosdem similiter in nullo snorum, præterquam in Victor. inveniri, Crevierius testatur. Desunt itidem voces *Garamantum omne tempus usque ad* in Colbert. apud Doujat. *gentemque Garamantum omne tempus* in Lov. 4. Præter conjecturas, quæ hoc loco visuntur, Gronov. adhuc aliam proposuerat in pr. ed. nott. ad hæc verba, pro *consumsit* legendum existimans *permansit*. Eam ipse postea rejecisse videtur, quia in posterioribus curis non meminuit. Et certe nimium a vulgato distat, quam ut verisimilis esse possit. Neque etiam admodum placeet nova conjectura *consenuit*. Quamvis enim 'senescere' et 'consenescere' eo sensu, quo Gronov. docuit, quum apud alios, tum apud Livium, usurpari docuerim ad v. 43. § 7. ideo tamen hic probare non possum, quia hæc etiam medicina nimis violenta videtur. Si ergo verba, quæ in tot Mss. non reperiuntur, Livio aliunde adsuta forent, potius, pro *consumsit*, ex Lov. 2. et Hav. legerem *concessit*. Illud autem verbum hoc sensu illustravi ad v. 39. § 7. Verum nec alteram, Gronovii conjecturam, qua *Syrtimque* vel *Leptimque*, pro *gentemque*, reponendum contendit, laudare possum. Ipse enim Gronov. ex Livii XXXIV. 62. docuit *Emporia* esse 'oram minoris Syrtis'; ejus autem unam civitatem vocari *Leptin*. Jam vero

'inter Emporia Syrtimque' idem foret, ac si dicerem 'inter Hollandiam ac Belgium:' at 'inter Emporia Lep-timque' conveniret huic 'inter Hollandiam et Amstelædamum.' Quum itaque superius ad h. lib. sæpe dictum sit, in optimis Livii membranis plures lacunas præsertim libb. XXI. et XXX. reperiri, id etiam hic evenisse existimo, et illos codd. qui verba in optimis omnia servarunt, sequi malo; in quo Crevierium consentientem habeo. Quin et occasio, qua illa verba ex optimis codd. exciderint, dari potest similitudo inter ultimas syllabas vocum *gentemque* et *usque*; unde factum est, ut in antiquissimo aliquo cod. ex quo deinceps plurimi alii propagati sunt, omnia media socordia librarii ommissa sint. At Glareau. designationem hanc, 'inter Punica Emporia gentemque Garamantum' ridet, quia Garamantes nusquam attingunt parvam Syrtim: ita tamen, ut ipsum Livium hujus neglegentiæ accuset. Sed illum culpæ etiam immnem esse puto. Glareano enim non tantum concedo, regionem ad Syrtim minorem, sive Emporia Punica, et gentem Garamantum non esse confines; verum etiam contendo, id Livio non adversari, qui indicat Masinissam substitisse 'inter Punica Emporia gentemque Garamantum,' id est, in regione, quæ media erat inter illa loca, et non fuit in potestate Karthaginiensium, ubi, ut puto, propterea tuto manere potuit. Si itaque verba illa servamus, voces *gentemque*, et *consumsit* nullis conjecturis tentandæ sunt. Certe 'consumere tempus' etiam alibi Livius dixit. Ita XXXVIII. 22. 'Hand segue id ipsum tempus consumserat.' Eamdem locutionem, apud Propert. 1. 3. 37. obviam, ibidem illustravit Passerat. p. 157. Similiter 'diem consumere' sæpe apud Nostrium obcurrit. Exempla vide III. 62. v. 21. x. 22. XXI. 46. 'consumere annum'

XXXII. 26. 'consumere ætatem' xxv. 1. Eodem modo etiam Livium 'horas,' 'diem,' 'ætatem,' 'annum,' 'tempus absumere' usurpasse, vidimus ad xxvii. 13. § 3.

§ 10 *Quippe illa regnantis multitudo*] Ita primus edidit J. F. Gronov. quum antea vulgatum foret *regnanti multitudo*; quomodo etiam legunt Flor. Lov. 4. Harl. Ber. a m. pr. et Hav. Mox *exsuli fortunæ*, pro *exsulis*, Flor. Verum ultima litera τὸ *exsulis* excidit ob similitudinem initialis vocis seq. Vide ad iv. 33. § 11. Deinde *convenit*, pro *conveniens est*, Lov. 4. et Rec.

CAP. XXXIV. § 1 *Alioque equitatu per novum*] Dele copulativam, volentibus Put. Voss. Reg. Men. ipsoque sensu. J. F. Gronov. Eadem particula abest etiam a meis, præterquam a Lov. 4. Ber. et Gaertn. Eam similiter non agnoscit Hearnii N. Mox *dilectum* Flor. Vide ad xxxvii. 51. § 7.

§ 2 *Hasdrubalem opem ferre prope circumsessæ patriæ jubent*] A prisca abest ed. τὸ *prope*. Pal. 3. *Asdrubalem opem ferre certum esse patriæ ei rivet*. Gebh. Eadem vox abest ab Harl. Ber. et Gaertn. Primum autem tamen adparuit in ed. Ald.

Ut Karthagini et universæ Africæ subveniat] Pal. 1. *ut Carthagini, ut un. Africæ*. Gebh. Repone cum optimis *ut Carthagini, ut un. J. F. Gron. Et un. patriæ Africæ* Ber. *tutique Africæ* Lov. 5. et Hearnii L. 1. *ut Karthagini un. Africæ* Harl. Reliqui *ut Karthagini, ut un. Africæ*. Supra iv. 4. 'Præterquam ut hominum, ut civium numero simus:' ubi alia vide. Solent autem voculæ *et* atque *ut* a librariis commutari. Vide ad xxi. 28. § 8.

§ 3 *Translata a mari*] *Translatu mari* Gaertn. Sed præpositionem elisit vocis proximæ litera finalis. Vide ad v. 52. § 10. *Translata a mare* Flor. a m. pr. Voss. et Lov. 1. ac 2. Et huc etiam adludit Lov. 5. male ad

mare præferens. Vide ad xxviii. 6. § 2. Mox *conjuncta classi fuerant*, pro *habuerant*, Hav.

§ 4 *Id omnium primum egit, ut per conquisitionem numerum equitum auget*] *Voces egit, ut per conq.* desunt in Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. quorum quatuor ultimi, sed Voss. a m. sec. etiam *ut*, pro *id*, legunt. Totum locum ita concipit Lov. 5. *equitatu accepto, omnium primum numerum equitum auget*. Præterea vox *equitum* deest etiam in Lov. 1. *equitum numerum* legit Flor. Paulo ante *ad lacesendum hostes, sed ne ad tuendum quidem, &c. agros, pro hostem et tuendos*, Hav. *hostes* etiam Voss. Lov. 1. 3. 5. Ber. et Gaertn. *tuendum* vero similiter Harl.

Nec aliarum gentium adspersatus, maxime tamen] *Gentium milites ads, maxime* Ber. a m. sec. *gentium asp. auxilia, maxime* Brancal. Latinii.

§ 6 *Saleram nomine urbem occupavit*] Hanc urbem captam a Syphace tradit Appianus B. Punic. 10. non ab Annone, ubi de Syphace loquens ait, πόλιν τε ἐν μεσογείῳ Θολοῦντα Ῥωμαίων παρασκευὴν καὶ σίτον πολλὴν ἔχουσαν ἐκ προδοσίας εἶλε. *Sigon*. Pal. 1. *Salæca*. Pal. 2. *Salegam*. Pal. 3. *Salengan*. Gebh. Put. et Gall. *Salæca*. Et inferius, 'præsidio Salacæ imposito.' Sed et omnes alii codices eodem tendunt. Videtur esse eadem, quam Δόχα vocat Appianus p. 8. J. F. Gronov. *Saléganno* Harl. *Saletum* Hav. *Saletu* Lov. 5. *Saletham* Hearnii L. 1. *Salegam* Lov. 4. *Salæcam* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hearnii N. et priscae edd. *Salæca* Flor. *Salerum* jam invenio in ed. Ven. 1495. Verum id in nullo meorum Mstorum superest. Utrum indicetur illa urbs, quam Appian. Θολοῦντα vocat, ut Sigonius putavit, dicere nequeo; certe diversa est ab illa quam idem App. Δόχα vocat. Eam enim non ab Hannone et Karthaginiensibus, vel a Syphace, ut Donjatius existimat, sed a Sci-

pione et Romanis expugnatam esse tradit. Gronovio tamen consentit Crevierius, qui *Salacum* etiam in Put. esse monet.

§ 7 *Æstiva sub tectis agere equitatus: sint, inquit*] Legerant XXVII. 8. 'Exercitui, qui ad Tarentum æstiva acturus erat:' et c. 21. 'Bis cæsum exercitum ejus æstiva Venusiæ sub tectis agere.' Id igitur hic quoque opportunum putarunt, et desse verbum, quum manu exaratum vidissent, *Quod ubi Scip. rel. est, Æstiva sub tectis equitatus? (inquit) sint sane vel plures, dum talem ducem habeant.* Vides in interrogatione nihil desse, nisi quod commode subaudiri potest, et solet; ipsum nimirum 'agit.' Quid audio? itane equites æstiva sub tectis? Præclarum ducem et unicum auctorem disciplinæ, qui hoc indulget. *J. F. Gron. Agere equitatus servat* Harl. Gaertn. et Ber. a m. pr. *agere equitatus* a m. sec. *equitatus agere Lov. 3.* Reliqui vero mei et Hearnii L. 1. ac N. scriptis Gronovii concinunt, nisi quod *inquit sit* legant Voss. et Lov. 1. *inquit fit* Lov. 2. Et hujus lectionis vestigia præferunt edd. antiq. quæ, licet *agere* interponant, legunt tamen *inquit, sint.* Primus Ascens. a. 1513. eas voces transposuit.

Eoque minus sibi cessandum ratus] Vet. lib. *eo minus igitur cess. ratus.* Sigon. Pall. tres *eo minus sibi cess. ratus.* Gebh. *Eo minus sibi cess. ratus* Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. *eoque minus sibi cess. ratus* Flor. et Ber. Nullus codex Sigonio, qui vet. lib. sui lectionem recepit, subfragatur: recte igitur secuti editores receptam lectionem servarunt usque ad Gruterum, qui *sibi* perperam eiecit. Sed bene jam Crevier. restituit. Mox *quod illi, pro quo, Flor. et Lov. 1. 2. ac 3.*

§ 8 *Cedret paulatim*] Scripsimus *cedere.* Subauditur superius verbum 'jubet.' *Rhenan.* Contra *cederet* ser-

vant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *cedere* vero Harl. Brancal. Latini, et forte Lovel. 4. Supra ad c. 14. § 10. similis lectionum diversitas obcurrit; ubi docui utramque loquendi rationem probari posse, nisi intercedat Mstorum auctoritas, quæ hic suavit ut priorem revocarem. Paulo ante voces *ad pugnam* desunt in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Hav. Deinde *sustinere* posset Harl.

Se in tempore pugna venturum] Vet. lib. *obventurum.* Sigon. Pal. 1. *obventurum.* Gebh. Put. et Gall. omnes cum Voss. optimo Pal. et Sigoniano *se in tempore pugna obventurum.* Utitur verbo, ut alibi τῶν 'occurrere.' Lib. x. c. 43. 'Hostes non inventi, septem millia quum abessent a Cominio, revocati a suis, neutri prælio occurrerunt.' xxxi. 29. 'Concilium Ætolorum statuta die, quod Panætolum vocant, futurum erat. Huic ut occurreret, iter accelerarunt, &c. Atheniensium quoque legati ad id concilium occurrerunt.' Eodem lib. c. 48. 'Qui non, cum exercitum ex Etruria transire in Galliam jussisset, ipse Arimini occurrerit.' Plautus Psend. iv. 7. 100. 'Proin tu Pseudolo Nuncios, abduxisse alium prædam, qui occurrit prior Harpax.' *J. F. Gron.* Vulgaris lectio Doujatio non displicet. At sciat, eam defendi non posse, nisi invitis optimis aliisque plerisque codd. Certe *obventurum* est in Flor. Voss. Lov. quinque, Hav. aliisque, cum Brancal. Latini. Qui nobis vulgatam lectionem fluxerunt, conjungebant *in tempore pugna*; quum *in tempore* simpliciter accipiendum sit, pro opportune: de quo vide ad VIII. 7. § 5.

§ 9 *Qui peropportune circa viæ flexus suppositi erant, occultus processit*] Responsivimus qui *opportune circa viæ flexus oppositi erant.* Rhenan. Mog. ed. qui *perop.* Modius. Pall. 1. et 2. qui *perop. circa viæ flexus erant suppositi.*

Pal. 3. qui *perop.* circa viam effusus *oppositi* erant. Gebh. Audiendus fuit Rhenanus. Put. enim et meliores plene *peropportune*. J. F. Gron. Neglegentia et error librariorum, qui posteriores edd. adnotationum Rhenani typis descripserunt, Gronovio fraudi fuit, et fecit, ut crederet, Rhenanum pro *opportune* emendasse *peropportune*, sed secutos editores ipsi vera monenti non obtemperasse: quum contra ex genuina ejus adnotatione, secundum primas edd. integritati restituta, quemadmodum hic præmittitur, pateat eum τῶν *peropportune* substituisse *opportune*, et posteriores editores ipsi erranti perperam aures præbnisse. Et sane non opus habebat Rhenanus, ut *peropportune* reponeret, aut de eo reponendo moneret, quum lectio illa in omnibus ante eum edd. constanter exstaret. Similiter etiam legunt omnes scripti, præter solum Harl. Rhenano subfragantem. Est autem hoc adverbio Livius frequenter usus: ut I. 42. ‘Peropportune ad præsentis quietem status bellum sumtum.’ VI. 18. ‘Plebi peropportune externa pax data:’ ubi quædam vide. XXI. 39. ‘Peropportune ad principia rerum Tarentinis motum bellum erat.’ XXII. 46. ‘Sol peropportune utrique parti obliquus erat.’ XXX. 4. ‘Peropportune cupienti tollere inducias Scipioni causam præbuere.’ XLIV. 7. ‘Peropportune literæ a Sp. Lucretio adlatæ sunt.’ Similiter etiam voce ‘peropportunus.’ Vide ad X. 45. § 2. Deinde *suppositi* erant Voss. Lov. I. 2. 5. Ber. Gaertn. et Hav. pro quo non male *oppositi* erant Rhenanus emendavit. Eo ducunt vestigia Flor. a m. pr. *flexusuppositi* præferentis, unde unica litera mutata *oppositi* fieri potest. De illo verbo vide ad XXVIII. 13. § 6.

§ 10 Cum timoris simulati specie audaciam hosti faceret, ad insequendum tem. el.] Lectio vetus, cum timoris si-

mulati audaciam h. f. Ego non dubito quin Livius scripserit quum timore simulato audaciam hosti faceret. Rhenan. Vet. lib. cum timoris simulatio. Sigon. Antiq. ed. timoris simulati spem. Pall. 1. et 2. cum timoris simulatio audaciam h. f. Pal. 3. cum timoris simulati audaciam h. f. unde Rhenan. cum timore simulato audaciam h. f. Ego potio rem duco lectionem Pall. duorum, quibus consentit et Sigonii liber. Gebh. Jam Rhenani codex τὸ specie peregrinitatis arguerat. Ergo ille timore simulato. Sed, ut Sigonius, Put. et Gall. duoque Pall. et Voss. cum timoris simulatio audaciam hosti faceret. Continenter Put. Reg. insequentem temere eliciebat: non ad insequendum. J. F. Gron. Timoris simulati spem audaciam Ber. a m. pr. timoris simulati audaciam Harl. timoris simulatio audaciam reliqui omnes. Præterea, non insequentem, sed ad insequentem Put. præferre, Crevierius testatur; et hinc, non temere vulgatum mutandum, recte opinatur. Sane ad insequentem est etiam in Flor. a m. pr. sed ad insequendum manus altera reposnit.

§ 11 Alios vino et somno graves] Pal. 1. aut alios vino et somno grav. Pal. 3. alios et vino s. g. Gebh. Aut alios Lov. 1. 2. 5. et Voss. Mox portis deest in Lov. 1. Tandem obsidendo, pro obsistendo, Hafn.

§ 12 Primo incaute se invehentes Masinissa] Put. incaute seuehentis. Reg. incautos evhentes. Men. et Voss. incaute sevientes. Voluerunt nempe incaute se evhentes. J. F. Gron. Mallim primos. Non enim omnes simul contra eum egressi sunt, sed primo pauci, sequuntur mox plures, postremo omnis equitatus. Jac. Periz. Incaute se invehentes Lovel. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hearnii D. incaute sine invehentis Harl. incaute sevientes Lov. 1. 2. 5. Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. incaute seuentis Flor. sed litera q inter versus adscripta, ut fiat in-

caute sequentis. Verum Gronov. ad-
sentior. 1x. 40. 'Ad equites in cor-
nua positos evehuntur.' xxii. 45.
'In stationem quoque pro vallo loca-
tam atque ipsas prope portas evecti
sunt.' xxxi. 35. 'Equites ut semel
in hostem evecti sunt.'

Sustineri ultra nequivere] Put. et
Pet. *nequiere.* J. F. Gron. *Non qui-
vere* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *non
quiere* Lov. 5. Gaertn. et Brancal.
Latinii. Melius codd. Gronovii. Vi-
de ad v. 10. § 10. Mox § seq. *inpe-
tum eorum accipiebat* Lovel. 1. Sed
plurale *inpetus*, quod in reliquis om-
nibus restat, verius videtur. Vide
ad 1. 4. § 9. *Accipiebat* etiam Flor.
Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn.
et Hav. Verum neque hoc placet.
Infra xxx. 35. 'Primum ardorem at-
que inpetum hostium excipientes.'
Solent 'excipere' et 'accipere' in-
numeris locis a librariis confundi.
Vide ad 11. 47. § 7. et x. 18. § 9.

§ 14 *Inde exorti equites*] Barthius
exoriri hic quasi de re lata dici, et
equites auxiliares afflictis exortos scri-
bit. Non inspexit Livium, qui sæpe
exoriri dicit eos, qui ex insidiis con-
surgunt. Vide xxi. 55. xxii. 28.
xxv. 16. quod etiam 'cooriri' est
xxv. 15. Duk.

*Hannoni Afrisque pugnando ac se-
quendo fessis se circumfudere*] Sic emen-
davimus et distinximus: *et recentibus
equis (Hannone Afrisque pugn. ac seq.
fessis) se circumfudere.* Rhenan. *Han-
none* non tantum omnes ante Mediol.
a. 1505. ed. ut et quædam eam secu-
tæ, verum etiam Lov. 4. Harl. et
Ber. Sed pro altera lectione stant
et plures et meliores membranæ. Su-
pra xxvi. 27. 'Consuli Lævino Cap-
pam prætereunti circumfusa multi-
tudo Campanorum est.'

*Masinissa, flexis subito equis, in pug-
nam rediit*] Mog. ed. *versis subito equis.*
Modius. Ita non illa tantum, quam
Modius laudat, ed., sed et omnes aliæ
ante Aldum, qui *flexis* substituit. Ejus

autem lectionem firmant omnes præ-
ter Ber. codd. Præterea *redit* Lov.
4. Harl. et Hav. Vide ad xxxvi.
35. § 2.

§ 15 *Mille ferme, qui primi agminis
fuerant*] Etiam legi posset *qui prioris
agminis fuerant.* Nam codex scriptus
habet *qui prius agminis fuerant.* Rhe-
nan. Cum errante cod. Rhenani er-
rat et Harl. Reliqui omnes *primi ag-
minis.* Ceterum *Mille fere* Flor. Lov.
5. Gaertn. et Hav. Vide ad xxxvii.
38. § 5.

Quibus haud facilis receptus fuit] De-
erat hic *ut* particula, quam de postli-
minio reduximus in contextum: *ut
quibus haud facilis receptus fuit.* Rhe-
nan. Quamvis vocula *ut* omittatur
in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. et
Hav. puto tamen eam recte hic a
Rhenano restitutam esse. Vide ad
xlv. 18. § 8. Deinde *haud facilis de-
reptus* Put. ut Sallierius monuit, et
Flor. verum in posteriori a manu al-
tera emendatur *receptus.*

§ 16 *Effuse fugientes per triginta
millia passuum victores secuti*] Vet. lib.
per tria millia. Sigon. Egregia vero
et digna quæ inemoretur in perse-
quendo constantia, si eques victor
victam partem fugientem per tria
millia passuum insequatur! Commu-
nico tecum, lector, in Voss. Gud.
Cantabr. exstare *per XXX. millia.*
Jac. Gron. Non est verosimile, Ma-
sinissam, quem portis obequitasse et
sensim cessisse dicit, eos ad triginta
millia passuum ab urbe abstraxisse.
Duk. *Per tria millia* apud me in Ber.
a m. sec. et Hav. exstat: *per X. millia*
habent Lov. 3. Rec. Gaertn. et Hear-
nii D. ac L. 1. *per XXX.* vel *per tri-
ginta millia* non tantum reliqui mei,
et Hearnii N. verum idem et in Pu-
tean. superesse Sallierius monuit.
Codd. tamen præstantissimorum aucto-
ritate in contextum recipere ausus
non sum, quia triginta millia passuum
mihi æque ac Crevierio credibilem
persequendi modum excedere viden-

tur. Adde quæ Dnkerus notat.

§ 17 *Inter eos satis constabant*] Scripsimus *constabat*. Id quod in ed. Romana et ea, quam Colonia Agrippina dedit, legitur. *Rhenan*. Immo *constabat* omnes, quas vidi, edd. et membranæ. Vox *satis* deficit in Lov. 5. Tum *non minus ducentis Karth. equitibus fuisse*, pro *ducentos equites*, Lov. 4. Male. Vide ad III. 64. § 10. et x. 37. § 3.

CAP. XXXV. § 1 *Ad prædam alteram repetendam sese venisse*] Accusativus *repetendam* non est in volumine scripto: subauditur *is*, aut similis potius, puta 'vehendam.' Nam præcessit 'quæ prædam in Siciliam vexerant.' *Rhenan*. Vitio exscriptorum omissum est in Pal. 3. *τὸ repetendam*: quod tamen temere Rhenanus in *vehendam* transmutandum censet. Gebh. Immo Rhenanus *repetendam* debebat, et *vehendam* subintelligebat. Ceterum *repetendam* abest etiam a Lov. 1. 2. et Voss. *alterum repetendam* ab Harl.

§ 2 *Duos eodem nomine Karthaginensium duces, &c.*] Hinc factum est, ut Appianus alterum horum *Annonem*, alterum *Magonem* vocet. *Signon*. *Duos eodem nomine Hannones Karthag. duces Hearnii* L. 1. *Duos enim nomine* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et 5.

Captum Hannonem tradunt] Vet. lib. *captum etiam Annonem*. *Signon*. Ut *Signonius*, omnes Gall. Voss. optimusque Pal. Andreasque, et Aldina, *captum etiam Hannonem*. J. F. Gron. *Etiam* exsulat a solo Harl. quam vocem servant non tantum reliqui codd. cum Hearnii N. verum etiam omnes edd. usque ad Froben. 1535.

§ 3 *Prout cuiusque opera fuerat, et ante omnes*] Antiq. lectio *quorum opera fuerant*. Quid si legas *quorum opera fusi erant*? Rhenan. Tnetur recte hanc lectionem Pal. 2. Nam in primo exiguo errore scriptum est *fuerant*. Pal. 3. exhibet *quorum opera fuerat*: nude inepte conjicit Rhenanus *quorum opera fusi erant*. Gebh. Gall. et Voss.

prout cuiusque opera fuerat, ante omnes Musinissam, posteriore copulativa deleta. Nugax Rhenani codex *quorum opera fuerant*: unde prava conjectura ejusdem *quorum opera fusi erant*. J. F. Gron. *Quorum opera fuerant* etiam Harl. iterum suffragatus Rhenani codici; adversus cuius conjecturam recte viri docti vulgatum defenderunt. Reliqui codd. nihil etiam mutant, nisi quod *fuerant* sit in Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. a m. sec. et Gaertn. Mox *τὸ et non tantum* ignorant Hearnii Oxonn. sed et mei, præter Harl. Ber. et Gaertn.

§ 4 *Firmo præsidio Salæræ inposito*] *Salacæ* Put. ut Gronov. monuit ad cap. præc. § 6. Nec aliter Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hearnii N. *Salacie* Harl. et Lov. 4. *Salatiæ* Hav. et Hearnii L. 1. *Salate* Lov. 5. *Salete* Gaertn. *Salece* Ber.

Vicisque expugnatis] Vide Gronov. Obs. II. 20. in fine. *Duk*.

§ 5 *Magnam vim hominum et pecoris*] *Magnum hominum*, media voce omissa, Flor. Lov. 2. et Voss. qui in margine habet *magnum numerum hominum*, consentiente in contextu Lov. 1. quæ lectio ex glossa interpretis nata est. Vide etiam ad xxxviii. 20. § 1. *Magnam hominum et pecoris vim* Hav. *magnum hominum et pecoris numerum* Lov. 5.

Gravesque iterum hostium spoliis naves dimittit] Put. et Voss. *hostilibus*. J. F. Gron. *Hostilibus spoliis* etiam Flor. Lov. 1. 2. 5. Hav. Brancal. Latinii, et omnes Crevierii: quorum auctoritate huic lectioni locum in contextu dedi. Vide ad Ep. Liv. lib. LXXVI. Deinde *onerarias naves* Brancal. Latinii, addita priori voce, quæ forte repetita est ex c. 29. vel ex glossa inrepsit. Mox § seq. *τὰ parvis populationibus* desunt in Voss. Lov. 1. et Hav. *parvis populationibusque* in Flor. Lov. 5. et Hearnii N. quæ tamen potius culpa scribarum excidisse videntur.

§ 6 *Sedem ad cetera exsequenda ha-*

berent] Lib. iv. cap. 31. 'Consultare inde principes duorum populorum, Veios, an Fidenas, sedem belli caperent. Fidenæ visæ opportuniore.' Sueton. Gal. cap. 10. 'In munitione oppidi, quod sedem belli delegerat.' 'Arcem' etiam vocat Livius xxviii. 3. et xxxiii. 14. Vide Casaub. ad Polyb. i. 18. Duk.

§ 7 *Ad imminetent prope ipsis mœnibus tumultum est admotus*] Castigavimus ab imminente prope ipsis mœnibus tumulto est admotus. Siquidem huiusmodi lectionem habet exemplar vetus. Et quid opus fuit mutare, quod est elegantissime dictum? Non intellexit virtutem præpositionis ab, quisquis is fuit, qui id ausus est. Rhenan. Priorem lectionem tumentur Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. a m. sec. Gaertn. Hav. et Hafn. Non displicet tamen Rhenani emendatio, quæ doctior est, quam ut a librariis in codicem ejus invecta videri possit. Locutio ipsa inlustratur ad xxxi. 24. § 8. Paulo ante abluitur, pro adluitur, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. et Gaertn. Sed vide ad xxvi. 44. § 8.

§ 8 *Tormentum machinasque etiam advexerat secum, et ex Sicilia missa cum comœntu erant, et nova*] Temere et particula versa fuit in etiam, machinasque etiam adv. secum; quum Livius scripserit (sic enim solet) machinasque et adv. secum, et ex Sic. cum com. missæ erant. Rhenan. Et hic Rhenani codex malam manum passus. Tu restituere ex Put. popularibusque ejus, et Voss. et ex Sic. missa cum comœntibus erant, et nova. Etsi propius est machinas, tamen ntrique junctim aptius respondent neutra. J. F. Gron. Unus Ber. etiam servat: alii omnes Rhenano ad stipulantur, ac legunt et. Vide ad Livii xxii. 47. § 9. Deinde missa et nova omnes nostri; nisi quod pro ultima voce de novo sit in Lov. 3. quod ne Latium quidem esse, observat Voss. de Vitiis Sermon. ix. 3. Recte autem missa et nova Gronov. revoca-

vit. Supra xxvi. 34. 'Signa statu- asque æneas, quæ capta de hostibus dicerentur:' ubi vide. Deinde cum comœntu Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Gronov. Livius tamen sæpissime hac voce uti maluit numero plurali, ut Gronov. restituit. Vide ad ix. 15. § 3. Tandem missa cum comœntu alio ordine, quam Rhenanus voluit, omnes nostri, exceptis Harl. et Ber.

§ 9 *Desiderio indigentium auxilii tardius cuncta movebantur*] Auxilii tardius cuncta Flor. a m. pr. auxilio a m. sec. auxilia tardius cuncta movebantur Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. Sed vulgatum non tentandum.

§ 10 *Hasdrubal, intentissima conquestione, &c. confecisset*] In veteri volumine est effecisset. Rhenan. Non sustulit, sed addidit vitium Rhenanus. Etenim Put. Reg. Men. Voss. confecisset. Auctor de B. Gall. viii. 23. 'Nocte insequenti legati responsa ad suos referunt, obsides conficiunt:' quos nempe Cæsari daturus se promiserant. Sed inquisitione mendum est postremarum edd.: nam superiores cum antiquis et Mss. conquestione, qua voce frequenter hac in re Livius utitur. J. F. Gron. Inquisitione, quod primum adparnit in ultima ed. Gruteri, non nisi in Harl. et Ber. exstat, aliis omnibus invitis, qui conquestione tumentur. 'Conquisitio,' 'conquisitor,' et 'conquirere' in hac re nsitata sunt apud Livium vocabula. Lib. xxi. c. 11. 'Delectus acerbitate consternati, defectis conquestoribus, metum defectionis quum præbuisent.' c. 21. 'Conquestoribus in civitates missis, quatuor milia conscripta delectæ juventutis.' xxiii. 32. 'In Piceno agro conquestionem militum haberet.' xxv. 3. 'Conquestionem ingenuorum per agros habuerunt.' c. 22. 'Desertores de exercitu volonum conquirerent,' Eod. cap. 'Edixit, ut conquestio volonum fieret.' xxvii. 11. 'Magnum

præterea numerum eorum conquisi-
verunt, qui equo publico merere de-
berent.' xxix. 34. 'Ut per conqui-
sitionem numerum equitum augeter.'
xxx. 7. 'Quatuor millia Celtibero-
rum ab conquistatoribus suis conduc-
ta.' Similiter peccabatur hoc lib.
c. 18. § 6. Vox autem *intentissima*
perperam deest in Hearnii N. Tum
tria millia equitum addita media voce,
Lov. 3. et Harl. Verum ea non in-
digemus. Vide ad xxxi. 34. § 7.
Denique *effecisset*, quod Rhenanus
probabat, firmat Harl. idque inlus-
travit Gronov. ad xxiii. 25. § 6. Id
tamen impedire non debet, quo mi-
nus cum eodem Gronovio ceteris li-
bris scriptis meis, et Hearnii N. *con-
fecisset* scribi iubentibus, pareamus.
Ea vox illo sensu usurpatur x. 38.
'Eis dictum, ut vir virum legeret,
donec sexdecim millium numerum
confecissent.' xxiii. 41. 'Duo et vi-
ginti millia peditum, mille equites
confecit.' Ita et 'conficere pecuni-
am,' de quo vide ad xxxviii. 14.
§ 10.

§ 12 *Quorum adventus hoc tamen mo-
menti fecit*] *Hoc tum momenti fecit*
Flor. a m. pr. sollemni aberratione li-
brariorum. Vide ad xxii. 59. § 13.
Hoc tantum momenti Flor. a m. sec.
Lov. 4. et Branc. Latini. Hæc eti-
am vocabula a scribis commutari, vi-
ditur ad ix. 12. § 16. *Hoc tum mo-
menti fecit* Hearnii L. 1. Verum illæ
quocumque voculæ in Mss. confundun-
tur. Vide ad xxii. 17. § 5. Vulga-
tum servabat, sed *tamen* pro *tantum*
poni putabat Freinsh. ad Flori iii. 5.
25. At vide quæ ad eundem locum
notavit Dukerus. Mihi certe *tamen*
hic eodem modo adhiberi videtur,
quo docuit Gronov. ad xxiii. 19.
§ 12. Vide etiam ad xxxvii. 25.
§ 11.

*Nequidquam omnia experiens obs-
disset Uticam*] Mog. ed. *nequidquam*
omnia experiendo, quomodo amat lo-
qui Livius, *Modius*. Ita etiam Ven.

1495. et 1506. cum Ascens. edd.
1510. 1513. et 1516. Sed omnes mem-
branæ stant pro vulgato, nisi quod
expediens perperam oberant Lov. 4.
et Harl. In his verbis interdum li-
brarios lapsos esse, docuit N. Heins.
ad Ovidii Rem. Am. 440.

Abscederet inde irrito incepto] Quid
si legamus *abs. inde irrito cepto* :
quando codex Spirensis habet *abs-
cederet inderito incepto*. Rhenan. At
quanto verius videri potest scribam
aberrasse? Certe nulli e nostris ali-
quid mutant, et Livius hac formula
sæpissime usus est. Vide ad xxiv.
19. § 7.

*Etenim hiems instabat castra hiber-
na*] Sic emendavimus et distinximus :
*et (jam enim hiems instabat) castra hi-
berna, &c. communit*. Rhenan. Pal. 1.
etiam enim hiems instabat. Pal. 2. *ete-
nim*. Pal. 3. *et jam hiems instabat*. Gebh.
Et̄m hiems Gaertn. *etenim hiems* Ber.
Hav. et Lov. 4. *et cum enim hiems* Lov.
5. *et jam enim hiems* Flor. Voss. Lov.
1. 2. 3. et Harl. quam lectionem ex
mente Rhenani reduxi. Editio Fro-
benii 1535. quæ plerumque ejus e-
mendationem in contextum recipere
solet, hic, eodem invito, edidit *absce-
deret inde irrito incepto : jam enim*
hyems instabat : castra hyberna.

§ 13 *Castra hiberna in promontorio*
Hunc locum, quod Scipio hic hiberna
munierit, 'Cornelia' vel 'Corneliana
castra' postea vocatum esse, recte
monuit Clericus. Eo nomine sæpe
apud scriptores memorari, patet ex
Cellarii Geogr. Antiq. iv. 4. 101.
Memorantur autem hic 'castra hi-
berna,' quæ plerumque Livio 'hiber-
na,' quemadmodum contra alibi 'æsti-
va,' non 'castra æstiva,' vocantur.
Vide ad xxxiv. 13. § 2.

*In aliquantum maris spatium exten-
ditur*] Pal. 3. omisso τῶν spatium, le-
git *in aliquantum maris extenditur*.
Gebh. Sphalma est librarii. Certe
ex meis nullus adsentitur.

Uno vallo et navaliū castra amplec-

titur] Exemplar vetustum habet et *navalia castra*. Rhenan. *Navalia* Rhenanus, pro *navalium*; quod vindicant Put. Reg. Men. Voss. Verum videtur esse Petaviani et *navalia et castra*. J. F. Gron. Et *navalium castra* omnes mei præter unum Harl. qui Rhenano subfragatur, et *navalia castra* legens. Ea autem scriptura firmatur auctoritate Livii xxx. 9. 'Forsitan etiam *navalia castra* relicta cum *levi præsidio obpressuros*.' Cæsar Bell. Gall. v. 22. 'Imperat, ut *castra navalia* de improviso adoriantur.' Præterea in hac Rhenani emendatione idem est sensus, atque in lectione Gronovii, *castra navalia* amplexus est eodem vallo, quo scilicet amplexus est hiberna, quorum modo meminit. Si quis nihilominus cum Gronov. scripturam Pet. præferre malit, non equidem adversabor.

§ 14 *In litus ad septentrionem versus subductæ naves*] Hic locus misere fuit interpolatus, addita præpositione *in*, propterea quod librarius in fine dictionem *equitatus* omisisset. Nos id vocabuli reposuimus, *in* præpositione submota, et verbis sic distinctis: *litus ad sept. versus subductæ naves navalesque socii tenebant: mer. vallem, ad alt. litus devexam, equitatus*: subaudi 'tenebat.' Rhenan. Mog. ed. *ad sept. versus*. Modius. Pro *litus*, Pall. tres *latus* continent: *jugo medio leg. castris impositis latus ad sept. versus*. Gebh. Omnes Gall. et Pall. cum Voss. *latus ad sept. versus*: deinde *meridianam vallem ad alterum latus, vel litus*: desunt autem *devexam* et *equitatus*. Latet aliquid. An *meridianam vallem auxilia et equitatus*? J. F. Gron. Gronovii codicibus suos L. 1. et N. consentire, Hearnii auctor est: Crevier. etiam suos utrobique *latus*, pro *litus*, exhibere testatur; utramque tamen lectionem commodum sensum recipere. Utrouque loco *latus* ex meis exhibent Voss. et Lov. 1. priori tantum Flor. et Lov. 4. sed tantum

posteriori Lov. 2. Eæ vero voces etiam confunduntur ad xxii. 19. § 12. Deinde *meridianam vallem* Lov. 2. Sed recte Salmasius, Vossius, Cellarius, et alii hanc vocem inter barbaras retulerunt; frustra eam defendente Fahrett. in Apologem. pag. 52. Neque placet *meridianam* Rhenani: omnes enim reliqui mei *meridianam*: qua voce etiam Livius utitur xxxviii. 20. 'Animadvertit, *meridiana* regione terrenos et placide adclivos colles esse.' Et 'tempus *meridianum*' xxxi. 41. et xl. 47. Præterea *devexam equitatus* ignorat Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. solam vocem *equitatus* Ber. et Gaertn.

CAP. XXXVI. § 1 *Ab T. Claudio prætor] Pal. 1. a Ti. Claudio*. Gebh. *Ab Ti. Claudio* Flor. et alii. Similiter etiam edidit Sigonius: præter quem omnes edd. usque ad Gronovianam 1665. *ab T. Claudio* perperam præferunt. Vide ad xl. 44. § 12.

§ 2 *Horraque non solum ea, quæ jam facta erant*] Omnes Gall. et Voss. abolent *ea*. J. F. Gron. Præter Harl. et Ber. omnes etiam mei idem pronomen expellunt. Consentiant Hearnii Oxonn.

Comparari aut mitti posset] Castigavimus *comparari ac mitti posset*. Rhenan. *Aut mitti* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N. Sed recte cum Rhenano faciunt Flor. Lov. 4. et Harl. *Mox eaque est haud segniter curata res* Lov. 2.

§ 3 *Mille ducentæ togæ brevi spatio*] Pal. 3. *perbrevis spatio*. Gebhard. Ea voce utitur Livius xxxviii. 35. 'Satis sperare, perbrevis ævi Karthaginem esse.' Hic tamen omnes nunc vulgatum tumentur. At mox *et duodecim milia tunicarum*, addita conjunctione, Flor. Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. 1535. quod iterum Livio restitui.

§ 4 *In agro Crotonensi*] Debet esse *in agro Crotoniensi*. Rhenan. Hanc scripturam potius, quam *Crotonensi*,

libros scriptos confirmare, notat Gronov. ad xxviii. 26. § 1. Adde Sigon. ad Livii xxii. 61. § 12. Miror itaque eum hic cum reliquis editoribus *Crotone*nsi edidisse, quum lib. xxii. alteram scripturam secutus sit. Codd. partim huic, partim illi lectioni favent.

§ 5 *Ad mille et ducentos, &c. interfectis, in castra trepidi rediere*] Scripti *mille et ducenti de exercitu consulis interfecti: in castra trepide reditum*. J. F. Gron. *Ad mille et ducentis, &c. interfectis, in castra trepide rediere* Rec. *ad mille et CC. &c. interfectis, in castra trepide reditum* Gaertn. *ad mille et CC. &c. interfecti: in castra trepidi rediere* Ber. *ad mille et CC. vel ducenti, &c. interfecti: in castra trepide reditum* Voss. Lov. 4. et Hav. idque voluisse videtur librarius Flor. sed cuius manus aberrans dedit a mille; quod non melius manus altera mutavit in *ac mille*. Horum autem codd. scripturam recepi. Vide ad x. 17. § 8.

§ 6 *Neque obpugnare tamen ea hostes ausi*] Pal. 3. *Neque opp. ea tum hostes ausi*. Gebh. *Neque oppugnare tum ea* Ber. Vide ad xxii. 17. § 5. *Mox copias junxit, pro conjunxit*, Flor.

§ 7 *Pæno recens victoria animos fuceret*] Pal. 1. *recens victoria animo esset*. Gebhard. Elegantius Put. Reg. Men. Voss. optimus Pal. *victoria animo esset*. Neque dubitem pro vero adserere. Sic Plautus Mercat. ii. 3. 12. 'Nec, quid corde nunc consilii capere possim, scio: tantus cum cura meo est error animo.' J. F. Gronov. His verbis adolescens apud Plautum significat se plane incertum consilii esse. Ex iis quæ ad xxxi. 18. ubi hæc emendationem repetit, et pro eo, quod ibi vulgatur, *mihî quoque in animo est facere, ut, &c.* ex Mss. legit *mihî quoque animo est*, nihil aliud colligere possum, quam virum summum voluisse docere *animo est* probe dici,

pro *in animo est*. Hoc non magis quisquam negabit, quam *animo habere* itidem recte dici, de quo ad xliv. 22. agit. Sed fateor me non intelligere, quomodo loca Plauti et Livii xxxi. 18. ad explicandam sententiam verborum, quæ hic cum libris Gronovii duo Hearniani exhibent, adhiberi possint. Ea ubique vel id, quod in aliis est, vel aliud aliquid huiusmodi postulanti. *Dnk. Animo esset* etiam Flor. plures Lov. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod etiam Doujatius probavit, et eadem forma dictum monuit, quia 'cordi esse' dicitur: quod omnino verum non videtur. Si enim locutio hæc admittenda est, *animo* casu sexto positum puto per ellipsin præpositionis pro *in animo*: atque illa *animo*, vel *in animo esse* dicuntur, quorum meminimus. Ita sensus Livii erit, ideo nullam moram dimicandi factam esse; quia consilii meminerat vires sibi duplicatas esse, Pænus se nuper victoriam reportasse. Non displicet tamen *animos fuceret*, quod tuentur Lovel. 4. Harl. Rec. Gaertn. et Ber. Sæpius autem Livium locutionem 'animos facere' hoc sensu usurpasse, ipse Gronov. docuit ad xxii. 26. § 1. Verum quum Gronov. alteram lectionem ex optimorum codd. fide adoptarit, eam mutare nolui, satis habens sententiam dixisse. Paulo ante *redeunt* Lov. 5. *rediere* Harl. Deinde *mora dimicandi facta*, omisso verbo substantivo, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *mora dimicandi est facta* Gaertn. Tandem *consuli et duplicatae*, addita particula, Flor. Voss. et Lov. 1. 3. ac 5.

§ 9 *Fusi ac fugati Pæni: supra quatuor millia armatorum cæsa*] *Supra XL.* vel *supra quadraginta millia*, ultra fidem aucto numero, Flor. Lov. 1. Voss. Hav. et Hearnii N. *supra VII. armatorum* Lov. 2. *Fusi ac fugati Pæni sunt. X. millia armatorum* Hearnii L. 1.

Paullo minus trecenti vivi capti, et

equi quadraginta] Lectio vetus paulo minus trecenti viri capti, equi quinquaginta. Rhenan. Et captivorum et equorum numerus pro occisorum numero quibusdam nimis parvus videtur. *Glar.* Pall. 2. ac 3. *equi L.* vetus ed. et *equi quadraginta.* Gebh. Omnes viri capti, et equi. Delevit copulativam Rhenanus. *J. F. Gron.* Codici Rhenani adstipulatur Harl. et *equi L.* Lov. 4. et *equi quadraginta* reliqui omnes, cum Hearnii L. 1. et N. Frobenius an. 1535. non per omnia Rhenani lectionem expressit. Copulativam enim expunxit, τὸ quadraginta retinuit, quæ lectio in nullo est codice.

Crotonem exercitum reduxit] Scripsimus *Annibal Crot. ex. abduxit.* Rhenan. Mog. ed. *Crot. ex. reduxit.* Modins. Pall. 1. 2. *reduxit.* Pal. 3. *abduxit.* Gebh. *Adduxit* Lov. 4. *abduxit* Harl. *reduxit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii N. Nondum tamen *abduxit* damnare audeo. Vide ad xxvii. 29. § 1.

§ 10 *M. Cornelius consul altera parte Italiae*] Vet. lib. in altera parte. Sigon. Pall. duo in altera parte Italiae. Gebh. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. libri Crevierii omnes, et edd. ante Froben. qui an. 1535. præpositionem omisit. Prænomen etiam Cornelii *M.* neglegunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii N. miles Cornelius consul ridiculo errore Harl.

Terrore Etruriam continuit] Scripti continet. *J. F. Gronovius.* *Etruriam circumiecit* Gaertn. *Etruriam continuit* Harl. et Ber. continet *Etruriam* Lov. 5. *Etruriam continet* ceteri codd. mei, cum Hearnii L. 1. et N.

§ 11 *Primo præsentibus condemnati*] Omnes etiam cum Aldina *primo præsentibus erant cond.* Andreas aliæque antiquiores *primo erant præsentibus condemnati.* Recentissimæ verbum substantivum omiserunt. Forte scribendum *præsentibus sunt condemnati.* *J. F.*

Gronov. *Erant præsentibus condemnati* cum antiquioribus edd. multisque post Aldinam legit Ber. *præsentibus erant condemnati* Florent. Voss. Lov. quinque, Gaertn. Hav. et omnes Crevierii. Tò erat demum ed. Gronteri ultima omisit, quod recte Crevierius revocavit.

§ 12 *Conscientia sibi ipsi exsilium consciscentes, quum absentes damnati essent*] Quatuor istæ voces, *quum absentes damnati essent*, sine damno sententiæ tolli poterant. Videntur adjecta ab interprete aliquo. *Grut.* Put. *sibi ipsi exsilium consciscentes.* *J. F. Gron.* Puto eos designari, quorum crimen, quod non palam cum Magone de defectione ab Romanis egerant, occultius erat, quam ut certis iudiciis acensari et condemnari possent. *Duk.* *Sibi ipsi*, invitis omnibus scriptis et edd. dedit Clericus. Vide ad ii. 19. § 5. Deinde *exsilium consciscentes* Lov. 5. et Flor. a m. pr. *conscientes* idem a m. sec. et Hav. Vide ad xxxiii. 49. § 2. De locutione 'consciscere exsilium' vide ad v. 53. § 5. Voces autem *quum absentes damnati essent* in omnibus omnino libris supersunt.

Bona tantum, quæ publicari poterant, pignoranda pænæ præbebant] Vitiose Pal. 3. *bona ea, quæ cum publ. poterant, pignora pænæ poterant.* Gebh. Vide Budæum ad l. 34. D. de Pignoribus. *Duk.* Gronov. prima ed. nott. conjecerat *bona tamen*, quod repetitis curis omisit. Harl. hic legit *bona tamen tum, quæ publicari.* Verum tamen et tum duplicem lectionem puto a librario junctam. Earum altera per compendium *tū*, altera *tū* scribi solet, quod utrumque facile commutari potuit cum *tū*, sive *tamen*. Vide ad cap. præc. § 12. Deinde *bona, &c. pignora* Harl. Sed vide quæ de hac locutione dicta sunt ad vi. 35. § 2. *Pignora* Lov. 2. 4. 5. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. Vide ad iii. 38. § 12.

CAP. XXXVII. § 1 *M. Livius et C. Claudius senatum recitarunt*] Omnes Gall. *recitaverunt*. J. F. Gron. Solus Ber. *recitarunt*. Lov. 3. et Gaertn. *citaverunt*. Reliqui mei cum Hearnii Oxonn. *recitaverunt*. Sæpe quidem Livius hæc et similia tempora contracte proferre solitus est. Vide ad XXI. 44. § 7. Ubi tamen optimi codd. eum aliud voluisse arguunt, librario- rum somnia merito rejicimus. Vide ad VI. 15. § 11. VIII. 18. § 13. XXXI. 50. § 7. XXXIV. 32. § 2. et alibi.

Princeps iterum delectus Q. Fabius Maximus] *Reposuimus lectus, pro delectus*. Rhenan. Pall. 1. 2. et vet. ed. *delectus*. Sed probatur quum aliis, tum mihi vulgata lectio. Supra XXVII. 11. ‘*Lecturumque Q. Fabium Maximum, quem tum principem Romanæ civitatis esse, vel Annibale iudice victurus esset.*’ *Gebh. Dilectus* Flor. *delectus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Sed recte *lectus* Lov. 3. et Harl.

§ 2 *Viam e foro Boario et ædem Veneris circa foros publicos*] Quidam legunt *et ad ædem*; alii conjunctionem *et* tollunt; alii, quod probò, *ad Veneris* legunt. Verum id ei facile erat, qui Romam vidisset eo tempore, vere emendare: nobis conjectandum tantum. Porro ‘*fori publici*’ qui sint, vix definire queo, cum I. 35. in Tarquinio Prisco fori in maximo describantur circo. ‘*Loca*’ (inquit) ‘*divisa Patribus equitibusque, nbi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati.*’ *Glar.* Cur ‘*fori*’ in circo maximo, de quibus dixit Liv. lib. I. c. 35. et 56. ‘*publici,*’ quo nomine eos hic et XLV. I. appellat, dicti fuerint, exponunt Salmas. ad Solin. p. 646. et Grævius in Prolegom. tom. IX. Thes. Antiq. Rom. Quæ fuerit ‘*via circa foros publicos,*’ quam hi censores faciendam locaverunt, non docent. Fortassis fuit illa, de qua XLV. I. scribit, (Consul) ‘*quum per circum reveheretur ad foros publicos.*’ *Duk. E foro*

Boario Flor. Voss. et Lov. 1. 2. ac 4. Vide ad XXXV. 40. § 8. Deinde *et ad Veneris circa foros publicos* Flor. Voss. Lov. 4. Gaertn. et Ber. a m. pr. cum edd. antiqq. et Hearnii N. *et ad Veneris et circa foros publicos* Lov. 1. et 3. *et ad Veneris et circa foros publicas* Lov. 2. *ad Veneris circa foros publicos* Lov. 5. *viam et foros publicos*, reliquis omisis, Harl. *et ad ædem Veneris circa foros publicos* Ber. a m. sec. *ædem Veneris circa foros publicos* Hav.

§ 3 *Vectigal etiam novum ex salaria annona statuerunt*] De hoc vectigali et quorundam circa id erroribus vide Burmann. de Vectigal. Pop. Rom. c. 6.

Sextante sal et Romæ et per totam Italiam erat] Difficultatem hic habet sermo, num salis modium pro vectigali sextantem solvisse intelligere debeamus. Nam sextante vniisse, vix verisimile videtur. Deinde hoc etiam perpendendum lectori, si Romæ pretio eodem, pluris autem foris præbendum locaverint, quomodo tribus Romanas maxime inde oneratas intelligamus, quod mox subnectit author. *Glar.* Sal pro certa mensura salis dicit, ut Cic. Verr. III. 83. et seqq. sine discrimine ‘*frumentum, triticum est binis ternis H-s,*’ et ‘*modius frumenti, tritici est binis ternis H-s.*’ Livius quoque XXXI. 4. ‘*Frumenti vim ingentem quateruis æris populo diviserunt:*’ et ibid. c. 50. ‘*Frumenti vim magnam binis æris in modios populo diviserunt.*’ Cassius ad Cic. Famil. XII. 13. ‘*Ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam est.*’ De ‘*sextante*’ agit Gronov. de Pec. Vet. IV. 12. *Duk.* Vox *sextante* non capienda est de vectigali salis, sed de ejus pretio. Livius enim censores ‘*novum vectigal,*’ antea nempe ignotum, statuisse dicit: ante quod inventum sal ‘*erat sextante,*’ id est, sextante erat venale. Vide Gronov. de Pec. Vet. IV. 1. p. 261.

§ 4 *Quod iniquo iudicio quondam dam-*

nulus esset] *Iniquo in iudicio Flor. in quo iudicio Lovel. 4. Deinde iudicio quo damnatus esset Lov. 1. 2. 5. iudicio condemnatus Hav. et Brancal. Latinii. Paulo ante Id vectigulis Lov. 4.*

*Et in pretio salis maxime oneratas tribus, quarum opera] Facile intelligi potest pretium salis, novo imposito vectigali, non idem, quod ante, esse potuisse. Sed quomodo fieri potuerit, ut aliae tribus magis, aliae minus, in eo oneratae fuerint, ex his quae hic scribuntur, non perspicio, et ab iis qui plus vident, discere cupio. M. Livius a xxxiv. tribubus damnatus fuerat: sola Mæcia eum non condemnauerat, neque condemnatum aut consulens iterum, aut censorem fecerat. Post vectigal ex salaria annonae statutum Romæ vetus pretium (ita enim accipienda puto verba *pretio eodem*) salis, ut sextante esset, relictum, extra eam varie auctum est. Jam quum ex omnibus tribubus alii cives Romæ habitarent, alii per fora et conciliabula, aliaque loca Italiae, in quibus censores alio atque alio pretio salem præbendum locasse dicit Livius, sparsi essent, mihi non apparet, qua ratione tribus, quarum opera M. Livius damnatus erat, in *pretio salis maxime*, aut magis quam Mæcia, onerari potuerint. Nam, si sal deinde eodem pretio, quo ante institutum hoc vectigal, Romæ præbitus fuit, qui ex xxxiv. tribubus in Urbe degebant, in eo non magis onerati fuerunt, quam qui ex Mæcia; nec, qui ex Mæcia extra illam in foris et conciliabulis aliisque Italiae locis, minus quam illi. *Duk.* Vocula et non adparet in Flor. Voss. Lov. 2. 5. et Hav. quæ ex eisdem videtur ob ultimas literas vocis præced. Vide ad xxxv. 41. § 7. Mox *Salinator Livio inditum cognomen*, pro *Salinatori*, Flor. et Lov. 5. Male. Vide ad 1. 1. § 5. *Corruptius Salinator Livio indictum cognomen* Lov. 3. et Hav. Vide ad 111. 65. § 4.*

§ 5 *Lustrum conditum serius] Cen-*
Delph. et Var. Clus.

suram post legem Mam. Æmili annuam et semestrem fuisse, nemo nescit. Lustrum conditum peractis omnibus, quæ censorum muneris erant, itidem constat ex multis locis Livii, quibus post relata ea quæ censores in magistratu gesserant, altero anno, quam creati erant, lustrum conditum memorat. Vide l. xxvii. capp. 11. 36. xxxiv. 44. xxxv. 9. xxxvii. 58. xxxviii. 36. xli. 27. xlii. 10. Quid ergo est, quod his censoribus ‘lustrum serius conditum’ scribit? An hoc significat, eos ultra tempus lege finitum censuram gessisse? Ita sane videtur ob causam quam dicit: nam octodecim mensium, vel pauciorum, si non statim inito magistratu per provincias dimiserunt, spatium angustius fuisse videtur, quam ut eo numerus civium, qui in exercitibus erat, iniri ac referri potuerit. Nam et hoc extraordinarium fuisse argumento est, quod neque nunquam ante hoc tempus id factum, ni valde fallor, prodit Livius, quodque et superiore lustro, et eo, quod a. 101x. conditum est, longe fuit minor civium censorum numerus, xxvii. 36. et xxxv. 9. ubi, vulgatam scripturam tventibus Mss. non est, quod cum Pighio ad a. 101x. numeros corruptos suspicemur. Nec tamen, si ita, ut dixi, accipienda sunt hæc verba, *Lustrum conditum serius*, censores hi aliter, quam ex auctoritate publica, ultra legitimum tempus in magistratu esse potuerunt: quod etsi non tradit Livius, tamen et res ipsa docet, et ex iis quæ xlv. 15. scribit, colligi potest: ‘Petentibus (censoribus) ut ex instituto ad sarta tecta exigenda et ad opera, quæ locassent, probanda anni et bimensis tempus prorogaretur, Cn. Tremellius tribunus, quia lectus non erat in senatum, intercessit.’ Pighius ad a. 10cxxxiv. eos hoc ‘a senatu’ petiisse scribit. Hoc non dicit Livius, et non sine ratione dubitari potest, an ea potestas sena-

Livius.

29 U

tus fuerit. Potuerunt tamen hoc a senatu petere, sed ita, ut senatus cum tribunis ageret, ut de ea re ad populum ferrent. *Duk.*

Quia per provincias dimiserunt censores] Hoc ambiguum est: nam *censores* et primus et quartus casus esse potest. Posterius placuit viris doctis, qui ita scribunt: ‘Missos quidem per provincias censores scribit Liv. *xxix. 37.* Ego prius probabilius esse, et *dimiserunt* ἐλλειπτικῶς dici, ut *σᾶπε*, v. g. ‘certos,’ ‘nonnullos,’ puto. Liv. *x. 29.* ‘Fabius, dimissis ad quærendum collegæ corpus.’ Et *xxxv. 13.* ‘Nabis extemplo circa omnes vicus maritimos dimisit ad seditiones in iis miscendas.’ Sic ‘mittere’ et ‘præmittere’ *xxvi. 8. xxvii. 43. xxxv. 6.* et alibi. Nec opus est pluribus in re nota. *Duk.*

§ 6 *Censa cum iis CCXV. millia hominum]* Exemplar vetus, *Censacum iis ducenti sexaginta quinque millia hominum.* Legendum *ducenta.* Rhenan. *Ducenta et sexaginta quinque millia* Andreas, Juntas, et postea fecit Rhenanus, quum esset *ducenta quindecim millia* jam in Tarvisina. Sed hunc numerum servat Epitome. Opportune adest Sigonianus, et ibi similiter mutat. At Put. Reg. Men. Voss. *ducenta decem quatuor millia.* J. F. Gron. *Ducenta sexaginta quinque millia,* vel *CCLXV. millia* Lov. 3. 4. Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii D. *ducenta decem quatuor millia* Flor. Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii L. 1. et N. Codicum suorum duos eodem modo, duos alios *CCXIII. millia* præferre, auctor est Crevierius. Similia passim in scriptis optimis aliisque apud Livium obcurrunt. Ita ‘decem tria’ *xxxvii. 30. § 8.* et c. 46. § 3. ‘decem quatuor’ *xxviii. 38.* et *xxxiv. 10.* et c. 52. ‘decem septem’ *xxiv. 15.* ‘decem octo’ *x. 21.* Quibus locis videnda sunt quæ notantur. Rogat Crevierius, quis umquam sic locutus sit? et addit *decem quatuor* nihil aliud esse

videri, quam ludibrium imperitorum librariorum, qui notas numerorum *XIII.* quum uno verbo *quatuordecim* reddere deberent, male diviserunt in duas voces. Verum non adtendisse videtur ad locum Prisciani, ad Livii *x. 21. § 6.* laudatum, qui expresse testatur, Livium ‘frequenter sine conjunctione septemdecem et decemseptem’ dixisse. Doujatius cum Epitome malebat *ducenta quindecim millia.* Verum ibi potius *ducenta quatuordecim millia,* quem numerum optimi hoc loco codd. præferunt, legendum esse, ex omnium Mstorum et vet. edd. auctoritate docui. Mox Claudii Neronis prænomen C. omittitur in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Verum id elisum est a vocis seq. litera initiali. Vide ad *xxiv. 17. § 3.*

§ 7 *Deferentibus, &c. censoribus, censum receperunt]* Veteres libri *acceperunt.* Sic *XLIII. 15.* ‘In censu accipiendi populi.’ Sigon. Pall. tres *censum acceperunt:* vet. ed. *censum ceperunt.* Statim Pal. 3. *quantum numero militum, tantum pecunia valent.* Gebh. Omnes Gall. cum Vossiano *defer. ips. col. cens., censum acceperunt:* non *receperunt.* J. F. Gron. De censoribus coloniarum et municipiorum agunt Sigon. de Ant. Jure Ital. *ii. 4.* et 8. et Spanhem. de Præst. et Usu Numism. diss. *x. c. 2. § 2. 3.* qui et alia eo pertinentia habet in Orb. Rom. Exercit. *i. 9.* Lipsius de Milit. Rom. *i.* ex hoc loco scribit, ‘ipsos Romanos censores tandem censum in coloniis egisse.’ Id neque hic, neque c. 15. dicit Livius. *Duk.* *Censum receperunt* tantum Ber. et Gaertn. reliqui *acceperunt.* Infra *xxxix. 44.* ‘In censibus quoque accipiendis tristis et aspera in omnes ordines censura fuit.’ Voces *ipsarum coloniarum* a Gronov. additas servant etiam Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Hav. et Hearnii L. 1. At vicissim τὸ *censum* exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Mox

quantum numero militum, pecunia valerent Harl. Male. Ita enim et loquitur Livius xxxii. 15. 'Quantum arma, quantum mœnia tueri poterant.' xxxvii. 24. 'Quantum consilio, quantum auctoritate valeret.' xlii. 52. 'Quantum numero, quantum genere militum præstarent tironibus.'

§ 8 *Equitum deinde census agi cæptus est*] Pal. 2. *Eq. deinde receptus est census agi.* Gebh. *Cæptus census est agi* Harl.

Et umbo forte censores equum publicum habebant] Equites Romanos magistratu capto equites esse desiisse, eosdemque a censoribus in senatum lectos equum publicum amisisse, contra Manutium de Civit. Rom. p. 3. tom. 1. Thes. Antiq. Rom. disputant Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. ii. 3. et Grævius in Prolegom. illius tomi. Nec juvari Manutium hoc loco Livii putant, eo quod facile evenire potuerit, ut hi censores 'propter robur ætatis,' ut de iis loquitur Val. Max. ii. 7. 6. equum publicum retinuerint, et tamen senatores fuerint; aut, quod solum respondet Grævius, et mavult Sigonius, utriusque lectione censorum, sed jure magistratus in senatum venerint. Sed nihil est, unde probari possit, vel hos, vel Scipionem Asiaticum, qui, quum a. 10LXIII. consul fuisset, a. 10LXIX. equum publicum habebat, Liv. xxxix. 44. jure magistratus, non lectione censorum, in senatum venisse. Vide ad xxvii. 34. Nec ulla ratio dici potest, cur equites, qui a censoribus in senatum lecti erant, eo ipso equum publicum amiserint; qui ab iis non lecti jure magistratus in senatum venerant, eum retinere potuerint. Locus Varronis apud Gall. iii. 18. de pedariis senatoribus a Grævio citatus nihil ad hanc rem facit. Nec solus Manutius, verum etiam Gruchius aliter sensit, cujus de Comit. Romanis lib. i. c. 4. p. 605. tom. 1. Thes. Græv. hæc verba sunt: 'Nec vetabat quem-

quam senatorem esse, et in iis tamen centuriis (equitum) numerari, quæ belli causa institutæ fuerant.' Hoc verius esse puto, et, quamquam nihil definitio, tamen conjicio equites, sive a censoribus in senatum lecti fuissent, sive jure magistratus in eum venissent, equum publicum vel retinere, si per robur ætatis, ut hi censores apud Valerium Max. militare possent, vel reddere, quod Pompeium in primo consulatu fecisse scribit Plutarchus, potuisse. Sigonii sententia non alio fundamento niti potest, quam ordinem equestrem jam illo tempore in civitate Romana medium inter senatorium ac plebem, et ab utroque distinctum fuisse. Sed de eo mihi non liquet: quum in iis, quæ ad administrationem civitatis pertinebant, non solum ante, verum etiam post hoc tempus, tantum duos ordines civium 'senatum' et 'populum,' et 'Patres' ac 'plebem,' sine ulla mentione ordinis equestris, tamquam tertii, nominari, nec quemadmodum jura Patrum et plebis, sic etiam jura ordinis equestris memorari videam. Et vix puto, quemquam ante C. Gracchi et aliorum post illum leges judiciares tres ordines civium Romanorum eo sensu dixisse, quo Plinius H. N. xxxiii. 1. scribit: 'Anuli plane medium ordinem tertiumque Patribus et plebi inseruere.' Duk.

Quum ad tribum Pollium ventum est, in qua M. Livii nomen] Manut. de Civit. Rom. p. 33. et alii viri docti argumento hujus loci putant, 'cives Romanos post expletas xxxv. tribus non in centuriis, sed in sua quemque tribu censum fuisse.' Sed Livius his verbis non de censu civium, de quo jam dixerat, verum de recognitione centuriarum equestrium agit. Nam quod hic 'equitum censum agere,' id xxxvii. 28. 'equitatum recensere,' et xxxix. 44. 'equitatum recognoscere' dicit. Et solet plerumque post memoratam lectionem senatus, a qua

hic narrationem rerum a censoribus actarum orditur, de equitum recognitione et notis agere. Vide xxxvii. 11. xxxiv. 44. xxxviii. 28. xxxix. 44. xli. 27. et xlv. 15. Manutii itaque sententiæ, etiamsi eam veram esse ponamus, in hoc loco non multum præsidii est; quum neque de censu civium hic loquatur Livius, neque necessario sequatur, idem, quod in recognitione equitum, etiam in censu civium factum fuisse. *Duk.* Livii prænomen *M.* omittitur in Flor. quod reliqui constanter tenentur.

§ 9 *Sive ex residua et vetere simulate, sive intemptiva jactatione*] Pall. 2. et 3. sine copula *sive ex residua vetere simulate.* Tum Pal. 1. *sive intemptiva jactatione.* Pal. 3. *sive intemptiva jactatione.* Gebh. *Residua vetere,* copula omissa, Flor. et Harl. *sive ex residua et veteri simulate* Lov. 4. Deinde *intemptiva jactatione* Flor. *intemptiva jactatione* Lov. 1. 2. 4. et Voss. *incentiva jactatione* Ber. a m. sec. et Hav. *incentiva jactatione* Lov. 5. et Hafn.

Livium, quia populi judicio esset condemnatus] Pal. 2. *damnatus esset.* Pal. 3. *quia populi judicio damnatus, equum vendere jussit.* Gebh. *Judicio esset condemnatus* servant Ber. et Gaertn. *judicio damnatus,* medio verbo omissio, Harl. *judicio esset damnatus,* ut Gron. edidit, reliqui omnes. Præterea Livio reddidi prænomen *M.* quod est in omnibus non tantum scriptis meis, Hearnii Oxonn. et, ut Sallierius mihi confirmavit, Putean. sed etiam edd. usque ad Gruterum, ex cujus ultima demum excidit.

§ 10 *Quum ad tribum Narniensem*] Vulgati omnes libri macula deformati circumferuntur. Legitur enim *tribum Narniensem,* pro *Arniensem:* enim 'Narniensis' mentio neque in lapidibus, neque in libris ulla reperitur; *Arniensem* vero idem Livius vi. 5. et Cic. Agrar. ii. 29. nominant. Quodque firmitus est, ipsi lapidem vidimus

Vulsiniis in templi parietibus, quo in lapide integrum expressumque tribus 'Arniensis' nomen exstat: ut alios lapides omittam. *Manutius,* de Civit. Rom. p. 26. ed. Græv. in Thes. Ant. Rom. *Arniensem* putabam recentiorum vitium esse: nunc video non aliter edidisse Sigoniam, et sic in libello de Jure Civium Romanorum i. 3. p. 13. appellare. At in notis ad lib. vi. Livii c. 5. rectius monet idem *Narniensem* scribendum: ut hic quoque scripti et edd. prisæ præferunt. *J. F. Gron.* Sane *Narniensem* etiam omnes Mss. mei, et Oxonn. Hearnii, cum edd. omnibus usque ad ultimam Gruteri, quæ *Arniensem* dedit: nisi quod eadem lectio etiam in posterioribus Sigonii edd. recepta sit, quum prima *Narniensem* præferat. *Arniensem* veram scripturam esse, monui ad Epit. Liv. l. vi. et ad Liv. vi. 5. § 8. ubi plura vide. Eandem lectionem probant etiam viri docti ad Cic. Agrar. ii. 29. Pighius in Ann. Rom. ad a. MDCXIX. p. 217. et, ut Dukerus monuit, Panvin. de Civit. Rom. c. 50. p. 279.

Unius, quod falsum adversus se testimonium dixisset] Valer. Max. ii. 4. ubi de iisdem censoribus ac eorum contentione mentionem facit, priorem causam a Livio hic positam omittit, alteram narrat. Et plane ego quoque non intelligo, quodnam hoc sit falsum testimonium. *Glar.* Forsitan Nero falsum in Livium testimonium dixerit, quo tempore populi judicio damnabatur. Ceterum *adversum se* Lov. 1. Sed vide ad Epit. Liv. l. XLVII. Mox *secum* deest in Lov. 1. 2. 3. 5.

§ 11 *Itaque ibi factum certamen*] Pal. 1. *Neque factum certamen.* Pall. 2. ac 3. *Neque ibi factum certamen.* Gebh. Put. Reg. Men. Voss. optimus Pal. *Neque factum.* Dno alii Pall. *Neque ibi factum.* Fortassis, *Æque factum cert. inq. famam alt., cum suæ damno, factum est exitu censure.*

Quum in leges jurasset. J. F. Gron. *Itaque ibi factum* Lov. 3. 5. *Neque ibi factum* Harl. *Neque factum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *Factum æque certamen* Brancal. Latinii. Ad id autem, ut famæ omitendum conjiceret, Gronovius permotus esse videtur, quod 'famam' præcesserit. Eam tamen legitimam loco tentando causam non esse, præsertim invitis omnibus libris, vidimus ad 1. 3. § 9.

§ 12 *In ærarium ascendisset*] Ita Gebh. ad xxix. 11. § 5. ex Pal. 3. et Gronov. ad 11. 28. § 6. ex Pnt. scribendum monuerunt, et hic etiam in contextum recepit, quum antea ederet *adscendisset*. Quamvis autem eam lectionem in nullo meorum repererim, tantopere tamen variant, ut verbum indoctis librariis ignotum latere palam sit. *Ascendisset* in solo est Ber. *descendisset* in Harl. *projecisset* in Gaertn. *exercisset* in Lov. 1. *excessisset* in Voss. Lov. 2. 4. 5. et Menard. apud Gronov. d. 1. *æscjecisset* in Lov. 3. Hav. et Brancal. Latinii: *esceisset* in Flor. a m. pr. *esiecisset* a m. sec.

§ 13 *Nec condemnasset, neque condemnatum consullem aut censorem fecisset*] In primo reperio Gryphio. Priores, et omnes Mss. *neque condemnatum aut consullem*. J. F. Gron. Prius aut ante Gryphium omiserunt edd. Mediol. 1505. Frob. 1535. Basil. 1539. et Vascos. ex Mss. antem Harl. et Lov. 5. quorum posterior insuper legit *condemnatum consullem et censorem fecisset*. Præterea *neque condemnasset* Flor. Lov. 2. 4. 5. Harl. et Hav. Sed vide ad ix. 9. § 14.

Populum Romanum omnem, quatuor et triginta tribus, a rariis reliquit] Pal. 3. *pop. Rom., omnes quatuor et triginta tribus*. Gebh. *Quatuor et XL. tribus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Hearnii L. 1. et N. quum tamen mox una cum reliquis codd. recte *quatuor et triginta* præferant. Tum *reliquit* Flor. a m. pr. *de-*

reliquit a m. sec. cum Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Mox § seq. *judicio simul, pro semel*, Flor. et Voss. sollemni errore. Vide ad xxiv. 22. § 14. *Judicio falso semel* Brancal. Latinii.

§ 16 *Parvum certamen notarum inter censors: castigatio inconstantia populi censoria gravitate t. i. d.*] Malim *Prævum certamen*. Deinde vet. lib. et *gravitate*. Sigon. Scripti omnes, ut et Sigonius, *castigatio inc. pop. censoria et grav. temporum illorum digna*. Quod duplicem admittit interpretationem. Vel castigatio censoria inconstantia populi fuit, et digna temporum illorum gravitate; vel castigatio inconstantia populi fuit digna qua censoria, qua temporum illorum gravitate. J. F. Gron. *Prævum certamen* non tantum omnes Mss. sed et editi libri usque ad Basil. qui 1539. sine dubio operarum errore, vulgarunt *Parvum certamen*. Quamvis autem interim Vascos. et Gryph. *Prævum* revocarint, alterum tamen apud recentiores obtinuit, donec tandem priorem lectionem Ven. a. 1592. et Francof. 1628. bona fide receperint. Ceterum unius literæ transpositione non tantum operæ typographorum, sed et scribæ librarii passim ita peccarunt. Vide ad 1. 31. § 8. c. 53. § 1. iv. 8. § 6. c. 49. § 8. v. 29. § 8. c. 39. § 9. vi. 10. § 8. viii. 34. § 7. ix. 30. § 1. x. 19. § 2. aliisque locis. Adde quæ notavi ad Sillii vii. 585. Deinde *censoria gravitate et temporum illorum digna* Ber. Gaertn. et edd. antiqq. usque ad Mog. quæ prima τὸ et abjecit; quod quum servent omnes omnino codd. id iterum recte Sigon. et Gronov. revocarunt; sed alio loco, consentientibus reliquis Mss. reposuerunt.

§ 17 *Diem ad populum utrique dixit] Utrique ad populum* Lov. 4. et Harl. *ad populum utrisque* Flor. Voss. Lov. 2. 5. Ber. et Hav. idque voluisse videtur librarius Lov. 1. qui tamen per errorem *utrisque* scripsit. Vide ad

xxxvi. 16. § 6. Paulo ante verbum esse non adparet in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav.

Obnoxia populari auræ censura esset] Duplex lectio *popularia censura*, et *popularibus censura* exstat in Voss. Prior earum superest etiam in Lov. 1. posterior in Hav. *populari censere* in Lov. 2. *populari censura* in Lov. 4. *popularis censura* in Lov. 3. *potestati censuras* in Lov. 5. a m. pr. *populari censuras* a m. sec. *popularia vestre censura* in Harl. At vulgatum est sanum ac probum. De 'populari aura' vide ad vi. 11. § 7.

CAP. XXXVIII. § 1 *Jam Petilia a consule vi capta*] *Petelia*, ut xxvii. 26. § 5. *Sigon.* Pal. 1. *clam Petiacosa devicta*. Gebhard. Locus corruptus. Put. in *Bruttiis Clampetia a consule devicasta*. In Pall. Voss. Buslid. *Clampetia cosa devicta*. Unde Rubenius *Clampetia, Cosa vi captæ*. Andreas quoque habet *devicta*. Suspiciabam *Clampetia ad consulem dedita*; nam et mox Put. *Regiusque in ditionem venerunt*, non *deditionem*. Stephanus *Λαμπετέλαν* vocat *πόλιω Βρεττίας*. Sequens liber et *Cosentiam* et *Clampetiam* ad C. Servilium demum consulem defecisse narrat c. 19. Sed prudens lector intelligit facile, his consulis inceptæ rei nescio quid impediementi intervenisse, ut illi quidem non valde volentes aliqua necessitate ad acti deditionem suam ad consulem priorem miserint, alii majore studio denudare cœperint animos, res vero tota non nisi proximo anno perfecta ac rata fuerit. Lib. xxvii. c. 15. 'Iisdem ferme diebus et ad Q. Fulvium Hirpini et Lucaui et Volscentes dederunt sese.' *J. F. Gron.* De his est xxx. 19. De *Consentia* etiam xxv. 1. et xxviii. 11. varie scribit: *vi mutari vix potest propter sequens 'voluntate:'* nam hæc opponuntur. Cap. 3. h. 1. 'Qui omnes Italiæ populos vi aut voluntate in deditionem accepissent.' Cicero de *Finib.* 11. 20.

'Sua voluntate, nulla vi coactus.' Sallust. Jug. c. 13. 'Urbes partim vi, alias voluntate imperio suo adjungit:' ubi plura habet Cortius. Pro 'venire in deditionem' Gronov. etiam xxxii. 31. ex Mss. legit *in ditionem*: at xxxiii. 27. xxxii. 16. et xxxiii. 17. reliquit *in deditionem*: nec mutavit in Epit. lib. xxviii. Est etiam in Floro iv. 11. § 33. *Duk.* Corrupta quarnnidam edd. lectio *jam Petilia*, vel *Petelia a consule vi capta* obvia est in Lov. 3. Harl. et Hearnii D. *jam Petilia a consule devicta* in Ber. a m. pr. Gaertn. et edd. ante Froben. 1535. quæ prima *vi capta* substituit: *clam Petilia*, vel *Petelia a consule vi capta* Ber. a m. sec. et Lov. 4. *clam Petiacosa devicta* Lov. 1. et Hearnii N. *Clampetia consa devicta* Lov. 2. *clam Petiacoso devicta* Lov. 5. *clam Petracosa devicta* Hav. et Hearnii L. 1. *Cl. Pænocosa vi capta* Hafn. *Clampetia cos. devicta* Flor. Hinc *Cosentia* Ber. Vide ad xxx. 19. § 10. Dein *Naudosia* Voss. et Lov. 1. *Nandolia* Lov. 2. Tandem *in ditionem venerunt* Flor. a m. pr. et alii Mss. Sed *in deditionem* emendatur in eodem Flor. inter versus; idemque superest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Utraque locutio 'venire in ditionem' et 'in deditionem' apud Liv. superest. Vide ad ix. 20. § 4. ad xxvi. 21. § 17. et ad xxxiii. 37. § 4. Mox § seq. *Cornelium potissimum*, pro *potius*, Rec.

§ 3 *Consules Cn. Servilium Capionem et Cn. Servilium Geminum creavit*] Veteres plerique libri, itemque Capitolinæ tabulæ edunt *Cn. Servilium Capionem et C. Servilium*, sine cognomine 'Geminus,' quod placet. Nam Servilii Geminii patricii fuerunt. Hic autem, auctore Livio, ædilis et tribunus plebis fuit, et cognomine carnit: præterea plebeii consulis locum obtinet, siquidem cum Capione patricio comparatus est. *Sigonius.* *Cn. Servilium Geminum* libri omnes, qua

Mss. qua cūsi. *Gebhard. Consulē C. Servilium creavit* Lov. 2. *consulē A. Emiliū Genuisium creavit* Voss. et Lov. 1. *consules Cn. Servilium Geminum creavit* Flor. Lov. 5. et Hav. Reliqui a recepta scriptura parum discedunt, verum ita, ut cognomen *Geminum* servant. Id autem delenti Sigonio adversatur Pighius in *Annal.* ad a. 131. p. 222. sed in primis Jac. Perizon. in *Animadv. Hist.* c. 2. p. 46. qui putat Cn. Servilium fuisse fratrem M. Servilii, qui ipsi in consulatu successit, et in *Fast. Capit.* atque apud Liv. xxx. 26. et alibi 'Geminus' cognominatur, quia uterque in iisdem *Fastis c. F. P. NEPOS* dicuntur: docet insuper C. Servilium 'Geminum' vocari non tantum a Casiodoro, qui consulum nomina ex Livio exscripsit, verum etiam in loco Livii, neque a Sigonio tentato, neque ab aliis animadverso, xxxi. 4. 'Creati' (decemviri agro Samniti Appuloque metiendo dividendoque) 'P. Servilium, Q. Cæcilium Metellum, C. et M. Servilium, (Geminis ambobus cognomen erat) L. et A. Hostilium Catones,' &c. Tandem existimat, quamvis quidam Servilii Gemini patricii fuerint, id non obstare, quo minus et alii plebei esse potnerint, quum similiter Atilii Longi, Genucii Angurii, et Minucii Angurini patricii et plebei iisdem temporibus reperiantur: nisi autem Servilii Gemini etiam plebei fuissent, æque anno sequenti M. Servilium Geminum consulatum obtinere non potuisse cum Ti. Claudio Nerone, qui sine dubio fuit patricius, atque hoc anno C. Servilius Geminus cum Cn. Servilio Capione. Nihil itaque hic mutandum, nisi ut posteriori consuli pro Cn. tribuatur C. prænomen; quod tamen se facere non auctore professus est Glarean. ad § 6.

§ 4 *Creati P. Cornelius Lentulus*] Hic prætor fit hoc anno, biennio autem post consul, quo in magistratu *Cneus* vocatur. Quare et hic etiam

Cn. Cornelius scribendum. *Sigonius.* Prænomen omittitur in Lov. 2. et Hearnii N. *P. Cornelius* vocatur in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Sed Sigonii emendationem probat Pighius in *Ann.* ad a. 131. p. 224. Contra, eandem incertissimam esse, legitimis rationibus ostendit Dukerus ad xxx. 36. § 2. Quum autem Sigonii conjectura nullius cod. testimonio firmetur, priscam lectionem revocavi. Mox *L. Quinctilius* legunt Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Mog. Prænomen omittitur in Lov. 1. Sed passim libro seq. *P. Quinctilius* vocatur. Vide c. 18. et c. 27.

P. Villius Tappulus] Pal. 1. *P. Julius T. Appius.* Pal. 2. *P. Julius.* Pal. 3. *P. Jullius Tapuleius.* Gebhard. *P. Julius, T. Appius* Voss. et Lov. 4. *P. Julius, T. Apius* Lov. 3. et 5. *P. Julius, C. Appius* Hearnii L. 1. *P. Julius Appius* Hav. *P. Julius et T. Apulius* Ber. Gaertn. et edd. usque ad Mog. quæ *P. Julius Appulus* substituit; donec Froben. a. 1535. *T. Villius Tappulus* recte emendaret. Propius ad eam lectionem accedunt reliqui codd. Nam *P. Vilius, Ti. Appius* præfert Lov. 1. *P. Vilius, T. Appius* Lov. 2. *P. Villius Tubuleius* Harl. *P. Vilius, T. Appilus* Flor. Vide ad xl. 44. § 1. et xxxi. 4. § 3.

§ 6 *T. Veturius Philo*] In quodam vetere libro est *Ti. Veturius*, quod placet. Nam quendam Capitolinum consulem invenio ita describi *M. Veturius Ti. F.* ex quo intelligi potest, *Tiberium* Veturiæ gentis prænomen fuisse. *Sigon. Ti. Veturius* etiam Flor. Voss. Hav. aliique codd. *M. Veturius* autem, qui in *Fast. Capit. Ti. F.* vocatur, non consul fuit, sed tribunus militum consularis potestatis; qui dignitatem hanc obtinuit a. cccliv.

In locum *M. Æmylii Regilli*] In creatione magistratus superioris anni (h. lib. cap. 11.) *M. Æmylius Regulus*

hic legebatur, sed malim *Regillus*, ut superius quoque monuimus. Quidam etiam dubitarunt, si uterque hujus anni consulum *Cn.* dicebatur, quare *Livius* non ita locutus sit; 'Is consules *Cneios* *Servilios* *Cæpionem* et *Geminum* creavit,' quomodo de tribunis militum consulari potestate sæpe loqui solet. Sed non videtur meo iudicio *Livius* hoc perpetuo observasse: quamquam de his duobus *Serviliis* libro sequente dubie loquitur, ut ibidem dicemus, ob hoc tamen ego *Cn.* in *C.* mutare non ausim. *Glavean.* *Æmilii* prænomen deest in Flor. Lovel. 1. 2. 3. 5. et Hav. *Tunni Reguli* Lov. 3. et Harl. Sed alteram lectionem constanter reliqui tuentur. Vide ad xxiv. 7. § 12. et cap. 8. § 14.

§ 7 *Et in M. Pomponii Mathonis auguris et decemviri locum*] De duobus unius hominis sacerdotiis dictum est ad xxvii. 6. *Duker.* Copula et priori loco, ac vox *auguris* desunt in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. et Hav. Insuper Jac. Perizon. ad marginem *Livii* scribendum conjecit *M. Pomponii*, quia *M. Pomponius* *Matho* hujus anni prætor anno adhuc sequenti prorogato imperio classi præfuit. Fatendum est, sæpe prænomen *M.* sive *Manius* corruptum esse in *M.* vel *Marcus*. Vide ad xxvii. 25. § 2. Præterea, *M. Pomponium* *Mathonem* tempore belli Hannibalici notum fuisse, et præter alios honores etiam præturam gessisse, constat ex *Livii* xxii. 35. Est tamen cur de hac emendatione

dubitem. Nam *M. Pomponium* *Mathonem* pontificem mortuum retulit *Liv.* xxvi. 23. Ut igitur illa conjectura vera sit, duo *Manii* *Pomponii* *Mathones* statuendi sunt, alterum pontificem, cujus mortem *Livius* d. l. narravit, alterum augurem et decemvirum, quem nunc obiisse dicit. Verum eadem ratione duos *Marcos* *Pomponios* *Mathones* existisse contendere possumus: alterum hujus anni prætorem, qui anno proximo prorogato imperio rem gessit; alterum augurem et decemvirum, hoc anno mortuum: et ita necesse non erit, ut invitis omnibus *Mss.* *M.* in *M.* sive *Marci* in *Manii* prænomen mutemus.

Quod tunc perrarum in mandandis sacerdotiis erat] Vide *Lipsium* ad *Senec.* *Consol.* ad *Marciam* 24. *Noris.* *Cenot.* *Pisan.* *Diss.* 11. 5. in fine, et *Spanhem.* de *Præst.* et *Usu Numism.* *diss.* xii. c. 4. § 5. *Duker.* *Mandatis* *Voss.* *Lov.* 1. 2. et *Gaertn.* Vide ad vi. 37. § 4. Paulo ante *admodum adulescens* Flor. Vide ad vi. 34. § 11.

§ 8 *Idem per biduum plebei*] Ita *Gron.* 1665. edidit, eamque lectionem servavit Flor. Voss. Hav. et plerique reliqui codd. *Iterum per biduum* Harl. et Reg. apud *Doujat.* qui cum *Sigonio* malebat *Item per biduum*, quomodo non tantum *Sigonius* edidit, sed et omnes ante *Gronov.* edd. præferunt. Solent *idem* et *item* sæpe commutari. Vide ad *Livii* Ep. lib. lxi. Similiter *idem* et *iterum*. Vide ad Ep. *Liv.* lib. xiv.

LIBER XXX.

CAP. I. § 1 *Cn. Servilius Cæpio et Cn. Servilius Geminus consules*] Ob eas causas quas dixi (XXIX. 38. § 3.) lego *Cn. Servilius Cæpio et C. Servilius consules*. Sigonius. *Cn. Servilius Cæpio et C. Servilius Geminus consules* exstat in antiquissima ed. Parnm divertit Pal. 2. in quo *Cornelius* pro *Cn.* habetur. At contra Pal. 1. *Cornelius Servilius consul, sextusdecimus*. Ad normam et palatum Sigonii Pal. 3. *Cn. Servilius et Servilius consules*: æque vitiose. *Gebhard*. Libri optimi tantummodo *Cn. Servilius consul sextus decimus*: vel *Cornelius Servilius consul sextus decimus*. Qua mutila scriptura confirmatur Sigonii conjectura. Ostendit enim inter nomen posterioris et τὸ *cons.* nullum aliud vocabulum interpositum fuisse, quum oculus librarii post redditum in membrana τὸ prius *Servilius*, transmissis mediis, erraret in posterius, et inde sequentia scribere pergeret. *J. F. Gron.* *Cn. Servilius consul sextus decimus* Flor. Cant. et Lov. 1. *Cornelius Servilius consul sextus decimus* Voss. Lov. 5. Hav. et Hearnii Oxon. *Cornelius et Servilius consules sextus decimus* Lovel. 2. *Consul Servilius et C. Servilius consules* Harl. Perizonius, qui, ut ad XXIX. 38. § 3. vidimus, vulgatum adversus Sigonium defendit, ut vim argumenti, quo Gronov. Sigonii emendationem firmare conatur, evitaret, ad marginem Livii notavit, forsitan Livium scripsisse *et C. Geminus Servilius*, ut hoc cap. § 9. ipse Gron. emendat *Pactus Ælius*.

§ 2 *Uter Etruriam ac Liguriam provinciam haberet*] Scripsimus *ac Liguriam*.

Et sequitur mox, 'in Etruria ac Liguribus decretum.' *Rhen. Ac Ligures* solus Pal. 3. Reliqui omnes *ac Liguriam*. *Gebhard. Ac Liguriam* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. et L. 1. Sed recte *Rhenanus et Ligures*, quod superest in reliquis. Vide ad VII. 26. § 9. Regionem alibi apud Livium 'Liguriam' nomine adpellari, non memini.

§ 3 *A P. Sempronio acciperet*] *Vet. lib. a P. Sempronio consule*. Sigonius. Pal. 1. *a P. Sempronio acciperet*. *Pall. 2. et 3. a proconsule Sempr. acciperet: proconsul Sempr. (ei quoque proconsuli imp. in annum prorogatum) proconsuli Licinio succederet*. *Gebh.* Vocem a Sigonio additam ignorant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quam etiam *Crevierius* in suis non inventam recte omisit, addita hac ratione, quum *Cn. et C. Servilii* consulatum inierint, jam *P. Sempronium* non esse consulem. Præterea *a proconsule Sempronio*, et mox *Proconsul Sempronius*, ac *proconsule Licinio* Harl. sollemni errore. Vide ad XXVIII. 16. § 14. Insuper *ei quoque proconsuli* Lov. 1. sed voculam enim servant reliqui omnes.

§ 4 *Is Romam reverteretur, bello quoque bonus habitus, &c.*] Hic locus admodum mutilus et incotrectus est, atque adeo, ut nemo, quod sciam, correctorum hactenus medicam manum adhibuerit: nihilominus asterisca hand dubie notandus mihi videtur, ut studiosi et docti diligentius ad sanandum illud vulnus animum attendant. Quod tamen sine veterum exemplarium auxilio valde curatu diffi-

cile videtur: conjectura tamen qualicumque supplere restituereque locum non nocebit, in eum dumtaxat finem, ut doctiorum excitemus ingenia. Quid igitur, si hæc ita legantur? *Is Romam rev. ut pontifex maximus sacris publicis esset præsto. Quamvis bello quoque bonus, ut habitus ad cetera; quibus nemo ea temp. instr. civis, cong. omu. hum. a natura fortunæque bonis.* Sed hæc acutioribus ingeniiis scrupulos, non bilem moveant. Pighius in Ann. ad an. 10XXXV. pag. 152. Conjectura Pighii vix tolerabilis est. Habet tamen aliquid obscuritatis oratio. Nam quæ sunt illa 'cetera' præter ea quæ 'naturæ fortunæque bona' dicit? *Duk.* Neque mihi Pighii conjectura tolerabilis videtur. Codd. nihil mutant, nisi quod *habilis*, pro *habitus*, legat *Ber. erat*, pro *civis*, *Lov. 5. congesti omnibus humani Harl.* Vulgatum satis fero. *Ad cetera* accipio super, præter cetera. Vide ad xxvi. 5. § 9. Et quidem *ad cetera*, sc. illa, quæ viro principi necessaria sunt. Crevierius recte *ad cetera* exponit 'præter ceteras laudes et ornamenta.'

§ 5 *Nobilis idem ac dives erat: forma viribusque corporis excellabat*] *Pal. 2. Nob. etiam ac dives erat: forma, viribus corp. exc. Pal. 3. Nobilis idem adolescens erat: forma viribusque c. e. Gebh.*

Seu in senatu et ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset] In codice Ms. non est gerundium *dissuadendi*, sed tantum *et apud populum suadendi locus esset*. Nec erat opus illud hic addere. Nam suadet etiam, qui dissuadet. *Rhen. Put. et optimi quique ignorant copulativam et. Scribe, seu in senatu, ad pop. suad. ac dissuad. locus esset. J. F. Gron. In senatu, ad populum sine copulativa etiam Flor. Voss. Lov. 1. 4. et Heatnii L. 1. quam neque in suis repertam recte expunxit Crevierius. Contra rà ac dissuadendi unus ignorat Harl. Reliqui servant.*

Rhenanum itaque non audiendum existimo. Ceterum unde factum fuerit, ut Cic. hujus P. Licinii, cuius tam honorifice Livius meminit, nullam mentionem fecerit in libro, qui inscribitur Brutus, seu de claris oratoribus, multis inquit Franc. Floridus Sabinus Lect. Subsec. 1. 14. Paullo ante seu causa orandi Lovel. 1. 3. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latini: seu caussam orandi Voss.

§ 6 *Bellicæ quoque laudis consultatus compotem fecerat*] *Inverse Pall. 2. ac 3. bellicæ quoque laudes cons. comp. fecerant. Gebh. Bellicæ quoque laudes, &c. fecerant* a Grutero est forsân, quia sic in dnobus Pall. e quibus id notatum video. Sed meliores servant, quod prius vulgabat, *bellicæ quoque laudis cons. comp. fecerat*. Nec vult Livius, consulem factum, quod bellator esset, sed consulatum ei occasionem dedisse imperatoriæ virtutis ostendendæ. Quemadmodum paullo ante, 'is Romam reverteretur, bello quoque bonus habitus ad cætera.' *J. F. Gron. Bellicæ quoque laudis, &c. fecerat Flor. Voss. Lov. 1. 2. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. quod recepti, quemadmodum etiam Crevierium fecisse video. Male altera lectio est in Brancal. Latini, et reliquis meis, nisi quod fecerunt sit in Harl. et Rec.*

Quod in Brutiis provincia, idem in Etruria ac Liguribus decretum] Exemplar vetus mendosam hic lectionem continet, nempe sic, *Cui in Brutiis prov., eidem in Etruria ac Lig. decreta. Opinor scriptum fuisse, Quæ in Brutiis provincia, eadem in Etruria ac Liguribus decreta. Rhen. Vet. ed. nec non Pal. 3. Cui in Brutiis provincia, et dein in Etr. et Lig. decreta. Gebh. Codici Rhenani favent Harl. Ber. Lov. 4. et Gaertn. nisi quod Ber. servet decretum, Lov. 4. legat item, et Gaertn. idem. Sed optimi nihil mutandum ostendunt. Neque sensus pluralem requirit. Nihil aliud enim*

in Bruttis provincia decretum, quam ut, qui cum imperio ibi præerat, exercitum novo consuli traderet.

§ 7 *Galliam provinciam obtineret*] Sic quidem Rhenanus ad § 10. Sed Pnt. omnesque Gall. cum vett. edd. *obtineret*. J. F. Gron. *Obtineret* Lov. 2. Harl. et Hearnii D. et L. 1. reliqui *obtinere*; quibus, quam prioribus, credere malo. Vide ad xxxi. 8. § 8. Ita Gronov. etiam emendabat in præd. nott. ad 1. 50. quam observationem postea multis exemplis auctam retulit in Obs. 11. 14. Mox cum legionibus his Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Hav.

Quas prætor L. Scribonius priore anno habuisset] Pal. 1. *quas P. Scribonius priore a. h.* Pal. 2. *quas Q. Scrib. pr. an. hab.* Pal. 3. *quas proconsul Scribonius pr. an. h.* Gebh. *Quas P. Scribonius* Flor. Voss. Lov. 4. 5. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *quas Q. Scribonius* Ber. Gaertn. et Hearnii N. *quas prætor Scribonius* Lov. 1. 2. *quas prætor P. Scribonius* Lov. 3. *quas proconsul Scribonius* Harl. *quas proconsul Q. Scribonius* reliquæ edd. Moguntina priores. Sed *L. Scribonius* constanter xxix. 11. et alibi vocatus est. Contra, *P. vel Q. Scribonii* Livium supra meminisse, non recordor. Neque displicere debet, quod *prætor L. Scribonius*, non *L. Scribonius prætor*, dicat. Vide ad xxii. 14. § 13.

§ 8 *Sortiti deinde provincias: Cæpioni*] *Scribo, Sortitis deinde provincias, Cæpioni Bruttii*. J. F. Gron. Omnes omnino *sortiti*. Vide igitur quæ notantur ad iii. 22. § 3.

Servilio Gemino Etruria] Vet. lib. *Servilio Etruria*: recte, ut dixi. Sigon. Unus tantum meorum stat cum Sigonio. Reliqui *Gemino* servant. Vide ad xxix. 38. § 3.

§ 9 *Jurisdictionem urbanam P. Ælius*] *Meliores urbanam Pætus Ælius*. J. F. Gron. Ita non tantum omnes mei, et Hearnii N. verum etiam omnes typis descripti ante Aldum, qui, in-

vito Livio, *P. Ælius* primus substituit. Passim Livius cognomen nomini gentili præponere solitus est. 'Ahala Servilius' lib. iv. capp. 14. et 57. 'Capitolinus Quinctius' lib. iv. capp. 18. et 42. 'Macer Licinius' iv. 23. 'Cincinnatus Quinctius' vi. 18. 'Cursor Papirius' ix. 38. 'Flaccus Valerius' xxi. 11. 'Geminus Servilius' xxii. 40. 'Crassus Licinius' xxvii. 6. 'Antias Valerius' xxx. 3. 'Coriolanus Marcius' xxxiv. 5. 'Regillus Æmilinus' xxxvii. 31. 'Sisenna Cornelius' xxxix. 45. Vide Rhodium ad Scribon. Larg. Comp. cxxi. et quos ibi landat; Spanhem. de Præst. et Usu Num. diss. x. pag. 55. Cort. ad Sallust. Catil. in princ. et quæ notavi ad Epit. Liv. lib. iv. Id etiam fieri solet, quamvis præmittatur prænomen, ut 'M. Marcellus Claudius.' Vide ad xxvi. 22. § 13.

Sardiniam P. Lentulus, Siciliam P. Villius] *Cn. Lentulus*, ut dixi. *Sigon.* Vide ad xxix. 38. § 4. Voces *Cn. Lentulus, Siciliam* omittuntur in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Deinde *P. Tullius* Lov. 2. *P. Julius* Lov. 1. 3. 4. 5. Hav. et Hearnii D. ac L. 1. *C. Julius* Ber. Gaertn. et edd. antiqq. *consul Livius* corruptissime Harl. Vide ad xl. 44. § 1.

Sub Spurio Lucretio eæ fuerant] Sic primus apud me Gryphius. Antea, ut scripti meliores et editi omnes ad Frobenium usque *sub Lucretio Spurio eæ fuerant*. Et plura ejus generis Livio restituimus. J. F. Gronov. *Sub Spurio Lucretio*, quod ante Gryphium exhibuerunt Froben. a. 1535. aliique, superest in Lov. 5. et Ber. Reliqui *sub Lucretio Spurio*, nisi quod *sub Lucretio Sempronio* corrupte quidem, ita tamen ut veræ lectionis vestigia servant, legant Lov. 4. Harl. et Rec. De prænomine nomini gentilicio postposito vide ad iii. 1. § 1.

§ 10 *Et Lucretio prorogatum imperium est, ut Genuam oppidum a Magone Pano dirutum*] In codice scripto sic

legitur: *Et Lucr. pror. imp., Genuam opp. a Mag. P. d. exadificaret*, sine particula *ut*. Similis locutio mox præcessit: 'M. Cornelius novo consuli tradere exercitum iussus: ipse, prorogato imperio, Galliam provinciam obtineret:' quod postremum verbum inepte quispiam mutarat in *obtinere*. Rhenan. Pall. tres, et vet. ed. *ut Genuam opp. a Mag. pæne dirutum exadificaret*. Gebh. *Tà est et ut Rhenanus expungebat*. Verum est quidem in nullo etiam meorum, nisi in Ber. qui *prorogatum est imperium* exhibet, inveni: at contra *ut* in uno tantum Harl. deest, reliquis eam voculam tuentibus. Et Froben. etiam, qui lectiones Rhenani recipere in ed. 1535. solitus est, primam quidem vocem omisit, non tamen posteriorem. Deinde a *Magone pæne dirutum*, vel *diruptum*, Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Ber. et Hav. 'dirutus' et 'diruptus' etiam alibi commutantur. Vide ad IX. 45. § 17. *Mox non tempore, sed rei gerendæ fine* Lov. 4. *non temporis, sed rei gerendæ finem* Voss. Ber. et Hav.

§ 11 *Salutaris populo ipsique duci atque exercitui esset*] Una voce antiores edd. ante Gronovianam 1665. *populo Romano*; quod revocavi, quia omnes servant codd. mei, uno alterove excepto, et Hearnii L. 1. ac N. Put. etiam *salutaris pr. pro p. r.*, ut ex clariss. Sallierio didici. Præterea *sicque duci* Lov. 1. 2. 5. et Harl. *sibi-que* Voss. in contextu: *sique* Put. neque aliter Flor. a m. pr. in quo manus altera emendabat *sive*. Sed prima syllaba *τοῦ ipsique*, quæ perperam excidit, potius restituenda est.

CAP. II. § 1 *In Siciliam tria millia militum sunt scripta*] Ita scribendum coniecit Pighius in Ann. ad an. 101. pag. 224. cuius conjecturam recepit Gruter. in postrema ed. Omnes priores exhibuerunt *In Sicilia*, quod in omnibus suis esse Hearnius testatur, et multi etiam ex meis retinent. Ex

Cant. Voss. et paucis aliis nihil notatur, ut hos *In Siciliam* legisse verisimile sit; quod non tantum servat Flor. verum etiam in Put. snperesse, de ejus lectione consultus respondit Sallierius.

Quod roboris ea provincia habuerat] Non est in archetypo nostro hæc clausula, nec usque adeo necessaria: stat enim sensus iis verbis: 'et quia, ne qua classis ex Africa trajiceret,' &c. *Rhenan.* Solus Harl. facit cum Rhenani archetypo. Reliqui mei, omnesque Gronov. verba illa, quæ Rhenanus abesse posse existimabat, defendunt.

Ne qua classis ex Africa trajiceret] Pal. 2. *et quia antequam classis ex Afr. trajiceret*. Pal. 3. *tria millia mil. sunt scripta, et quia ne qua classis ex Africa trajiceret*: quam clausulam, comparentem certe in Pall. reliquis, non necessariam sine causa affirmat Beatus. Gebhard. Reg. Men. Pall. Voss. *et quia antequam classis*. Put. *et qui antequam classis*. Forte, *In Siciliam tria millia mil. sunt scripta, quia, quod roboris ea provincia habuerat, in Africam transvectum fuerat: et Punica ne qua classis*. Quam clausulam delet Rhenanus, ea in omnibus nostris salva est. J. F. Gron. *Et quia antiqua classis* Hafn. *et quia antequam classis* Flor. Cant. Lov. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *et quod antequam classis* Voss. et Lov. 2. ac 4. *et que antequam classis* Lov. 1. *et ne qua classis* Lov. 3. Sed Crevierius ex cod. Put. lectione *et qui ante qua classis*, unica litera *t* expuncta, et aliter in voces distributis literis, recte, ut videtur, legit *et quia ne qua classis*, docens duplicem rationem adferri, cur tria millia militum in Siciliam scripta fuerint; alteram, quia insula non satis firmo præsidio tenebatur; alteram, ut novi milites imponerentur in naves, quibus ora maritima custodiretur. Mox *maritumam orum* Flor. Vide ad VI. 31. § 5.

§ 2 *Tredecim novas naves Villius*]

Pal. 2. XIII. *longas naves novas Julius secum in Siciliam duxit.* Gebh. *Quatuordecim novas naves Lov. 1. et Rec. XIV. novas naves Hearnii D. Mox § seq. Pomponii prænomen M. omititur in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Et prænomen et nomen M. Pomponius desunt in Hearnii L. 1. 'Tum navibus imposuit, pro in naves, legit Ber.*

§ 4 *Cn. Octavio, pratori item prioris anni, cum pari jure imperii* C. Octavio Ber. Gaertn. Hearnii N. L. 1. et edd. omnes ante Mogunt. Vide ad VII. 3. § 3. *Cornelio Octavio* Lov. 5. Vide ad XXVI. 1. § 1. *Cum Octavio* Lov. 1. Vide ad VII. 16. § 3. Deinde *compare jure* Voss. *compari jure* Lov. 1. 4. 5. et Gaertn. De ea voce vide ad XXXVI. 44. § 7. Hic tamen potius lectionem illam tribuendam puto librariis errantibus eodem modo, quo *congratulatione* dederunt, pro *cum gratulatione*, et similia multa, de quibus egi ad IV. 24. § 7. Observat autem Perizon. in Animadv. Hist. c. 8. p. 342. Livium, dicentem Cn. Octavinum 'prioris anni prætorem' fuisse, sui oblitum esse: prætorem enim fuisse biennio ante, Sardiniam tunc sortitum, XXVIII. 38. post præturam vero, proxime superiore scilicet anno, navibus XL. maritimam oram, quibus finibus senatus censuisset, tutari jussum esse, XXIX. 13. Vide Duker. ad Liv. XXIII. 40. § 1. ad XXVI. 1. § 5. et ad XXX. 24. § 7.

Lentulus prætori duo millia militum dare in naves jussus] Pall. tres, et vet. ed. *Lentulus prætor.* Gebh. Rursus in excerptis aliorum Mss. hic magna conviventia. Attamen Cantabrigiæ offendi *ad naves*, quod nemo non Livianum præ vulgato censebit, inemorans notata ad XXII. 19. 'Delecto milite ad naves.' Jac. Gronov. *Lentulus prætor* non tantum omnes eodd. sed et edd. antiqq. pro quo quum Froben. 1535. aliique *Lentulus pr.* per compendium dedissent, Sigonius tandem ejus

loco vulgavit *Lentulus prætori.* Gronovius demum *prætor* revocavit. Hinc *duo millia peditum* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Sed vide ad XXXVI. 17. § 2. *Tum edere*, pro *dare*, Voss. et Lov. 1. *Tandem in naves* servant omnes mei, et Put. ut Sallierius monuit.

§ 5 *Petituri* M. Marcio] *Petituri*, M. Mario Put. et Lov. 2. 3. *petituri esse*, Mario Voss. et Lov. 1. 5. *petituri*, M. Manlio Ber. *petituri*, M. Valerio Hav.

§ 6 *Tria millia militum in eam classem*] *Triginta millia militum* Lov. 4. et Hav. XXX. *millia militum* Lov. 1. et 2. XXX. *millia*, ommissa voce *militum*, Vossian. XXX. *militum* Florent. Adparet per notas ∞ ∞ ∞ *militum* scriptum fuisse, easque non intelligentes librarios varie adeo peccasse. *Tum in ea classe* Voss. et Lov. 1. in *eandem classem* Rec.

§ 7 *Viginti omnino legionibus, et centum sexaginta navibus longis*] *Viginti octo omnino leg.* Lov. 2. XXVIII. *omnino leg.* Hearnii L. 1. *decem*, vel X. *omnino leg.* Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Præterea *et sexaginta navibus*, voce *centum* ommissa, Hearnii L. 1. *et centum XL. navibus eadem* edd. Male. M. Pomponius quadraginta navibus oram Siciliae maritimam custodire jussus est: parem navium numerum accepit Cn. Octavius ad tuendam Sardiniae oram. M. Marcio Italiae ora totidem etiam navibus tuenda data est. Habemus ita centum viginti naves, quibus addendae sunt naves Scipionis in Africa. Is autem, ex Sicilia in Africam anno proximo trajiciens, quadraginta naves longas habuisse dicitur, quarum viginti rostratae a dextro, totidem a sinistro cornu onerariis praesidio erant. Vide XXIX. 25. Ita habemus centum sexaginta naves. Supra quidem XXIX. 26. ubi idem 'quadraginta navium' Scipionis numerus memoratur, et Mss. eandem lectionem servant, Sigonius ex App. emendat

quinquaginta. Præstare tamen videtur, ut codicum lectionem tueamur, ac dicamus, App. in numero navium a Livio dissentire. De numero navium classis Scipionis iterum vide hoc lib. c. 41. § 7.

Res Romana eo anno gesta] Placet scripsisse Livium *respublica Romana eo anno gesta*: aut *respublica eo anno gesta*. Vide ad VI. 6. J. F. Gron. De locutione ‘gerere rempublicam’ hoc sensu vide ad II. 64. § 5. Voces autem ‘res’ et ‘resp.’ sive ‘respublica’ sæpe commutari, vidimus ad VIII. 31. § 2. etiam ‘res Romana’ et ‘respublica.’ Vide ad VI. 23. § 10. XXVII. 40. § 3. Omnes tamen codd. vulgatum servant.

§ 8 *Consulibus imperatum, ut, priusquam*] *Ut* abest a veteribus libris venuste. *Sigon.* Pal. 1. et *Sigonii liber imperatum, priusquam, excluso ut.* Gebh. *Ut Sigonius, optimi quique resecant τὸ ut.* J. F. Gron. *Illud ut soli ex meis retinent* Harl. Ber. et Gaertn. A reliquis exsulat. Vide ad X. 41. § 8.

Ludos magnos facerent, quos T. Manlius Torquatus] Hi ludi voti erant anno secundo hujus belli, C. Flaminius, Cn. Servilio coss. sed in nullum annorum numerum XXII. 10. Anno itaque undecimo hujus belli a T. Manlio dictatore facti, iterumque voti in quinquennium XXVII. 33. Cum autem hic sit annus sextusdecimus, lector ipse secum dispiciat, quid per ‘quinquennium’ intelligendum. Ipse tamen Livius hoc postea libro c. 27. anno sequenti hos ludos factos scribit, oblitus, opinor, hujus loci. Nisi quis, consules jussos quidem, sed non fecisse hoc anno, credat: quod videtur verisimile: nihil enim memoratu dignum hi duo gessere. Errorem non parvum faciunt diversi loquendi modi apud Latinos, dum alius ‘in quinquennium,’ alius ‘post quinque annos,’ alius ‘quinquennale spatium lustrum’ appellat. M. Varro V. p. 46.

etiam ita loquitur: ‘Lustrum,’ inquit, ‘tempus quinquennale, a luendo, id est solvendo, quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores solvebantur.’ Hæc ille. Ego, cum dicitur ‘quinto quoque anno,’ non quinque annos intelligo, sed quatuor dumtaxat; tres quidem interjacentes, extremorum autem alterum. Ita Olympici ludi quinto quoque anno in Græcia fiebant, erant tamen Olympiadis quatuor anni tantum, non quinque. Et non est apud me dubium, quin lustrum rationem Romani a Græca Olympiade haberint, ut cætera: sed apud eos vix unquam reperias vere lustrum annos observatos. In caussa finire ingentia negotia subinde incidentia et bellici tumultus. Ita ab undecimo anno in hunc sextumdecimum, si extremi numerentur, sunt anni sex; si omittantur, anni quatuor. Si in posteriorem conferamus annum, quod Livius tradit, non connumeratis extremis, quinque: at septem, iis adjectis. Ita in lustrum annis varius usus etiam in Horatio, ut in eum quoque annotavimus, atque adeo etiam in Dionysium Halicarnasense. *Glar.* Non inmorabimur refellendis iis quæ Glareanus hic notavit, ut probet lustrum Romanorum Olympiadi Græcorum æquale fuisse. Lustrum enim proprie quinque annorum, Olympiada, licet *πενταετηρίς* vocetur, quatuor annorum circulum fuisse, notius hodie est, quam ut ulla probatione indigeat. Recte autem Glareanus censet, consulibus quidem hujus anni imperatum esse ludos facerent, priusquam ab Urbe proficiscerentur, sed demum a consulibus sequentibus factos esse c. 27. Causam illis differendis dedisse prodigia hoc anno nunciata, suspicatur Pighius in *Annal.* ad a. 1051. p. 228.

§ 9 *Et novas religiones excitabant in animis hominum prodigia*] *Vet. lib. Et novas exc. in an. hom. curas prodigia.*

Sigon. Non est audiendus hic liber: 'Religio' et 'religiones' Livio et aliis dicuntur, cum ipsa prodigia, ostenta, et omina, tum metus ex iis animis injectus. Liv. vii. 3. 'Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum, aut religione animos, aut corpora morbis levavit.' xxxi. 13. 'Expiatis omnibus religionibus.' xxxvii. 3. 'Supplicatio quoque earum religionum causa fuit.' xxi. 62. 'Motis semel in religionem animis.' xxvii. 37. 'Liberatas religione mentes turbavit rursus:' unde etiam 'religiosi' homines xxiv. 10. qui facile terrenur prodigiis. Pro 'religionibus' etiam 'superstiones' dixit xxi. 14. 'Impleverat ea res superstitionum animos.' Et 'pravam religionem' xxvii. 23. 'Adeo minimis etiam rebus prava religio inserit Deos.' Adde Casaub. ad Suet. Aug. c. xc. et Græv. ad Justini xxii. 6. *Duk.* Omnes etiam mei vulgatum adversus Sigonii librum defendunt, nisi quod in solo Rec. sit *Et novus curus excitabant.*

§ 10 *Mures Antii coronam aurcam adrosere*] Et scripti, et veteres editi *adrosere*, vel *arrosere*. J. F. Gron. *Adrosere*, vel *arrosere* soli tuerentur Lov. 3. et Harl. cum Hearnii D. quod ex eod. prima præfert Froben. 1535. Priores enim cum reliquis codd. meis, et Hearnii L. 1. *adrosere*, vel *arrosere*; nisi quod *coronam corosere aurcam* legat Lov. 1.

§ 11 *Anagninæ sparsi primum ignes in celo*] Pal. 3. *sparsi primum ignes de celo*. Gebh. Ita et Lov. 3.

§ 12 *Arcus solem tenui linea amplexus est*] Sustulimus verbum *est*. Rhenan. Si sol in arcu erat, quomodo major solis circulus ipsum includere potuit? Sed opinor per illud *extrinsecus* nobis significari alium extra circulum, quem hic solis orbis circulum vocat. Est sane in re lucida obscura descriptio. *Glar.* Solutum iterum Harl. stat cum Rhenani cod.

Sed alii omnes *est* retinent.

Arpini terra campestri in agro in ingentem sinum consedit] Sustulimus præpositionem *in*: *campestri agro*, pro *campestri in agro*. Rhenan. Præpositionem servant Voss. Lov. 2. 5. Ber. et Hav. servare etiam voluit scriba Gaertn. qui tamen *magno*, pro *in agro*, perperam dedit. In reliquis præpositio non adparet. Quin etiam omnia hæc verba omittuntur, sed perperam, in Lov. 1. *Arpini terra campestris in agro* legunt Ber. a m. sec. et Brancal. Latini. Et ita Hav. nisi quod habeat *Arpini*.

§ 13 *Caput jecinori defuit*] Omnes Gall. et Voss. *jocineris*. Sic viii. 9. 'Decio caput jocinoris a familiari parte casum aruspex dicitur ostendisse.' Aliud est l. xli. c. 15. 'Quod caput jecinori defuisset.' Neque enim hic dativus ille personæ adhibitus. J. F. Gron. *Jecineris* Haverk. *jecinoris* Hearnii L. 1. et N. *jocinoris* Cant. Lov. 1. 5. et Ber. a m. sec. *jocineris* Flor. et Lov. 4. Vide ad xli. 14. § 7.

Editi a collegio pontificum Dei] Offenditur in Pall. tribus, et vet. ed. *edicti a collegio pontificum Dei*. Gebh. Similiter Vossian. et Lovel. 1. *edicti* etiam Lov. 3. 4. 5. et Ber. Sed vide ad xxi. 62. § 7. Tum *Dei* quoque Hav. Vide ad xxxiv. 5. § 10.

CAP. III. § 1 *Seu ut Scipioni gratificarentur*] Pal. 3. *gratificarentur*. Gebh. Error est librorum, de quo vide ad x. 10. § 1.

§ 2 *Sicut ante dictum est*] Iterum expunximus verbum *est*: *sicut ante dictum*. Rhenanus. Nostri *sicut ante dictum est*. J. F. Gron. Præter Harl. Rhenano faventem, omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. Gronovio *est* revocanti adhærent.

Vestimenta, frumentumque, armaque, et omne genus com.] Castigavimus ex veteri libro *et arma etiam ex Sicilia, et omne genus comestus eo portabantur*. Rhenan. Ut nunc vulgatur, ita comparet in Pall. 2. et 3. Contra in

Pal. 1. *sed ex Sicilia quoque et Hispania testamenta et arma, et omne genus commeatus eo portabantur.* In antiq. denique ed. *vest., frum., armaque, et omne genus commeatus eo portabatur.* Gebh. Ut ante Rhenanum edebatur, est in Ber. neque aliter Lov. 4. et Gaertn. nisi quod eorum prior legat *arma, pro armaque, alter et arma.* Sed *vestimenta, et arma, et omne genus* Voss. Lov. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *testimenta, et arma etiam ex Sicilia, et omne genus* Lov. 1. 2. *vestimentumque, et arma ex Sicilia, et omne genus* Flor. Mox *eo portabatur* Harl. et Gaertn.

§ 3 *Quæ multa simul undique eum circumstant]* Pal. 3. *undique eum instabant.* Gebh. *Eum* deest in Ber. et edd. ante Aldum.

§ 4 *Ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat]* Scripsimus *dimiserat.* Rhenan. *Dimiserat* quidem Rhenanus se scripsisse ait. Sed scripti omnes *ex animo miserat.* Virgilius in vi. 85. ‘mitte hanc de pectore curam.’ J. F. Gron. *Dimiserat* soli Ber. et Harl. reliqui *miserat,* ex cuius interpretatione alterum natum est, et primo margini adscriptum mox in contextum inrepsit. Suet. in Tib. c. 37. ‘Quum Polentina plebs funus cujusdam primipilaris non prius ex foro misisset.’ Vide Burm. ad Ovid. Met. i. 209. ‘Mittere e manibus’ est xxxii. 9. § 10. ubi vide. ‘Mittere’ et ‘dimittere’ etiam commutantur xxxviii. 60. § 6. Perizon. ad marginem Livii coniecit forte legendum esse *ex animo amiserat.* Præterea *curam reconciliandi* Harl. sed *reconciliandi* deest in Ber.

Si forte jam satias amoris in uxore ex multa copia eum cepisset] Vet. lib. *in uxorem.* Polybius xiv. 1. οὐ γὰρ ἐπιγίνωσκε καὶ τῆς παιδείας αὐτῶν ἤδη κόρον ἔχειν. Sigon. Pall. 1. et 2. *satis amoris in uxore* (Pal. 1. *in uxore*) *ex multa copia cepisset.* Pal. 3. *si forte jam satis amore et multa copia eum exce-*

piisset. Omnia mendose. Errarunt enim ignoratione vocabuli prisce exscriptores, quod huc reponendum præit vet. ed. in qua reperi *si forte jam saties amoris in uxore ex multa copia cepisset.* Ergo lege, *si forte jam satias amoris i. u. e. m. copia percepisset.* *Satias* est κόπος. Terent. Eun. v. 5. 3. ‘Ubi satias cæpit fieri, commuto locum.’ Porro ‘satias percepit’ egregie dictum. Terent. ibid. ‘Urbis odium me percipit.’ Sic xxii. 51. ‘Perceperat Annibalem nimia tantæ rei lætitia.’ Gebh. *Amoris in uxorem* Sigonius, at nostri *in uxore.* Ut apud Ovid. Met. iv. 258. ‘Venerisque modum sibi fecit in illa.’ Deinde nusquam τὸ *eum.* Lego *si forte eum satias amoris in uxore ex multa copia cepisset.* J. F. Gron. *In uxore* habent etiam lexica quædam, et Vertrauius ad Taciti Ann. iii. 31. sine dubio ex vet. edd. Duk. *Si forte jam satis amoris* Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Rec. et Hav. *si forte jam saties amoris* Ber. In antiqq. edd. partim *saties,* partim *satis* inveni usque ad Mogunt. quæ *satias* dedit. Postea Francof. 1578. admisit *satietas,* unde ejectum *satias* vindicandi Gebhardo occasio data est, quod ultima Grut. iterum recepit. De ea voce vide ad xxvii. 49. § 8. Deinde *in uxore omnes mei,* quod recte Gronov. probat. ‘Amor in uxore’ eodem modo, quo ‘ardere in Atalanta,’ ‘in Briseide’ apud Ovid. Her. iv. 99. ‘Arsit et Cænidis in Mænalia Atalanta.’ et Her. ix. 33. ‘Arsit in abducta Briseide tristis Achilles.’ Vide Gronov. ad Senec. Herc. Cæt. 369. *Eum,* quod in fine ejectum, ubi in solo tantum Harl. apud me superest, supra pro *jam* restituit Gronov. nullius cod. auctoritate firmatur. Quare τὸ *jam* pristino loco restitui.

§ 5 *Spes ulla desiturnam adferbatur]* Legendum est *desciturum,* a verbo ‘descisco.’ Loquitur de Carthaginensibus relinquendis, cum quibus ad-

versus Romanos fœdus inierat Syphax. Ab hoc fœdere, modica spes erat futurum, ut ille 'descisceret' deficeretque. Hoc planius faciunt ea quæ sequuntur, et astipulatur eodex vetustus. *Rhenan.* Recte Rhenanus, licet dissentientibus Vossian. Lov. 2. 4. Ber. et Gaerm. Sæpe 'desciscere, descisse, desciturum, et desistere, desisse, desiturum' commutarunt scribæ. Vide ad l. 27. § 4. III. 4. § 3. VI. 25. § 2. c. 36. § 8. VIII. 11. § 15. IX. 16. § 8. x. 45. § 4. XXXII. 30. § 7. Et ita viri docti codd. variare monuerunt in Suet. Vitell. c. 15.

§ 6 *Ut Valerius Antias prodit]* Scripsimus 'Antias Valerius,' secuti videlicet fidem lectionis veteris, quod elegantiæ causa Livius usurpavit. *Rhenan.* Consentiant mei, exceptis solis Ber. et Gaerm. Ita etiam l. XXXIX. capp. 41. et 56. Vide ad c. 1. § 9. Paulo ante *per nuncios acta magis equidem crediderim* Flor. et Harl.

§ 7 *Postea, ut caussa probabilis visa commeandi foret in castra hostium]* Cum lectione vulgata consentit exemplar scriptum, nisi quod *postea* adverbium quispiam hic infulsit. Cæterum ausim affirmare ego, pro participio *visa* legendum *suis*, hoc modo: *Primo has condiciones imperator Romanus vix auribus admisit: ut caussa probabilis suis commeandi foret in castra hostium, mollius eadem illa abnuere.* Misit enim exploratores in hostium castra Scipio per occasionem colloquii, qui singula spectarentur. Nec vero quicquam addubito, quin eruditi mecum sint hic sensui. Pervicacibus nihil satisfacit, et nihil intelligunt stupidi. Certe participium *visa* nihil ad sensum pertinet. Dedit occasionem errori, quod præcedens dictio *probabilis* in *s* desinit: unde librarius, omisso *s* altero, *uis* scripsit pro *suis*. Alius castigare volens a literam adjecit, ut fieret *visa*. *Rhenan.* *Postea*, quod

Delph. et Var. Clas.

Rhenan. interpolatum credit, in omnibus meis, præterquam in Harl. constanter superest; et ideo expungi nolo. Vide ad XXI. 43. § 3. Contra vero recte idem *Rhenan. suis*, pro *visa*, emendavit: *sui*, pro *visa*, legit Flor. Voss. Lov. 1. 2. *visa suis*, juncta utraque scriptura, Lov. 4. et Ber. a m. pr. *suis* plerique reliqui, et Voss. inter versus. Recte etiam indicavit, originem erroris esse, quod primam literam *τὸν suis* interceperit ultima vocis præced. Ita alibi innumeris locis litera initialis *s* ab eadem finali vocis proximæ elisa est. Vide ad l. 55. § 4. III. 27. § 1. IV. 40. § 6. V. 24. § 1. VI. 10. § 4. VII. 24. § 5. VIII. 2. § 8. c. 22. § 5. XXI. 10. § 9. c. 14. § 7. XXVI. 13. § 14. XLV. 5. § 9. Contrario errore eandem literam adcrecere initio vocum, quod præcedens illa finiatur, dictum est ad XXVIII. 25. § 3.

Sæpius ultro citroque agitantibus rem conventuram] Legitur in scripto libro *ultro citroque agitantibus rem, conventurum.* *Rhenan.* Hoc quidem *rem conventuram* non magnopere me offendit. XXIV. 27. 'Marcellus posse rem convenire ratus.' Cic. Phil. 1. 3. 'Addebant, &c. rem conventuram.' Quia tamen 'agitare' hac significatione rarius sine casu, vel aliquo, quod casus instar esse possit, poni pnto, magis probarem *conventurum*, sicubi id in scriptis vel vet. edd. inveniretur, et *agitantibus rem* conjungerem, ut c. 4. 'Cum sæpius agitata res certiore spem pacis in dies et Syphaci et Carthaginiensibus per eum faceret.' Nec opus est, multis ostendi, tam apud Livium, quam apud alios, obvium esse 'agitare rem.' *Duk.* Ex nullo meorum, ne Harl. quidem et aliis, qui passim alibi codici Rhenani consentire solent, aliquid varietatis ad hæc verba notatur, nisi quod *cogitantibus* sit in Harl. et sæpe, pro *sæpius*, in Ber. An igitur semel posita vox *rem* repetenda

Livius.

29 X

est? *rem conventuram agitantibus*, scilicet eandem rem.

§ 8 *Hibernacula Karthaginiensium*, &c. *lignea ferme tota erant*] Legitur in scripto libro *Hibernacula Carthaginiensibus*, non *Karthaginiensium*. *Hibernacula Carthaginiensibus lignea erant*, hoc est Carthaginienses habebant hibernacula lignea. *Rhenan*. Vide Schelium ad Hygin. p. 1110. *Duk. Karthaginiensibus* solus Harl. Reliqui omnes *Karthaginiensium*.

CAP. IV. § 1 *Calonum loco primos ordinis spectatæ virtutis atque prudentiæ*] Scribendum *primos ordines*. Id est, primorum ordinum ductores, centuriones. Et ita Pnt. Vossianusque. Noster XLIV. 36. 'Tum jam aperte primis ordinibus imperat, metarentur frontem castrorum.' Cæsar Gall. VI. 7. 'Labiennus tribunis militum primisque ordinibus coactis, quid sui consilii sit, proponit.' ita enim, ut hoc obiter moneam, scribendum ex membr. non, ut vulgo, *conrocatis*. Virgilius Æn. XI. 304. 'Non tempore tali Cogere concilium.' Auctor lib. VIII. 'copiis coactis.' Et 'cogere senatum.' Frontinus Strateg. I. 5. 12. 'Ad primos tantum ordines relato consilio.' Higinius de Limit. p. 160. 'Nam cum signis et aquila a primis ordinibus deducebantur.' Hos quinque fuisse in prima cohorte, notat vir doctus ad Ammianum. Dicit quidem Vegetius 'ordinarios' vocatos, qui in prælio primos ordines ducunt, et decem centurias primæ cohortis a 'quinque ordinariis' regi solitas lib. II. capp. 7. et 8. sed nec definit eos hoc numero, et ita appellat, ut veterem militiam parum exacte cognovisse videatur, et omnino remittendi sint alio tirones, qui nosse volunt, qui fuerint 'primi ordines.' Quinque illos designat 'centurionem primi pili, primum hastatum, principem, secundum hastatum, triarium priorem.' Atqui 'trarius prior,' et 'centurio primi pili' una eademque

est persona, non duo. Deinde 'primum hastatum' digniore loco ponit, quam 'principem,' et hos ambos cum 'secundo hastato,' quam 'trarium priorem:' quod minime fert antiqua ratio. Denique inter primos ordines nominat 'secundum hastatum,' qui nunquam inter illos fuit: nisi primum hastatum posteriorem intellexit: sed is non dicebatur 'secundus.' Primi ordines veteri militia erant sex primorum ordinum centuriones: duo primi pili, duo primi principes, duo primi hastati. Vide Lipsium II. 8. J. F. Gron. *Primos ordines* etiam Flor. multique alii meorum, ut et Hearnii Oxonn. et Brancal. Latini. Similiter emendabat hic Gronovius priore ed. nott. ad IX. 39. Infra XLIV. 33. 'Ipse cum tribunis et primis ordinibus vadit ad contemplandos transitus.' Vide Ger. Vossium, et Nic. Heinsium ad Vell. Pat. II. 112. et Tennul. ad Front. Strat. IV. 5. § 8. 'Principes ordinum' vocatur VIII. 39. 'Tum adhortari milites, tribunos, principesque ordinum nominatim.' 'Centuriones primorum ordinum' X. 35. 'Dicta consulis legati, tribuni-que, et omnes turmæ equitum, et centuriones primorum ordinum adprobavere:' 'primores centurionum' XXVI. 5. 'Q. Navium primoresque alios centurionum hortatur.' Ceterum conferendus est cum his Polyb. lib. XIV. unde Livius sua hausit.

§ 2 *Qua Pæni, qua Numidæ haberent*] *An tenderent?* in quibusdam tamen *quas Pæni, quas Numidæ haberent*. J. F. Gron. Nihil muto. 'Habere' est habitare. XXVI. 34. 'Ne ipsi postere eorum uspiam parent, haberent, nisi in Veiente.' XXXII. 14. 'Dedidere deinceps sese, qui Argenta, quique Pherinum, et Timarum, et Lisinas, et Stimonem, et Lampsam habent.' Vide, quæ notavi ad Sillii VIII. 370. Tentoria antem militibus in castris degentibus quasi domus sunt, in quibus habitant.

Livius XLIV. 39. 'Patria altera est militaris hæc sedes, vallumque pro mœnibus, et tentorium suum cuique militi domus ac penates sunt.' *Quam Pœni, quam Numidæ* Lov. 3. *quas Pœni, quas Numidæ* Flor. a m. sec.

§ 3 *Nocte, an interdiu opportuniore insidiantibus essent*] Put. omnesque Gall. *insidianti*: Vossianus alludens *insidiundi*. J. F. Gron. *Insidiantibus* tantum in Lov. 2. Harl. Ber. Gaertn. Rec. et Hearnii D. alii mei cum Hearnii L. 1. *insidianti*, nisi quod *insidiati* sit in Cant. *insidiandi* in Lov. 1. et Hearnii N. Ceterum *opportunæ res i. essent* Lov. 5. et Ber. a m. pr. *opportuniore res i. esset* a m. sec.

§ 4 *Quum sapius agitata res certiorum spem pacis*] *Artiorem spem pacis* exhibet Pal. 1. sed Pal. 3. *spem certioris pacis*. Gebh. *Artiorem*, vel *artiorem* etiam Voss. Lov. 1. 4. 5. et Gaertn. *spem certiorum pacis* Harl.

Vetitos se reverti ad imperatorem aiunt] Castigavimus juxta fidem scripti voluminis *ab imperatore*. Quæ verba respiciunt participium *vetitos*, non autem infinitivum *reverti*: quod non animadvertit qui mutavit. *Rhen. Ab imperatore* habent vetustiores codd. Quidam emendarunt *ad imperatorem*, quod displicet. Nam utique legatis Romanis licebat ad suum redire imperatorem; sed ab imperatore ad Syphacem non redituros, id enim vero minabantur, ut tandem responsum elicerent. Est autem hoc factum hic a perfidia non multum alienum, ut pinxerit Livius. *Glar. Ab imperatore* ab Rhenano est, et explicat Glareanus: Legatis, inquit, Romanis licebat ad suum redire imperatorem; sed ab imperatore ad Syphacem non redituros id enim vero minabantur, ut tandem responsum elicerent. Scripti retinent vetus *ad imperatorem*. Idque confirmat Polybins XIV. 2. "Αμα δὲ τοῦτοις προσεετέλιχτο τοῖς πρεσβευταῖς, μὴ πρότερον ὡς αὐτὸν ἀπιέναι, πρὶν ἢ λαβεῖν ἀπόκρισιν ὑπὲρ τούτων. Non præcise, ut Cadmum Agenor vetuit re-

verti non inventa Europa: sed ut ibi exspectarent, donec certum habuissent responsum, si habere possent. Sic dabat et otium officio, quod additum legatis erat, castra contemplandi: et speciem cupidi pacis præbebat. J. F. Gron. *Ab imperatore* Ber. Harl. Hearnii D. et edd. usque ad Aldum, qui *ad imperatorem* reposuit, *adsentientibus reliquis meis*, et Hearnii L. 1. ac N. Vide Gronov. Obs. IV. 6. p. 89.

§ 5 *Proinde, seu ipsi staret jam sententia*] Pal. 1. et ex parte vet. ed. *seu ipsa staret jam sententia, seu consulendi Hasdrubal et Carthaginienses essent, consulerent*. Pal. 2. *seu ipse staret in sententia*. Pal. 3. *Proinde, seu ipse staret jam sententia, seu consulendum Asdrubal et est ut Carthaginienses consuleret*. Gebh. *Seu ipse staret jam sententia* Lov. 4. et Harl. *seu ipsam staret jam sententia* Lov. 1. *seu ipsa staret jam sententia* Voss. Lov. 2. 3. Gaertn. et edd. ante Aldum; qui, consentientibus reliquis, recte substituit *seu ipsi staret jam sententia*. Supra XXI. 29. 'Nec Scipioni stare sententia poterat?' ubi vide quæ notantur. *Mox bellum noviter geri, pro naviter*, Lov. 3. 5. cum quibusdam edd. antiqq. Vide ad x. 44. § 4. *Bellum gnariter geri* Lov. 4. et Hav. Et ita in libro optimo esse Gronov. monnit ad x. 39. § 6. Vide ad III. 41. § 8.

§ 6 *Ad comparanda ea, quæ in rem opus erant*] In scripto volumine legitur *ad comparanda, quæ in rem opus erant*. Rhen. Sic [*ad comparanda, quæ*] Rhenanus, deleto pronomine *ea*. Sed id quidem retinent nostri, nesciunt autem τὸ ὄπυς: ut sit *ad comparanda ea, quæ in rem erant*. Plautus Amphitr. prologo: 'Quæ maxime in rem vestram communem sient.' Anul. II. 1. 'Quod in rem esse utrique arbitremur.' Et sæpe alibi. J. F. Gron. *Eu servant omnes mei*. Tò ὄπυς nulli, nisi Harl. et Ber. *quæ in rem erant* locutionem Livianam esse, docui ad

xxii. 3. § 2.

§ 7 *Apud Pœnos Numidasque orta*] *Optimi Numidamque*. J. F. Gronov. Similiter Flor. Vide ad x. 27. § 3. *Mox et mentione ac spe pacis negligentia, &c. orta*, omissa præpositione *ex*, Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. quod non displicet. Vide ad ii. 6. § 2. Potuit tamen *ex* intercideris ob similitudinem vocis præced. Vide ad v. 32. § 4. xxi. 15. § 2. xxvii. 46. § 11. xxxiii. 14. § 5. c. 39. § 2. xxxv. 29. § 8. et alibi. Similiter etiam *et æquare*, pro *et exæquare*, plures exhibent codd. et edd. xxxiv. 3. § 2. *Et ex cunctatione* legit Hafn.

§ 8 *Quod nimis cupere Romanus*] *Castigavimus quia nimis ex archetypo Spirensi. Rhenan. Quia* legunt omnes præter Gaertn. Deinde *animis cupere* Voss. et Lov. 1. ac 2. priore littera ex fine præced. vocis repetita; certe *qui animis cupere* legit Harl. Vide ad xxxvii. 29. § 8. *Quia nimis animis cupere*, duplici lectione juncta, Lov. 4. Vide ad iii. 44. § 4.

Iniquis per occasionem adjectis] [Pal. 2. *conditionibus iniquis per occasionem adjectis, quæ peroptime cupienti tollere inducias. Vereor ne perperam et pravis ex additamentis castigatorum. Gebh. Certe omnes mei in vulgatum conspirant.*

§ 11 *Duo millia militum*] *Et duo millia militum* Lov. 3. et Gaertn. *Et XX.* vel *Et viginti millia militum* Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. *Et XX. militum* Flor. Cant. et Lov. 4. *Scriptum fuit Et ∞ ∞ militum.* Vide ad xxxiii. 14. § 5.

CAP. v. § 1 *His præparatis, convocatoque concilio, et dicere*] Pall. tres, et vet. ed. *advocatoque concilio. Amplius* Pal. 1. et vet. ed. *et dicere exploratoribus jussis. Pal. 3. edicere exploratoribus jussis, quæ comperta essent. Gebh. Meliores, advocatoque consilio edicere exploratoribus jussis. Verissime. 'Edicere' est proloqui, indicare. Plautus Amphit. ii. 2. 184.*

'Tute edictas facta tua, ex me quæris, quid deliquerim.' Sallustius Catil. c. 48. 'Jussus a consulibus, quæ sciret, edicere.' Etiam Andreas et Aldina *advocatoque*. J. F. Gron. De illo adnotavit ad xxiiii. 32. de hoc etiam Ferrarius ad Cic. Phil. i. 5. *Duk. Advocatoque consilio* omnes mei, præter Gaertn. *concilio* exhibentem: *advocatoque consilio* etiam primæ edd. certe ita inveni in Rom. 1472. ac Parm. *advocatoque concilio* Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ usque ad Mogunt. quæ iterum reposuit *advocatoque consilio*. Pro eo deinde Paris. 1573. *convocatoque consilio*, Modius *convocatoque concilio* substituerunt: *consilium*, non *concilium*, legendum est: intelliguntur enim legati, tribuni militum, alique quos consulebat imperator, ubi aliquid deliberandum incideret. Vide Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5. ubi etiam plura laudavit testimonia Livii, unde tota locutio 'advocare consilium' intrudari potest. Ita etiam 'advocare concionem' vidimus ad vii. 37. § 1. et xxvi. 41. § 2. Præterea 'edicere' etiam Hearnii Oxonn. Eodem sensu est XLIII. 4. 'Eademque pro concione edicere Q. Mænum prætorem jussurunt.' Cic. de Amic. c. 16. 'Si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixero.' Vide Cortium ad Sallustii Catil. c. 48. Eodem errore *et quidem*, pro *equidem*, librarii dederunt v. 54. § 3. ubi quædam vide: *et durum*, pro *edurum*. Vide Tollium ad Auson. Idyll. xii. pag. 477.

Postremo, quid ipse pararet in proximan noctem, proponit. Tribunus edicit] *Levicula* trajectione Pal. 1. *postr. ipse, quid pararet in prox. noctem, proponit tribunis, et edicit. Gebh. Ipse quid pararet edidit* Jac. Gronov. et ita omnes mei, præter Harl. et Ber. *proponit tribunis et edicit* Voss. et Lov. 1. 2. *proponit tribunis etiam edicit* Lov. 5. *proponi tribuni se dicit* Flor.

§ 2 *Edicit, ut, ubi, pratorio dimisso,*

signa concinissent, extemplo educeret e castris legiones] Pal. 1. edicit, ubi prætorio dimisso signa concinisset, extemplo educeret castris legiones. Pal. 2. ubi signa occinissent. Pal. 3. ubi prætorio dimissa signa concinissent, extemplo educerent castris legiones. Gebh. Omnes et Gall. et Pall. extemplo educerent castris legiones. J. F. Gronov. Vide Lipsium de Milit. Rom. v. 2. et Schel. ad Polyb. c. 2. Duk. Educere castris omnes meî, præter Ber. et Gaertn. Ex Flor. etiam nihil notatur, ut ille pariter e castris servasse videatur. Vide ad xxviii. 2. § 5.

§ 3 Septem enim millia itineris erant] Vertit a Polyb. xiv. 4. unde hic totus locus sumptus est : περί γάρ ἐξήκοντα σταδίου ἀπέιχον οἱ πολέμοι. Quod ait : Ad primam ferme vigiliam, Polyb. ἔρτι ληγούσης τῆς πρώτης φυλακῆς. Quod autem inquit media nocte, Polyb. περί τὴν τρίτην φυλακὴν λήγουσαν. Sigon. Tò enim deest in Lov. 3. et Hearnii L. 1. Paulo ante uti imperaverat Lov. 3. Tum sub occasu solis Berol. et Hav. Vide ad II. 55. § 1. Hinc ferri sunt castra Lov. 4. et Harl.

§ 4 Perventum. Ibi Scipio partem copiarum Lælio, &c.] Pal. 1. perventum est. Ubi Scipio. Contra Pal. 2. Et ibi Scipio partem copiarum Lælio Masinissam Numilasque attribuit. Castra Si-facis invadere. Gebh. Perventum est etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edil. usque ad Froben. qui τὸ est in ed. 1535. primus omisit. Mox ignesque colligere, pro conjicere, vel, ut in membranis scribitur, conicere, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Vide ad xxxvi. 12. § 4.

§ 5 Seductos obtestatur, ut, quantum nox providentiæ adimat] Ex Polybio xiv. 4. ad verbum : σαφῶς εἰδόντας, ὅτι καθ' ὅσον ἐμποδίζει καὶ κωλύει τὰ τῆς δράσεως τὸ σκότος, κατὰ τοσούτον δεῖ συνεκπληροῦν τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ τόλμῃ τὰς νυκτερινὰς ἐπιβολὰς. Sigonius. Deduc-tos Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5.

Gaertn. Ber. et Hav. Male. Vide de verbo 'seducere' Gronov. ad Senec. Apocoloc. non longe post princ. Supra III. 48. 'Seducit filiam ac nutricem prope Cloacinæ ac tabernas.'

Tantum diligenti expleant cura: et se Asdrubalem] Vitiata verba sunt: pro unaque adverbio quispiam, non assecutus loci intelligentiam, supposuit cura et. Sic autem legenda sententia est: tantum diligentia expleant: unaque se Asdrubalem Punicaque castra aggressurum. Quis hic non clamet in professores, quos exemplaria vetusta consulere piget, ac pudet? Rhenan. Pall. 1. et 2. diligenti expleant cura; et se Asdrubalem Punicaque castra aggressurum. Pal. 3. vero, tantum diligentia expleant: unaque Asdrubalem ac Punica cast. aggr. Unde Rhenanus substituit diligentia expleant: unaque se Asdr. Andreas olim edidit, tantum diligenti expleant cura: unaque se Asdrubalem Punicaque castra aggressurum. Gebh. Non tantum ita exhibet Andreas, sed etiam Harl. et Ber. omnesque edd. ante Aldum, qui et se, pro unaque se, substituit, consentientibus Lovel. 2. 3. 4. Harl. et Hav. tantum diligentia expleant cura: et se Hasdr. Voss. et Hearnii L. 1. ac N. Quamvis autem Rhenanus legat tantum diligentia expleant: unaque se Hasdr. Froben. tamen, qui primus annotationes ipsius edidit, et contextum Livii ex mente ejus emendavit, vulgari jussit tantum diligentia expleant curaque, se Hasdr. idque semper obtinuit. Et recte. Ita enim præferunt Flor. Cant. et, ut ex Sallierio didici, optimus Put.

§ 6 Ignem in regis castris conspexisset] Ita demum exhibuit ultima Grut. ed. Omnes priores in regis castris: neque aliter Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Ber. Hav. Hearnii L. 1. et, quod iterum Sallierio monuit, Put. Id etiam ex omnibus suis recte Crevierius recepit. Vide ad xxxii. 6. § 6.

§ 7 Nam, ut proximis castris injectus

ignis hæsit] Silius de hac arte, qua usus feliciter Scipio, xvii. 86. 'Ergo asper, monitis frustra nitentibus, enses Advocat, &c.' *Modius*. Put. Pal. Bnslid. *casis*: quod verius, placetque etiam Rubenio. Lib. xxv. c. 39. 'Pars ignis casis stramento arido tectis injiciunt.' xxxv. 27. 'Igne casis ab omni parte castrorum injectit.' Sed et lege *primis*: vel quia sequitur 'proxima quæque.' Idque vult Polyb. xiv. 4. *ὡς οἱ προηγούμενοι τὸ πῦρ ἐνέβαλον καταμεμηθὲν εἰς τὰς πρώτας σκηνὰς, εὐθέως ἀβοήθητον ἐποίησε τὸ κακόν*. J. F. Gron. *Castris servant* Harl. Ber. Rec. et Gaertn. vox illa deest in Lov. 5. *castrī casis* legit Brancal. Latini. Reliqui recte *casis*. Mox *proximis* servant omnes mei. Quamvis autem Liv. a repetendis vocibus minus sibi cavisse probarim ad i. 3. § 9. hic tamen *primis* cum Gronov. malo, quia eum ita scripsisse etiam Polyb. probat. Solent autem hæ voces in Mss. confundi. Vide ad v. 47. § 5. Nihilominus cum Clerico conjecturam Gronovii in contextum recipere non audeo. Deinde *injectus ignis est* Rec.

Deinceps continua amplexus] Media vox deest in Voss. Lovel. 1. 2. et Gaertn. *deinceps amplexus contigua* Ber. Male. Vocem *continuus* optime illustravit, et cum τῶ *contiguus* commutari docuit Burm. ad Ovid. Met. iv. 57. quem etiam vide ad Gratii Cyn. 8. Mox cap. seq. 'Effusa flamma primo velut sparsa pluribus locis reluxit: dein, per continua serpens, uno repente omnia incendio hausit.'

§ 8 *Quanta necesse erat*] Forte *quantam*. Statim omnes in *armatos incidere*. J. F. Gron. *Necesse esset* Voss. Lovel. 1. 2. 3. et Hav. *incidere* etiam mei, dissentiente uno vel altero, et Hearnii Oxonienses.

§ 10 *Multos in ipsis cubiculis semisomnos hausit flamma*] Scripsimus *cubilibus*: intelligit lectos, aut id, quod illis vice lectorum erat. Num hoc

significat *cubile*, quum *cubiculum* locus sit, in quo est *cubile*. Porro in hybernaculis Pænorum, quemadmodum a Livio describuntur, apparet, nulla fuisse cubicula. O asinum, qui pro *cubitibus cubicula* supposuit! Rhen. Pal. 1. *dispositos in ipsis cubiculis semisomnos hausit flamma*. Reliqui duo Pall. in *ipsis cubilibus semisomnos*. Sic xxv. 39. exhibet Pal. 1. et vet. ed. *Pars semisomnos hostes cadunt*. Gebh. Optimi *semisomnos*. Cicero Ep. vii. 1. 'Spectarent communes mimos semisomni.' Sed et in principio hujus membri nemo meliorum agnoscit τὸ *multos*. Vide an satis sit in *ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma*: hoc est, qui in cubilibus marcebant, eos, ut erant semisomni, flamma hausit. J. F. Gron. Tò *Multos* ignorant Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 5. Hav. et Hearnii L. I. Quod vide an referendum sit ad illa, de quibus copiose Gronov. egit, ad iii. 37. § 8. Recte autem *cubilibus* Rhen. adstipulantibus Flor. et aliis, licet alterum perperam supersit in Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. et Hav. Hinc *semisomnos* omnes mei, præter Rec. Gaertn. et Hav. Vide ad xxv. 39. § 3. Præterea *flamma auxit* Lov. 2. et 3. sollempni scribarum errore. Vide ad ii. 43. § 3. et viii. 31. § 7.

Multi in præcipiti fuga, ruentes super alios alii] Vet. libri *multi præcipiti fuga ruentes*. Sigon. Omnes mei, præter Cant. in omittentem, vulgatum tuentur. At *super alii alios* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *alii super alios* Lov. 3. 4. Supra i. 25. 'Duo Romani, super alium alius cernerunt.'

CAP. VI. § 1 *Ab eodem errore credere et ipsi*] *Ab eodem terrore* Flor. Lov. 1. 2. 5. Hafn. et Hav. sæpius obvia scribarum aberratione. Vide ad xxiv. 30. § 6. Tum *credere ipsi* Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. Gaertn. et edd. usque ad Froben. 1531. *cycederet ipsi* Flor. a m. pr. *crederent ipsi* a m. sec.

§ 2 *Clamor inter eadem ad vulnera sublatus*] Pall. 1. 2. et vet. ed. *inter eadem et vulnera*. Pal. 3. vero et *clamor inter eadem et vulnera illatus*. Gebh. *Ad vulnera operarum errore inrepsit* in ed. Modii, idque Gruter. et Heinsius retinuerunt. Gronov. iterum et *vulnera*, ut antea edebatur, revocavit. Consentiant omnes codd.

An ex trepidatione nocturna esset, confusus] Opinor *confusus sensum veri adimebat*, dandi casu. Quod vocabulum hoc eodem libro cap. 15. rursum usurpat de Masanissa loquens: 'Ex pratorio in tabernaculum suum confusus concessit.' *Rhenan.* Aut deest hic aliquid, aut aliquid vitii est. Tentabam, et *clamor inter eadem et vulnera sublatus, cum nocturna trepidatione confusus sensum veri adimebat*. J. F. Gron. Crevier. exponit *clamor confusus, sive incertus, an ex trepidatione nocturna esset*. Codd. nihil mutant, nisi quod *ac*, pro *an*, legant Voss. et Lov. 1. *esset* desit in Gaertn.

§ 3 *Ut quibus nihil hostile suspectum esset*] Tò nihil deficit in Pal. 1. At Pal. 3. habet *in quibus ut nihil suspectum esset*. Gebh. *Ut quibus hostile nihil suspectum timendum esset* Lov. 2. Tò nihil deerat in contextu Flor. sed margini adscribitur.

Quæ restringendo igni forent] Et hic, et superius Pal. 1. *restringendo*. Dein ex glossa Pal. 2. *ea modo, quæ restringendo igni forent, usui portantes*. Gebh. *Restringendo* hic Gaertn. Supra vero cap. præc. § 8. *restringendum* Voss. et Lov. 4. De lapsu hoc scribarum vide ad x. 13. § 8.

§ 5 *Ignibusque in proxima tecta coniectis*] Tecta Asdrubalis intelligendum, quæ sibi incendenda Scipio sumpserat, non ante tamen, quam ignem in castris Syphacis conspexisset. Hoc iisdem prope verbis Polybius XIV. 5. 'Ο δὲ Σκιπίων ἐπιπεσὼν τοῖς ἐξεληλυθόσιν, οὓς μὲν ἐφόρευεν, οὓς δὲ καταδιώκων ἅμα τὸ πῦρ ἐπέβαλλε ταῖς σκηναῖς. οὗ γενομένου, παραπλήσια συνέ-

βαινε πῶσχειν τοὺς Φοίνικας ὑπὸ τοῦ πυρός τοῖς ἄρτι ῥηθεῖσι περὶ τῶν Νομάδων. Sigon.

Veluti sparsa pluribus locis reluxit] Et optimi, et plures *sparsa*, ut referatur ad sequens 'incendio.' Componit enim inter se 'sparsum pluribus locis' et 'unum incendium.' J. F. Gron. *Sparsa* etiam Flor. Cant. Voss. aliique, cum Hearnii N. Quod si placeat, referendum est ad morem Livianum, quem pluribus inlustrat Gronov. ad cap. seq. § 6. Præterea *velut* Flor. Cant. Lov. quinque, Harl. et Hav.

Dein per continua serpens, uno repente omnia incendio hausit] Exemplar Ms. duntaxat habet *dein continua incendio hausit*. Demiror quis præpositionem per adjecerit, et tres dictiones *serpens uno repente*. *Rhenan.* In cod. vitiosum incidit *Rhenanus*, cum quo tamen, ut solet, iterum facit Harl. Reliqui enim, omnia illa vocabula servantes, docent eadem potius in uno vel altero cod. scribarum negligentia omissa, quam in reliquis ab aliena manu addita esse. Certe nihil video, cur non voces illæ Livio dignissimæ habeantur.

§ 6 *Obruebant itinera portarum*] Scripsimus, veterem lectionem secuti, *obruebant itinera portarum*. *Rhenanus. Obruebant* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hav.

Binaque castra die una deleta] Scripsimus, veterem lectionem secuti, pro *die una, clade una*. *Rhenan. Vet. lib. die una deleta*: quod probo, quia Appianus ita in Punic. p. 12. 'Ρωμαῖοι διὰ τὸ λήγης μίας ἐν ὀλίγῳ μέρει νυκτὸς δύο στρατοπέδων ἐκράτησαν ὁμοῦ. Sigon. *Die una* Sigonius, quia Appianus ἐν ὀλίγῳ μέρει νυκτὸς. Atqui si nocte, non utique die. Put. *castra de una*; quod et totum exstat in Petav. et habuit Rhenani liber. J. F. Gron. *Die una* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. quomodo quini etiam Sigon. in vet. lib. invenisset,

tamen *una die* in contextum satis negligenter recepit. Locutionem ‘*una dies,*’ cui opponuntur ‘*bina castra,*’ illustravi ad Sili *ii. 5.* Malo tamen *clade una* cum Gronov. non quia castra noctu incensa sunt, dies enim civilis etiam noctem comprehendit, sed quia Livius potius ‘*dies unus,*’ quam ‘*una,*’ dicere solet. Vide ad *xxviii. 28. § 9.*

§ 7 *Et ex tot millibus armatorum XX. millia peditum et quingenti equites*] In codice Spirensi legitur *duo millia peditum.* Rhenan. Vocula initialis et exsulat a Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 5. Gaertn. et Hav. Sed eam intercepit proxime sequens. Simile exemplum habuimus ad *xxvii. 47. § 2.* alia obcurrunt *xxxii. 32. § 13.* et *xxxv. 29. § 8.* Deinde *XX. peditum* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Hearnii N. Scriptum fuerat *∞ ∞ peditum,* quod librarii non intellexerunt. Vide ad *xxxiii. 14. § 5.* Præterea et *equites,* omissa media voce, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 5. et Hav. Vide ad *xxxvii. 40. § 11.*

§ 8 *Cæsa aut hausta flammis ad quadraginta millia hominum sunt, capti sex millia*] Put. Men. Voss. *cæsa aut hausta flammis quadraginta millia hominum sunt,* (quod sequitur est in omnibus Gallicis) *capta supra quinque millia.* In quibus et statim *signa militaria centum septuaginta quatuor.* J. F. Gron. Si his addas *duo millia et quingentos,* quos effugisse dicit, sunt in universum *quadraginta septem millia et quingenti.* Sed *xxix. 35.* Asdrubalem *XXX. millia peditum, tria equitum,* et Syphacem *L. millia peditum, X. equitum* habuisse scribit, quæ sunt *XCIII. millia.* Et sic Polybius *xiv. 1.* Si jam ad *XL. millia* perierunt et *supra V. millia* capta sunt, effugit paulo plus dimidia parte ex *XCIII. millibus.* Polybius *xiv. 6.* alio Asdrubalem, alio Syphacem fugisse, et Asdrubalem equites ‘*ad quingentos,*’ pedites ‘*circiter bis mille*’ secum habuisse. Hi

ergo sunt, quos effugisse dicit Livius. Sed tamen, quum ‘*ambos duces,*’ et ‘*ex tot millibus*’ armatorum ‘*duo millia peditum et quingentos*’ equites effugisse scribit, ita loquitur, ut lector facile putare possit, hos solos ex *XCIII. millibus* effugisse. Duk. *Cæsa aut usta flammis* Lov. 3. et Rec. *cæsa aut exausta flammis* Harl. Male. Supra *v. 7.* ‘*Tam longi temporis opus incendium hausit:*’ ubi alia vide. hoc lib. *c. 5.* ‘*Multos in ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma.*’ Deinde vocula *ad* in solis Harl. Berol. Gaertn. et Hearnii D. superest; reliqui cum Hearnii L. 1. et N. eandem expellant. Hinc *sunt* non apparet in Hav. Deinde *capti supra sex millia* omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, quæ *supra* omisit: *capta supra quinque millia* omnes mei, nisi quod *capti* sit in Gaertn. Mox *XII. senatores,* pro *undecim,* Hearnii L. 1. et D. *tresdecim senatores* Rec. *Unus ex quinquaginta senatores* Hav. Præterea § seq. *signa militaria centum septuaginta quatuor* Florent. multique alii codd. cum Hearnii Oxonn. *signa militaria CLXIX.* Lovel. 3. *signa militaria CLXXVIII.* Berol. Gaertn. et editiones antiquissimæ: *signa militaria CXXVIII.* aliæ: *signa militaria CLXXVIII.* Ascens. a. 1513. et omnes usque ad Gronov. Tandem *ferro flammaque* alio ordine Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav.

CAP. VII. § 1 *Cum paucis Afrorum urbem proximam petierat*] Vetus lectio *cum paucis equorum.* Mallem *Pænorum.* Suspicor autem Livium scripsisse *cum paucis suorum.* Id quum ita fuisset scriptum *cum paucissuorum,* sciolus aliquis, volens castigare locum, ex *uorum* additis dnabus literis fecit *equorum.* Rhenan. Polybius item nomen urbis non apponit, quod est tamen apud Appianum in Punic. p. 13. Ἀσδρούβας δὲ ὁ στρατηγὸς Καρχηδονίων ἐν μὲν τῇ νυκτομαχίᾳ μεθ’ ἰππέων πεντακοσίων τετραμένος εἰς Ἀνδῶν κατέφυγεν.

Sigon. Non aliter quam cum *paucis Afrorum*, Pall. duo, et vet. ed. interim Pal. 3. *cum paucis equorum*. Gebh. *Cum paucis equorum* unus Harl. Reliqui in conservando vulgato conspirant. Non autem jungo *cum paucis Afrorum*, sed *Afrorum urbem*. Mox *urbem excessit* Lov. 2. de qua locutione vide ad II. 37. § 8. Alii tamen omnes vulgatum tuentur.

§ 2 *Voluntate concesserant in ditionem*] Put. Reg. dno Pall. in ditionem, ut libro præcedenti c. 38. *J. F. Gron.* In ditionem etiam Flor. et nonnulli alii, in alterum consentientibus Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXIX. 2. § 4.

Duæ subinde urbes captæ direptaque] Item Polyb. XIV. 6. δύο τε τὰς παρακειμένας πόλεις ἀφῆκε τοῖς στρατοπέδοις διαρπάξεν. *Sigon.*

Et quæ castris incensis ex igne rapta erant] Pal. 1. *et quæ castris excensis et ex igne rapta erant*. Gebh. Optimus, et major pars *castris excensis*. Gudianus *quæ castris ex incensis et igne*. *J. F. Gron.* Lectio prisca superest in Lov. 4. Ber. Harl. et Gaertn. *quæ castris incensis et igne* legit Lov. 2. *quæ castris incensis et ex igne* Lov. 3. *quæ castris excensis ex igne* Flor. a m. pr. et Cant. *quæ castris accensis ex igne* Lov. 5. et Hearnii L. 1. *quæ ex castris incensis ex igne* Hav. *quæ castris excensis et ex igne* Voss. *quæ castris ex incensis et ex igne* Lov. 1. quod probari potest, quia Livius sæpissime præpositiones repetere solitus est. Vide ad VI. 28. § 6. Potest tamen et Gronovii lectio commode ferri.

§ 3 *Loco communito consedit*] Vetus lectio *loco munito*, non *loco communito*, quemadmodum et nos scripsimus. *Rhenan.* Omnes Gall. et Voss. *loco communito consedit*, repugnante *Rhenano*. *J. F. Gron.* Unus Harl. stat a cod. *Rhenani*: alii cum Hearnii N. legunt *communito*. Id verbum Livio frequens est. III. 42. '*Loco edito castra communierant*,' ubi quædam

vide. VIII. 15. '*Profugosque cum conjugibus ac liberis Suessam communisse*,' XXI. 48. '*Locum delectum communit*,' XXXV. 51. '*In Euripo castellum custodiæ causa loci communiebant*.' Prima syllaba τῶν *communito* elisa est ab ultima præced. vocis. Nisi tantum duæ priores ejus literæ a duabus ultimis vocis præced. tertia a quarta hujus elisa sit. Vide ad XL. 57. § 8.

§ 4 *Omnia Utica Karthaginem c. e. S. obpressurum*] Vet. lib. *obsessurum*: helle autem respondet. Nam Utica obsidebatur. Item quod paulo post in majore urbis periculo ait c. 9. '*Carthaginem repente aggressurum credebant*.' *Sigon.* *Oppressurum* servant Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *obsessurum* Flor. et alii. Solent hæ voces commutari. Vide ad Epit. Liv. I. LVII.

§ 5 *Suffetes, quod velut consulare imperium*] *Sufetes* legitur in veteribus lib. et apud Festum, qui ita scribit: '*Sufes, consul lingua Penornum*. Claudius: '*Senatus censuit referentibus sufetibus*.' *Sigon.* *Itaque suffetes* Gaertn. *itaque ut suffetes* Flor. *itaque ut suffectus* Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. *itaque et suffectas* Lov. 5. *itaque ut suspectus* Hafn. *itaque usufetes* Lov. 3. 4. *itaque usu patrum* Harl. a m. pr. *patres a m. sec. Sufes* scribendum, etiam monet *Sigon.* ad XXXIV. 61. § 15. Ita sane est in duabus inscriptionibus apud Gruter. CCCCLXX. 1. et 2. Eisdem cum duabus aliis recensuit et edidit Oct. Rossi *Memor. Bresc.* pagg. 176. et 177. verum in omnibus quatuor duplici FF scripsit *SUFFES*. Scalig. ad Fest. ea voce nomen deducit ab Hebræo *sophim*. Bochart. *Canaan.* I. 14. a voce *sophetim*: utraque autem sententia *Sigonio* favere videtur.

§ 6 *Ibi tribus dictis sententiis, una*] Put. et omnes Gall. tres meliores *Florent. Barberin. Voss. τὰ dictis sen-*

tentiis omnino non habent: dein pro *exitiiali* illic est *exitiabili*, ut et in superioribus edd. vicem τὸῦ *exemplo* habent *erat* ingenti consensu. Etiam atque etiam vide an fuerit, *ibi e tribus* (una de pace legatos ad Sc. decernebat; alt. Hann. ad tuend. ab ex. bel. pat. revocabat; tertia Rom. in adv. rebus const. erat, rep. ex., Syphacemque orandum, ne bel. abs., censebat) hæc sententia, quia *Asd. præsens*. Pluscula adscripsi verba, ut appareret, satis commode ad illa adjectiva 'tribus, una, altera, tertia,' substantivum 'sententia' ex sequenti membro subaudiri: quod quia citerius ponendum fuisse judicabant Liviani moris ignari correctores, supplementum illud *dictis sententiis* inseruerunt. Ea scita brevitatis sermonis multis auctoribus nocuit, ut in *Observat.* IV. 4. et ad *Statium Theb.* I. 112. docuimus. Nunc ex Livio solo nonnihil exemplorum adposuisse sufficiat. Lib. XXV. extremo, (c. 41.) 'Itaque haud magni certaminis fuit: primus clamor atque impetus rem decrevit.' XXXII. 39. 'Haud procul urbe Mycenica vocatur: in eo loco ut congrederentur, convenit:' perinde est, ac si dixisset, 'Haud procul urbe locus est, qui Mycenica vocatur.' XXXIII. 31. 'In senatusconsulto, quo cæteræ Græciæ atque Asiæ haud dubie liberabantur: de his tribus urbibus, quod tempora reipublicæ postulassent, id e republica fideque sua facere, statuere, jussi erant:' ubi vides sensu ex posterioribus repeti τὸῦ *urbes*. XXXIV. 52. 'Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum: tetradrachmum vocant.' XLII. 30. 'In liberis gentibus populisque plebs utique omnis ferme, ut solet, deterioribus erat ob regem Macedonasque inclinata:' nam τὸῦ *deterioribus* ex sequenti membro subaudit *studiis*. J. F. Gron. Voces *dictis sententiis* desunt etiam in Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav.

et Hearnii N. ac D. Neque adparent in codd. Crevierii, qui tamen a se impetrare nequit, ut eas reseceat, ne abrupta et obscura fiat oratio. Nihilominus tria membra orationis, quibus explicantur tres sententiæ, parenthesi inclusit. Verum Gronovii emendationem multum juvat ac firmat lectio Lov. 5. *Ibi e tribus sententiis una*. Unica igitur ex his membranarum voce, quæ neque in longe pluribus ac melioribus invenitur, ejecta, Gronovii conjecturam, unius istius Msti fide firmatam, recepi. Deinde *exitiiali* primum adparuit in ultima Gruteri ed. cui consentiunt Ber. Rec. et Gaertn. Reliqui codd. et typis excusi *exitiabili*. Vide Gebhard. ad XXVII. 23. § 4. Insuper *constantia erat*, pro *constantia exemplo*, non tantum omnes scripti mei, sed etiam edd. Rom. 1472. et Parm. Denique Crevierius etiam vocem *censebat* a Livio, scitæ brevitatis consecratore diligentissimo, profectam non esse arbitrabatur: cui, invitis etiam libris omnibus, consentio.

§ 7 *Syphacemque orandum, ne bello absisteret*] Pal. 1. *abstineret*. Pal. 3. *Sifacemque hortandum, ne bello absisteret*. Vulgata lectio melius convenit. Idem codex miram paullo post scripturam habet: *At sententia, qua Asdrubal præsens Barchinæque omnia factionis bellum alebant victi*. Gebh. Put. Cantabr. *ortandum*, id est *hortandum*, etsi non videatur vulgatum incommodum. Jac. Gron. *Ortandum* etiam Flor. *hortandum* Harleian. et Gaertn. quod in contextum recepi. Solent interdum hæc verba in Mss. commutari. Vide ad Liv. IV. 38. § 1. X. 20. § 13. XXI. 11. § 7. XXVI. 39. § 16. XXXII. 40. § 6. XXXVII. 8. § 7. Nic. Heins. ad Claud. de Laud. Stil. II. 23. et Burm. ad Suet. Vesp. c. 7. Postea *vincit*, pro *vicit*, Flor.

§ 8 *Uxor non jam, ut ante, blanditiis*] *Jam non ut ante* Lov. I. 4. Ber. Gaertn. et edd. ante Gronov. *jam non mutare*

Lov. 2. *jam non mutante Voss. jam non tantum idem* in marg. et Hav.

§ 10 *Circa urbem nomine Olbam, ab conquisitoribus suis conscripta*] Nemo, quod sciam, hujus urbis meminit vel in Hispaniis, vel in Africa: quod ob manifestum amphibolon dicimus hujus loci. Nam si dicas *conducta in Hisp. quatuor millia Celt. circa urbem nomine Olbam*, certe Hispaniæ erit oppidum. Sin ita dixeris, *occurrisse sibi circa urbem Olbam quatuor millia Celt. conducta in Hisp.*, erit in Africa. Sed prior sensus magis placet. *Glar. Olbam* quærit frustra in Africa *Glareanus: Polybius enim Abbam* edit, ita scribens xiv. 7. *Τῶν δὲ Κελτιβήρων αὐτοῖς ἀπαντησάντων περὶ τὴν Ἀββαν, οἵτινες ἐτύγχανον ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων ἐξενολογημένοι πλείους ὄντες τῶν τετρακισχιλίων.* Ut autem *Asdrubal Andani*, sic *Syphax Abbam* post nocturnam cladem se contulerant, *Appiano et Polybio auctoribus.* *Circa autem Abbam* occurrerunt, non circa eam *conducta sunt*, ut interpretatur *Glareanns. Sigon. Pall. 1. et 2. urbem nomine Obbam.* Legendum *Abbam.* *Gebh. Scripti omnes Obbam.* Videtur esse *Polybii Abba*, ut animadvertit *Sigonius. J. F. Gron.* Vox nomine importune ab aliquo videtur intrusa. *Abba* nota erat *Syphaci*, nec ignorabant legati, eum se in illam ex fuga recepisse, ibique reliquias dissipati exercitus colligere, ut auctor est *Polybius xiv. 6.* Quomodo ergo apud illum de ea, tamquam de illi ignota, loquuntur? *Duk. Obam Lov. 1. Oblam Lov. 2. Obbam Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Aban*, proxime verum, *Hearnii L. 1.* Vocem nomine ignorat solus *Gaertn.*

§ 11 *Is non benigne modo*] *Put. omnesque Gall. Voss. Igitur non benigne modo legatis respondit.* Probe: nam ratio, cur ita responderit, statim ante exposita est. *J. F. Gron.* Ita et omnes mei, uno vel altero ex deteriori-

bus excepto, omnesque *Hearnii Oxonn. Mox Jac. Gronov. edidit agrestium Numidarum*, consentientibus omnibus meis, præter *Ber. et Gaertn.* qui alio ordine, ut olim edebatur, *Numidarum agrestium* tuentur. Præterea *ex regno exciturum*, transpositis vocibus, *Flor. Harl. et Ber.*

§ 13 *Is omnis exercitus fuit triginta ferme millium armatorum*] *Omnes Gall. et Voss. millia. J. F. Gron. Millia* etiam *Flor. Lovel. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Froben. a. 1535.* Ita etiam variant in pari locutione x. 36. 'Captivorum numerus fuit septem millium ac ducentorum.' Et iterum, 'Amisorum militum numerus relatus septem millium ac ducentorum.' Vide *Jac. Gronov. ad vii. 35. § 6. Caussa, cur ita variarint, fuit, quod, notam numeri millenarii quomodo explicare deberent, non adsecuti sint librarii. Vide ad xxv. 9. § 16. Paulo ante reversus Ilasdrubal, pro rursus, Flor. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Hinc copias contraxerunt Harl. copias conjunxerunt Hav. a m. pr.*

CAP. VIII. § 1 *Avertit fama redintegrati belli*] *Avertit* potest esse 'alio vertit.' Vide ad x. 14. § 14. Sed pro eo est *advertit* in *Flor. et Voss.* quod foret, 'ad se convertit.' Vide ad i. 12. § 10. Solent autem voces illæ commutari. Vide ad vi. 23. § 8. Paulo ante τὸ jam deest in *Harl.* eo transposito *debellato jam* legit ed. *Frob. 1535.* sed *jam debellato* revocavit *Jac. Gronov. consentientibus* reliquis *Mss.*

§ 3 *Primo in tumulo, quatuor ferme millia distante ab castris regis, &c. in Magnos i. e. campos, s. e. t. degressus*] Sic *Polybius xiv. 8. ἀφικόμενος δὲ πεμπταῖος ἐπὶ τὰ Μεγάλα πεδία, καὶ συνηγίσας τοῖς πολεμίοις, τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν ἐπὶ τίνος λόφου κατεστρατοπέδευσε, περὶ τριάκοντα σταδίων ἀποσχῶν τῶν πολεμίων' τῇ δὲ ἐξῆς καταβάς εἰς τὰ πεδία, καὶ προθέμενος ἐν ἑπτὰ σταδίοις*

τοὺς ἰππέας παρενέβαλλε. Hinc cum alia multa eliciuntur, tum illud, *Magnos campos* appellasse, quos Μεγάλα πεδία vocet Polybius. *Signon*. Omnes Gall. Voss. *regiis*. J. F. Gron. Cic. de Orat. III. 42. ex vetusto poeta, 'Testes sunt campi Magni.' Hoc ab Ennio de his, quos hic memorat Livius, dictum putant Victorius Var. Lect. x. 2. et Columna ad Enn. p. 169. *Duk*. *Regiis* non tantum omnes, quibus utor, codd. sed et edd. usque ad Bas. 1539. quæ perperam *regis* admisit. Vide ad XXXII. 6. § 6. Præterea *quatuor millia ferme* alio ordine Flor. et Harl.

Subcedendo ad stationem hostium] Scripti *stationes*. J. F. Gron. *Stationem* primus edidit Froben. 1535. Priores typis descripti, et omnes Mss. mei, cum Hearnii L. 1. et D. *stationes*. Mox *diem consumsit* Lov. 2. de qua locutione vide ad XXI. 33. § 9. Sed nec vulgatum, pro quo stant reliqui, displicet. Vide ad XXVII. 13. § 3. Mox § seq. *in aciem utrinque descensum est* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. et Hav. *in aciem descensum est utrinque* Gaertn. τὸ *utrinque* deest in Lov. 1.

§ 5 *Romanus post principes hastatorum prima signa*] Hastati præeunt principes secundum ordinem, quem nobis exhibuit libro VIII. Livius. Ergo hic invertit ordinem haud absque causa, ut puto, quæ tamen non narratur. Conjungenda autem 'signa hastatorum,' non 'principes hastatorum.' *Glar*. Magnum mendum levi labore deleri potest, si legas *Romanus principes post hastatorum prima signa*. Hic enim erat instruendæ aciei mos Romanus, ut hastatis principes succederent, ut ait VIII. 8. 'Prima acies hastati erant, manipuli quindecim. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen.' Quem morem hoc tempore servatum esse a Scipione, ait Polybius hoc modo XIV. 8. 'Ὁ μὲν οὖν Πό-

πλιος ἀπλῶς κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἔθηκε πρῶτον μὲν τὰς τῶν ἀστάτων σημαίας· ἐπὶ δὲ ταύτας τῶν πριγκίπων τελευταίας δ' ἐπέστῃσε κατόπιν τὰς τῶν τριαρίων. Idem Livius paullo post c. 32. ubi de acie contra Annibalem instructa a Scipione ait, 'Instruit deinde primos hastatos, post eos principes, triariis postremam aciem clausit.' Quibus verbis Græce sic respondet Polyb. xv. 9. πρῶτον μὲν τοὺς ἀστάτους καὶ τὰς τούτων σημαίας ἐν διαστήμασιν, ἐπὶ τούτοις τοὺς πριγκίπας τίθει, &c. Item Livius XXXVII. 39. 'Hastatorum prima signa, deinde principes erant, triarii postremos claudabant.' Idem Suidas, 'Ἀστάτοι πρότεροι τῶν πριγκίπων, εἶτα τριάριοι. Libro tamen XXI. c. 5. ait, 'Nova pugna exorta est, non illa ordinata per principes hastatosque ac triarios.' *Signon*. *Rom. post principes hast. prima signa* libii omnes, nisi quod vitiose Pal. 2. *Rom. post principes astatorum ab lævo cornu subsidiis triarios constituit*. Sigonius levi mutatione malebat *Romanus principes post hastatorum prima signa*. Gebh. Sigonii emendationem probat Lipsius de Mil. Rom. IV. 1. Ante Sigonium vero similiter emendarat Victorius Var. Lect. x. 2. Doujatius codd. scriptos in hanc lectionem congruere testatur, quos nomine indicare oportuerat. Certe omnes mei servant alteram scripturam. Virorum tamen doctorum conjecturam veram esse existimo.

Equitatum Italicum ab dextro cornu, ab lævo Numidus] Pal. 1. *ab dextro, ab lævo cornu*. Pal. 2. *equitatum ab dextro, ab lævo cornu Numidas*. Gebh. *Ab dextro, ab lævo cornu Numidas* Voss. Lov. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. *ab dextro, et ab lævo cornu Numidas* Lov. 1.

§ 6 *Syphax Hasdrubalque Numidis*] Scripti *Numidicis*. J. F. Gron. Ita ex meis Flor. Voss. Lov. 1. 5. Hav. et Hearnii L. 1.

Celliberos in mediam aciem in adversa

signa legionum accipere] Sic Polybius XIV. 8. τοὺς μὲν Κελτίβηρας μέσους ἔταξαν ἀντίους ταῖς τῶν Ῥωμαίων σπέραις. *Signon.* Delendum prius in, volente etiam Put. et Voss. aliisque, 'Celtiberi media acies' per epegegesin. Vide ad XXII. 41. et XXIX. 25. Latet aliquid, nisi fuit, *Syphax Hasd. Numidicos adv. It. eq., Carthaginenses contra Mas. locant: Celt., mediam aciem, adversa signa legionum accipere.* Sive adversam vel adversos malis. *J. F. Gron.* *Celtiberos mediam aciem,* omissa media præpositione, Flor. Lov. 1. 2. 3. et Hearnii L. 1. quod per adpositionem dictum esse accipi potest. Vide ad XL. 36. § 8. Præstare tamen puto, ut cum Crevierio dicamus, præpositionem interceptam esse a prima litera vocis seq. Vide ad XXXVII. 1. § 2. *Celtiberos media acie* Lov. 5. Sed 'accipere in mediam aciem,' ut 'accipere consulem in medium' XXI. 46. § 9. ubi plura vide. Ceterum acciperet, pro accipere, Flor. accipere Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn.

§ 7 *Primo inpetu simul utroque cornu Numidæ et Carthaginenses puls]* Mihi magis arridet lectio vetus, *simul utraque cornua.* Rhenan. *Utroque cornu* Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hav. Neque aliter Flor. a m. sec. in quo antea aberrans librarius dederat *utraque cornu.* Præterea igitur primo inpetu Hearnii D.

Nam neque Numida, maxima pars agrestis] Put. Reg. Voss. *Numidæ, maxima pars agrestes.* Rectius etiam quidam neque Carthaginensis. *J. F. Gron.* Lectio illa primum adparnit in postuma Grut. ed. omnes priores habuerant *Numidæ, maxima pars agrestis,* quod etiam præferunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. et Ber. At *Numidæ, maxima pars agrestes* Flor. Hav. et alii. Id autem dictum est eo modo quo 'Volsci, maxima pars cæsi' VI. 24. § 11. ubi plura vide. Præterea namque *Numidæ* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Hav. Sed nam deest in Lov. 3.

neque in Flor. Mox Carthaginensis Lov. 2. 3. 4. 5. Et ita a m. sec. Flor. et Voss. in quibus olim exstiterat Carthaginense.

Recenti supra cetera victoria terribilem] Vet. lib. *super cetera:* probro. Sic enim paullo ante: 'super hæc bellicæ quoque laudis consulatus competentem fecerat.' *Signon.* *Super cetera,* præter Ber. et Gaertn. omnes mei. Solent hæc voces passim commutari. Vide ad XXIII. 36. § 6. De locutione 'super cetera' vide ad XXXVIII. 43. § 1.

§ 8 *Nudata utrimque cornibus Celtiberorum acies]* Put. et Reg. *Celtiberam.* *J. F. Gronov.* Consentit Flor. Ita XXXIV. 19. 'Seguntia Celtiberum omnes sarcinas impediætaque relicta.' Vide ad XXII. 22. § 5.

§ 9 *Alii super alios cadentes, obstinati moriebantur]* Ita primum Froben. 1535. Priores editores *obstricti moriebantur,* concinente Rec. quod etiam Gebhard. ad v. 15. § 10. se in Pal. 3. invenisse, et pro eo *instricti* scribendum conjicere monnit. *Tota vox omittitur* in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *obstricti moriebantur* Lov. 4. *obstinate moriebantur* Flor. Mox *perceperunt* Flor. a m. sec. Lov. 2. 3. Ber. et Gaertn. Sed vulgatum præstat. Vide ad XXII. 41. § 9. Solent autem 'præcipere' et 'percipere' in Mss. confundi. Vide ad VII. 26. § 8.

CAP. IX. § 1 *Et Numidico equitatu expeditissimisque militum]* Put. et omnes *expeditisque militum.* Ut ille *nigræ lanarum.* Lib. XXXVII. c. 18. 'Inde cum præsto fuissent equites *peditumque expediti.*' *J. F. Gron.* Præter Harl. et Hearnii D. omnes et mei, et Oxonn. ipsius similiter *expeditisque militum.* Neque aliter edd. antiq. pro quo demum Froben. a. 1535. perperam *expeditissimisque* substituit. Supra II. 15. 'Ideo potius delectos Patrum ad eum missos.' XXII. 30. 'Quum patrem Fabium ad-

pellasset, circumfusosque militum ejus totum agmen patronos consalutasset.' xxvi. 5. 'Cum delectis peditum equitumque in Campaniam contendit.' xxviii. 14. 'Cum expeditis peditum equitumque prius pugnam consererent cum hoste.' xxxiv. 18. 'Parsimonia et vigillis et labore cum ultimis militum certaret.' Curtius iv. 12. 'Cum delectis equitum in edito colle consederat.' Silius i. 564. 'Jam Patribus clarisque senum sua munia curæ:' ubi plura vide. Eodem modo 'ultimæ terrarum' illustravi ad xxviii. 39. § 14.

§ 2 *Urbes circa omnes, quæ Karthaginiensium ditiosis erant, partim vi, partim metu subegit*] Pal. 1. 2. *partim metu, partim vi subicit.* Pal. 3. *subigit.* Gebh. Put. Reg. Pet. melior auctiores *urbes circa, quæ omnes Carth. ditiosis erant, partim spe, partim metu, partim vi subegit:* transpositis etiam vocibus. Alludit eodem Men. *partim speratim metu, partim vi.* Buslid. et Voss. *partim superante metu, partim vi.* Illa haud dubie vera lectio est. Lib. xxxii. c. 21. 'Cur excessit faucibus Epiri aut vi aut metu, aut voluntate?' xxxiii. 20. 'Castellis aut metu, aut voluntate sine certamine in dedicationem acceptis.' xxxiv. 29. 'L. Quintius maritimæ oræ oppida partim voluntate, partim vi aut metu cepit.' J. F. Gron. *Urbes circa, quæ omnes etiam Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Hav. Deinde partim separat metu, partim vi Hearnii L. 1. partim separatim metu, partim vi Flor. a m. pr. partim superat metu, partim vi a m. sec. quod etiam exstat in Lov. 5. partim metu superat, partim spe Lov. 4. partim superante metu, partim vi Lov. 1. partim spe ac metu, partim vi Lov. 2. et Hav. partim spe, partim metu, partim vi Hearnii N. et D. Denique subicit Flor. Cant. Lov. 3. 5. Harl. et Hav. Videndum itaque num legendum sit subigit. Solent enim 'subjicere,' sive, ut scribitur, 'subi-*

cere' et 'subigere' in Mss. commutari. Vide ad Epit. Liv. l. cxviii.

§ 3 *Karthagini quidem erat ingens terror*] Hic locus confirmat vulgatam scripturam xxix. 28. *Duk. Karthagini erat quidem Flor. et Harl. τὸ quidem omittitur in Ber.*

§ 4 *Quæ diutinæ obsidioni tolerandæ sunt necessaria, ex agris convehit*] Hic sciolus quispiam germanum Livii sermonem audacter vitiauit. Nam quum ille scripserit, *quæ diut. obs. tolerandæ sunt, ex agris convehbat,* quemadmodum continet Spirense volumen, ausus est aliquis adjicere vocabulum *necessaria,* minime necessarium hoc loco, sed supervacaneum. Sic ii. 5. Livius dixit, 'Ut tam eminens area firmaque templis quoque ac porticibus sustinendis esset.' Rursum alibi x. 5. 'Satis fretus, tolerando certamini legatum esse.' Item xxviii. 25. 'P. Scipionem proconsulem Deum benignitate et republicam esse gratiæ referendæ.' Quo loquendi modo Cicero quoque utitur, et alii auctores. *Rhenan. Antiq. ed. et Pal. 1. quæ diut. obs. tolerandæ sunt, ex agris necessaria convehit. Pal. 2. quæ diut. obs. tolerandæ necessaria sunt, ex agris convehbant:* qualem lectionem merito flagellat Rhenanus. Pal. 3. *denique pro se quisque diut. obs. tolerandæ similes ex agris convehbantur. Rara mentio belli est pacis.* Gebh. Omnes scripti *convehit.* Nec sane aliter quicquid est editorum ante Curionem. Et videtur festinationem trepidantium magis hoc exprimere, quam lentum illud *convehbat.* J. F. Gron. Quod ante Rhenanum vulgo exstabat, in solis superest Lov. 4. et Rec. *tolerandæ sunt, ex agris necessaria* præferunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quæ ipsa scribarum inconstantia satis docet, τὸ *necessaria,* quod nec Flor. nec Cant. agnoscunt, a mala manu esse. Deinde *convehbat* jam ante Curionem exhibuerunt Froben. 1535. Vascos, et

Grypli. verum id in nullo apud me cod. superest. *Convehebant* Lov. 4. *convehebatur* Harl. *convehantur* Hav. *convehunt* Ber. a m. sec. *convehit* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Ber. a m. pr. et Hearnii L. 1. ac N. Verum insuper *diutinae obsidionis toleranda* Cant. Voss. et Lov. 3. ac 5. Quare ex Flor. legendum ita existimo: *pro se quisque, quæ diutinae obsidionis tolerandæ sunt, ex agris convehit*. De locutione vide ad v. 3. § 5.

§ 7 *Quippe classe ut felicissime gerantur res*] Castigavimus ut felicissime geratur res. Rhenan. Omnes Gall. et Voss. *quippe classi ut felicissime gerantur res*. Et iv. 34. 'Classi quoque ad Fidenas pugnatum, quidam in annales retulere.' *J. F. Gronov. Classi* etiam Flor. Cant. Lov. 1. 2. 5. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Vide ad xxiii. 41. § 8. De aliis vocibus casum sextum eodem modo formantibus vide ad xxviii. 45. § 11. Videat autem Doujatius, unde probatur sit, vulgo, nempe ante Gronovium, *classibus* editum fuisse. Omnes enim, quas vidi, edd. Gronovio priores legunt *classe*. Ita tamen professorum regiorum primicerius scribere potuit, quia, non consulta ulla ed., eam lectionem per errorem notæ Gronovii in aliis edd. præscriptam vidit. Præterea *gerantur res* omnes codd. præter Lov. 4. et Harl. Quum vero utrumque 'gerere rem,' et 'res,' recte dicatur, æquum est, ut optimos ac numero plures scriptos sequamur.

§ 8 *Karthaginem ipsam qui tueatur, neque imperatorum, &c.*] Non improbat vetus lectio *qui tueantur*. Rhenan. Poëta, non poëta, (Silins xvii. 159.) 'Stabat Carthago truncatis nudique membris,' &c. *Modius*. Unus tantum Harl. adstipulatur cod. Rhenani; unus etiam Lov. 4. parum differens legit *tuebantur*. Reliqui priscarum edd. lectionem *tueatur* revocandam

esse persuaserunt.

§ 9 *Et, in quo quisque cessasset*] Hoc fortassis sumsit a Thueydide ii. 8. 'Ἐν τούτῳ τε κεκαλύσθαι ἐδόκει ἐκάστω τὰ πράγματα, ἥ μή τις αὐτὸς παρέσται. *Duk*.

§ 10 *Occupat relictum fuga custodum Tuneta: abest ab Karthagine duodecim millia ferme passuum, locus quum operibus, tum suapte natura tutus*] Hanc sententiam sic castigavimus et distinximus: *occupat relictum fuga custodum Tuneta (abest ab Carthagine duodecim millia passuum) locum quum operibus, tum suapte natura tutum*. Rhen. Polybius i. 67. *Tuneta* ait abesse ab Carthagine xv. millia passuum. Meminit ejus et Strabo lib. ultimo. Est autem nominativus *Tunes*, -etos: a quo regnum nomen habet nostra ætate. *Glar. Vet. lib. locus tutus*, dempta parentesi: quo pacto etiam Polybius xiv. 10. ὁ δὲ Τύνησ ἀπέχει μὲν τῆσ Καρχηδόνοσ ἄσ ἑκατὸν εἰκοσι σταδίουσ· ἔστι δὲ σύνοπτοσ σχεδὸν ἐξ ἕλλησ τῆσ πόλεωσ· διαφέρει δὲ ὀχυρότητι, καὶ φυσικῆ καὶ χειροποιήτῃ. Præterea quoniam centum viginti stadia abesse Carthagine *Tunetem*, ait propterea legendum apud Livium, non *XII.* sed *XV. millia*, ex *V.* enim *II.* facta sunt, per mendum. *Sigon.* Rhenani emendationi prætulit repertam mihi in Pal. 1. et Sigonio in V. C. scripturam: *abest a Carthagine XV. millia ferme passuum, locus cum operibus, tum suapte natura tutus*. Pal. 2. tamen adstipulatur Rhenano, nisi quod *Tuneta, abest a Carthagine XV. millia f. p.* Gebh. Recte ab Rhenani parentesi et correctione, quam respuunt omnes Gall. et Pall. vindicavit Sigonius, qui quod *quindecim* millia passuum ex Polybio conficit, in eo habet omnes Gall. et Pall. suffragantes. *J. F. Gron. Locum, &c. tutum* soli tantum Lov. 4. 5. Harl. et Rec. reliqui *locus tutus*, quomodo et Hearnii L. 1. habere testatur. Præterea *XII. ferme millia* Ber. *XII. millia ferme* Voss. Lov. 1. 2. 3. Gaertn.

et edd. ante Sigonium. Credulitati enim lectorum se inipune inlusurum Donjatus putavit, quum ipsis persuadere conaretur, lectionem illam natam esse ex emendatione Rhenani. XV. *ferme millia* Hav. XV. *millia ferme* reliqui mei, et Hearnii L. 1.

§ 12 *Et quæ ab Karthagine conspici, et præbere ipse prospectum*] Gall. *et quæ et ab Carthagine conspici, et præbere ipse*. J. F. Gron. Proxime accedunt Flor. Cant. et Hav. *et quia et ab Carthagine præferentes*. Pessime igitur et contra fidem datam egit Clericus, qui, lectione hac, quam Gronov. in contextum receperat, ejecta, priorem, inscio ac nihil monito lectore, revocavit. Deinde *præbere ipse conspectum cum fusum mare urbi possit* Flor. Voss. et Gaertn. *præbere ipse conspectum circumfusum mare urbi possit* Lov. 2. et 3. *conspectum etiam* Lov. 1. 4. 5. et edd. antiquissimæ: *possit etiam* Lov. 1. 5.

CAP. X. § 1 *Uticam Carthagine petens*] Pall. tres, et vet. ed. *Uticam a (vel ub) Carthagine*. Gebh. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1535.

§ 2 *Ne naves, in terram ad obsidionem versæ*] Placet vetus lectio *in terram et obs. versæ*. Rhenan. *Ad obsidionem* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav. *et ad obsidionem* Ber. et edd. ante Aldum. Paullo ante *pronunciatur iter* Lov. 2. *pronunciatum est iter* Gaertn. *pronunciata tessera* Rec. Mox *navali prælio minime apti* Lov. 1. 3. 5. Gaertn. et Hav.

§ 3 *Et aut in onerariarum usum versæ*] Hæc clausula non est in exemplari scripto; sed tantum *tormenta machinasque portantes, et aut ita adpulsæ muris*. Unde conjicio particulam et repetitam a librario per errorem, propter finalem syllabam *es* præcedentem, et sic scripsisse Livium: *tormenta machinasque portantes, aut ita adpulsæ muris, ut pro aggere ac ponti-*

bus præbere ascensum possent. Sic enim legendum docet archetypon Spirense, non *accessum*. Rhenan. Pal. 1. *aut ita pulsæ ad muros*. Quæ præcedit statim clausula, temerarie a Rhenano hinc exterminata est. Gebh. Hanc clausulam, in omnibus Mss. Gall. Pall. et Italicis conspicnam, imprudenter defecti sui codicis auctoritate delet Rhenanus. Quæ connectuntur hisce, ita concipiunt Put. omnes Gall. tres Flor. Barberin. Voss. nms Pal. *aut ita pulsæ ad muros*. Cur sperneremus? Statim omnes Gall. *præbere ascensum possent*. J. F. Gron. *Pulsæ etiam duo Hearniani*. Non debet quidem sperni consensus præstantissimorum Mss. Quia tamen non valde usitatum est 'navem pellere ad murum,' 'terram,' 'litus,' etiam suspicari licet, quum primum scribi cœpisset *ita adpulsæ ad muros*, deinde duas priores literas vocis *adpulsæ* intercidisse, quod prima eadem erat, quæ ultima præcedentis, et secunda eadem, quæ tertia sequentis. Duk. Verba, perperam a Rhenano ejecta, in omnibus meis, præterquam in Harl. constanter supersunt; nonnulli tamen eorum per errorem legunt in *onerarium usum*. Deinde *aut ita adpulsæ ad muros* edebatur ante Rhenanum, concinentibus Lov. 3. 4. Ber. et Hav. Ejus loco Rhenanus substituit *aut ita adpulsæ muris*, quod servat nms Gaertn. *aut adpulsæ ad muros* Lov. 2. *aut ita pulsæ ad muris* Flor. a m. pr. *aut ita pulsæ ad muros* a m. sec. quod Hearnius etiam in N. ac D. invenit. Sed recte Dukerum indicasse puto, quæ causa librarios in hunc errorem conjecerit. Vide ad l. XL. c. 57. § 8. Quum tamen *pulsæ ad muris* scriptum sit in Flor. a m. pr. posses existimare illud *ad* a librario additum esse, quum videret, se literas illas in initio vocis præced. omisisse, et hinc cum Rhenano legendum esse *aut ita adpulsæ muris*. Nam similiter 'classis litori adpulsæ' est apud Liv. xxv. 26. *Ad-*

pulsa tamen ad muros malo. Livium enim præpositionem, cum quæ verbum componitur, in regimine repetiisse, vidimus ad II. 36. § 6. Præterea accessum soli servant Ber. et Gaertn. ascensum Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. ascensus Flor. Cant. Lov. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1.

§ 4 Scipio, postquam eo ventum est, ut in navali certamine solet] Scribendum est, contra quam in navali certamine solet. Nam quis unquam sic ad naumachiam instrui naves vidit, ut inter se colligentur? Rhenan. Rhenanus is fuit, qui contra auctoritatem veterum librorum hanc lectionem invenit contra atque in navali, cum veteres libri habeant ut in navali, hoc sensu: Scipionem rostratas, ut in navali certamine solet, in postremam aciem recepisse, quæ præsidio aliis esse possent: ipse autem intellexit, eundem, contra atque in navali prælio solet, onerarias inter se copulasse. Porro autem quid sit 'quadruplicem ordinem,' ex Polybio facilius intelligi potest, qui ita ait XIV. 10. συνορμήσας δὲ τὰς καταφράκτους νῆας, περιέστησε ταύταις τὰς φορηγούς ἐπὶ τρεῖς καὶ τέτταρας τὸ βάθος. Tres enim aut quatuor ordines factos esse junctarum inter se onerariarum significat. Quare post ait Livius, 'Et vix transiliendi in secundum ordinem navium spatium propugnatoribus datum est.' Ceterum quas Polybius καταφράκτους νῆας vocat, Livius rostratas vertit. Sigon. Rhenanus et Pal. 3. contra quam in certamine navali solet. Sed vulgatam lectionem acriter defendit Sigonius. Gebh. Sic vulgo [Scipio, postquam eo ventum est, ut in navali.] at longe aliter scripti. Quatuor hæc verba eo ventum est ut, aut certe tria, in omnibus bonis desiderantur. Put. Itaque Scipio postquam in navali certamine. Barberin. Men. Voss. postquam ut in navali. Pet. habet additamentum una cum simulacris veteris lectionis: postquam eo ventum est corona

Delph. et Var. Clas.

quam ut in navali. Ex hisce non obesse naris homini facile subolet, scribendum, Igitur Sc., contra quam in navali cert. solet, rostratis, quæ præ. esse aliis poterunt, in post. aciem receptis. Quæ et ipsa lectio Rhenani est, et integra quoque uno in Palatino visebatur. Sed fallitur in ratione verborum optime restitutorum vir ingeniosus: nam quis, inquit, nunquam sic ad naumachiam instrui naves vidit, ut inter se colligantur? Ergo vapulat ab instauratore Fastorum, qui e suis (jam novimus qualis pleniusque notæ) refert postquam ut in navali, hoc sensu, Scipionem rostratas, ut in navali certamine solet, in postremam aciem recepisse, quæ præsidio aliis esse possent. Gravior hic et inexcusabilis error: rostrata primam impressionem in hostes faciebant, erantque adeo ipse mucro belli: tantum abest, ut in postremam aciem collocatæ, velut in terrestri acie triarii, aliis et maxime onerariis ante instructis navibus præsidio essent. Thucydides VII. 36. in hoc fiduciam præcipuam Syracusanorum ponit: ἀντίπρωροι γὰρ ταῖς ἐμβολαῖς χρώμενοι, ἀναβῆξεν τὰ πρόραθεν αὐτοῖς, στερίφοις καὶ παχέσι πρὸς κοίλα καὶ ἀσθενῆ παρέχοντες τοῖς ἐμβόλοις. Auctor de bello Alexandrino c. 46. 'Naves adversæ rostris concurrunt adeo vehementer, ut navis Octavii una rostro discussa ligno contineretur.' Et mox, 'Multæ præterea capiuntur, aut rostris perforatæ merguntur.' In pugna navali Æmilii et Polyxenidæ maximum momentum ad victoriam fuisse testatur Livius XXXVII. 30. quod metu ignis ex adverso prælati regis naves, 'ne prora concurrerent, quam declinassent, nec ferire rostro hostem poterant, et obliquas se ipsæ ad ictus præbebant.' Hinc Philippus apud Polybium XVI. 1. δὸς τὸ σύνθημα τοῖς ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ, καὶ παραγγέλλας ἀντιπρωρούς ποιεῖν τὰς ναῦς. Hoc est ergo, quod contra navalis certaminis con-

Livius.

20 Y

suetudinem fecit Scipio, quum neque numero navium ad conserendum in aperto mari certamen par esset Pœnis, neque satis haberet temporis ad eas, quæ aderant, instruendas et educendas; rostratas, quæ aliis præsidio esse poterant, si justum prælium tentandum foret, quæ tegere alias et propugnaculum onerariarum esse deberent, in postremam ariem recepit; onerarias in fronte collocavit, commodo inter ipsas relicto intervallo, colligatas injectis trabibus ac velut ponte stratis, sub quo speculatoriæ procurrere, atque infestare oppugnantem hostem possent. Itaque rostratarum in prælio pœne nullus usus fuit, nisi quod servatæ sunt, et fortassis inde longinqua tormentis tela missa. ‘Contra quam,’ ut infra cap. 19. ‘contra quam sancitum legibus erat.’ Sic ‘advorsus quam’ Plauto Trinummo 1. 2. ‘Utrum indicare me ei thesanrum æquum fuit, Advorsum quam ejus me obsecravit pater.’ *J. F. Gron.* *Scipio, postquam eo ventum est, ut in navali ex meis præferunt Lov. 3. Harl. Ber. et Rec. cum Hearnii D. Scipio, postquam eo ventum est corona qua in navali Lov. 2. et 4. Scipio, postquam eo ut in mali certamine Lov. 5. Scipio, postquam ut in navali Lov. 1. Gaertn. et Hav. Scipio postquam in navali Hearnii L. 1. Scipio postquam in navali Flor. et Voss. ad enjus posterioris marginem emendatur Scipio præter, quam in navali. Sed ipsum illud, quod Gronovio placuit, Scipio, contra quam in navali, Hearnii in N. se invenisse testatus est. Ceterum, quod recte monuit Gronovius, maximas quasque naves in fronte collocatas fuisse, debiliores a tergo, si prælium navale committendum foret, docet etiam Scheff. de Milit. Nav. III. 5.*

§ 5 *Pro muro adversus hostem opposuit*] *Ἰνα ἀντὶ τείχους ᾗ dixit Appian. Alex. in Punic. p. 13.*

Malis antennisque de nave in navem

trajectis] Hunc locum ita vertit Polybius: *καῖπειτα καθελόμενος τοὺς ἰστούς καὶ τὰς κεφαλαίς ἔρριψε τοῦτοις αὐτὰς βιβαίως πρὸς ἀλλήλας.* Quæ verba leguntur apud Suidam in voce *Κεφαλαί*, et quia hoc loco ea Polybius adhibuerit, dabitari non potest, si utrumque compares. Itaque hoc segmento augemus Polybium, in hac historia importune abscisum. Eodemque remedio adversus Atheniensium insultum usus est Ischolaus, qui τὰ πῶρῶθεν σχοινίοις ἐκ τῶν πλοίων συνήψεν, ὥστε τὸν σύνδεσμον εἶναι δι’ ἀλλήλων, ut refert Polyænus Strateg. II. 22. § 1. *Jac. Gron.*

Velut uno inter se vinculo inligatis compressit: tabulasque superinstravit] *Tu lege comprehendit*, hoc est ‘complexus est,’ ‘copulavit,’ *tabulasque superstravit. Rhenan. Put. inligatis comprehendit, tabulasque superinstravit. Accessio τοῦ in est in omnibus Gall. duobus Pall. J. F. Gron. Compressit perstat in Flor. Voss. Lov. 1. 2. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Solent hæ voces a librariis confundi. Vide ad VII. 13. § 7. XXXIX. 17. § 5. Markl. ad Statii Silv. 1. 2. 45. et quæ notavi ad Siliii v. 281. Comprehendit Lov. 4. 5. pro quo comprehendit ex Mss. subposuit Gronov. Vide ad II. 29. § 4. Deinde superstravit, ut Rhenanus emendat, Harl. supra instruit Lov. 3. super his instravit Hav. tabulasque instravit Flor. superinstravit reliqui. Eadem forma ‘superincidere,’ ‘superinponere,’ ‘superincubare’ illustrantur ad II. 10. § 11. ‘superinminere’ ad VII. 10. § 9.*

Ut perivium navium ordinem faceret] *Vetus lectio ut perivium in totum ordinem esset. Nos emendavimus ut perivium in totum navium ordo esset. Porro non solet Livius idem verbum statim repetere, ut hic faceret et fecit. Omisere tractatum Livium! Rhenan. Ab Rhenano hoc est, quum antea ederetur ut perivium navium ordinem faceret: invenisset autem in scripto,*

ut pervium in totum ordinem esset. Quod et nostri quidam haud spernendi. Pnt. Reg. ut pervium ordine fecisset. Quas veterum librorum scripturas ego sic enodandas existimo: ut pervii inter se ordines essent: hoc est, ut ab uno ordine ad alium esset continens commeatus. Putabam aliquando legendum, ut pervium inter ordines esset. Voce accepta apud Festum in 'Vici': 'Ut in eo ædificio pervium sit, quo itinere habitatores ad suam quisque habitationem habeat accessum.' Tacitus Hist. III. 8. 'Et interjectus exercitus Rhætiam Juliasque Alpes, ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obseperat.' Sed non potest hoc ferri: neque enim id nunc dicit Livius, sed mox his verbis: 'et sub ipsis pontibus intervalla fecit.' Illud igitur omnino probamus. J. F. Gron. Ut pervium navium ordinem faceret, ut ante Rhenanum edebatur, soli Ber. et Gaertn. ut prævium in totum aut ultro ordinem cepit corruptissime Harl. ut pervium, vel parvium in totum navium ordinem faceret Lov. 3. 4. et Rec. ut parvium in totum ordinem navium iter faceret Lov. 4. ut per unum in totum navium ordinem faceret Lovel. 2. ut parvium ordinem faceret Hafn. ut per unum ordinem fecissent Lov. 1. ut pervium ordinem fecissent Voss. ut parvium ordinem fecisset Flor. Cant. Hav. et Hearnii L. 1. Crevierius probat eodiceis Rhenani lectionem ut pervium in totum ordinem esset, quod et suos haud spernendos habere Gron. testatus est, et pervium inlustrat loco Festi a Gronovio laudati. Verum in optimis illud in totum plane non conspicitur. Vide igitur num, ex antiqua lectione una tantum voce navium, quæ etiam a multis optimæ notæ libris exsulat, ejecta, et proxime ad integerrimorum codd. scripturam, legendum sit ut pervium ordinem faceret. Quod autem Rhenanus dicit, non solere Livium idem verbum sta-

tim repetere, secus esse patebit ex illis quæ notata sunt ad 1. 3. § 9.

§ 6 Procurrere speculatoriæ naves in hostem] Quas Livius 'speculatorias' vocat, Appiano τρήπεις vocantur in Punic. pag. 13. Verum 'speculatoriæ' non sunt trirèmes, sed naves minores sine rostris, ut constat ex Livio lib. xxxvi. c. 42. Vide Scheff. de Milit. Nav. II. 2. pag. 72. Appian. itaque dissentit a Livio in hac parte, ut etiam in exitu prælii.

§ 7 Telorum maxime missilium, ut, quamvis longo certamine, subficerent] Vox maxime non adparet in Florent. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. Deinde ut in longum certamen sufficerent Ber. a m. sec.

§ 8 Ita parati instructique] Quæso te per Musas, ita loquitur Livius? Quod aliud esse instructi, nisi parati? Legendum est Ita parati intentique. Significat enim, Romanos attente Carthaginiensium adventum expectasse. Rhen. Parati instructique Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. Livium autem has voces jungere solere, videbimus ad xxxvii. II. § 2. Verum Flor. et Cant. ex quibus nihil notatur, habuisse videntur Ita parati atque intenti, quomodo etiam Froben. 1535. ex mente Rhenani edidit, licet hic in notis intentique emendet. Supra xxiv. 39. 'Militesque intenti dudum ac parati.' xxxi. 6. 'Signum dedere proditoribus arcis: qui parati intentique.' xxxv. II. 'Qui primo intenti paratique in stationibus fuerant.' Sallust. Jug. c. 49. 'Proinde parati intentique essent signo dato: ubi vide Curtium.

Omnia permixta turba trepidantium primo impetu obpressissent] Dii boni! quanta est sciolorum temeritas mutantium statim, quod non assequuntur? Scripsit Livius omnia permixta turba trepid. primo impetu deprendissent. Quod non intelligens aliquis pro deprendissent supposuit oppressissent. Rhenan. Quid vetat uti verbis

Rhenani? Quanta est temeritas tantantium statim, quod non assequuntur? Scripsit Livius *primo impetu oppressissent*; quod non intelligens aliquis supposuit *deprehendissent*. Summo quidem jure possem, sed nolo probrum dicere præstanti viro: nimis credulus fuit uni libro, et quæcunque aliter, atque in vulgatis, illic essent, Livii esse, nihil librarii, putavit. Put. ille, et omnes Gall. cum Voss. *oppressissent*. Et nota est significatio vocis pro supervenire, deprehendere. l. v. c. 16. 'Redeuntes a populationibus gravesque præda Tarquinienses oppressere.' x. 32. 'Improviso oppressis nec animi satis ad resistendum, nec virium fuit.' J. F. Gronov. *Deprehendissent* Ber. Harl. Rec. et edd. ante Aldum, qui *oppressissent* primus restituit, adsentientibus reliquis meis, et Hearnii L. 1. ac N. Supra hoc cap. 'Ne naves minime navali prælio aptæ obprimerentur.' Infra c. 12. 'Si se Lælius cum equitatu vinctoque Syphace Cirtam præcedere sinat, trepida omnia metu se oppressurum.' xxxvii. 4. 'Eo ipso, quod nihil tale timerent, obprimi incantos posse.' Justin. v. 6. § 2. 'Alcibiadem, cum centum navibus in Asiam profectum, repentino adventu oppressere:' qui ita sæpe loquitur.

§ 9 *In portum (Ruscinona Afri vocant) classem adpulere*] Vet. ed. *Ruscinona*. Pal. 1. *Ruscumona*. Pal. 2. *Rusutione Africa vocat*. Pal. 3. *Ruscimona*. Gebli. Put. *Ruscumona Afri vocant classe*. Ut viii. 3. 'Eodem anno Alexandrum Epiri regem in Italia classe appulisse constat.' Etsi hic quoque Voss. antiquior *classem*. Et sic potius loquuntur. Locum alii codd. *Ruscinona* appellant. J. F. Gronov. Hearnii *Ruscimona* in L. 1. *Ruscinona* in N. et *Ruscumona* in D. invenit, quæ ultima lectio mihi etiam obvia fuit in Haverk. *Crusnemona* in Lovel. 4. *Rusumona* in Lovel. 3. *Rusumona* in Harl. *Rusciriona* in

Gaertn. *Ruscinova* in Lov. 2. *Ruscinona* in Voss. Lov. 1. 5. et Ber. *Ruscumona* in Flor. Ex similibus lectionum vestigiis Jac. Gronov. Dissert. Epist. in Livii loca quæd. Geogr. ep. ii. pag. 16. legendum censet *Ruscurona*. Quem tamen haud male eo nomine refellit Wesseling. ad Antonini Itin. pag. 17. quod *Rusicorum* vel *Ruscucurum* Plinii Hist. Nat. v. 2. cum hac urbe componat. Deinde *classem adpulere* Voss. Lovel. 2. 3. Harl. Ber. Flor. a m. sec. et omnes codd. Crevierii, qui etiam hanc lectionem tueretur, Gronovium sine causa ex uno cod. eam mutasse existimans. Verum præterquam quod unus hic cod. omnium instar esse possit, eidem accedunt nunc reliqui mei; nec dubito quin plures Gronovii Mss. diligentius inspecti, eandem scripturam firmassent. De illa locutione vide ad viii. 3. § 6. Paulo ante *atque inde in mari quidem, ubi ipsi plus poterant, satis fidentes* Flor. Voss. Lov. 2. et Hav. Verum Voss. margini postea adscriptum est *haud satis fidentes*.

§ 10 *Veluti ad justum prælium navale, et tamquam*] In edd. Gruteri et Heinsii ommissa est copula. Eam vero in Put. ceterisque Gall. et optimo Pal. superesse Gronov. in priori ed. nott. monuit. Cum his codd. faciunt omnes mei. Recte ergo Gron. eandem particulam loco restituit. Verum et aliud, quamvis minoris momenti, in ed. postrema Gruteri commissum est. Prima enim dedit *veluti*, quod reliqui omnes editores tacite probarunt, ac servarunt; quum tamen prioribus edd. *velut* legentibus adsentiantur omnes nostri. Quare et illud rednxi.

§ 12 *Erat res minime certamini navali similis*] Put. Men. Voss. ignorant *res*. Fortassis *erat minime certamen navali simile*. J. F. Gronov. Deest etiam a Flor. Lov. 1. 2. Hav. Hearnii L. 1. N. et nonnullis Crevierii; qui tamen, et recte, vulgatum præfert.

Mox *altitudinem* male Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. quorum plerique cum Gaertn. ignorant verbum *superabant*.

§ 13 *Pondere ipso levior superne*] Idem dicit Livius vii. 23. 'Locus quoque superior adjuvit, ut pila omnia hasteque, non, tamquam ex æquo missa, vana (quod plerumque fit) caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur.' Contrarium dicere videtur Quadrigarius apud Gell. ix. 1. Sed ea conciliare conatur Magius Miscell. ii. 16. Duker.

§ 14 *Ac levia ipsa navigia*] Paullo ante tantum 'speculatorias naves,' nec ulla alia levia navigia præter eas, memoravit. Parum abest quin credam ac delendum, et legendum esse *speculatoriæ naves, levia ipsæ navigia*: nam non de aliis, quam de 'speculatoriis,' eum loqui, indicio sunt sequentia; 'propugnatoribus quoque incommodæ erant, quod permixtæ cum hostium navibus.' Duker. Vocem *ipsa* delendam fere judicabat Crevierius, partim quod hic non satis necessaria sit, partim quod præcedat 'pondere ipso,' sequatur 'ipso tantum impetu.' Sed *levia alia navigia* legunt Lov. 3. 4. et Harl.

Primo ipso tantum impetu] Put. *ipsæ tanto*. Scripti alii *primo ipsa et alto impetu*. Forte *primo ipso adactæ impetu*. J. F. Gron. *Primo ipsa et alto impetu* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *primo ipsæ et alto impetu* Lov. 4. *primo ipsa et ante impetum* Cant. *primo ipse tantum impetu* Harl. *primo ipsa tantum impetu* Ber. a m. sec. *primo ipsæ tanto impetu* Flor. quam lectionem Crevierius etiam, qui paullo ante *levia navigia*, omissa voce *media ipsa*, legit, probat, existimans *τὸ ipsæ* recte obponi 'propugnatoribus,' qui in navibus onerariis erant. Præterea *et magnitudine*, pro *ac*, Flor. Voss. Lov. quinque, et Hav.

§ 16 *Postremo asses ferreo unco præfixi*] Quidam *aceres* legunt, videlicet quos ob duritiam Romani inci-

dere nequiverunt, ut statim subnecet Livius. Sed judicet lector. *Glar. Asseres* omnes codd. et edd. *asseres* in simili re memorat Curtius iv. 3. § 24. 25. 'Asseres falcatos' Livius xxxviii. 5.

Harpagones vocant milites) ex *Punicis navibus injici*] *Optimi vocant milix Punicis*. Forte *vocant*) *mitti ex Punicis navibus et injici in Romanos capti*. J. F. Gronov. *Vocant milix Punicis* Flor. et Voss. verum in posteriori cod. mediæ vocis tribus literis primis subjecta sunt stigmata, quibus librarii aliquid perperam scriptum ac delendum esse indicant; ut legi voluerit, qui notas addidit, *vocant*) ex *Punicis navibus*; quomodo etiam scribendum Crevierius conjecit. Et sane vocem *milites* omittunt Lov. quinque, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac D. Crevierii itaque conjecturam, tot codicum consensu firmatam, in contextum recepi. Lectio certe *vocat miles*, quam Gronov. 1665. pro *vocant milites*, admisit, in nullo exstat cod. Ipse enim se errasse in pr. ed. nott. quum moveret, ut optimos præferre, in repetitis curis tacitus agnovit, ex iisdem optimis *vocant milix* producens. Præterea Gronov. etiam a. 1665. *harpagomas*, pro *harpagones*, substituit. Verum *harpagones* servant omnes codd. quibus usus sum: quomodo Cæsar quoque Bell. Civ. i. 57. et Hirt. in Bell. Hispan. c. 16. casum quantum hujus vocis efferunt. Quare ita etiam edi curavi. Ceterum Stewech. ad Veget. v. 14. Livium carpens, quod 'manus ferreas' et 'harpagones' confuderit, non tantum laudat hunc locum, sed et alium ex lib. xxxvii. 'Cum belli apparatu strepunt, ferreæ quoque manus (harpagones vocant) quas operibus hostium injicerent, præparabantur.' Sed memoria Stewechio inposuit. Nam locus hic non exstat apud Livium, sed apud Curtium iv. 2. § 12. quem eundem errorem, omnia ex Stewechio sublegens,

commisit Joh. Godwinus, professor regius, quum Cæsarem in usum Delphini notis illustraret, ad B. Civ. 1. 57. Id tamen peccatum ut huic heroi tanto facilius donemus, illud efficit, quod Scheffer. etiam de Mil. Nav. 11. 7. p. 164. non modo a Stewechio deceptus locum Curtii sub nomine Livii laudavit, sed eidem etiam locum Curtii subjunxerit; ad quem si attendisset, lapsum Stewechi. deprehendere et sibi cavere potuisset.

§ 17 *Onerariam hærentem unco traheret*] *Habentem* perperam Put. præferre, notavit Gronov. ad xxix. 4. § 8. *Huberentem* legit Flor. a m. pr. pro quo emendatur *adherentem*.

§ 18 *Quibus aliis innexa erat, seriemque aliam simul plurium navium trahi*] *Scripti quibus alia aliis innexa erat, seriem aliam.* Nec incommodum asyndeton. Nisi malis, *seriemque simul plurium.* J. F. Gron. *Quibus aliis alia innexa erat* edd. Rom. 1472. et Parm. cum Ber. et Gaertn. ejus loco proxima edd. legunt *innexa erant.* Aldus deinde edidit *quibus alia aliis innexa erant,* concinentibus Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Postea Froben. 1531. vulgavit *quibus alia aliis innexa erant*; at a. 1535. *quibus aliis innexa erat*; ubi vocem *alia* operarum errore excidisse credidissem, nisi postea Rhenanum ita ex cod. suo de industria edidisse ideo verisimile factum esset, quia eodem modo etiam præfert Harl. inter quem et Rhenani Spirensem passim convenit. Verum vox *alia* intercepta est a proxima *alia.* Vide ad xxxiii. 27. § 4. *Quibus alia aliis innexa erat,* ut Gronov. in suis invenit, Flor. et pauci alii. Supra 11. 3. 'Interim legati alii alia moliri?' ubi quædam vide. xxii. 7. 'Alius ab alio impleti rumoribus domos referunt.' xxviii. 19. 'Admonebant alii alios?' ubi iterum vide. xlv. 19. 'Aliis alia regna crevisse rebus.' Præterea *seriem aliam simul* omnes scripti mei, præter unum Ber. *seriemque* legentem. Cre-

vierius vocem *aliam* hic potius supervacnam, et ex vicinis vocibus *alia aliis* natam credit: et hinc cum Gronovio mallet *seriemque simul plurium.*

§ 20 *Sed eo major, quod inter assiduas*] *Vetus lectio sed eo gratior.* Rhenan. *Sed eo major* solus ex meis Ber. *sed cognicior* Harl. *sed eo gravior* Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Neque aliter Flor. a m. pr. in quo repositum est a m. sec. *Sed eo gratior*; idque servant reliqui. 'Gratus' et 'gravis' etiam confundebantur 1. 16. § 5. et xxxiv. 5. § 2. Paulo ante *Sex onerariae,* ommissa media voce, Ber. *XI. ferme onerariae* Hearnii D. et L. 1. Vide ad xxxix. 29. § 7. *XLVI. ferme onerariae* Lov. 5. *sexaginta ferme onerariae* Harl. Deinde *tractæ,* pro *abstractæ,* Lov. 4. Mox § seq. *advenisset,* pro *subvenisset,* Lov. 4.

CAP. XI. § 1 *Masæyli regnum paternum Masanissæ lati, ut ad regem*] *Masæyli* hic Masanissæ regnum concessisse dicuntur, cum paulo post hoc cap. apud Syphacem pugnet contra Romanos, atque adeo contra ipsam Masanissam. Sed, ut dixi jam sæpe, vel nominum est apud Livium confusio, aut in posterioribus *Masælibyæ* legendum, cum continuo subnectat Cirtham regiam, quæ est in Masælibybus, non in Masæyilis. *Glar.* Satis ostendi *Massylii* hic esse legendum. Quod autem ait, 'Syphax vetere se continebat regno,' Masæylorum intelligit. *Sigon.* Non placet hæc distinctio, et potius videtur, *Massylii,* regnum paternum Masinissæ, lati ut ad regem, &c. Dicuntur enim per epexegetin *Massylii, regnum paternum Masinissæ:* ut 1. 60. Tarquinius Sextus dicitur 'Gabios tamquam in regnum suum profectus:' et apud Justinum xvi. 5. dicuntur 'regnum tyrannorum' fuisse Heracleenses. *Jac. Gron.* Vide ad xxiv. 48. § 2. Distinctio, quæ recte Gronovio displicuit, primum ab Aldo invecata est.

Ad regem diu desideratum] In scrip-

to codice tantum est *ad regem desideratum*, non *diu desideratum*. Rhenan. Tò *diu* abest etiam ab Harl. in reliquis omnibus constanter hæret.

§ 2 *Neutiquam quieturus. Stimulabat ægrum amore uxor socerque*] In scripto codice est *Stimulabant*. Rhen. *Ne uticam quieturum stimulat ægrum amore uxor*. Reliqui *ne utique quieturus*. Omnes perperam. Gebh. *Ne uticam quieturus* Lov. 4. *ne utique quieturus* Voss. et Lov. 2. ac 3. Deinde *Stimulabat* Flor. Voss. Lovel. 1. 4. 5. Ber. et Hav. *Stimulabat enim ægrum amore uxor socerque* Lov. 2. *Stimulabat ægrum amor uxoris socerique* Lov. 3. Utraque lectio *Stimulabant* et *Stimulabat* ferri potest. Dnobis enim substantivis singularibus additur vel verbum plurale, vel singulare. De priori vide ad xxxvii. 29. § 6. Et pro hac lectione stant meorum integerrimi. Paulo ante *pulsis inde præfectusque præsiidiis suis* Voss. *pulsis inde præfectusque præsiidiisque suis* Lovel. 1. An voluerunt *pulsis inde præfectisque præsiidiisque suis*?

§ 3 *Per multos florentes annos*] *Castigavinus florentis*, ut referatur ad genitivum 'regni,' qui præcedit. *Rhenanus. Florentes* Berol. Gaertn. et Hav. *florens* Lov. 1. 4. et Voss. *flores* Flor. a m. pr. *florentes* a m. sec. consentientibus reliquis.

§ 4 *Omnibus, qui bello capti erant*] Placet antiqua lectio *qui bello apti erant*. Nam præcessit *viris equisque abundabat*. Deinde si suis abundabat, cur, quos bello ceperat, armasset? *Sigon*. Lectio illa in solis edd. Basil. 1554. et 1555. occurrit. Reliquæ cum omnibus scriptis recte legunt *apti*. Solent autem 'captus' et 'aptus' etiam in Mss. confundi. Vide ad iii. 9. § 7. et ad xxxv. 19. § 2.

§ 6 *Inde jaculis submoti*] Mox sequitur 'inde excursiones in vicem fieri.' Quare non displicet *dein jac. submoti*, quod præferunt Flor. Lov. 4. et Harl.

§ 7 *Quum aut vincentibus spes*] Expende, lector, num legi possit *urgentibus*, nam in volumine scripto *vigentibus* habetur. Et opponuntur inter se 'urgere' et 'pelli.' Præterea spes magis competit urgentibus, hoc modo videlicet victoriam consecuturis, quam jam vincentibus. *Rhenan*. Verum æque bella est antithesis τὸν *vincere* et τὸν *PELLI*. Pal. 3. subjicit *cum aut ingredientibus spes*. Gebh. Omnes mei *vincentibus* servant, nisi quod *ingentibus* sit in Harl.

§ 8 *Omnen postremo utrimque equitatum certaminis studium effudit*] Germana lectio sic habere debet: *omnes utrimque postr. equitum cert. studium effudit*. Præcessit autem 'primo pauci equites:' nunc dicit *omnes*, subaudi 'equites.' Porro loquendi modus per duos genitivos, ut hic *equitum certaminis studium*, Livio familiaris est, et optimis quibusque auctoribus. In codice scripto mendose legitur *utrumque*, pro *utrimque*. Rhen. Probo magis, ut legatur *omnem utrimque postr. exercitum cert. studium effudit*. Sic enim in vet. lib. *Sigon*. Pal. 3. *omnes utrimque postr. equitum cert. studium effudit*. Gebhard. Non hæc est germana lectio, ut sentit *Sigonius*, non quam imperat *Rhenanus*: *omnes utrimque postr. equitum cert. studium effudit*: sed quam habent omnes Gall. et duo Pall. et Voss. *omnem utrimque postr. equitatum cert. studium effudit*. Eamque confirmat, quod continenter sequitur, *Ac dum sincerum equestre prælium erat*. Ita enim *Put. Reg.* tresque optimi *Florentini*. De utroque egimus in *Observationibus* iv. 6. p. 91. *J. F. Gron*. Per omnia *Rhenani* *Spirensi* concinit iterum *Harl. omnem utrimque postr. exercitum* Lov. 4. *omnem utrimque postr. equitatum* reliqui mei, et *Oxon. Hearnii*. Deinde *effudit* Flor. Voss. Lovel. quinque, *Gaertn. et Hav.* Recte etiam *Gronov.* addidit vocem *sincerum*, quæ vulgo deerat. Consentiant ejus co-

dicibus Flor. et Lov. 5. *sincere* ejus loco legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. a m. sec. et Hav. quod et in duobus suis superesse in Observ. monuit.

§ 9 *Romanus repentino per turmas suas viam dantes intercursum Rom. repentinus per turmas viam suam dantis intercursum* Voss. et Lov. 1. *suam viam dantis intercursum* Flor. *viam suam dans incursum* Lov. 2. *viam suis dantibus intercursum* Lov. 5. Ber. Hav. et Brancal. Latini. Vulgatum spernendi caussam non habeo.

§ 10 *Ac prope turbari*] Vix opinor *prope turbari* dici posse eos, quos cecissem statim indices. In exemplari, cui collationem codicum Gall. commisit pater, scripsisse eum video, '*propere* o. Mss.' In Cantabrig. ipse etiam legi *propere*. Quid ergo renititur? *Jac. Gron. Propere* etiam Flor. Lov. 3. et Hearnii L. 1. Similiter etiam Crevierius monuit optimos scriptos habere. Et solent ita hæ voces a librariis confundi. Vide ad xxxix. 31. § 4. *Nec multum abijt* Harl. in quo est *prosperare*. Paulo autem *dein stare* Voss. Lov. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii D. Vide ad iii. 3. § 6.

§ 11 *Tantum seu memoria priorum cladum, seu præsens terror valuit*] *Tantum eum memoria* Flor. *tantum tunc memoria* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *tantum tunc seu memoria*, utraque lectione juncta, Lov. 5. *Tum superiorum cladum* Lov. 4. altera lectione margini adscripta. Deinde *præsens error* Flor. a m. pr. Voss. Lov. 2. a m. pr. et Hav. qui error scribarum in codd. antiq. frequens est. Vide ad xxiv. 30. § 6.

CAP. XII. § 1 *Ibi Syphax, dum obæquitat*] De hoc prælio et capto Syphace ita Silius xvii. 125. '*Ante omnes prævectus equo trahit agmina voce,*' &c. *Modius*.

§ 2 *Et vivus, lætum ante omnes*] [Vide Lectt. Var.] *Visus* etiam Flor. Cant. Ber. a m. sec. Hav. et Hearnii N. qui *unus* in L. 1. invenit: qui error

in scriptis sæpe occurrit. Vide ad x. 36. § 8.

Ad Lælium adtrahitur] Veteres libri *pertrahitur*. Sigon. Pall. 1. 2. *pertrahitur*. Vet. ed. *protrahitur*. Pal. 3. *trahitur*. Gebh. Ut Sigonius, Pnt. et meliores, *pertrahitur*. Lib. xl. cap. 5. '*Lembum armatum ad pertrahendam eam navem miserunt.*' Sic '*perducere*' elegantius, quam vulgus putet, Justino xii. 5. '*Interea unus ex amicis Darii Bessus vincetus perducitur, qui regem non solum prodiderat, verum et interfecerat.*' Curtius iii. 3. in somnio Darii: '*Quod Alexandrum, deposita regia veste, in Persico et vulgari habitu perductum esse vidisset.*' viii. 13. '*Quum Barzentes, defectionis Arachosis auctor vincetus, trigintaque elephantum simul capti perducuntur.*' Tertullianus ad Nationes: '*Nam nocentes quidem perductos, si admissum negent, tormentis urgetis ad confessionem.*' L. 1. Cod. Theod. de Custodia Reorum: '*Reo exhibitio, sive accusator existat, sive eum publicæ sollicitudinis cura perduxerit:*' ubi male sive Tribonianns, sive librarii in cod. Justiniani *produxerit*. J. F. Gron. *Attrahitur* primus exhibuit Froben. a. 1535. sine dubio ex cod. Rhenani: nam ita et præfert Harl. Contra omnes non tantum edd. antiquiores, sed etiam codd. mei, et Oxonn. Hearnii *pertrahitur*. Supra vii. 39. '*Mortem, ni sequeretur, denunciante in castra pertraxerunt.*' Val. Max. i. 1. 21. '*Quum enim eum vincitum Romanum pertrahi jussisset:*' ita uterque cod. Traject. non *protrahi*, ut vulgo editur. Vide Torren. ad eum locum. Phadr. iii. 10. 34. '*Accusatores postularunt mulierem, Romamque pertraxerunt ad centum viros.*' Vide ibidem Scheffer. De verbo '*perducere*' vide ad v. 15. § 8.

§ 3 *Cirtha caput regni Syphacis erat*] Græci *Cirtan* sine aspiratione edunt. Sigon. Nec est, cur hic aliter scribatur. Et ita optimæ edd. Sallustii,

Melæ, et aliorum quorundam scriptorum Latinorum. 'Respublica Cirtensium' l. 9. § 5. D. de jur. et fact. ignor. Salmasium, negantem Cirtam caput regni Syphacis fuisse, refellit Is. Vossius ad Melæ 1. 6. *Duk. Cirta* hic exhibent etiam Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. ac D. proxime verum Circa Cant. Lov. 3. 4. et Gaertn. Male *Chirta*, vel *Circha* Hearnii L. 1. Vide ad xxix. 32. § 14.

Eoque se ingens vis hominum ex fuga contulerat] Pal. 1. *eoque ingens hominum vis contulit*. Pal. 2. *eoque ipse ingens hominum vis e fuga contulerat*. Gebh. Put. Reg. Men. *Cirtha caput regni Syphacis erat: eoque ingens hominum contulit vis*. Optimus Pal. et Voss. *eoque ingens hominum vis contulit*. Scribe hand dubitanter *eo se ingens hominum contulit vis*. Nisi malis *eoque i. h. confugit vis*. J. F. Gron. *Eoque ingens hom. contulit vis* Flor. et Cant. *eo ingens hom. vis contulit* Lov. 1. *eo quod ingens vis hom. contulit* Lov. 2. *eoque ingens vis hom. contulit* Hav. Prior Gronovii conjectura, quam etiam recepit, non displicet, nisi malis *eoque ingens sc hom. contulit vis*.

§ 6 *Masinissa Lælio dicere, sibi quidem nihil, &c. quam victorem recuperatum tanto post intervallo invisere receptum patrium regnum*] Vet. lib. *quam victorem tanto int. invisere*. Egrege: vacat enim vox *recuperatum*, cum subdatur *receptum*, quæ idem valet. *Sigon*. Ita concepta scriptura est in Pal. 1. *Mas. sibi quidem dicere nihil esse in præs. pulchrius, quam vict. recuperatum tanto post int. patrium visere regnum*. Et ita priora complectitur Pal. 2. posteriora congruunt cum vulgatis. Gebh. Nusquam in Put. et omnibus Gall. duobusque Pall. duobus item Flor. Barb. et Voss. τὸ *Lælio*, nusquam τὸ *receptum*: in quo impingit Sigonius, qui τὸ *recuperatum* putat esse interpretationem hujus, cum plane contra sit. Cum illis igitur veteribus ita lege: *Mas., sibi quidem, dicere, nihil*

esse in præs. pulchrius, quam vict. recuperatum tanto post int. patrium invisere regnum. Hic et vocum ordo est in antiquis: ipsa autem res loquitur, non apud alium potius ullum, quam Lælium, illa dicenda fuisse. J. F. Gron. Illud *Lælio* in nullo omnino scripto libro est. In ordine etiam vocum priorum fere omnes consentiunt Gronovianis, nisi quod *Mas. quidem sibi dicere* sit in Harl. *Mas. dicere, sibi quidem* in Ber. *Mas. quidem dicente* in Lov. 4. Quod ad posteriorem partem hujus periodi *vict. recuperatum tanto post int. invisere receptum patrium regnum* demum adparuit in ed. Froben. a. 1535. sine dubio ex Rhenani cod. Nam ita etiam legit Harl. nisi quod *victores tanto post* cum lacuna præferat. Omnes reliqui codd. lectionem a Gronov. probatam firman, præterquam quod *paternum*, pro *patrium*, sit in Lov. 5. Hearne etiam auctor est, codd. suos et in priore et in posteriore parte cum Gronovii codd. concinere. Ceterum de hoc loco egit etiam Gronov. ad vii. 18. § 1. eumque etiam emendat, sed ibi testatur, omnimodo in Mstis esse *reciperatum*, in Voss. et altero *reciperet*. Nullus tamen meorum *reciperatum*, et Voss. excerpta *recuperatum* præferunt.

Sed tam secundis, quam adversis, rebus non dari spatium ad cessandum] Pall. 1. ac 2. excluso τῶν *rebus, sed tam sec., quam adv., non dari spatium ad cess.* Gebh. Vox *rebus* omittitur etiam in Flor. Voss. et Hav. Supra xxviii. 42. 'Patere, nos omnia, quæ prospera tibi et populi Romani imperio evenere, tuo consilio adsignare, adversa casibus incertis belli et fortunæ adligare.' Terent. Andr. v. 6. 11. 'Me in tuis secundis respice.' Ita *adversa belli*, pro *adversæ belli res*, Livio restituere conatur Gronov. ad x. 6. § 2.

§ 7 *Cum equitatu victoque Syphace*] Scribe *vinctoque*. Sequitur enim (ut

quidem omnes Gall. et Voss.) ‘quam rex victus in conspectum datus esset.’ *J. F. Gron.* Vera videtur Gronovii conjectura. Sæpissime ‘victus’ et ‘victus,’ sive ‘vinctus,’ commutantur in membranarum antiquis. Vide ad Livii 1. 26. § 10. 11. 24. § 6. 111. 28. § 10. v. 13. § 8. c. 44. § 7. vii. 27. § 8. c. 30. § 20. viii. 19. § 14. ix. 8. § 9. c. 30. § 9. xxi. 42. § 1. xxviii. 2. § 9. Epit. Liv. 1. xxii. et 1. lxxvi. Adde N. Heins. ad Ovid. Met. xi. 238. Fast. 1. 422. Burm. ad Suet. Aug. c. 16. et quæ notavi ad Silli vi. 348.

Cum peditibus subsequi modicis itin-eribus] *Cum peditibus sub modicis itin-eribus* Flor. Cant. Vossian. et Lov. 1. Pro quo in margine Vossian. invenio *cum peditibus succedere modicis itin-eribus.* Lovel. 2. legit *sub modicis subse-qui itin-eribus.*

§ 8 *Rex vinctus in conspectum datus est]* *Rex victus* Lov. 2. invitis reliquis. Vide ad § præc. *Tum in conspectu datus* Hav. Vide ad ix. 27. § 4. *Tum datus esset* Flor. Ber. et Hav. quod se etiam in omnibus Gall. et Voss. invenisse, Gronov. ad § præc. monuit. Paulo ante *ignaros regi casus* Flor. a m. pr. *regii casus* a m. sec. *Tum nec quæ acta, pro neque,* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. et Hav. Vide ad ix. 9. § 14.

§ 10 *Citato vadit equo]* *Cito vadit equo* Vossian. Lov. 1. et Hav. Male. Vide ad vii. 41. § 3. Librarios sim- militer perperam *citos*, pro *citatos*, dedisse, vidimus ad ii. 10. § 3. Referendus hic error ad illos de quibus egi ad x. 37. § 2. Paulo ante *oppor- tunaque mania* Haverk. Male. Vide ad vii. 21. § 8. Dein *fugæ patrent exitus* Lov. 2.

§ 11 *Intranti vestibulum in ipso ves- tibili limine]* Genitivus *vestibuli* inter prælegendum additus ab exponente, post irrepsit in contextum: nos sub- movimus. Id indicat liber Ms. *Rhe- nan.* Vocem, quam recte Rhenanus eiecit, servant tamen Voss. Lov. 1. 2.

3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Deinde *Intranti vestibulo* Voss. et Lov. 1. Id genus loquendi imprimis Silio fre- quens, sed passim a librariis muta- tum, sæpius ipsi restituit Nic. Hein- sius. Vide ad vi. 498. vii. 464. ix. 288. et xi. 473. Verum, præterquam quod Burm. ad Val. Flacc. 1. 590. non temere id Virgilio et Valerio Flacco adscribendum judicet, facilius hanc constructionem in poëta, quam in historico, ferrem, nisi certiora ex Augustei ævi scriptoribus exempla producerentur: *vestibulum* itaque cum pluribus et melioribus hic pro- bo. Mox *tum armis, tum cetero habitu* Voss. Lov. quinque, et Hav. Vide ad vi. 23. § 3. in uno tamen eorum Lov. 4. est *tum certo habitu*; quod præferunt etiam Florent. et Gaertn. Vide ad xxxiv. 36. § 4.

§ 12 *Omnia quidem, inquit, ut pos- ses in nos, Diï tibi dederunt]* *Idem, Omnia quidem ut posses in nobis, Diï dederunt: sine rois inquit et tibi.* Il- lud *in nobis* approbavimus ad præfa- tionem quarti Natur. Quæst. Senecæ. *J. F. Gronov.* Multa hujus generis sunt in Livio. Infra c. 25. ‘Se nihil nec institutis populi Romani, nec suis moribus indignum in iis factu- rum esse.’ v. 11. ‘Minime conveni- re, &c. in iis sua potestate, quum liceat et oporteat, non uti.’ xxvi. 33. ‘Idque et apud majores nostros in Satricanis factum est.’ *Duk.* Eodem modo legunt Flor. Lov. 1. 2. et Hear- nii L. 1. ac N. Insuper *inquit* etiam deest in Gaertn. *in nobis* firmant Lov. 3. 4. Cant. et Hav. *tibi* exsulat a Cant. Lov. 4. 5. et Hav. Ipsi eti- am illi qui servant *inquit*, ubi locus ei dandus sit, dissentiunt. Nam, *om- nia, inquit, quidem ut posses* præfert Berol. *omnia quidem ut posses, inquit* Lov. 4. 5. Harl. et Hav. quod hand leve argumentum est, a librariis postea insertum esse, ubi melius conve- nire videbatur. Non dubitavi itaque, tot codd. fide subnisus, lectionem

ad mentem Gronovii emendare. Sæpissime 'inquit,' 'ait,' 'dicit,' et similia, a Livio ommissa, librarios addidisse, vidimus ad XXIII. 45. § 6. Fateor equidem 'posses in nos' frequentius obcurrere, quam 'in nobis:' verum ea ipsa librariis vulgatum, ut minus notum, mutandi causa exstitit. Viris doctis, quos exempla a Gronov. ad Senecam laudata nondum convincere potuerunt, *posses in nobis* rectum ac probandum esse, et sermonis Latini usui non adversari, satisfactura tandem spero illa quæ Dnkernus huc contulit, ut et quæ laudavi ad XXVIII. 43. § 8. et XLII. 9. § 1. Cui vero omnino *tibi* servandum sit, non video. Quum enim dicat *ut posses*, et mox 'felicitas tua,' id non alii, quam Masinissæ, datum esse, sponte patet. Mox *emittere*, pro *mittere*, Lov. 5. Male. Vide ad III. 50. § 4.

§ 13 *Per gentis Numidarum nomen*] Ita Jac. Gronov. edidit, quum antea vulgatum fuisset *perque gentis*. Ea autem posterior lectio superest tantum in Lov. 4. Harl. Ber. et Gaertn. At Gronoviana in reliquis omnibus, et præsertim, ut Sallierius monuit, in Pint. Sinos etiam illis consentire, Hearnius testatur. Vide ad XXXVIII. 18. § 12.


§ 14 *Neque me in cuiusquam Romani superbum*] Idem (quod modo de genitivo 'vestibuli' ad § 11. dictum est,) accidit in accusativo *me*, et in *ut* particula paullo post § 16. 'me morte ut vindices.' Nos item expunximus. *Rhenan.* Frustra pronomen exigit Rhenanus: revocant enim id Gall. omnes, Vossianusque. Uti et particulam in illo 'morte me ut vindices.' *J. F. Gron.* Tò *me* a nullo alio meorum exsulat, quam ab Harl. cui unus D. concinit apud Hearnium; qui neglegentius, quam oportuerat, notas Gronovii consuluit, scribens Gronovium, id abjiciendum esse, ex suis probasse. Paulo ante

quidquid fert animus Lov. 4. *quidquid feret animus* Harl. *quodcumque feret animus* Ber. a m. pr. et edd. antiqq. Primi postea Vasc. Gryph. Cur. et Lugd. 1553. mox Francof. 1578. (medii enim priorem scripturam revocarunt) *quodcumque fert* substituerunt: quibuscum stant reliqui Mss. Præterea *de captiva tua statuas* Rec.

§ 15 *In eadem mecum Africa geniti*] *Idem mecum* Latine dici posse, passim negarunt Vossius, Sciopp. Vorst. Cellar. et alii, quorum diligentiam hunc Livii locum fugisse miror. Eiusdem postea locutionis exempla Jac. Perizon. ex Gell. Minicio Felice, et Cic. adtulit ad Sanctii Minerv. IV. 6. p. 683. quibus hoc adde Livii, et alterum Taciti Ann. xv. 2. 'Hunc ego eodem mecum patre genitum in possessionem Armeniæ deduxi.' Certe hoc loco nullam in scriptis lectionis varietatem vidi, neque alii etiam ex suis adnotarunt.

§ 16 *Si nulla alia re potes, morte me ut vindices*] *Si nulla re alia* Flor. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. Tum particulam *ut*, quam Rhenanus ad § 14. expunxit, Gronov. autem restituit, (male enim Hearnius monet, eum ex codd. suis ostendisse, illam esse delendam) servant omnes mei, uno Harl. qui Spirensis Rhenani adsecla perpetuus est, excepto, qui legit *mortem et vindices*. Ceterum *me morte ut vindices* Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *me morte vindices ut* Lov. 1.

§ 17 *Quum modo, dextram amplectens*] Vet. lib. *cum diu dextram*. Sigon. Sigonius *cum diu dextram*. Potest utcumque explicari vulgatum. Est tamen suspicari *quum modo genua, modo dextram amplectens*. Induxerat enim dicentem, 'si genua, si victricem attingere dextram.' *J. F. Gron.* *Diu*, pro *modo*, Hav. *denuum* Lov. 2. *domo*, transpositis syllabis, Florent. Voss. Lov. 1. Harl. et Hearnii L. 1. Vide ad XXXIX. 13. § 3. Gronovii conjecturam Donjatius probavit.



Propiusque jam blanditias oratio esset] Omnes Gall. Voss. optimus Pal. extirpant τὸ *jam*. J. F. Gron. Vulgatum in solis Ber. Lov. 4. et Gaertn. inveni: *propiusque blanditias jam oratio esset* in Harl. *propius blanditias jam et oratio esset* in Lov. 3. *propiusque blanditias et oratio esset* Voss. et Lovel. 1. *propiusque blanditias etiam oratio esset* Hearnii in L. 1. Ceteri mei cum Hearnii N. et D. τὸ *jam* expellunt.

§ 18 *In regiam concedit. Institit deinde reputare secum ipse*] *In regiam cum convenere: secum ipse*, reliquis omissis, Flor. *in regiam concubere secum ipse* Voss. et Hafn. *in regiam concubere secum ipse* Lov. 1. et Hav. Quibus quid sibi librarii voluerint, cogitent alii. *Instituit* Lov. 5. Utrumque *Instituit* et *Institit* hoc sensu in usu fuit. De priori vide ad xxviii. 46. § 11. ubi voces illas interdum commutari notatur. Posterius ita usurpatur xxv. 19. ‘Incertus primo, utrum sequeretur, Appium institit sequi.’ xxvii. 46. ‘Summa ope orare institit.’ xxxv. 11. ‘Converso agmine redire institit consul.’ c. 30. ‘Sequi suorum agmen aliquantum prægressum insistunt.’ xxxvii. 27. ‘Quas primo ex classe regia prætor esse ratus, institit sequi.’ xl. 5. ‘Singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis institit.’ cap. 39. ‘Ulteriorem Celtiberiæ agrum institit vastare.’ c. 49. ‘Eam urbem obpugnare institit.’ xlv. 26. ‘Institit de perfidia et feritate Gallorum disserere.’ Similiter etiam alii. Vide Maunt. et Græv. ad Cic. ad Fam. x. 16. et Jac. Gronov. ad Gellii xv. 22. Verum quum reliqui *institit* unne præferunt, eorum auctoritatem sequi potius visum est.

§ 19 *Ab amore temerarium atque impudens mutuatur consilium*] *Ob amorem* Voss. Lov. 2. 4. 5. et Hav. Vide ad xxvi. 1. § 3. Deinde *mutuatus* Lov. 2. *mutuat* Lov. 1. quod omnino ferri

nequit, si vera est distinctio eorum qui putant ‘mutuare’ eum, qui mutuo dat; ‘mutuari,’ qui mutuo accipit. Verum alii utrumque ‘mutuare’ et ‘mutuari’ de illis dici existimant, qui mutuum accipiunt. Vide ad Epit. Liv. l. lxxiv. Contra, eo sensu *mutuare* apud neminem ævi optimi scriptorem reperiri, adfirmat Vorst. ad Val. Max. iii. 4. 2. At, licet reperiri posset, hic tamen codd. sequeretur.

§ 20 *Nuptias in eum ipsum diem repente parare jubet*] Veteres lib. *parari*. Sigon. Ita non tantum omnes omnino scripti, sed et edd. usque ad Basil. 1554. quæ perperam, errore fortassis operarum, *parare* vulgavit. Ceterum *parari repente jubet* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hav.

Ne quid relinqueret integri aut Lælio] Legitur in libro Ms. *ne quid relinqueretur integrum aut Lælio*. Rhenan. Nonnihil hic a Spirensi discessit Harl. nisi fallant excerpta, ex quibus video, in eo legi *ne quid relinqueret integrum*. Omnes reliqui stant pro vulgato. Et recte: ‘quid integri,’ ut ‘quid sinceri,’ ‘incontaminati’ iv. 2. ‘quid veri’ viii. 18. ‘quid vani’ xxxiv. 6. ‘quid momenti’ xlii. 12. ‘quid periculi’ xliiii. 18. ‘quid reliqui’ xlv. 5. et alia similia passim. Vide ad xxxii. 37. § 5.

§ 21 *Adeo non dissimulavit improbare factum*] Pat. *impræaresefactum*. Supra e primum adscriptum est *u*, supra s vero *g*. Inde Reg. Men. Voss. *improbe a rege factum*. Pal. unus audentior, *improbe a re factum dicere*. Vides, ut paulatim eat in pejus. Voluerat autem optimus simpliciter *adeo non dissimulavit, improbare se factum*. J. F. Gron. *Improbe a rege factum* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Mox *toro* exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. et Gaertn. *detractam geniali toro* Hav. *detractam eam geniali toro* Lov. 2. 5.

§ 22 *Orantis, ut arbitrium, utrius regum duorum fortunæ accessio Sophonisba esset*] Non omittendum, quia in libro vetusto legitur *ad arbitrium*, non *ut arbitrium*, eam sententiam sic quoque legi posse: *Victus deinde precibus Masanissæ orantis, id arb., utrius regum duorum fort. accessio Soph. esset, ad Scip. rejiceret*: ubi non citra elegantiam subanditur *ut*. Rhenan. Pal. 1. *ut arbitrium* (superscriptum 'utrius') *regum duorum fortuna* (correctum deinde fortunæ) *accessio esset, Sophonisbam ad Scipionem rejiceret*. Pal. 3. *orantis ad arbit., utrius regum duorum fort. acc. Soph. esset*. Gebhard. Unus meorum Harl. ut solet, Spirensi Rhenani ad-sensus, *ad arbitrium* legit: reliqui stant a vulgato, quod etiam alteri præferri æquum est.

Missio Syphace et ceteris captivis] Omnes Gall. excisa voce *ceteris*, quam adsutam esse monuimus olim ad III. 25. J. F. Gron. Solus ex nostris Ber. *Syphace et ceteris captivis*. Reliqui omnes cum Hearnii Oxonn. τὸ *ceteris* recte repellunt. Vide ad III. 25. § 4. Vox *ceteris* adrepta est ex § præc. ubi est jam 'cum Syphace et ceteris captivis.'

Adjuvante Masanissa recepit] In libro Ms. legitur *Masanissa recipit*. Rhenan. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et antiquiores typis descripti. Pro quo quum Mediol. 1480. *recepit* editum esset, Rhenanus *recipit* restituit; idque omnes deinde servarunt usque ad Francof. qui a. 1578. alterum *recepit* revocarunt.

CAP. XIII. § 2 *Tum, quantum quisque plurimum poterat*] In libro Ms. legitur *quantum quisque plurimum posset*. Rhenan. *Plurimum poterat* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. Solus Harl. proxime Rhenani lectionem *plurimum posse*. Paulo ante § præc. *ad castra adduxi*, pro *in castra*, Voss. et Lov. 1.

Magnitudini Syphacis, famæ gentis,

§c. addebat] In libro Ms. legitur *famæque gentis*. Rhenan. Lectionem Rhenani omnes post eum receperunt usque ad Jac. Gronovium, qui recte τὸ *que* iterum abjecit. Id enim cum Hearnii L. 1. et N. postulant omnes mei, præter Lov. 3. et Harl.

§ 4 *Duabus quinquere misibus in Africam navigaverit*] Ita J. F. Gronov. edidit. Edd. principes præferunt *navigaret*, uno id probante Berol. Aldus deinde substituit *navigarit*, quod superest in Flor. Lov. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Alii omnes faciunt cum Gronov.

§ 5 *Sed etiam filiam ei nuptum dederit*] *Filiam ejus nuptui dederit* Lov. 5. *filiam ejus nuptam dederit* Lov. 3. et Harl. Male. Vide ad I. 49. § 9. Mox *tempore uno* edidit Froben. a. 1535. sine dubio quia Rhenanus, præeunte Spirensi, ita edi jusserat: certe ita in Harl. inveni. Priores impressi *uno tempore*, quod recte Jac. Gron. revocavit. Id enim in reliquis omnibus, quibus usus sum, superest.

§ 8 *Ad Scipionem est productus*] In libro Ms. legitur *perductus est*. Rhenan. Frohenius nihilominus ex mente Rhenani 1535. recte edidit *est perductus*: id enim, excepto Ber. omnes scripti probant. Solent autem hæc verba commutari a librariis. Vide ad XXXVIII. 50. § 1.

§ 9 *Animum dederunt in adloquendo victorem*] Vetns lectio *in adloquendo victore*. Rhenan. Pall. 1. 2. et vet. ed. *victorem*. Gebh. *In adloquendo victorem* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Vide ad XL. 49. § 1.

§ 10 *Sed tum demum, quum arma adversus populum Romanum recepisset*] Vetns lectio *quum arma adv. pop. Rom. cepisset*, non *recepisset*. Rhenan. Omnes Gall. et Voss. *sed non tum demum*. Ergo mutanda distinctio, et reponendum, *tum ille, pec. quidem sese atque ins. ful.; sed non tum demum, quum arma adv. pop. Rom. cepisset: ex. eum*

sui furoris fuisse, non princ. Tunc se ins., tum hosp. priv. et pub. fœd. omnia ex an. eiecisse, cum Carth. Sic enim etiam, et melius, ut puto, Put. et Voss. J. F. Gron. Sed non tum demum omnes mei, nisi quod sed tum, vel tunc, demum præferant Lov. 2. 3. et Harl. sed non tunc demum Lov. 4. sed eum demum Dan. Heinsius apud Elzevirios edidit, invitis omnibus scriptis. Deinde cepisset, quod Rheno placuit, in nullo, nisi in Harl. obvium fuit: accepisset habet Lov. 5. recepisset alii omnes; quod pro simplici cepisset accipi potest. Eo enim sensu et Livius et alii hoc verbo sæpissime utuntur. Vide ad xxxix. 23. § 11. Ne igitur veterem lectionem restituam, id unum obstat, quod Gronov. cepisset in Pnt. invenisse videatur. Hinc exitum sui furoris fuisse plerique: exitum sui furoris eum fuisse Harl. et Gaertn. In nullo meorum, ne in excerptis quidem Voss. exitum eum sui furoris fuisse inveni.

§ 11 *Tunc se insanisse, tum hospitia privata, &c. eiecisse] Ita Gronov. ad verba præced. scribendum conjecit, et multi meorum ejus lectionem firmant. Antea edebatur cum hospitia, &c. eiecisset, quomodo est in Lov. 3. Harl. Ber. et Gaertn. Verum tunc, tum Crevierio displicuit, qui ex Victor. cod. tum se insanisse, tum hospitia, &c. eiecisse recepit. Id tamen mihi in nullis codd. meis obvium fuit. Sed tunc se insanisse, tunc se legunt Lov. 1. 2. et Voss.*

§ 12 *Onnibus delinimentis animum suum avertisse] Delinimentis Flor. a m. pr. et Hav. Neque aliter Sigonius edidit. Vide ad xxxix. 11. § 2.*

Nec quiescisse, donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma adversus hospitem atque amicum induerit] Pal. 1. nec conquiscescere, donec ipsa m. s. n. s. a. a. h. atque amicum induceret. Quod non probro. Pal. 2. nec conquiescisse, donec ipsa manibus suis nefaria adversus hospitem atque amicum arma induerit. Pal. 3.

animum suum alienasse atque avertisse, donec ipsa manibus suis, &c. induerit. Cæterum hoc ex more præco, indutum armis a conjuge exiturum ad prælium. Ovidius Her. xiii. 139. 'Ipsa suis manibus forti nova nupta marito imponet galeam, barbaraque arma dabit.' Ibidem vs. 147. denotat eadem ab marita exuta reverso: 'Exnet et reduci galeam, clipeumque resolvet.' Gebhard. Put. Reg. Men. optimus Pal. nec conquiescere donec. Pet. nec conquiesse donec. Hoc voluit Livius, et significant illi. Cicero Fam. i. 1. 'Nisi perfecta re de me non conquiesci.' Vise ad xxvi. 22. Optimi etiam nefaria sibi arma, &c. induceret. J. F. Gron. Vulgatum nec quiescisse perstat in Lov. 3. et Ber. nec quiescere legunt Lov. 1. 2. Voss. et Hearnii N. nec conquiescere Flor. Cant. Lov. 4. Hav. et Hearnii L. 1. nec conquiescisse Gaertn. Optimi codd. stant pro composito conquiescere. Id igitur, quod minus frequens est, quam quiescere, et hinc potius a librariis in simplex mutatum est, quam contra, recepi, præsertim quum Livius eo delectatus videatur, certe sæpius eo usus est. Supra i. 47. 'Juvenem instigat, nec conquiescere ipsa potest.' ubi vide. xxiv. 47. 'Jam et imbre conquiescente, et luce propinqua.' xxxviii. 22. 'Respirare et conquiescere paullisper militem jubet.' xlii. 42. 'Nec conquiescere socios vestros posse, quoad regia Pergami sit.' Illud autem compositum contracte Livium conquiesse, non conquiescere, vel conquiescisse, extulisse, Gronovio credo, quia partim id sensus requirit, partim Livius ita solet. Vide ad xxxvii. 11. § 5. Præterea nefaria sibi arma, &c. induceret Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. Quod tamen librariorum error, quam Livio, tribuere malo. Iufra c. 31. 'Saguntii excidium nobis pia ac justa induerunt arma.' xxxi. 41. 'Ut sine gladiis plerique equitum exirent, loricas

plerique non indnerent:’ ubi male etiam Pal. Gebh. *inducerent*. xxxvi. 11. ‘Nec quisquam eorum aut arma induit, aut stationem, aut vigilias servavit.’ Et hic plures codd. legunt *induxit*. Ovid. Her. viii. 49. ‘arma invidiosa tulisti. Sed tu quid faceres? induit illa pater:’ ubi vide Nic. Heinsium. Solent autem hæc verba commutari. Vide Pier. ad Virg. Æn. II. 275. Gruter. ad Cic. de Divin. II. 17. Nic. Heins. ad Claud. in Eutrop. I. 301. de Laud. Stil. III. 65. ad Ovid. Met. VII. 161. Burm. ad Quinct. Inst. Orat. V. 7. p. 379. et ad Suet. Aug. c. 92. Vide etiam ad xxvi. 11. § 9. Ita forte emendandus Lactant. Divin. Inst. III. 1. ‘Ita dum succurrere humanis erroribus cupiunt, ipsi se in plagas et errores maximos induerunt:’ quod et aliis placuisse video, pro *induxerunt*. Similiter apud Colum. VIII. 11. memorantur paxillorum partes summæ, lingulas edolatas habentes, ‘quæ transversis foratis perticis inducantur:’ ubi in Sangerm. cod. legitur *induantur*. An tamen codicem Livii in hanc lectionem consensus indicat, *indueret*, pro *induerit*, legendum esse? Certe id superest in Lov. 5. et Hav.

§ 13 *Sibi hoc in miseris solatii esse*] In scripto volumine est *sibi in miseris solatii esse*. Poterat etiam legi *sibi in miseris solatio esse*, aut *solatium*. Rhenan. Unius cod. ejusque errantis, auctoritate Rhenanus sanum locum tentare non debuerat: ‘hoc solatii’ genus loquendi est Livio familiare: ‘hoc intervalli’ III. 25. ‘hoc servitutis’ V. 2. ‘hoc consilii’ V. 39. ‘hoc portenti’ VI. 40. ‘hoc juris’ IX. 11. et passim.

§ 14 *Neque prudentiorem, neque constantiorem Masinissam, quam Syphacem, esse, etiam ab juvena incautiorem*] Codex Ms. tantum habet, *neque const. Masanissam, quam Syph.*, esse, jam ab *juvena incautiorem*. Posset legi, *neque const. Masinissam, quam Syph.*, etiam ab *juvena incautiorem*. Sequitur in

exemplari Spirensi certe *stultius eam, quam se, duxisse*. Proinde miror quis istas tres dictiones *illum atque intemperantius* admiscuerit. Rhenan. Quos legi libros veteres, et quos se legisse Gelenius [Rhenanus] profitetur, his vocibus carent: *neque prudentiorem: illum atque intemperantius*, sine quibus sententia optime stat. Sigon. Sic [*neque prudentiorem*] Pint. sic omnes Gall. duoque Pall. et Voss. ac præterea etiam *juvena incautiorem: certe stultius illum atque intemperantius eam, quam se, duxisse*. J. F. Gron. Cum Spirensi Rhenani in omnibus stat Harl. Duo priora vocabula non agnoscent etiam Hearnii L. I. In reliquis meis et Hearnii N. ac D. supersunt. Deinde etiam jam ab *juvena Lov. 4. etiam ab juvena Ber. et Gaertn. et juvena Voss. et Lov. 2. Ceteri mei, et Hearnii N. etiam juvena*. Denique tres voces *illum atque intemperantius* in aliis meis, et Hearnii Oxonn. constanter supersunt, nisi quod prima *illum* exsulet a Lov. 4. deinde atque *imprudentius* legat Gaertn. Insuper *quam se, eam duxisse* est in Lov. 5.

CAP. XIV. § 1 *Hanc non hostili modo odio, sed amoris etiam stimulis, armatam apud æmulum cernere se quum dixisset*] Hunc locum nullus crederet infeliciter interpolatum esse, et plane corruptum, nisi qui vetustum exemplar inspexerit, in quo sic legitur: *Hæc non hostili modo odio, sed a nobis etiam stimulis, amatam apud æmulum cernens quum dixisset*. Rhenan. Vet. lib. *amoris etiam stimulis*: egregie: opposuit enim hostili odio amoris stimulos, quam *ζηλοτυπίαν* Græci vocant. Itaque sic vertit hunc locum Appianus in Punic. p. 15. Ταῦτα δὲ μὲν ἔλεγεν, εἴτε ἀληθεύων, εἴτε ζήλοτυπούμενος, καὶ Μασσανίσσην ἐς τὰ μέγιστα βλάπτων. Sigon. Pal. 3. *Hanc non hostili modo odio, sed a nobis etiam stimulat amat amaverit æmulum cernens*. Prodigiose corrupte. Gebh. Quemadmodum nunc editur, præferunt cum ed. Rom. 1472. omnes scripti, nisi

quod a novis etiam stimulis sit in Harl. Hanc non hostili odio, sed amoris etiam stimulis armatum mox substituerunt proximæ edd. Mediol. 1480. Parm. utraque Tarvis. et aliæ. Postea etiam Ascens. 1513. edidit *cernere se cum dixisset*. Mox *perpulit* Lov. 5. et Hav. *perculit* Brancal. Latini, quomodo Doujatius scribendum conjecit. Si quid mutandum, legerem non mediocris cura Scipionis animum *perpulit*. Vide Gronov. ad III. 30. § 5.

§ 2 *Factæ prope inter arma nuptiæ*] Pnt. Voss. Reg. Men. Pal. *raptæ*. Præclare: nam *raptum* eleganter dicitur quidvis raptim factum: quod alibi nonnullis veterum vindicatis locis ostendimus. J. F. Gron. *Raptæ* etiam Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Hav. et Hearnii N. Cujus verbi vim huic loco propriam illustratur Gronov. ad Livii VI. 23. § 5. ubi etiam quædam notavi. N. Heins. ad Nason. Her. XIX. 74. et idem, ac Burm. ad Valer. Flacc. II. 252. Vide etiam quæ contuli ad Sillii IX. 33. Mox vocem *prope* non agnoscit Voss.

Quo die captam reginam vidisset] Pall. duo *captum hostem*. Mox Pal. 2. *matrimonio conjunctam acceperit*. Gebh. Pnt. omnesque Gall. et duo Pall. *quo die captum hostem vidisset*. Cui obscurum potest esse, vulgatam ex interpretatione natam, et scripsisse Livium *quo die captam hostem vidisset*? Prisciani regula est v. p. 651. 'In is finita nomina, si ad homines proprie solos pertinent, communia sunt, et non faciunt ex se neutra: ut hic et hæc civis, hic et hæc hostis. Statius in secundo Thebaidos: 'Turhidus incertusque oculis vigilantibus hostem Occupat amplexu;' cum de uxore Helymi Gorge loquitur: 'ubi corrige in quinto Thebaidos. J. F. Gron. Ovidius Art. Am. II. 461. 'Quum bene sævierit, quum certa videbitur hostis.' Cartius IV. 2. 'Et ille tamen uxorem, tu hostem luges.' Duk. *Captum hostem* Flor. Voss. Lov. 3. 5. et Hav. pro quo recte *captam*

hostem Gronov. Si autem fidere licet excerptis Cant. et Lov. 2. non aliter illi exhibuerunt, siquidem nihil ex his variantis scripturæ notatur. Ovid. Her. VI. 83. 'nocuit mihi barbara pellex: Non expectata vulnus ab hoste tuli:' ubi vide Burmann. *matrimonio conjunctam* etiam Lovel. 4. Harl. Rec. et Gaertn.

Et apud penates hostis sui] Pall. tres et ad *penates*. Gebh. Scripti ad *penates*. J. F. Gron. Livius XXVIII. 14. 'Quia sors eos sub uno tecto esse, atque ad eosdem penates voluit.' Duk. Ad *penates* et Hearnii Oxonn. et mei, uno excepto Ber. qui vulgatum retinet: ad *penates* scribendum esse, monnit etiam Gronov. Obs. IV. 6. p. 87. Plura vide ad VII. 7. § 4.

§ 3 *Etiam eo fœdiora hæc videbantur*] Scripsimus et eo: sic enim in scripto codice legitur. *Rhenan*. Dele auctoribus manu exaratis copulativam et, et hinc incipe novam periodum: *eo fœdiora*. J. F. Gron. *Etiam eo fœdiora* Ber. et *eo fœdiora* Harl. et Gaertn. Verum neque *etiam*, neque et vel in reliquis meis, vel in omnibus Hearnii Oxonn. adparet.

Nullius forma pepulerat captivæ] Pal. 2. *nullius pepulerat captivæ amor*. Gebh. Vide Gronov. ad III. 30. et ad Cic. ad Fam. IV. 13. Duk.

Hæc secum volventi] Antiqua lectio *Hæc secum volventi*. Rhenan. Ita et Harl. ac proxime accedens Flor. *volventi*, una tantum litera transposita. Verbum Livio non insolens esse, certum est. XL. 8. 'Multa secum animo volutans inambulavit.' Interim tamen *volventi* Flor. a m. pr. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. quod et ipsum Livio non indignum est. XXVI. 7. 'Multa secum volventi subiit animum.' Locutiones 'volutare' et 'volvare animo,' vel 'in animo,' pluribus ex Livio exemplis illustravi ad II. 49. § 5. Vellem, viri docti lectionem Puteaneî nos docuissent. Quum enim utraque lectio in Livio admitti possit,

eam potioem haberi æquum judicassem, quæ integerrimi illius cod. fide niteretur. Interim *voluntanti* nunc non mutavi.

Pariter ambos benigno vultu excepisset, et egregiis laudibus] Insernimus et particulam, et *benigno vultu excepisset, et egregiis laud. f. p. celebrasset*. Sic enim Livius loqui solet. *Rhenan. Put. ambo. J. F. Gron. Ita et Flor. Harl. et Gaertn. Vide Gronov. ad xxxv. 21. § 5. Male autem et contra fidem datam Clericus ambo a Gronov. receptum ejecit; ejusque loco, non monito lectore, revocavit ambos. Voculam et, a Rhenano additam, expellunt quidem Voss. Lovel. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. sed eandem recte probant reliqui. De more Livii ita orationem formandi vide ad 11. 44. § 3. Eum non intellexit, vel ad eum non attendit Meibom. quum de Fabric. trirem. in Thes. Antiq. Rom. tom. xii. p. 652. nolentibus omnibus scriptis et editis, et nulla ratione prolata, legi jubet pariter amico et benigno vultu.*

§ 4 *Adductum in secretum Masinissam*] *Lege abductum*: ut Voss. Men. et prisca edd. *J. F. Gron. Adductum principes edd. quas vidi, adstupulantibus Lov. 2. Ber. et Hav. Aldus deinde abductum emendavit, quod superest in reliquis meis, et Hearnii N. ac D. Eandem lectionem Aldum secuti editores servarunt usque ad Gruter. qui in ultima ed. perperam adductum revocavit, unde abductum iterum vindicavit Gronov. et hic, et ad xxxix. 49. § 12. Supra xxvii. 17. 'Eo die in hospitium abducti.' c. 46. 'Ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria abducti.' Vide ad xxvii. 29. § 1. et xxxix. 12. § 3.*

In Hispania ad jungendam mecum amicitiam venisse] Ita primus edidit *J. F. Gronovius*, quum male præferrent priores in *Hispaniam*, licet consentientibus Lovel. 5. Ber. et Hav. Sed recte reliqui, et præsertim *Put.*

ut *Sallierius* testatus est, in *Hispania*. Non enim *Masinissa* in *Hispaniam* venit, ut amicitiam cum *Scipione* jungeret; verum, quum in *Hispania* foret, ibique *Karthaginiensibus* militaret, eam cum ipso firmavit. Vide etiam *Crevierium*.

§ 5 *Propter quam uđpetendus tibi visus sim*] *Scribe quas*: nam præcessit genitivus 'virtutum,' et sequitur 'temperantia et continentia libidinum.' Mox legendum est *qua ego, non in qua. Rhenan. Propter quam Lov. 3. Gaertn. et Brancal. Latini: propter quæ Ber. a m. pr. quā a m. sec. Reliqui propter quas. Flor. qua propter quas sibi appetendus visus in qua ego æque ac temp. Sed sim appetendus visus, in qua ego æque ac temp. Voss. et Lov. 1. sim appetendus visus, qua ego æque atque temp. Lov. 2. et 5. tibi appetendus visus in qua ego æque temp. Lov. 4. appetendus visus sim, qua ego æque ac temp. Hav. tibi appetendus visus sim, qua ego æque ac temp. Gaertn. Omnino recte qua ego Rhenanus. In Flor. autem optimo sim, prima litera a vocis præced. ultima intercepta, degenerarat in in. Liv. xxiii. 42. 'Non ego secundis rebus nostris gloriabor.'*

§ 6 *Nam non est (michi crede) tantum ab hostibus armatis atuti nostræ periculum*] *Scriptimus periculi. Rhenanus. Put. et Reg. conjunctione incipiente hanc periodum ommissa, non est, non, michi crede, tantum ab hostibus armatis atuti (Put. Reg. Men. atatis) nostræ periculum. Hoc postremum tenent omnes. Sed illud primum multo efficacius vulgato. Varro de Re Rust. 11. 5. 'Non tibi decoquet, non, ornithon.' Cicero in Verr. 1. 7. 'Quid, iudices? non crimina, non testes, non existimationem populi Romani sequentur? non: omnia in unius potestate ac moderatione vertentur.' Terent. Phorm. 11. 1. 'Non, non sic futurum est: non potest.' Seneca de Benef. 11. 23. 'Non est, mihi*

crede, non, dico, servilis animi, egregium factum fama sceleris emisse: ita Mss. codd. quam vim adseverandi non ceperunt viri docti. Idem de Benef. vii. 25. 'Non est ita admonitio, non; convicium est.' A. Gellius xiv. 3. 'Sed enim de viris optimis et gravissimis si credendum hoc aut suspicandum fuit, causam equidem esse non arbitror, non, obtreactionis neque invidiæ, neque de gloria majore parienda certationis: sic quoque Mss. Vulgo unam negativam abolerunt. J. F. Gronov. *Non est, non, mihi crede, tantum ab hostibus armatis ætatis nostræ periculum præfert Flor. et, nisi fallant excerpta, etiam Cant. omissa particula initiali nam; quam ab Oxonn. suis similiter exsulare, etiam Hearnii testatur. Cic. pro Sulla c. 27. 'Non cadit, non, inquam, cadit in hos mores,' &c. De simili repetitione vide ad ix. 9. § 1. *Ætatis nostræ* etiam Voss. Lov. 1. Gaertn. Hav. et edd. antiqq. *ætati* Ascens. 1510. substituit: *periculi*, quod Rhe-nanus ex suo volebat, in nullo alio, quam in Harl. inveni.*

§ 7 *Qui eas sua temperantia frenavit ac domuit, multo majus decus majoremque victoriam sibi peperit, quam nos*] Exemplar Ms. sic habet: *qui se temp. sua frenavit ac domuit, ut multo majus decus maj. vict. sibi ceperit, quam nos Syph. v. hab.* Suspicio hoc potius modo fuisse restituendam sententiam istam: *qui se temp. sua frenavit ac domuit, næ multo majus decus maj. vict. sibi ceperit, quam nos Syphace victo habemus.* Ut sit *næ* Græcum, pro certe, quod facile potuit in ut verti ab eo, qui fortassis putabat, negativam esse particulam, quæ plane sensum turbabat. De se particula non dubito. De verbo *ceperit* habes testimonium codicis Spirensis. *Rhenan.* Quam vocem Gelenius [Rhenanus] in *næ*, ego in *is* verti posse arbitror, quasi ex *is, it*, postremo ut factum sit incuria. *Signon.* Vulgata

lectio se defendit auctoritate Pall. duorum, et vet. ed. Interim Pal. 3. *et multo majus decus majoremque victoriam sibi ceperit.* Gebh. Rhenanus invenit in suo *ut multo*, et inde finxit *næ multo*: Sigonius *is multo*. Hoc ne quem turbet, testor, neque in Put. neque in ullo eorum, quos oculis usarpavi, me istud *ut* notasse. J. F. Gron. Codici Spirensi Rhenani adsentitur iterum Harl. nisi, quod in principio legat *qui ea temperantia sua frenavit.* Tum *domuit, ut multo majus* Hearnii D. *domuit, is multo majus* ejusdem N. *domuit, multo magis* ejusdem adhuc L. 1. Omnes mei, uno, quem dixi, excepto, lectionem, quæ ante Rhenanum existit, tuentur, præterquam quod legant *qui eas temperantia sua.* Hinc illud *næ*, quod ex Rhenani conjectura in contextu supererat, inde ejeci. Idem etiam Crevierius ex suorum codd. fide fecit.

§ 9 *Regnum, agri, oppida*] Legendum *ager*, non *agri*. Significat *ager* totum territorium. Sic possumus dicere, hoc anno maligne frumenta provenisse in agro Gallico, in Alsatico vina. Is fuit, quo hæc scribebam, MDXXIX. Et tamen dicimus 'ager Aggentoratensis,' 'ager Sletstadiensis.' Hoc non intellexit, qui sic scripsit *agri*, propterea quod sequatur *oppida*. Rhenan. Recte Rhenanus: *agri* enim soli ex meis Lov. 3. et Ber. Eadem vox exsulat ab Hav. ut præcedens *regnum* a Gaertn. Reliqui *ager*, nisi quod errore scribæ *aggere* sit in Flor.

§ 10 *Atque in arma cõgisse præcipientem dicitur*] Multo Latinus Put. et omnes Gall. *atque in arma egisse præcipientem.* Antonius apud Cic. Philipp. xiii. 17. 'Eos qui me præcipientem egerint.' Virgilius *Æneid.* v. 456. 'Præcipientemque Daren ardens agit æquore toto.' Lucanus ii. 254. 'nulum furor egit in arma: Castra petunt magna victi mercede.' J. F. Gronov. *Egisse* etiam Flor. Supra

VII. 21. 'Supina valle præcipites egistis.' XLII. 30. 'Quos æs alienum præcipites ad novanda omnia agebat.' XLIV. 35. 'Quum alii præcipites sine responso agendos castris' [censerent]. Lucret. III. 37. 'Et metus ille foras præceps Acheruntis agendus.' Sallust. Catil. c. 31. 'Ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina restinguam.' Cic. in Verr. I. 2. 'Aguunt eum præcipitem pœnæ civium Romanorum.'

§ 11 *Vince unimum*] Ovid. Her. III. 85. 'Vince animos iramque tuam, qui cetera vincis.' Mox *cave ne deformes* Lov. quinque, Gaertn. Hearnii N. et edd. antiqq. Illud *ne primus omisit* Froben. 1535. Neque adparet in ceteris scriptis.

CAP. XV. § 2 *Ex prætorio in tabernaculum suum confusus concessit*] Quidam hic defectum esse putant, quod Scipio rogatus hic non abnuisse dicatur, et Masanissa tamen poculum mittit. Quidam putant, satis id significatum per verbum *confusus*. Glar.

§ 3 *Quum crebro suspirio et gemitu*] Pal. 1. *cum crebro suspiritu*. Forte legendum *suspiratu*. Gebh. Sane optimus codex Putean. plane *suspiritu*. Et meliores quosvis sequaces habet: in quibus et Pal. unus. Plantus Mercatore I. 2. 4. 'Simul enicato suspiritus.' A quo et mutuatus id Appuleius. Nam Ciceronem ad Atticum I. 18. omitto, quia illic dubia lectio. Restituenda eidem Appuleio ea vox Metam. I. VIII. p. 207. ed. Elmenh. 'Hæc ille longos trahens suspiritus, et nonnunquam illacrymans, graviter adfectis rusticis annunciabat: vulgo erat longo spiritu. Vide Observat. in Script. Eccles. c. 10. Videndum etiam, ne illa *et gemitu* insiticia sint, quia tam prope sequitur *ingenti ad postremum edito gemitu*. J. F. Gron. *Suspiritu* etiam Flor. a. m. pr. Hearnii L. I. D. et apud Donjatium Reg. Plura de hac voce vide apud Colvium

ad Appul. Metam. I. p. 9. Clericus, promissi in memoriam, lectionem Gronov. *suspiritu*, non monito lectore, mutavit in *suspirio*. Voves *et gemitu*, quas Gronov. ex conjectura inducebat, omisit etiam Hav. Uni tamen cod. credere, temerarium puto. Neque ideo suspectæ esse debent, quod mox *ingenti gemitu* sequatur. Vide ad I. 3. § 9. *Et gemitu suo* legit Lov. I.

Quo facile ab circumstantibus tabernaculum exaudiri posset] Scribendum est *quod facile*. Non enim in hoc gemebat suspirabatque Masanissa rex, ut audiretur; sed tanta erant suspiria, ut facile exaudiri possent. Vide quam contrarium sensum invehat unius literæ abjectio. Rhenan. Pal. 1. *quo facile circumstantibus tabernaculum exaudiri posset*. Gebh. *Quo facile* etiam Lov. I. 2. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. I. N. et edd. usque ad Ascens. 1513. *quod* ostentantem; cujus loco iterum Aldus perperam *quo* substituit.

§ 4 *Fido ex servis uno adcito, sub cuius custodia regio more*] Est nasuti correctoris, qui frustra hiare orationem putavit. Pat. Reg. et alii meliores *fidum e servis vocat, sub cuius*. Seneca de Brev. Vitæ c. 10. Fabianus, 'non ex his cathedrariis philosophis, sed ex veris et antiquis.' Tacitus Ann. XIV. 11. 'Percussorem Agerium ex intimis Agrippinæ libertis.' Suetonius Octav. c. 67. 'Proculum ex acceptissimis libertis mori coëgit.' Statim, utcumque silentibus libris, lege *et mistum in poculo, non ei m.* J. F. Gron. De hoc more vide Lipsium Manuduct. ad Philos. Stoic. III. 28. et Casaub. ad Strab. III. 251. *Duk. Fidum e servis vocat* etiam Flor. et Cant. reliquis tantum non omnibus vulgatum servantibus. Vide etiam Gronov. ad cap. 25. § 11. Mox *ei* deest in Voss. Lov. 2. 4. et Hav. ejus loco et scribendum conjecit Gronov. quod solæcnum crederet *ei jubet*. Vide ad XXVII. 21. § 3. Conjecturam Gro-

novii probant Flor. et, ut Crevierius monnit, Reg.

§ 7 *Nuptiale munus, neque ingratum*] Scripsimus *nec ingratum*. Rhen. Ita etiam Harl. et pauci alii: sed *neque ingratum* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 8 *Nec locuta est ferocius*] Omnes Gall. et Voss. *non locuta*. J. F. Gron. *Nec locuta* servant Ber. et Gaertn. Ceteri mei, et omnes Hearnii *non locuta*.

§ 9 *Ne quid æger animo ferox juvenis*] Vet. lib. *æger animi*. Sic I. 58. 'Consolantur ægram animi.' Sigon. Pall. 1. ac 2. *æger animi*. Gebh. Iidem cum dnobis Pall. ac Sigon. *æger animi*. Lib. 1. c. 58. de Lucretia: 'Consolantur ægram animi.' II. 36. 'Ægro animi eadem illa in somno obversata species.' Sicubi Mss. annuerent, sollicitarem et II. 3. 'Ita jam sua sponte ægris animis legati superveniunt.' Ne omnino adfirmem, retinet me eodem lib. c. 42. 'Accessere ad ægras omnium mentes prodigia cœlestia.' xxv. 38. 'Ut aliqua solatia invenire ægro animo possem.' J. F. Gron. *Æger animi* ex omnibus Mss. legendum esse, Gron. pr. ed. nott. ad vi. 10. monuit. Neque ex meis alii dissentiunt, quam Harl. Ber. et Gaertn. De ea locutione vide N. Heins. ad Val. Flacc. III. 737. ad Silii xv. 135. et quæ notavi ad Silii III. 72.

§ 10 *Quod temeritatem temeritate alia luerit*] Vetus et sincerior lectio *tem. alia luerit*. Subauditur 'temeritate.' Eadem habet, *quam necesse fuerit*. Rhen. Pal. 3. *ne temeritatem aliam luerit*. Forte leg. *quod temeritatem alia luerit*. Pall. mox omnes *quam necesse fuerit*. Gebh. *Quod tem. aliam luerit* Lov. 2. *nuncq; tem. alia luerit* Harl. Sed vox ommissa a præcedenti intercepta est. In aliis enim constanter superest. Recte vero *fuerit*, pro *fuit*. Nam id meorum omnium auctoritate firmatur. Mox *le-*

viter castigat, pro *leniter*, Lov. 2. 4. 5. Gaertn. et Hav. Sed vide ad xxxvi. 31. § 8.

§ 11 *In tribunal escendit*] Ita J. F. Gronov. emendavit ex Put. ad II. 28. § 6. Eam emendationem firmant Lov. 4. in quo est *extendit*, et Harl. qui legit *exscendit*. Quum itaque recte ita etiam edi jussisset, perperam postea Clericus *ascendit* ei substituit, ne monito quidem lectore, quod se futurum promiserat, quoties a J. F. Gronovii lectione discessurus esset.

Sella curuli eburnea, et scipione eburneo] In archetypo Spirensi non est *eburnea*. Rhenan. Vet. aliquot libri *sella curuli eburnea, et scipione eburneo*, ut, quemadmodum dixit 'aurea corona,' 'aurea patera,' sic bis dicat *eburnea*. Sic etiam Appianus, quem credo multa a Livio sumpsisse, ut Livius a Polybio, in Punic. p. 18. *στέφανόν τε ἀπὸ χρυσοῦ, καὶ σφαγίδα χρυσοῦν ἐπεμ- πον καὶ ἐλεφάντινον δίφρον*. Sigon. Vet. ed. *sella curuli eburnea*, quod Sigonius imperite probat. Nam illud *eburnea* interpretamentum τοῦ *curuli* est, quod vel ex Pal. 1. apparet: *sella curuli, alii eburnea*. Deinde Polybius [immo Appianus] *ἐλεφάντινον δίφρον* vocat *curulem sellam*, quoniam aliter reddere nequitus est. Gebh. *Sella curuli eburnea* Lov. 3. Ber. Gaertn. et Hearnii N. *sella curuli, alii eburnea* Voss. et Lov. 1. *sella curuli alia eburnea* Lov. 4. Reliqui τὸ *eburnea* omiserunt. Et recte. Livius enim nunquam sellam illam duplici hoc epitheto adpellare solitus est, sed potius vel 'sellam eburneam' tantum, vel 'sellam curulem.' Et quidem prius obcurrit v. 41. 'Ea vestiti medio ædium eburneis sellis sedere.' xxxvii. 4. 'Dona tulere togam, et tunicam purpuream, sellam eburneam.' xli. 20. 'Sella eburnea posita jus dicebat.' Alterum sæpissime: sed duo tantum loca laudabo, ubi, licet, ut hoc loco, 'scipio eburneus' memoretur, tamen 'sella' tantum 'curulis' dicitur. xxxi.

11. 'Dona ampla data, quæ ferrent regi, vasa aurea argenteaque, toga purpurea et palmata tunica cum eburneo scipione, et toga prætexta cum curuli sella.' XLII. 14. 'Dona quam amplissima data cum sella curuli atque eburneo scipione.' Loco Appiani a Sigonio laudato addi potuisset hic Dionys. Halic. Ant. III. p. 196. Καὶ σκῆπτρον ἐλεφάντινον ἔχων ἐπὶ θρόνου ἐκαθέζετο ἐλεφάντινου. Ubi et scytrum eburneum et sella eburnea memorantur. Verum ita Dion. loqui voluisse video; de Livio nondum mihi constat. Ceterum *scipione eburno*, pro *eburneo*, Flor. et Voss. a m. pr.

§ 12 *Neque triumphantibus amplio-rem eo ornatu esse*] Legitur in archetypo Spirensi *neque triumphantis*, quæ lectio mihi probatur. Subauditur autem in genitivo 'triumphantis' accusativus 'ornatum.' Hæc puerilia, fatior, admonere cogimur, quod appareat quosdam in errorem inde deductos. *Rhenanus*. Præter Harl. et Rec. qui stant cum *Rhenano*, omnes mei *triumphantibus* tuentur. Puto igitur, paucos numero librariorum *triumphantis* præferentes in eum errorem lapsos, quem notavimus ad XXII. 60. § 7. Præterea *amplio-rem eo ornatum esse* Flor. Lov. 3. et Ber.

§ 14 *His honoribus mollitus regis animus, erectusque in spem*] Meliores *His honoribus mollitur*. Forte *erectus in*. J. F. Gron. Si *mollitur* legimus, etiam *erectus in spem* legendum videtur; quomodo præferunt Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Vulgatum utroque loco servant Flor. Cant. Ber. et Harl. *mollitur et erectusque* Put. ut Sallierius docuit, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. At in hac præsertim parte operis Liviani frequentissime obvenire, ut particula *que* perperam vel addita, vel omissa sit, monuit Jac. Gronov. Diss. Epist. ad Livii loca Geogr. ep. II. p. 15.

CAP. XVI. § 1 *Scipio, C. Lælio cum Syphace*] Scriptum est in archetypo

Spirensi *Scipio Lælio*, non *C. Lælio*. Rhen. Solus meorum consentit Harl. solus etiam Hearnii D. Mox *rusus*, non *rursum*, Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

Quæ munimenta inchoaverat, permunit] Put. Men. *permunit*. J. F. Gron. *Permunit* Lov. 5. et Hearnii L. 1. ac D. *permunit* Flor. Voss. et multum meorum alii. Vide ad XXIX. 7. § 6. *Permunit* Harl. *expedit* Gaertn. Mox § seq. *ob satis prosperam in præsens obpugnationem classis* Voss. Sed vide ad XXVI. 1. § 3. Deinde *quam in Hasdr. atque in ex.* Harl. *quam Hasdr. atque ex.* Lov. 2. Hinc *reprobaverunt* Flor.

§ 3 *Nulla auctore belli ulro audito*] Vet. lib. *ultra audito*. Sigon. Recte Sigonius, invidis quamvis Flor. Voss. Lov. 1. 5. Ber. et Gaertn. Solent hæc voces in scriptis commutari. Vide ad III. 46. § 1. IV. 2. § 1. c. 28. § 4. v. 31. § 5. xxx. 42. § 2. xxxvii. 39. § 6. et Arntzen. ad Plinii Paneg. c. 6. Mox *maximamque ad ipsum senatum regendum missi* Flor. Cant. Voss. et Hav. *maximamque ad ipsum senatum regendum missi* Lov. 1. 2. 3. 4. *maximamque ad ipsum senatum regendum jus* Ber. a m. pr.

§ 4 *More adorantium, &c. procubuerunt*] Vet. lib. *adulantium*: quod displicet. Nam Polybius principio lib. xv. de his legatis ita ait: Οὐ μόνον τοῖς θεοῖς σπέσσαντο, καὶ τὴν γῆν προσκυνῆσαιεν, καθάπερ ἔστιν ἔθος τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν ἀγενῶς τοὺς πόδας καταφιλοῖεν τῷ συνεδρίῳ. Sigon. Supra lib. IX. c. 18. docui, ex Pall. tribus, nec non vet. ed. legendum *more adulantium*, et *conveniens oratio tam humili adulationi fuit*. Quod inseite Sigonio displicet. Quippe Polybius, eius verbis nititur ipse, dixit, καὶ πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν ἀγενῶς τοὺς πόδας καταφιλοῖεν τῷ συνεδρίῳ. Gebh. Quidquid est membranarum *more adulantium*, et *tam humili adulationi*: quod contra Sigonium pri-

dem probavimus ad IX. 18. § 4. J. F. Gron. *Adulantium* et *adulationi* non tantum omnes mei, et Hearnii Mss. verum etiam non aliter edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1531. *adorantium* et *adorationi* substituit. Paulo ante *in castra Romana et in prætorium* Flor. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Vide ad VI. 28. § 6.

§ 5 *In Hannibalem in potentiaque ejus fautores*] Non mutarem: sed Put. *potentiaque ejus*. Pal. unus, *in Hannibalem, in patrem, potentiaque ejus fautores*. Voss. *impatientiaque*. J. F. Gron. *Impatentiaque* etiam Lov. et Hav. *potentiaque* Flor. Harl. et Hearnii L. 1. quod vel ex glossemate natum est; (vide ad XXXVIII. 48. § 1.) vel syllaba initialis vocis *in potentia* elisa est a litera finali *m* vocis præced. Vide ad V. 27. § 6. Ita etiam peccatum fuisse in hac eadem voce, videbimus ad XXXIII. 46. § 3. Hanc tamen scripturam probat Doujatius, vel, servata quidem vulgata, sed una voce in duas divisa, legebat *in Hannibalem in potentiaque ejus fautores*. Neutri placet. Humilitati enim, quia legati hi pacem petunt, magis convenire videtur, ut auctoritatem, quam Hannibal Karthagine obtinebat, vocent *in potentiam*, quam *potentiam*. Hæc enim legitima esse potest, illa semper vitio vertitur. Præterea rarius occurrit apud Livium similis compositionis exemplum *in potentiaque ejus*, pro *inque potentia ejus*. Vide ad XXXVI. 21. § 3. Hinc nisi fide codd. non admitterem.

§ 6 *Bis jam ante eversæ*] In his verbis, quæ sine dubio de duobus bellis Carthaginiensium cum Romanis dicuntur, 'eversa civitas' non est vastata, diruta, excisa; nam eo sensu Africanus posterior 'illam' (verba sunt Ciceronis de Harusp. Resp. c. 4.) 'a multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactatam, pæne captam aliquando, solus evertit;'

sed ea, cujus potentia labefacta erat, et quæ fractis viribus non multum ab interitum et eversione aberat, ut apud Virgilium Georg. I. 500. 'eversum sæculum,' pro republica ad interitum ruente. Sed quum eo tempore adhuc duraret bellum secundum, quid est, quod legati dicunt, 'bis jam ante eversam' civitatem? nam horum verborum sententia est, jam duo alia bella ante hoc bellum gesta fuisse, quibus Carthago eversa fuerit. Mihi suspectum est *ante*, quod oriri potuit ex duabus postremis literis vocis præced. et primæ sequentis. Bis jam eversa erat, et prope exitum venerat Carthago. Post primum bellum primum incolomis fuerat beneficio Romanorum: post hoc, secundum scilicet, iterum eorum beneficio incolumem futuram sperant. Veniebat etiam in mentem *bis tantum non eversa*. Sed malo prins. *Duk*. Similiter Crevierius *bis jam ante eversa* exponit, quam cives sui jam bis, quantum in se esset, evertent, et 'eversam' dici notat, quæ perire meruerit, advocato loco Livii ex XXVIII. 34. 'Illos quidem merito perisse ipsorum maleficio, ait; victuros suo et populi Romani beneficio.' Delet etiam vocem *ante*, favente cod. Put. in quo scriptum est *bis jam teversa*, et Regio, qui plane exhibet *bis jam eversa*, nisi quod tamen aliquid erasum videatur. Similes scripturas quidam meorum præferunt: *bis jam anteverse* legunt Voss. et Lov. 2. *bisjamteversa* Flor. *bis jam eversa* Lov. 3. et Harl. quorum prioris tamen margini ante adscribitur. Mox § seq. *imperaret, quæ vellet*, trajectis vocibus, Flor. et Harl.

§ 10 *Insulis omnibus, quæ inter Italiam et Africam sunt*] *Exercitus insulis omnibus* Lov. 2. *Tum inter Italiam atque Africam* in Put. et duobus Pall. esse, Gronov. monuit prima ed. nott. Neque aliter legunt Flor. et Harl. *inter Italiam Africamque* Lovel. 5.

Paullo ante et exercitus ex Italia et Gallia, addita prima vocula, Flor. et Hav.

§ 11 *Naves longas, præter viginti, omnes tradant*] Puto legendum præter XXX. App. in Pun. p. 17. Μηδὲ ναὺς ἔχειν μακρὰς πλεῖους τριάκοντα. Facilis est autem menda apud Livium ex XXX. reddi XX. ut sæpe alias. *Sigon.* Tot etiam naves Scipionem Karthaginiensibus concessisse, tradit Eutrop. iii. 21. 'Ne amplius quam xxx. naves haberent.' Verum neque hujus, neque Appiani auctoritatem tanti facio, ut, invitis omnibus scriptis, etiam optimis, et inter hos quoque Put. quod Sallierius me monuit, vulgatum mutem: præsertim quum in reliquis pacis legibus non per omnia inter Appian. et Liv. conveniat, et diversos auctores secuti esse videantur. Mox *tritici quinquaginta*, pro *quingenta*, Hearnii D.

§ 13 *Placeatne pax*] Pal. 1. et vet. ed. *si placeat pax: si*, pro *an.* xxxix. 50. 'Accepto poculo nihil aliud locutum ferunt, quam quæsisse, si incolumis Lycortas equitesque evasisent.' Gebh. Voss. *si placeant pax.* Gud. *si placet pax.* Haud dubie igitur *si placeat pax.* Mutarunt qui τὸ *si* non ceperunt pro *an.* J. F. Gron. *Si placeant pax* etiam Hearnii L. 1. *si placeat pax* Lov. quinque, Ber. et Hearnii N. cum editis ante Aldum. Tò *si* sæpe pro 'an' poni, vidimus ad iv. 20. § 8. ubi etiam hanc lectionem probavi: nunc admodum dubito. Non tantum enim reliqui eodd. et in primis optimi Flor. ac Cant. stant pro vulgato, quod etiam Crevierius de Put. et Reg. testatur, verum etiam 'si placuerit' mox sequitur: qui locus, cur etiam hic mutaretur, causa fuisse videtur. Cum eodem itaque Crevierio hic vulgatum præfero. Postea in fine cap. *ut impetrabilior pax esset*, pro *quo impetrabilior*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. quæ lectio ex interpretis glossemate nata vide-

tur: quo enim hic ponitur pro 'ut' de qua ejus significatione vide ad vi. 24. § 2.

CAP. XVII. § 1 *Multis ante diebus*] Pal. 1. *Multis jam ante diebus.* Statim continet Pal. 3. *quæque in Africa gesta essent, ordine exposuit Patribus, ingenti hominum et in præsens latititia.* Gebh. *Ordine exposuit Patribus, ingenti hominum et in præsens latititia* Flor. et Harl. *hominum, pro omnium*, etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. et Hav. Vide ad iii. 54. § 6.

§ 2 *Regem in custodiam Albam mittendum censuerunt*] Quod tamen postea mutavit. Idem Livius c. 45. 'Morte subtractus spectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriæ, Syphax est; Tibure haud ita multo ante mortuus, quo ab Alba traductus fuerat. Conspecta mors tamen ejus fuit, quia publico funere est elatus.' Porro de hac humanitate senatus erga Syphacem etiam Val. Max. scribit v. 1. *Modius.*

Lælium retinendum, donec legati Carthagini.] Hoc loco Livius decretum ait, ut Lælius retineatur in adventum legatorum Carthaginiensium. Paulo post vero cap. 21. dimissum ait ante adventum eorundem. Quapropter vel decretum mutatum est, vel lapsus memoria, diversosve secutus auctores Livius hæc scripsit. *Glar.*

§ 3 *P. Æmilius prætor, &c. cum C. Lælio in rostra ascendit*] Vet. lib. *P. Ælius prætor*, quo nomine supra etiam (xxix. 38. et xxx. 1.) a Livio affectus est. *Sigon.* *P. Lælius prætor* Lov. 2. et Haverk. *P. Ælius prætor Romanus* Hearnii D. literis *pr.* quæ *prætor* notant, male disjunctis in *p. r.* quibus ceteroquin indicatur *populus Romanus*. Vide ad xxxi. 10. § 4. Reliqui et mei et Hearnii Mss. non tantum, sed etiam edd. antiqq. *P. Ælius prætor* præferunt, pro quo demum Basil. a. 1554. *P. Æmilius* perperam dederunt. Hinc cum *L. Cecilio* perperam Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Haverk.

Deinde *in rostra ascendit* edidit J. F. Gronovius, et quidem auctoritate Put. et Men. quos laudat ad II. 28. § 6. Idem se in Pal. 1. invenisse, Gebhard. testatur ad XXI. 11. § 5. Idem etiam apud me superest in Flor. et paucis aliis. *Conscondit* Lov. 4.

§ 6 *Salutandique Deos, agendique gratias per totum diem populo potestas feret*] Mihi habuisse videntur Livii verba *per quadriduum*, non, ut nunc corrupte in ejus exemplaribus, *per totum diem*. Paulo enim ante Livius dicit, quod Africanæ victoriæ causa supplicatio in quadriduum a senatu, non in unum diem, decreta fuerit: atque prætorem, senatu misso, mox cum C. Lælio in rostra ascendisse atque edixisse. Deceptus est haud dubie scriba librarius quispiam notarum antiquarum imperitia, qui in codd. obscure fortassis expressum *IIIIduum* perperam legit, et scripsit *totum diem*. Pighius in Annal. ad a. 101. pag. 224. *Optimi grates*. J. F. Gron. *Grates* etiam omnes mei, et Hearnii eodd. quod Livio frequens, sed passim a librariis in *gratias* corruptum esse, vidimus ad XXIII. 12. § 7. Omnes autem nostri constanter *per totum diem*: quare id cum Pighio mutare non audeo. Verum quidem est, senatum supplicationem in quadriduum decrevisse: sed prætor nondum eam edixerat. Interim igitur, dum tempus commodum veniret, ut populo satisfaceret, edixit, ut eo etiam die aedes sacræ tota urbe paterent. Paulo ante *aedes sacræ tota urbe*, ommissa mediâ voce *omnes*, Flor. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hav.

§ 9 *Dein, quod conlaudatum pro concione*] Olim *Dein* edebatur: pro quo Jac. Gronov. *Dein* substituit, consentientibus e meis Flor. Voss. et Hav. Vide ad III. 3. § 6. Hinc *collaudatum eum* Lov. 2. et Hav.

§ 12 *Regem adpellasset, et quidquid aliud fecisset, quod honori*] Omnes Gallici et Pal. optimus cum tribus Flor.

et Barberino, *quod eum regem adpellaverit: et, quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Musinissæ*. Cur mutarunt veterem scripturam? An, quia sæpius de Diis usurpat Livius *cordi esse*, ideo de homine non potuit? Inmo et alibi de hominibus usurpat, et præter illum alii optimi scriptores, J. F. Gronovius. Codd. Gronovii adsentiuntur Flor. Voss. Cant. Lov. 1. 2. 4. 5. et Haverk. *adpellaverit* et *fecerit* insuper Lov. 3. Ber. et Gaertn. cum edd. antiq. usque ad Frob. qui a. 1535. substituit *adpellasset* et *fecisset*, adstipulante uno meorum Harl. ‘*Cordi esse*’ sæpius quidem de Diis usurpatur, ut vidimus ad VI. 9. § 3. Non raro tamen et Livius, et alii etiam de hominibus adhibuerunt. Supra VIII. 7. ‘*Efficiemus, ne nimis acies vobis et conlata signa nobiscum cordi sint.*’ XXVI. 50. ‘*Quum sponsa tua capta a militibus nostris ad me ducta esset, audiremque eam tibi cordi esse.*’ XXVIII. 18. ‘*Quia ita cordi erat regi.*’ cap. 20. ‘*Delere memoriam hostium sedis cordi est.*’ Ter. Andr. II. 1. 28. ‘*Tibi nuptiæ hæ sunt cordi.*’ Phorm. v. 3. 17. ‘*Uterque utrique est cordi.*’ Ovid. Medic. Faciei vs. 32. ‘*Virginibus cordi grataque forma sua est.*’ Silius VII. 320. ‘*Si cordi consulta, (moras extrema recusant) Adcingamur, ait.*’ IX. 204. ‘*seu sunt Byzacia cordi Rura magis.*’ Colum. I. 1. ‘*Diligens paterfamilias cui cordi est, ex agri cultu certam sequi rationem rei familiaris agendæ.*’ Et postea, ‘*Cui magis cordi fuerit urbanum domicilium.*’ III. 4. ‘*Cui vineta facere cordi est.*’ VI. 27. ‘*Quibus cordi est eductio generis equini.*’ VIII. 2. ‘*Quibus cordi est ea genera propter corporum speciem probare.*’ In Cic. eadem locutio frequenter obcurrit. Ceterum quum non respondeant numeri in *quidquid, &c. ea*, ac Put. pro *ea* legat *eis*, Victor. *ei*, Creverius emendandum conjicit et *Patres comprobare*, id est, *Patres quoque*. Similiter *eis*

Flor. a m. pr. *ci* Voss. Lov. 1. 2. et Ber. Malim tamen vulgatum servare. Ita enim interdum Livium loqui, videbimus ad xxxiii. 24. § 6. Præterea *comprobare ac laudare* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. *laudare ac comprobare* Hav.

§ 13 *Sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis, et lato clavo tunicis*] Admonemus etiam xxvii. 19. ut lector judicaret, quid hoc *tunicis* adderet *lato clavo*. Nam 'latus clavus' intelligitur absque tunica. *Glareanus*. Pighius in *Annal.* ad a. 101. pag. 224. conjicit *cum fibulis aureis, et singulis lato clavo tunicis*. Sed, quoniam Livius dicit *tunicis*, credo e præcedentibus repeti posse *singulis*, et ad singula saga purpurea singulas fibulas aureas et singulas lato clavo tunicas datas esse. *Abramus* ad Cic. pro Sextio mavult *cingulis* pro *singulis*. Præfero vulgatum. *Duk*. Eamdem conjecturam proposuit etiam Pigh. in *Annal.* tom. 1. pag. 66. *Vox aureis* deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Sed 'fibula aurea' cum 'sagulo Hispano' memoratur etiam xxvii. 19.

Et equos duo phaleratos] Voculam primam expungunt Voss, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. L. 1. et edd. antiqq. Primus eam contextui inseruit Curio, quem sequuntur Lugdun. 1553. hinc Paris. 1573. Verum, eandem etiam Put. agnoscere, docuit me Sallierius: agnoscunt etiam Flor. et Cant. Deinde duo Gronov. edidit, quum antea legeretur *duos*. Et quidem secutus est auctoritatem Put. ut proficitur ad xxxv. 21. § 5. Similiter præfert Flor. et, nisi excerpta fallunt, Cant. Perperam igitur J. Clericus priorem lectionem *equos duos* revocavit, ne monito quidem lectore. Ceterum equos hos Masinissæ donatos ad exemplum eorum, quæ consuli in provinciam prefecturo præberi solebant, credere docti Angli in *Observ. Miscell.* tom. 1. p. 378. idque ex verbis Livii

'qualem præberi consuli mos esset' probate conantur. Verum posteriori tempore quidem Imperator Alexander Severus præsidibus provinciarum concedebat inter alia 'mulos binos, equos binos,' apud Lampr. ejus Vit. c. 42. Antiquioribus tamen temporibus non 'equorum,' sed solorum 'mulorum' mentio fit. Vide Liv. xlii. 1. Cic. Agrar. ii. 13. Suet. Ang. cap. 36. et Gell. xv. 4. Quin neque ex hoc loco id patet, ubi 'qualem' referendum videtur ad proximum 'militarem supellectilem.' Potius itaque Masinissæ duo equi phalerati donantur ex more, quo regibus eorumque liberis similes equi honoris causa donari solebant. Ita Massivæ Scipio 'equum ornatum donat' xxvii. 19. Attalo Eumenis fratri 'munera data, equi duo' xxxv. 23. Et ita locum hunc accipiendum esse, eruditissimi Belgæ docuerunt in *Observ. Misc.* loco laud.

Qualem præberi consuli mos est] Put. et Reg. *mos esset*. Cic. ad Att. v. 18. 'Sociis multo fidelioribus utimur, quam quisquam usus esset.' Nam et hic vulgarius diceremus *usus est*. Noster xxxvii. 25. 'Tardius navigaverant regii adverso tempore Etesiarum, quod velut statum Favoniis ventis esset.' J. F. Gron.

§ 14 *Dona ne minus quinum millium, comitibus eorum mille æris*] Si *quinum millium* recte legitur, ut equidem puto, quare non etiam *millenum æris*? quum verisimile sit, plures fuisse comites, quam legatos. Nisi quis simul omnibus comitibus mille æris datos intelligere velit: quæ summa nimis minuta videtur. Saguntinorum legatis duplo plus datum xxviii. 39. refertur, forte propter causam cogitatu facilem. Nisi altero in loco mendam esse quis putet. *Glar.* Omnes Gall. *comitibus eorum millium æris*: nam et hoc pendet a τῶν ne minus. Voss. mille æris. J. F. Gron. *Ne minus binum millium* legendum suspicatur Dodwell. Ap-

pend. Prælect. Camden. pag. 687. eo quod comitibus legatorum fere dimidia eorum, quæ legatis, decerni solita legantur. Hoc enim alibi, quam in Livio, legisse oportet: nam hic munerum, quæ legatis dabantur, crebram; eorum, quæ comitibus illorum, raram admodum mentionem facit. Vide IX. 43. XXVIII. 39. XXXI. 9. XXXVII. 3. lib. XLII. capp. 6. 19. 24. lib. XLIII. capp. 5. 6. 8. lib. XLIV. capp. 14. 15. et lib. XLV. capp. 13. 42. Insuper *comitibus eorum mille æris* probat Perizon. ad Sanctii Minervi. IV. 4. p. 615. *Duk. Legatis singulis dona nec minus quinum millium* perperam Lov. 4. De locutione 'ne minus,' 'ne plus' vide ad XXXVIII. 24. § 5. *Legatis in singulos dona ne minus quinum millium æris* Lov. 2. sed ultiima vox ex enarratoris glossa nata est. Deinde *comitibus eorum mille æris* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. antiqq. pro quo Froben. 1535. dedit *millibus æris*, ad stipulantibus Harl. et Hearnii L. 1. ac D. Sed recte Gron. *millium æris*, firmantibus eandem lectionem Flor. Hav. et forte etiam Cant. Probare enim nequeo Periz. *mille æris* verum credentem eo argumento, quia *millia* est pluralis numeri, nec nunquam de uno millenario numero dicitur. Nam et hic indicantur plures numeri millenarii æris, quorum unum acciperet quilibet ex comitibus legatorum. Vide ad IV. 15. § 6. et XXI. 15. § 9.

Qui ex custodia missi] Put. Men. Voss. *emissi*. J. F. Gron. Similiter Flor. Cant. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1. ac D. *ex custodiemissi* Voss. a m. pr. *ex custodia missi* inter versus adscribitur a manu altera.

Ad hoc ædes, libera loca, lautia legatis decretu] Vet. lib. *ædes libera, loca, lautia*. Sic XXVIII. 39. 'Locus inde lautiaque legatis præberi iussa.' Et XLV. 20. 'Consulti Patres, stantibus in comitio legatis, an locum, lautia, senatumque darent.' Et XXXIII. 24.

'Macedones deducti extra urbem in villam publicam, ibique locus et lautia præbita.' Et XLII. 26. 'Ut ex instituto loca, lautia acciperent.' Et XXXV. 23. 'Attalo ædes libera, locus, lautia decreta.' Et I. XLII. c. 6. 'Ædes libera hospitio data.' 'Ædes' autem 'libera' vacuæ dicuntur. *Sigon.* Sigonius in Scholiis ad Liv. et Turneb. Adv. III. 32. interpretati sunt, quod 'ædes libera' essent, quæ nulli alii vel inquilino, vel habitatori servirent, sed soli, quibus dabantur vacuæ, incolerent: quam sententiam improbare minime ausim. At, ut et ego aliquid novi in re satis dubia afferam, crediderim 'ædes libera' interpretari posse, ædes gratuito legatis a populo Romano traditæ; hoc est, quarum gratia nullam pensionem penderent legati, ideoque 'libera' dicerentur. Cujus interpretationis auctorem habeo eundem Livium, scribentem XLII. 19. Ariarathis legatis, filium ejus Romam adducuntibus, decretum a senatu, 'ut Cn. Sicinius prætor ædes instructas locaret, ubi filius regis comitesque ejus habitare possent.' Sicut autem amicis et acceptissimis ædes libera dabantur, ita minus amicis aut ingratissimis hospitium duntaxat extra urbem. Ita Livius XLV. 44. de Prussia Romam adventante, 'ædes, quæ ipsum comitesque ejus benigne reciperent, conductæ: et Val. Max. v. 1. de eodem Prussia Bithyniæ rege: 'Senatus, inquit, 'censuit, ut ei domus Romæ quam optima conductoretur.' Et iterum de rege Ptolemæo, qui Romam quum venisset, ac in hospitium Alexandrini pictoris se recepisset, senatusque id rescivisset, 'eum ad publicos penates deduxit.' Idem Livius eodem lib. scribit, Attalo Eumenis fratri et legato datas ædes libera. Et rursus, legato Antiochi regis ædes libera hospitio datas. Et XXXV. 23. 'Eumeni absentem et præsentem Attalo gratiæ actæ, ædes

liberæ decreta.' Et lib. XLV. 'Masgabæ regis Massanissæ filio ædes hospitales assignatæ.' Ex quibus patet ædes liberæ quum darentur a senatu et populo Romano, summum honoris genus et benevolentiaë indicium exstitisse. Sicuti etiam conjicimus, ut etiam diximus, minus gratis vel nullum hospitium, vel extra urbem assignatum. Livius XXX. 21. Carthaginensibus legatis de pace agentibus 'hospitium in villa publica datum : ' et XLV. 20. legatis Rhodiorum nullum hospitale jus dandum Patres censuisse scribit. Hæc sicuti genuina interpretatio mihi videtur, nihilo secius et aliam subjicere libet, ut ædes scilicet liberæ dicerentur, quæ nulla militum custodia aut Romanorum assistentia assignarentur. Ita 'liber locus' apud Plautum in Pœnulo, in quo remotis arbitraris voluptati opera dari possit : ait enim I. 1. 49. 'Locum velle sibi liberum præberier, ubi nequam faciat clam.' Et iterum III. 2. § 25. 'Liberum ut demonstrarem tibi locum et voluptuarium.' Quid autem per 'locum' sit intelligendum, aut 'loca,' apud Livium, nullus adhuc, quod sciam, aperuit. Nos lucem aliquam afferre conamur, et 'locum' ita interpretamur, quod regibus aut eorum legatis ad spectandum in theatro assignaretur, vel in senatu aut comitio ad eos audiendos præberetur. De loco in theatro clare Sueton. in Aug. cap. 44. 'Romæ,' inquit, 'legatis liberarum sociarumque gentium in orchestra considerare vetuit, quum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset.' De loco in senatu Livius XLII. 14. de Satyro principe legationis Rhodiorum ait, 'Itaque omni modo per patronos hospitesque disceptandi cum rege locum in senatu quærebat.' Et paulo ante, regis Persei legatis senatum datum. Et XXX. 40. legatos Carthaginensium et Philippi regis, senatus ut sibi darc-

tur, petiisse. Et libro eodem [immo XLII. 11.] 'Eumenes igitur ut Romam venit, exceptus cum tanto honore, quantum non meritis tantum ejus, sed beneficiis etiam suis, ingentia quæ in eum congesta erant, existimaret deberi populus Romanus, in senatum est introductus.' Et XLV. 13. ait, Masgabæ regis Massanissæ filio Romam adveniendi extemplo senatum datum. Itaque sicuti 'dare locum in senatu' maximum erat honoris indicium, ita e converso, quum 'in comitio' dabatur. Livius XXIX. 16. 'Decem legati Locrensium, obsiti squalore et sordibus, in comitio sedentibus consulibus velamenta supplicum, ramos oleæ, ut Græcis mos, porrigentes, ante tribunal eum flebili voce proebnerunt.' Et XLV. 20. de Rhodiorum legatis tradit, stantibus illis in comitio consulem pronunciasse 'sociis et amicis Romanos senatum dare consuevisse; Rhodios non ita meritos, ut sociorum loco haberentur.' Et XLII. 26. de Illyriis legatis : 'Quæsitum, et quid ita non adissent magistratum, ut ex instituto loca et lantia acciperent, sciretur denique venisse eos, et super qua re venissent? Hæsitantibus in responso, ut curia excederet, dictum, responsum, tanquam legatis, ut qui adire senatum non postulassent, dari non placuit.' Quod si medium servare modum populus Romanus censuisset, non in comitio, nec in senatu Romæ locum audientiaë præbebat, sed extra urbem in æde Bellonæ, quod colligi potest ex Livio XXXIII. 24. scribente, legati regis Philippi debellati 'extra urbem in villam publicam deducti, ibique iis locus et lantia præbita, et ad ædem Bellonæ senatus habitus.' Quoties itaque honoris gratia locum præbitum, vel non, apud Livium legimus, intelligendum de senatu, ut XXXV. 23. Eumenes XLIV. 16. Onesimo filio, nobili Macedoni, alienato a Perseo rege : et XXVIII. 39.

Saguntinorum legatis: et XLII. 26. de Illyriis legatis. 'Lautia' Beroaldus, Turnebus, Budæus, et Sigonius interpretati sunt munera, quæ legatis vel principibus externis dabantur. Quibus favere videntur Plutarchi dicta Probl. XLII. huiusmodi: 'Quæstores legatis munera mittebant, quæ lautia dicebantur: quæ explicatio nimis profecto generica videtur. Si quidem, ut ego reor, per lautia intelligendum tantummodo munera ad quotidianum victum spectantia, qualia et nostris temporibus respublica Veneta principibus viris advenientibus exhibere consuevit: 'lautia' enim quasi 'lauta' seu 'lautitia' sunt dicta: sic Festus epularum magnificentiam *lautitia* dixit, et 'lautam cœnam' pro opipare instructam observamus apud Plinium Ep. IX. 17. Hanc nostram explicationem confirmare possumus ex ipsomet Livio; qui, præter lautia et alia hospitalia, pecuniam etiam et vasa aurea et argentea et alia dono data non semel scriptum reliquit, uti XXVIII. 39. Saguntinorum 'legatis' ait 'locum inde lautiaque præberi iussa, et muneris ergo in singulos dari non minus dena millia æris.' Et XLII. 6. Antiochi legatorum principi Apollonio 'centum millium æris munus missum, et ædes liberæ hospitio datæ.' XXXV. 23. Attalo et Eumenis fratris legato 'datas ædes liberæ ac lautia decreta, et munera equos duos, bina equestria arma, et vasa argentea centum pondo, et aurea viginti pondo.' Et XLV. 13. Masgabæ Massanissæ filio 'munera emere quæstorem iussum ex centum pondo argenti, et prosequi eum Puteolos, omnemque sumpsum, quoad in Italia esset, præbere, et duas naves conducere, quibus ipse comitesque regis in Africam devehentur, et comitibus omnibus liberis servisque vestimenta data.' Iterum cap. 44. Prussiæ regi præter ædes conductas et 'munera ei ex sester-

tiis iussa dari et vasorum argenteorum pondo quinquaginta: et filio ejus Nicomedi ex ea summa munera dari censuerunt, ex qua Masgabæ filio regis Massanissæ data erant: et XLII. 24. 'Ita regulus Carthaginensesque dimissi. Munera ex insituito data utrisque, aliaque hospitalia comiter conservata.' Ex quibus satis apertum fieri censeo, per *lautia* non intelligenda alia munera, quam quæ ad victum quotidianum pertinerent. Quum vero idem Livius 'hospitalia data' vel 'conservata' scribit, semper comprehendit ædem liberam, locum, et lautia, quæ hospitibus amicis omnia præbebantur a populo Romano. *M. Donatus*. Pal. 1. et vet. ed. *Regias ad hoc ædes liberæ, loca, lautia legatis decreta*. Pal. 2. *Ad hoc ædes liberæ, loco lautitia legatis decreta*. Pal. 3. *Ad hæc ædes liberæ locata legatis decreta*. Sigonius *ædes liberæ, loca, lautia*. Sed si ita legatur, quid hic facit τὸ *locu*? Probo ego vulgatam lectionem *ædes, libera loca, lautia*. Plautus Pœn. I. 1. 49. Sic apud eundem Asin. v. 2. 17. 'Liberis lustris studet.' Liv. xxxv. 23. 'Et ædes liberæ, locus, lautia decreta, et munera data.' Qui locus videtur stabilire lectionem Sigonii. Cæterum *lautia*, ut dudum aliis notatum, munera legatis præberi solita. Lib. XXVIII. c. 39. 'Locus inde lautiaque legatis præberi iussa.' Utitur et Cicero ad Fam. IX. 5. 'Si minus, persequar in Cumanum: et ante te certiolem faciam, ut lautia parata sint.' Si fides doctis. *Gebh. Optimus liberæ: alii omnes aut liberæ aut libera*. J. F. Gronov. Omnes etiam mei *liberæ*, vel *liberæ*, nulli *libera*. Quare Sigonii emendationem recepi. De ædibus liberis, locis, ac lautii vide Dukerum ad XXVIII. 39. § 19. et quos ibi laudavit. In illis quæ Donatus ad hunc locum notavit, præsertim in expositione vocis *loca*, quam de loco audientia, ut vocat, in senatu intelligit, quædam

obcurrunt, non probanda; verum partim jam a viris doctis loco laudato melius exposita sunt, partim ratio notarum non permittit ut latius refellantur. Non male Crevier. ad hunc locum ex Livii xxxiii. 24. colligit, aliquid, quod ad habitationem pertineat, intelligendum esse. Ibi in villa publica legatis Macedonum locus et lantia præbita dicuntur.

CAP. XVIII. § 1 *Signis conlatis pugnarentur*] Omnes Gall. pugnarunt. J. F. Gron. Pariter Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. et Hearnii N. Solet hac contractione Livius in præteritis verborum primæ conjugationis delectari, invitis tamen plerumque librariis, qui sæpe mutarunt. Vide ad XXI. 47. § 7. In ipso hoc verbo alia exempla vide ad xxxvii. 43. § 10. et xxxix. 46. § 2. Paulo ante *Insubrum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. et alii. Eadem forma etiam alibi hoc nomen in Mss. obvium est. Ita xxxii. 30. § 6.

§ 2 *Ac proconsul milites*] Pal. 1. *proconsule*. Pal. 3. *ac proconsulis milites*. Gebh.

§ 3 *Tum Cornelio Quinctilius: Lentior, ut vides, fit pugna, inquit*] *Tum Quinctilius Cornelio* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Haveik. Deinde vox *inquit* expellitur fide non tantum Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. sed etiam Put. ut Sallierius docuit: quorum etiam auctoritatem secutus eam expuixi. Livium enim illam ac similes sæpius omisisse, ubi librarii deinceps perpetram inseruerunt, vidimus ad xxiiii. 45. § 5.

Timor: ac, ne vertat in audaciam] Pal. 3. *at ne vertat*, melius quam reliqui *ac ne vertatur*. Gebh. Forte et *induratus præter spem resistendo hostium timor ne vertat in audaciam, periculum est*. J. F. Gron. *Vertatur in audaciam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Berol. Gaertn. Hav. et edd. vett. pro quo recte Frob. 1535. *vertat* vulgavit. Vide ad ii. 62. § 2. *Et induratur præter spem resisten-*

do hostium timor Lov. 2.

§ 4 *Vcl ego hic in prima acie rem geram*] Pal. 1. continet *hic in primam aciem*. Pal. 3. *hic prima acie*. Gebh. *Hic in primam aciem* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *hic prima acie* Gaertn. Paulo ante *Equestrem proccllam excitemus omnem oportet* Lov. 2. Deinde *si volumus turbare (conturbare est in Lov. 5.) ac statu movere* Voss. Lovel. quinque, Gaertn. et Hav. Hinc *inducam in prælium equites* Lov. 5.

Equites in hostem emittito] Put. Men. Voss. *emitte*. J. F. Gron. Similiter Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

§ 5 *Cui Marco prænomen erat*] Nescio cur tam notabile visum fuerit Livio, huic *Marco* prænomen fuisse, ut id posteritati non invidendum putaverit: nam sufficiebat utique *cum filio Marco*. Ac ne ipsum quidem vocabulum *prænomen* sæpe apud eum inveniri arbitror. Certe quum de M. Manlio, qui regnum Romæ adfectaverat, agens eo uti potuisset, maluit dicere, 'gentis Manliæ decreto cautum est, ne quis deinceps M. Manlius voraretur,' vi. 20. Cicero, Varro, et alii tamen eo non abstinuerunt. *Duk*. Eadem voce dedita opera abstinnisse videtur etiam vii. 22. 'Quidam Kasouem, quidam Caium nomen Quinctio adjicieunt: ' ubi tamen nimis confidenter judicasse videtur Gelenius, eam non temere alibi, quam in scriptis grammaticorum, reperi.

Jussosque ascendere in equos] Ita Gronov. edidit ex auctoritate Put. ut docet ad ii. 28. § 6. Idem etiam se in Pal. 3. invenisse, testatur Gebhard. ad xxix. 11. § 5. Antea edebatur *ascendere*. Mox *in hostes emittit* Lovel. 5. *in hostem mittit* Harl. Male. Paulo ante, *Quatuor legionum equites in hostem emitte*. Vide ad xxviii. 14. § 10.

§ 7 *Ad quorum stridorem odoremque et adspectum territi equi*] Freinsh. ad Flori 1. 18. § 8. monet huic locum

imitatum esse Amm. Marc. xxv. 3. 'Ad quorum stridorem odoremque et insuetum adspectum magis equi terrebantur.'

Vanum equestre prælium fecerunt] Vet. lib. *equestre auxilium*: optime: nam cum lentior esset peditum pugna ad movendos hostes, equites in aciem erant inducti, quorum tamen auxilium ab elephantorum stridore et odore vanum factum esse ait. *Sigon.* Uno excepto Ber. qui editionum lectionem servat, omnes mei cum Brancal. Latini probant Sigonii emendationem.

Et ut in rem permixtis, ubi cuspidem uti] *In rem permixtis* dixisse videtur pro contracto certamine: quamquam rarus est hic apud auctores sermo, nihil tamen definitio. Quidam *et ut permixtus* legunt. *Glar.* Pal. 1. *et ut reimprimi uti cuspidem uti cominus gladio.* Pal. 2. *et ut in rem peritus uti cuspidem uti et communis gladio posset.* Omnibus literis vulgatam *et ut permixtus ubi cuspidem uti et cominus gladio posset* Pal. 3. repræsentat. *Gebh.* Put. Reg. Men. Voss. Cantabr. *et ut rem perm.* Pet. *et ut est perm.* in cujus margine est *et ut in rem perm.* Sic quoque nonnulli ex editis. *Lege et ut intermixtus.* Hæc Livii vox est, et latere hic videtur. iv. 56. 'Turbam indignorum candidatorum intermiscendo dignis.' x. 20. 'Intermixti hostibus.' xxxvii. 38. 'Sagittarii equites intermixti.' *Jac. Gron.* *Et ut in rem penitus Lov. 2. et ut in rem peritus Lov. 3. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. et ubi in rem permistus Brancal. Latini: et ut ubi in rem permixtus Hav. et ut in rem permixtis Ber. et ut rem permistus Lov. 1. et 4. et ut rem permixtus Flor.* Conjectura *Jac. Gronovii*, quæ Crevierio non improbabilis videtur, neque mihi displicet.

§ 9 *Ni ex subsidiis XIII. legio*] Put. et Men. *tertia decima.* Alii *tertia decima* literis fere expressis. *J. F. Gron.* De hac orthographia vocis 'decimus' vide ad ii. 59. § 11. Adde ad

ix. 37. § 5. xxvii. 32. § 11. xxviii. 33. § 1. xxxvii. 2. § 11.

Prælium dubium excepisset] Gall. et Voss. *expetisset.* 'Expetere prælium' est sumere, capessere, ut 'expetere pœnas.' Noster vi. 29. 'Adeste Dii, testes fœderis, expetite pœnas debitas simul vobis violatis, nobisque per numen vestrum deceptis.' i. 25. 'Jam Horatius cæso hoste victor secundam pugnam petebat.' Sic Plautus *Mostell.* iv. 1. 'expetere consilia,' pro capere, vel sumere. *J. F. Gron.* 'Expicere' et 'accipere pugnam' tamen usitatio sunt de subsidiis. xxxviii. 22. 'Ut integri pugnam excipiant.' *Ibid.* c. 25. 'Integri profligatam pugnam acceperunt.' Tacitus *Hist.* iii. 23. 'Sustinuit labantem aciem Antonius, acitis prætorianis: qui ubi excepere pugnam, pellunt hostem.' *Duk. Expetisset Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Hav.* Reliqui cum *Hearnii L. 1. et D. excepisset:* quam lectionem *Doujat. et Crevier. tinentur: restituisset* in margine *Livii* coniecit *Ant. Perizonius.*

Magoque ex subsidiis Gallos integræ legioni obposuisset] Hæc res non fuit causa, cur duodecima legio teneret locum. Itaque distingue, et scribe: *expetisset. Mago quoque ex subs. Gallos int. leg. opposuit.* *J. F. Gron. Magoque, &c. opposuit Flor. Cant. Lov. 3. et Hav.* Neque æliter in *Put. et Reg. invenit Crevier. Mago quoque &c. opposuit Lov. 4. 5. Harl. et Hearnii L. 1.* Et eo adludit ejusdem *D. qui præfert exposuit.* Horum itaque codd. auctoritate conjecturam *Gronovii*, quam etiam *Crevierius* probat, recepi. *Voculas que et quoque sæpissime* in *Mss.* confundi, vidimus ad v. 27. § 1.

§ 10 *Elephantos jam etiam peditum aciem turbantes invadunt*] *Voss. elephantos etiam peditum.* *Gud. contra omittit rō etiam, quod placet. J. F. Gron.* *Elephantos etiam peditum Lov. 2. elephantos tum peditum Cant. Hearnii L. 1. et Voss. a m. pr. in cujus*

margine emendatur *cum peditum acie*. *Elephantos peditum* Hav. *elephantos tam peditum* Lov. 1. et Gaertn. *elephantos tam peditum aciem turbatis* Flor. a m. pr. *elephantos jam peditum acie turbatos* a m. sec. *elephantos jam peditum aciem turbantes* Put. et Lovel. 3. ac 5. Ex his certum fit *τὸ etiam* indendum esse. Forte etiam legendum est *peditum acie turbantes* ex vestigiis Flor. Virg. Ecl. 1. 12. 'Usque adeo turbatur agris.' Sed reliqui bene *aciem* vindicant.

§ 12 *Tum prima commota hostium acies*] Etsi Galli ex subsidiis, quæ secunda acies erat, in prælium inducti 'prima acies' dici possunt, ut ix. 39. 'Cadunt antesignani, et, ne nudentur propugnatoribus signa, fit ex secunda prima acies:' tamen hic magis convenire videtur *primum*. vi. 8. 'Ibi primum pulsum Antiatem.' vii. 33. 'Tum primum referti pedem, atque inclinari rem in fugam apparuit.' ii. 21. 'Tum demum impulsu Latini.' Duk. *Tum primum* Gaertn.

Ut aversos videre elephantos] Put. *odere*. Reg. Men. Voss. *odore*. Scribe *egere*. *Pedites* intelligo Romanos. *J. F. Gron. Odore* etiam Flor. Cant. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii L. 1. *Mox sensim referentes, ordines et tenorem pugna servabant* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. *Vocem gradum* omittunt Voss. Lov. 1. 2. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parin.

§ 13 *Femine transfixo cadentem*] Vet. lib. *femore*: ut xxiv. 42. 'Scipionis femur tragula confixum erat.' *Sigon*. Miseret me docti viri, qui *femore transfixo*, pro *femine transfixo*, supponit, præclaro argumento, quia 'transfixum femur' alibi dicit Livius. Atqui idem xxii. 51. 'Jacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt.' Lucretius iv. 828. 'fastigia surarum ac feminum pedibus fundata.' Cicero Verr. iv. 43. 'Cujus in femine literulis minutis

argenteis nomen Myronis erat inscriptum.' Quintilianns Inst. vi. 3. 'a reo femina sua ferro petita.' Suetonius Tito c. 4. 'Equo quadam acie sub feminibus amisso.' Cæsar de B. Gall. vii. 73. 'Teretes stipites feminis crassitudine.' Sic et legendum ex Modianis, Flor. et Dan. Curtii vi. 1. 'Donec hasta femina perfossa plurimo sanguine effuso destituere pungentem.' Quod nollem denuo nuper interpellatum. Virgilius in l. x. vs. 788. 'Eripit a femine.' Quare nos veterem lectionem, Gall. omnibus et Vossiano volentibus, restitimus. *J. F. Gron. Femore* etiam Lovel. 2. 5. Ber. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii L. 1. D. et Brancal. Latini: pro qua scriptura Sigonius etiam laudare potuisset locum Livii xxi. 7. 'Adversum femur tragula graviter ictus cecidit.' Verum *femine transfixo* reliqui mei cum Hearnii N. quod, tamquam minus notum, librarii sæpius in notius *femore* mutarunt. Silius 1. 540. 'Ac femine adverso librata cuspide sedit:' ubi vide quæ notavi. Adde ad Liv. xxii. 51. § 7. Pier. et Taubm. ad Virg. Æn. x. 788. et Nic. Heins. ad Curtii iii. 12. § 2.

Extemplo in fugam omnes conversi] Pall. tres omnes *versi*. Gebh. Omnes Gall. Pall. Voss. *versi*. *J. F. Gron.* Similiter Hearnii L. 1. omnesque mei, exceptis Lov. 3. Ber. a m. pr. et Gaertn. qui vulgatum servant. *Infra* c. 33. 'Karthaginiensium equites in fugam verterunt.' xxxviii. 26. 'Versuros extemplo in fugam omnes ratus.'

Ad millia hostium eo die casa] Vet. lib. *ad quinque millia hostium*. *Sigon*. Ita non tantum omnes scripti, sed et editi, quos vidi: ut nesciam cur ita legendum Sigonius monuerit.

Signa militaria duodeviginti capta] Libri omnes *duo et viginti*. Gebhard. Omnes *duo et viginti*. *J. F. Gronov.* *Duo et ducenti* Hearnii L. 1. *duo et viginti* omnes mei cum Hearnii D. N.

et edd. antiq. *duodeviginti* primum vidi in Ascens. ed. 1510.

§ 14 *Duo millia et trecenti de exercitu pratoris*] *Duo et trecenti* Lov. 5. *viginti et trecenti* Hav. *viginti et trecentum* Hearnii L. 1. *XX. et trecenti* Flor. Voss. Lov. 1. et Hearnii N. sollemni scribarum errore, qui passim millenarii numeri notam *X* in denarii numeri notam *X*. corruerunt. Vide ad xxxiii. 14. § 5. *M. et trecenti de exercitu pratorio* Gaertn.

Duodecima amissa: inde et tribuni] Put. Reg. Men. Voss. *pars multo maxime ex legione duodecima amissa: inde tribuni*. J. F. Gron. *Amis*, præter Harl. et Gaertn. vulgatum servantes, etiam omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. Vide ad xxvii. 1. § 12. Mox *M. Costonius* Lov. 4. *M. Cossonius* Lov. 5. *M. Consconius* Hearnii N. *M. Consconvinus* Voss. *M. Cōs Convinus* Lov. 1. *M. Coñs. quominus* Lov. 2. *M. Coñs. Cominius* Lov. 3. *M. Cōsus Cōminius* Hav. *M. Cornelius Cosconius* Gaertn. *M. Altua* Hearnii L. 1. Deinde et *M. Marius* Flor. et Voss. et *M. Madius* Harl. et *M. Nerius* Lov. 4. et *Cn. Majus* Lov. 3.

§ 15 *Cn. Helvius tribunus militum*] *Cn. Lelius* Lov. 4. *C. Lelius* Rec. C. *Helvius* Lov. 2. *Cn. Helvius* Lov. 3. *C. Elvius* Lovel. 5. *C. Helvius* Hav. *C. Elius* Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *C. Ælius* Flor. sollemni scribarum lapsu. Vide ad xxxii. 26. § 2.

Et duodeviginti ferme equites illustres] Libri omnes et *duo et viginti*. Gebh. Omnes *duo et viginti equites*. J. F. Gron. De 'equitibus illustribus,' quorum frequens mentio est in Tacito, multa tradiderunt Lipsius ad Tacit. Ann. xi. 4. et Ryckius ad Ann. ii. 59. Ille originem appellationis ad Augusti ætatem refert, hic post Pichenam adnotat, jam dudum ante Augustum sub libera republica 'equites illustres' hoc loco a Livio memoratos. Hoc satis adversus Lipsium valeret, si ostendisset equites,

qui censum senatorium possidebant, jam libera republica veste senatoria usos, et ob id, quæ illius sententia est, 'illustres' appellatos fuisse. Mihi 'equites illustres' hic non alii esse videntur, quam clari, nobiles, sive genere, sive opibus, sive virtute et factis fortibus, sive quæcumque alia re, quæ eos præter cæteros illustres et claros fecerat. Nec alia significatione 'equites illustres' obscuris et ignotis a Cicerone Verr. iii. 24. opponi puto: 'Quid si equitibus Romanis, non obscuris neque ignotis, sed honestis et illustribus, manus ab Apronio, isto prætore, sine ulla dubitatione adferebantur?' Et sic hoc loco 'equites illustres' intelligi possunt cum alii, tum etiam ii, qui, quum equum publicum haberent, vel lectione censorum, vel jure magistratus in senatum venerant; quos equum publicum retinere potuisse, probabile esse dixi ad xxix. 37. Hi enim non minus inter equites mereere potuerunt, quam 'sua voluntate milites in legionibus facti' sunt octoginta illi aut senatores, aut qui eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent, quos ad Cannas cecidisse dicit xxii. 49. Alibi Livius 'viros illustres' vocat eos, qui gradu ac dignitate militari ante alios eminebant. xxxiii. 36. 'Illustres viri aliquot in illo tumultuario prælio ceciderunt, inter quos præfecti socium Ti. Sempronius Gracchus, M. Junius Silanus, et tribuni militum de legione secunda A. Ogulnius et P. Clandius.' Quomodo etiam accipi potest, quod est eodem lib. c. 25. 'Exercitum ejus fuscum fugatumque, et illustres viros in acie cecidisse.' Duk. *Duodeviginti* soli Ber. et Gaertn. *duo et viginti* reliqui mei cum omnibus Oxonn.

CAP. XIX. § 1 *In Ligures Inganos*] *In Ligures Gamos* Hearnii L. 1. *in Ligures in Gamos* Lov. 3. 4. *in Ligures in Gamos* Hav.

§ 2 *In Africam trajicere: idem et*

fratrem] Trajiceret Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Hav. Vide ad x. 41. § 8. Deinde *id et fratrem* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§ 5 *Nihil sperans leviozem]* Dii perdant sciolos istos, qui hanc nobis lectionem concinnarunt aperte contra mentem Livii, qui scripserat, ut ex vett. codd. bonæ notæ discere est, *simul sperans leviozem*. Modius. *Nihil sperans* primus edidit Curio, hinc Lugd. 1553. tum Paris. 1573. Priores habuerant *simul sperans*, quod etiam est in omnibus scriptis, nisi quod in uno Harl. sit et *simul sperans*. Deinde *leviozem* primus vulgavit Frob. 1535. ejus loco Modii Francofurtana ed. admisit *leniozem*, ut non tantum edd. antiqq. præferunt, verum etiam Flor. omnesque alii codd. præter Lov. 2. 3. 5. et Hav. Gronovius hunc locum laudans ad xxi. 48. § 7. *leviozem* adducit, hic tamen in ed. sua servavit *leniozem*. Solent innumeris locis hæ voces commutari. Vide ad xxxvi. 31. § 8.

A classe Romana, quæ circa Sardiniam erat, capiuntur] *Ab classe Romana* Lov. 4. *classe Romana*, ommissa præpositione, Voss. et Lov. 1. quorum posterior paullo ante præfert *navesque aliquot Pænorum*. Vide ad v. 27. § 1. Harl. *naves quoque aliqua Pænorum*. Vide ad vi. 37. § 8. Adde quæ notantur ad x. 23. § 11. xxi. 11. § 5. c. 35. § 2. xxii. 7. § 11. xxxv. 7. § 7. et Gronov. ad xxxiii. 28. § 15.

§ 6 *Quæ jacet ad Alpes]* Pal. 1. *qua jacet*. Adscriptum exterius *quæ adheret*, Gebh. *Qua jacet* Lov. 1. et Hav. *quæ rectadalpis* Flor. a m. pr. *quæ adheret ad Alps* a m. sec.

Consul Cn. Servilius] *C. Servilius*, ut dixi. *Sigon*. Pall. 1. 2. *C. Servilius*. Pal. 3. *Gajus Servilius*. Gebh. Unus meorum Ber. *Cn. Servilius*. Prænomen omittit Harl. Vocem *Consul* Lov. 5. *Consul C. Geminus* legit Lov. 3.

Delph. et Var. Clas.

Vide ad xxix. 38. § 3.

Et Gallia, nam eo quoque præcesserat] Put. et *Gallia quo jam eo quoque*. Reg. et Men. *quæ jam eo quoque*. *Scribe in provincia Etruria et Gallia (quoniam eo quoque processerat) gesta*. J. F. Gron. *Et Galliamque jam eo quoque* Flor. a m. pr. et *Galliam, quia eo quoque* a m. sec. et *Gallia quo jam eo quoque* Exc. Pithæi: et *Gallia, jam eo quoque* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *Crevierio vulgatum nam eo quoque non minus placet, quam id, quod Gronov. substituit. At vulgatum illud tantum superest in Lov. 4. 5. et Harl.*

§ 7 *Patre Cn. Servilio, &c.]* Tria hic notanda. Primum, quod hic *Servilius 'Aulus'* dicitur xxi. 25. quod illic obiter etiam admonimus. Alterum quod 'post sextumdecimum annum' ait, cum hic nondum sit elapsus annus, et ipse Livius paulo post c. 21. 'Dedisse id Deos sextodecimo demum anno:' de qua diversa loquendi consuetudine paulo ante ad c. 2. copiosius diximus. Tertium, quod hoc in loco 'Canneti' captos scribit, cum supra 'Mutinæ,' diversos, opinor, secutus auctores, ut sæpe solet. *Glar. C. Servilio*. Nam in Capitolino consulatu dicitur c. SERVILIUS c. F. Capitolinis autem lapidibus favent etiam Mss. libri. Libro xxi. c. 25. pro *A. Servilio, C. Servilio* restitimus ex hoc loco. *Sigon*. Consentunt etiam mei, nisi quod *Cn. Servilio* sit in Ber. *consule Servilio* in Harl. Vide ad xxii. 14. § 13.

Et C. Lutatio patris] *Lutatio*, ex Græcis et Capitolinis auctoribus. *Sigon*. Si C. Lutatius hic C. Servilii consulis patris, et patris frater, cur non fuit ejusdem nominis cum patre? Itaque dicendum, ipsum adoptatum e Serviliana gente transiisse in Lutatiam, ac Servilianum nuncupatum; vel errorem esse in Livio. *Pighius* in *Annal.* ad a. 1033. p. 102. Non necesse est eo confugere. Nam

Livius.

30 A

Catulus potuit esse frater uterinus C. Servilii, patris consulis, qui utique recte 'patruus' consulis hic dici potest. Majoris momenti ad excludendam vocem *patruo* est consensus optimæ notæ Mstorum. *Duk. Lutatio* semper, non *Luctatio*, legendum esse, vidimus ad Epit. Liv. l. xix. Deinde *patruo* expellunt Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quam vocem neque in Put. aliove ullo e suis superesse Crevierius notavit. Vide etiam Jac. Gronov. ad § seq. Eamdem igitur ex contextu ejicere non dubitavi. Mox *sextumdecimum* primus edidit J. F. Gronovius, Flor. Cant. et tantum non omnibus meis consentientibus. Antea edebatur *decimumsextum*. Lov. 2. legit male *decimumseptimum*.

Qui ad vicum Tanetum a Boiis capti] Si Mss. accederent, pro *qui* magis placeret *quam*. Nepos Aristide c. 3. 'Decessit autem fere post annum quartum, quam Themistocles Athenis erat expulsus.' Sic idem in Dion. c. 5. et 10. et Cic. filius ad Fam. xvi. 20. et Curtius iii. 6. § 16. vel *quo*. Nepos Cimon. c. 3. 'Post annum quintum, quo expulsus erat, in patriam revocatus est:' ubi tamen alii itidem malunt *quam*. Sed *quo* legit Perizon. ad Sanctii Minerv. ii. 9. 5. *Dukerus. Tannetum* Flor. Voss. et Lov. 2. ac 4. *Tannetum* Hav. *Cannetum* Lovel. 5. et Hearnii L. 1. *Canetum* Ber. et edd. vett. Vide ad xxi. 25. § 13. *Tum abolis capti* Flor. *ab Etholis*, vel *ab Ætholis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *ab omnis* Harl. manifesta scribæ aberratione.

§ 8 *Hinc patre, hinc patruo latera circumdantibus*] Put. et Voss. *hinc patre, hinc Catulo*. Quod cognomen C. Lutatii patrum. Deinde omnes Gall. et Voss. *lateri*: in ultima voce differentia est: nam Pet. *circumdatus*. Reg. Men. Voss. *circumdantes*. Sed princeps omnium ille Put. *circumdatis*. Hunc

ergo tutissimum sequi: *hinc patre, hinc patruo lateri circumdatis*. Curtius iv. 12. 'In duo cornua diviserat peditem, utrimque lateri equite circumdato.' J. F. Gron. Sic *hinc patre, hinc Catulo* quoque Cantabrig. Cæterum tacendum quoque non est, paulo ante in illis C. *Lutatio patruo* vocem postremam ab libro Cantabrig. ignorari. Et idem ex Voss. Gud. annotasse video patrem; atque etiam ex Put. tum hunc, tum *Salmasium*. Viderit ergo, quorum illa donum est. *Juc. Gronov. Hinc Catulo* etiam Flor. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii L. 1. *Mox latera circumdantes* Hearnii L. 1. *lateri circumdantes* Flor. Lov. 2. Hav. et Voss. a m. pr. pro quo manus altera emendat *lateri circumdatus*; quod vidi etiam in Lov. 1. 3. 5. Ber. et Rec. *latere circumdatus* Gaertn. Sed recte Gronov. ex optimo cod. admisit *lateri circumdatis*, quod probant insuper Lov. 4. Harl. et Hearnii N. ac D. Ita ii. 25. 'Ipsa castra, legionibus circumdatis, capta direptaque.' xxxviii. 41. 'In saltu, duplici circumdato vallo, mansit:' ita codd. pro *circumdatus*. xli. 13. 'In hostiam itineri nostro circumdatam intuens.' Hujus generis sunt 'circumdare exercitum castris' iii. 28. 'circumdare orbem armatorum sarcinis' x. 36. 'necessitates vobis circumdederit' xxi. 43. 'circumdare equitatum cornibus' xxx. 33. et xxxiii. 18. 'circumdare satellites concioni' xxxiv. 27. 'circumdare murum urbi' xli. 20. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 25. § 9.

§ 9 *Patre, qui sella curuli sedisset, vivo*] Præturam gessisse, ex Polybio docet Pighius in Annal. ad a. 105v. pag. 86. *Duk. Servo, pro vivo*, legit Franc. Hotomann. Observ. iii. 11. Vide ad verba sequentia.

Contra quam sancitum legibus erat] Pall. 1. 3. *sancitum*. Pal. 2. *factum*. Gehl. Put. duo Pall. *contra quam sancitum legibus erat*. Pal. 3. *factum*.

J. F. Gron. De hac re ita scribit xxvii. 21. 'Servilium negabant jure aut tribunum plebis fuisse, aut ædilem esse, quod patrem ejus, quem triumvirum agrarium occisum a Boiis circa Mutinam esse opinio per decem annos fuerat, vivere, atque in hostium potestate esse, satis constabat.' Legis, qua hoc prohibebatur, nusquam alibi, neque a Livio, neque ab aliis veteribus scriptoribus mentionem fieri, hoc argumento est, quod viri antiquitatis peritissimi tantum hæc duo loca Livii de ea protulerunt. Unde, quum neque de tempore, neque de causa illius latæ satis constet, non mirum est, pleraque, quæ de ea re a doctis prodita sunt, in conjecturis posita esse, quas non improbabili argumentatione coarguere, quam aliquid certi statuere, facilius est. Manutius legem ad omnes magistratus pertinuisse existimat: nam c. 5. de Legibus Rom. scribit, eam vetuisse 'magistratum' ab illo capi, cujus pater in potestate hostium esset, et illius ferendæ hanc rationem addit, Romanos, sapientissimos viros, judicasse, 'hominis non liberi filium rempublicam administrare nimis indecorum esse.' Idem sensisse Franc. Hotomannus ex eo colligo, quod Observ. iii. 11. hic pro *patre, qui sella curuli sedisset, vivo*, suspicatur legendum esse *patre, q. s. c. s. servo*, eamque non magnam, et satis 'ad rationem legis accommodatam' mutationem esse dicit. Gruchius de Comit. Rom. ii. 3. paucis defungitur, nec quidquam aliud de hac lege adfert, quam cautum fuisse, ut hos magistratus, tribunatum scilicet et ædilitatem plebis, gerere non possent, quorum pater, qui sella curuli sedisset, viveret. Pighius denique ad a. cclx. p. 94. putat, quo magis adversus potentiam nobilium munitur tribunicia potestas, cautum fuisse, ne filii, quorum patres curuli magistratu functi adhuc superstites essent, ad tribunatum ædilitatemve

plebis admitterentur. Parentum enim jus in liberos potestatem quamvis infringere, ac minere posse, persuasum fuisse. Nam et (quod ad a. 10xxi. 101. addit) Dionys. Hal. ii. 26. auctore, aliquando viros illustres, pro rostris adversus senatum concionantes, nec plebe, nec tribunis intercedentibus, a patribus detractos et abductos fuisse. Auctorem legis ignorare se fatetur; sed occasionem ejus ferendæ fuisse suspicatur, quod C. Flaminius, ille qui ad Trasimennum cecidit, quum tribunus plebis legem de agro Picente et Gallico viritum dividendo ferret, a patre manu injecta de Rostris detractus est, ut narrat Cic. de Invent. ii. 17. et Valer. Max. v. 4. 5. An alii præter hos de sententia legis et verborum Livii aliquid tradiderint, mihi non compertum est. Sed, quæ ab his scribuntur, non ita clara sunt, ut iis omnes latebræ, quibus hæc pars antiquitatis involuta est, dispelli videantur. Non absurda est ratio, qua ductus Manutius, et forsitan etiam Hotomannus, putavit, ad nullos magistratus admissos fuisse eos, quorum patres non essent liberi. Sed primum apertum est ex verbis Livii, hac lege non prohibitos fuisse magistratum gerere eos, quorum patres 'servirent,' sed quorum patres, et quidem 'qui sella curuli sedissent, viverent;' nec ea cautum fuisse, ne hi ullum magistratum, sed ne 'tribunatum' et 'ædilitatem plebis' capere possent. Nam, si lex de omnibus magistratibus loenta fuisset, omnino ad populum ferendum fuisset, ne C. Servilio fraudi esset, non modo quod 'tribunus' et 'ædilis plebis,' sed etiam quod 'ædilis curulis' et 'prætor,' quibus magistratibus eum functum scribit Livius l. xxvii. capp. 33. 36. et l. xxviii. c. 10. fuisset, et tum 'consul' esset. Deinde non major erat ratio ab omnibus magistratibus excludendi eos, quorum patres, postquam sella curuli sederant, libertatem ami-

serant, quam quorum patres nunquam illa sederant. Et hoc quoque infirmat conjecturam Hotomanni, præterquam quod ei adversentur tam scripti, quam editi, libri Livii. Pighii sententiæ obstat, cum quod non erat causa ædilitatem plebis ita muniendi adversus potentiam nobilium, ut tribuniciam potestatem, tum maxime illud, quod secundo loco Manutianæ opponi posse dixi: neque enim minor in liberos erat potestas patrum, qui sella curuli non sederant, quam qui ea sederant. Nec credo responderi posse, quod viro docto, cum quo de hoc loco agebam, in mentem veniebat, patres, qui sella curuli sederant, fortassis factioni optimatum addictiores existimatos, et ob id horum liberos ad hos magistratus non admissos fuisse: nam semper multi tam ex his, quam ex senatoribus populares erant, et contra multi ex plebe, qui nunquam ad honores curules pervenerant, sectam optimatum sequebantur; quibus nullo negotio persuaderi potuisset, ut in filiis tribunis et ædilibus plebis patria potestate uterentur. Dixi, cur mihi, quæ de hac lege scripserunt viri docti, nondum satisfaciant; nec dissimulo, me plane ignorare, cur ea tantum a duobus magistratibus plebis non omnes, quorum patres, sed quorum patres 'curuli magistratu' functi, viverent, arcuerit. Quærant doctiores, et simul videant Jcti, an hic aliquid sit, quod ad 'jus postliminii' pertinere possit. *Duk. Sanctum legibus* Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Hav. *sanctitum*, utraque lectione juncta, Gaertn. *se non legibus* Voss. et Lov. 1. *si non legibus* Lov. 2. Vide ad x. 9. § 3.

§ 10 *Consentia, Uffugum, Vergæ, Besidia, Hetriculum, Sypheum, Argentanum, Dampetia*] Præter 'Consentiam' hand scio, an ullum aliud horum nominum apud aliquem authorem aut legerim, aut repererim: oportet obscura fuisse loca. *Glar. Pal. 1. Hocriculum. Pal. 2. Otriculum. Pal.*

3. *Otriculum*, Gebh. *Casentia* Harl. *Cosentia* Hearnii L. 1. *Conscentia* Gaertn. et Hearnii N. *Conscientia* Flor. a m. pr. Lov. 4. et Hav. Vide ad VIII. 24. § 4. et XXIX. 38. § 1. De hac nrbe agit Cluver. Ital. Ant. IV. 15. p. 1317. Tum *Auffugum* Gaertn. *Aufugum* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Hav. Exc. Pithæi, et Branc. Latini: *Aufugum* Lov. 2. *Aufidum* Hearnii L. 1. Hinc *Bergæ* vel *Berge* Flor. Voss. Lov. quinque, Hav. Hearnii L. 1. N. D. Exc. Pithæi, et Brancal. Latini. *Bergo* Gaertn. *Borge* Harl. Deinde *Heraculum* Gaertn. *Hotriculum* Ber. Hav. et Branc. Latini. *Hocraculum* Voss. *Hocriculum* Lov. 3. 4. *Otriculum* Flor. Lov. 5. et Harl. *Otriculum* Exc. Pithæi. *Horac'm* Lov. 2. *Hochachm* Lov. 1. *Ocheculum* Hearnii L. 1. *Calculum* Hearnii D. Postea *Lymphæum*, *Lymphæum*, vel *Limphæum* Flor. Lov. 4. Hav. et Hearnii L. 1. *Lypheum* Lov. 5. *Linceum* Harl. *Linctum* Hearnii D. *Nymphæum* Exc. Pithæi. *Sipheum* Hearnii N. Præterea *Argentarium* Lov. 4. Hav. et Brancal. Latini. Tandem *Dampetia* Voss. Hav. Lov. 3. Hearnii N. Exc. Pithæi, et edd. ante ultimam Gruteri. *Dampetia* Hearnii L. 1. *Damperia* Lov. 2. *Dapetia* Ber. *Damneptia* Lov. 5. *Dampena* Gaertn. *Impetia* Harl. et Hearnii D. *Clampetia* Flor. quomodo recte in ultima ed. vulgavit Gruterus, secutus, ut videtur, Cluver. qui paullo ante ita legendum monerat in Ital. Ant. IV. 15. p. 1285. Paullo ante *Ad C. Servilium, qui* Lov. 5. *Ad Cn. Cæpionem consulem, qui* Lov. 3.

§ 11 *In agro Crotonensi*] *Crotonensi* scribendum. A Crotone enim factum est: ut autem 'Carthago' 'Carthaginiensem,' sic 'Croto' 'Crotoniensem' edit. 'Crotona' autem 'Crotonensem,' ut 'Cremona' 'Cremonensem.' Priscianus. *Signon*. Ita et plures meorum recte præferunt. Vide ad XXVIII. 26. § 1.

§ 12 *Legati ab Karthagine, vocantes in Africam*] Pall. 1. et 3. *revocantes*.

Gebh. Ita et Lov. 4. 5. Harl. ac Rec.

CAP. XX. § 1 *Frendens gemensque*] *Frendens, fremens, gemensque* Harl. *Frendens, fremens, gemensque*, utraque lectione simul juncta, Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Mox *verba audivisse* Hav. Deinde *edicta sunt mandata* Cant. Ber. Gaertn. et edd. usque ad Froben. 1531. Vide ad XXI. 62. § 7.

§ 2 *Jampridem retrahebant*] Sufficere videtur, quod est in optimo et melioribus, *jampridem trahebant*. J. F. Gron. Livius tamen x. 25. 'Ab Ap. Claudio prætore retractum quidam videri volunt.' XXI. 63. 'Revocandum universi retrahendumque censuerunt.' Et Cic. de Finib. II. 17. 'Si Hannibalem in Africam retraxisset' Scipio. Duk. *Trahebant* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Paulo ante *negando*, pro *vetando*, Lov. 5.

§ 3 *Non populus Romanus toties cæsus fugatusque, sed senatus, &c.*] De indignatione Annibalis ex Italia discedere coacti ita Silius XVII. 185. 'Audivit torvo obtutu defixus, et ægra,' &c. Modius.

§ 4 *Quando alia re non potuit*] *Ante alia re* Gaertn. *quando aliena re non potuit* Voss. Lov. 1. 2. Haverk. et Flor.

§ 6 *In Africam secuturos abnuentes*] *In Africam se secuturos* Lov. 2. Vox vel in uno illo repetita esse potest ex initio sequentis, quale exemplum habuimus ad XXI. 22. § 7. vel excidisse ex reliquis ob similitudinem syllabæ sequentis. Vide ad XXIX. 21. § 7. Pronomen autem sine ullo damno sensus vel adesse potest, vel abesse. Solet enim sæpe omitti per ellipsin. Vide ad I. 23. § 5. Verius itaque est, ut in uno, quam in reliquis omnibus, erratum esse existimemus.

§ 7 *Patriam exsilii causa relinquentem, magis partium abisse ferunt, quam*] Pal. 3. *patriam exsilii causa linquentem tam* (ita et Pal. 2.) *mæstum abuisse ferunt*. Gebh. Optimi dese-

cant τὸ *magis*. Pall. tres *tam mæstum: duo linquentem*. J. F. Gron. *Linquentem* solus meorum Harl. τὸ *magis* vero non adparet in Flor. Voss. et Lov. 1. ac 4. *tam mæstum* legunt Lov. 2. 3. 5. Harl. Rec. et Hearnii L. 1. *magis* etiam in nullo sibi cod. occurrisse, Crevier. testatur; illam tamen particulam vel, quæ in aliis exstat, *tam* necessariam recte judicat. Mox *hostium terram excedentem* Lovel. 5. Livio familiarem hanc locutionem esse, vidimus ad II. 37. § 8. In vitis tamen reliquis uni huic testi fidem habere non audeo, quum et altera constructio sæpe apud Livium occurrat. Vide ad VIII. 2. § 8. X. 2. § 3. Potest etiam unius illius cod. scriba indoctior errorem commisisse censerì, quem notavi ad VI. 3. § 8.

Et Deos hominesque accusantem, se quoque ac suum ipsius caput exsecrantem] Pall. tres, et vet. ed. *in se quoque ac suum ipsius caput exsecratum*. Gebh. τὸ *et* a fronte supervacuum esse et cancellandum censeo. Dein elegantius scripti, *in se quoque ac suum ipsius caput exsecratum*. Firmat ipse auctor x. 28. 'Hæc exsecratus in se hostesque, qua confertissimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum.' XXXIX. 51. 'Exsecratus deinde in caput regnumque Prusiæ, et hospitales Deos violatæ ab eo fidei testes invocans.' Et eodem lib. c. 10. 'Et in caput eorum detestari minas periculaque, qui id suasissent.' Lib. XL. c. 3. 'Exsecrationesque in agminibus proficiscentium in regem.' Neque aliter olim editi ab Andrea ad Moguntiacenses. Primum video omisisse Frobenium. J. F. Gron. Voculam *et*, quam Gronov. supervacuum judicabat, omisit Hearnii L. 1. Deinde *in se quoque* Flor. a m. pr. Voss. omnesque mei, præter Lov. 2. qui prepositionem omisit, et Ber. qui ejus loco *et* habet a m. sec. Egregium iterum curæ ac diligentia, qua in Livio versatus est, specimen hoc loco edidit Doujat. Quod enim Gro-

nov. de prima vocula et monuit, alio detorquens notat, ex scriptis legendum videri in se quoque, &c. *exsecratum*, quum vulgo editi habeant et se quoque. Verum in nulla me ed. hanc lectionem invenisse profiteor. Præterea et *caput suum exsecratum* Lov. 2. ac sui ipsius caput exsecratum Hav. Male. De locutione hac plura vide ad VII. 40. § 9. Mox § seq. *hostem Pænum in Italia non vidisset* Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav.

§ 9 *Se, centum millibus armatorum ad Thrasymentum et Cannas cæsis*] Pal. 2. *se cum centum m. ar. ad Thr. aut Cannas.* Pal. 3. *se cum C. mill. ad Thr. ad Cannas cæsis.* Gebh. *Secum centum millia* Gaertn. *Tum ac Cannas* Lov. 4. *ad Cannas* Lov. 3. et Harl. *aut Cannas* Flor. Voss. et Hav.

Circa Casilinum, Cumas, Nolanque consenuisse] Pall. 1. ac 3. *circa Casilinum, Cumasque, et Nola consenuisse.* Pal. 2. *circa Casilinum, et Cumas, et Nola consenuisse.* Gebhard. Omnes Gall. et duo Pall. *circa Casilinum, Cumasque, et Nola consenuisse.* J. F. Gron. *Circa Casilinum Cumasque consenuisse* Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. *circa Casilinum, Cumasque, et Nola consenuisse* Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. quod recte Gronov. probavit. Vide ad II. 31. § 1.

CAP. XXI. § 1 *Romam per eosdem dies*] *Per eos dies* Lov. 5. Vide ad X. 10. § 6. Mox *duplicis gratulationis relatio minuit lætitiā*, perperam addita media voce, Ber. et edd. ante Froben. qui anno 1535. eam delevit. Deinde et quo parum duces eorum, addita ultima voce, Lov. 4. contra primam voculam et non agnoscit Flor. Hinc quum ad id *mandatum* Flor. Voss. Lov. 2. et Hav.

§ 2 *Omni belli mole in unum ducem exercitumque inclinata*] *Omni mole belli* Harl. *70 belli deest* in Lov. 1. *Tum in unum exercitum ducemque* Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Mox § seq. *comprehensos cum pecunia ad ducentos*

Lov. 1. *comprehensis cum pecunia ad ducentos* Lov. 2. *comprehensos cum pecunia ad CC.* Voss.

§ 4 *Ducenta et quinquaginta auri, octoginta pondo argenti*] Omnes Gallici, Voss. Gud. et veteres editi usque ad Moguntinos, qui mutant, expresse, *ducentum et quinquaginta auri, octingentum.* Vide de Pec. Vet. 1. 7. J. F. Gron. Pariter se in L. 1. et N. invenisse, Hearnii testatur: *ducentum et L. auri, VIII. argenti* ejusdem D. *ducentum et quinquaginta auri pondo, octoginta argenti* Hav. et Lov. 4. *ducentum et quinquaginta auri, octingentos (vel octingenta) pondo argenti* Lov. 1. 2. 5. et Harl.

§ 6 *Transitus Hannibalis in Italiam quantum terroris pavorisque injecisset, sese meminisse*] Pall. 1. 3. et vet. ed. *Transitum Annibalis in Italiam quantum pavoris terrorisque esse.* Pal. 2. *Transitu in Italia Annibalis quantum pavoris terrorisque senserint, sese meminisse.* Gebh. *Varie interpolatus locus. Primo omnes Gall. præter unum, Transitu in Italiam Hannibalis.* Pal. unus, *Transitum in Ital. Han.* Duo reliqui cum Andrea et eum secutis *Transitum Hannibalis in Italiam.* Aldina demum *Transitus.* Verbum *injecisset* omnibus deest scriptis. Pnt. Men. Voss. et duo Pall. *pavorisque esse meminisse.* Reg. *pavorisque sese meminisse.* Pet. *pavorisque esset meminisse.* Pal. 3. *pavorisque senserint, sese meminisse.* Andreas, Tarvis. Ven. Bechar. *pavorisque esse se semper meminisse.* Ascensus *injecisse, se semper meminisse.* Mog. *injecisset, se semper meminisse.* Gryphius recidit *70 semper.* Quæ addita menta cum τφ *injecisset* orta sunt ab illis qui morem Livii in obliquis hujusmodi orationibus suspendendi sermonem per infinitivos non deprehenderant, nec bene distinguere poterant. Verum videtur *Transitu in Italiam Annibalis quantum terroris pavorisque, quas deinde clades, quas luctus incidisse?* J. F. Gron. Quem etiam vide Obs. II. 14. p. 324. Ei se con-

sentire Crevier. fatetur. *Transitu in Italiam Hannibalis* Flor. Lov. 5. Harl. et Hearnii L. 1. *Transitu Hannibalis in Italiam* Voss. Lov. 3. et Gaertn. *Transitum Hannibalis in Italiam* Lov. 1. 2. Ber. et Hearnii N. *Transitum in Italiam Hannibalis* Lov. 4. et Hav. 'Tum pavorisque esse se semper meminisse' Ber. et Gaertn. *pavorisque fuisset meminisse* Lov. 3. *pavorisque esse meminisse* Lov. 1. 2. et Hav. Neque aliter Flor. a m. pr. qui *esset meminisse* præfert a m. sec. consentientibus Lov. 4. et 5. *pavorisque sese meminisse* Harl. et Hearnii L. 1. Paulo ante *senatoribus*, pro *senioribus*, Voss. Lov. 1. 4. et Rec. Vide ad xxxix. 55. § 1.

§ 8 *An unquam ille dies futurus esset*] Egegie Put. et meliores *En unquam*. Sic prisca edd. sic plures vulgarum ante ultimas. Et bis jam restituimus Livio. Formula est $\pi\alpha\theta\eta\rho\iota\kappa\eta$ vehementer optantium per interrogationem. Ut apud Plantum Trinummio n. 4. 188. 'o pater, En unquam adspiciam te?' Virgilius Ecl. 1. 68. 'En unquam patrios longo post tempore fines, &c. videns mirabor?' Noster ix. 10. 'En unquam futurum, ut congredi armatis cum hoste liceat?' Aut etiam indignantium. Terent. Phorm. n. 2. 1. 'En unquam cuiquam contumeliosius Audistis factam injuriam?' Noster iv. 3. 'En unquam creditis fando auditum esse, Numam Pompilium non modo non patricium, sed ne civem quidem Romanum, ex Sabino agro accitum, populi jussu, Patribus auctoribus, Romæ regnasse?' x. 8. 'En unquam fando audistis, patricios primo esse factos, non de cælo demissos?' Viderint, quo jure pro simplici interrogatione eandem Plauto infulserint aliquot locis nuperi. Equidem rectius plerisque puto retineri *An unquam*, aut *Unquamne*, aut *Num unquam*, quæ illi mutarunt. Valer. Max. vii. 6. 'En quam aliquis in acie hortaretur, ut pro salute conjugum ac liberorum fortiter dimicaret!' Sic legendum clamat ipse lo-

cus. Pighius tamen, *Eamne unquam*. Lipsius *En quem*. Colerus *En unquam*. J. F. Gron. Tangit, ni fallor, Mercerum ad Nonium, voce 'Crepare,' et Guilielminum Miscell. Quæst. in Plant. c. 5. ac forsitan etiam Scioppium Susp. Lect. iv. 1. Recte, mea sententia, de usu particulae *en* cum *unquam* sentit Gronovius: nec video, cur apud Terent. Phorm. n. 2. 15. potius legendum sit, *Cedo dum, en unquam injuriarum audisti mihi scriptam dicam?* quam *an unquam*: etsi illud tuetur Rivius, et pleræque edd. expresserunt. Duk. Lectionis a Gronovio recte damnatae auctor in postrema ed. Gronterus existitit, quæ in nullo cod. mihi obvia fuit. *Unquam ille dies* est in Voss. Lov. 1. 3. 4. *unquam ille dies* in Flor. et Harl. cum Hearnii L. 1. ac N. *unquamne ille dies* in Lov. 2. et Hav. *ca unquam illa dies* in Gaertn. Sed adsentior Gronov. *En unquam* legenti, qui eandem voculam restituit x. 8. § 10. et xxiv. 14. § 3. ubi plura dixi.

§ 9 *Dedisse tandem id Deos sextodecimo demum post anno*] Pnt. Voss. alii *sextodecimo demum anno*, expulso $\tau\omega$ post. Cic. ad Fam. x. 23. 'Quem triduo, cum has dabam literas, expectabam.' Et alibi, 'Diebus octo, quibus has dabam.' Ep. xv. 14. 'Ut te, quem jam diu plurimi facio, tanto intervallo viderem.' Catull. Carm. 13. 'Paucis, si tibi Diis favent, diebus.' J. F. Gron. Uno excepto, omnes mei cum Hearnii N. et edd. antiq. vocem post omittunt; quam demum Frob. a. 1535. adseivit, forte, ut conjicio, ex cod. Rhenani Spirensi; nam exstat etiam in meo Harl. qui semper ei adhaerere solet. Cæs. B. Civ. 1. 48. 'Accidit repentinum incommodum biduo, quo hæc gesta sunt.' Vide Cort. ad Sall. Jug. c. 13. § 6.

Nec esse, qui Diis gratias agendas censeat] Optimus codex *nec esse fuit, qui Deis grates agendas censeant*. Reg. Men. Voss. *nec esse fuit, qui Dei sacratas agendas censeant*. Vides veram

esse antiquissimi scripturam, nisi quod τὸ fuit, quid sibi velit, non ex-puto. Sensus abolet, et forte ex sequentibus apicibus ortum est, quos cum male expressisset librarius, quod expresserat, delere noluit. *J. F. Gron. Necce quod eis sacratas agendas censeat Hearnii N. necesse fuit quid eis sacratas agendas censeant Voss. et Lov. I. necesse fuit, qui Dei sacratas agendas censeant Flor. Deis, pro Diis. Vide ad x. 40. § 13. Grates, pro gratias. Vide ad xxiii. 12. § 7. Tò fuit videtur ex duplicis lectionis conjunctione natum esse: quum enim in aliis nec esse, qui censeant, in aliis nec fuit, qui censeat partim in contextu, partim in margine scriptum fuisset, inde factum est tandem nec esse fuit, qui censeant. Mox præteritæ salutis memores sint, pro satis memores, Harl. Rec. et Brancal. Latinii.*

§ 10 *Victimæque majores immolarentur centum viginti* Victimæque Flor. Tum CC. viginti Lov. 3. et Gaertn.

§ 12 *Hospitium in villa publica*] Ut solebat legatis hostium. xxxiii. 24. Hinc quoque colligunt quidam, ædeni Bellonæ villæ publicæ vicinam fuisse. Vide Vignol. ad Column. Antonini Pii c. 2. Duk.

CAP. xxii. § 2 *Sed ante etiam Sугuntinis privato consilio bellum intulisse*] Pal. 3. nec Rom. solum, sed ante etiam Sag. bellum incidisse. Gebh. Non Rom. solum, sed etiam ante Ber. non Rom. solum, sed ante etiam Gaertn. et edd. ante Aldinam. Paulo ante Iberum quoque transisse Hearnii D.

§ 3 *Si quis vera æstimet, fœdus ad eum diem iniolutum esse*] Pal. 1. si quis vere existimet. Pal. 3. vera existimet. Gebh. Omnes Gall. optimus Pal. Voss. vere. Lib. iii. c. 19. 'Plus, hercle, aliquanto, qui vere rem æstimare velit.' *J. F. Gron. Vere etiam omnes mei cum Hearnii N. ac D. Cic. ad Attic. vii. 1. 'Pompeius non dubitat, (vere enim judicat) ea, quæ de republica nunc sentiat, mihi valde probari.'* Vide ad xxxiv. 27. § 1. Tum

*ad eam diem omnes mei, et editi usque ad Gruterum, cujus ultimam ἐκδοσιν, ad eum diem præferentem, reliqui editores secuti sunt. Veterem lectionem revocavi, quum ob Mstorum codd. auctoritatem, tum quod Livius sæpissime ad eam diem pro 'ad id tempus' usque usurpavit. Exempla vide l. 59. ii. 21. iv. 10. vi. 23. ix. 36. x. 38. xxviii. 38. xxxii. 28. xxxv. 42. Et quidem, ubi præcise de certo die sumendum, occurrit v. 9. 'Kalendis Octobribus magistratum occiperent: seque eam ante diem magistratu abdicaverit.' Alibi tamen potius hoc sensu eo die dixit. Vide l. iii. capp. 33. 46. 69. vii. 17. viii. 10. ix. 37. l. x. capp. 2. 29. aliisque locis. Paulo ante *senatui ac populo Karthaginiensium* Ber. et edd. ante Aldum.*

§ 4 *Quæ postremo cum consule Lutatia facta esset, manere liceret*] Cum C. Lutatia Lov. 5. Vide ad xxii. 14. § 13. Tum facta est Ber. et Gaertn. cum edd. ante Aldum. Hinc maneret Lovel. 1. manere liceat Lovel. 5. Paulo ante *nil aliud sibi mandatum esse* Harl. Vide ad vi. 40. § 3. *Nihil aliud mandatum sibi esse* Lov. 1. et 5.

§ 5 *Quum, more tradito a Patribus, potestatem interrogandi, si quis quid vellet, legatis prator fecisset*] Legendum int., si quis quid vellet, legatos prator fecisset. Sequitur enim, 'senioresque, qui fœderibus interfuerant, alia alii interrogarent.' Perperam Pal. 3. exhibet *potestatem int., si quis quid vellet, legatos quod populus Romanus fecisset*. Gebh. Lege et distingue cum Freinshemio, Quum, more tradito, Patribus. Lib. xxxvii. c. 1. de legatis Ætolorum: 'Cæterum et præsentibus interrogationibus undique senatorum, confessionem magis noxæ, quam responsa, experimentium, fatigati sunt.' *J. F. Gron. Freinsh. ad Taciti Hist. i. 44. loco, quem Gronovius innuit, non tantum more tradito, Patribus sine præpositione legendum monuit, verum etiam inter-*

rogandi, si quis quid vellet, legatos. Et quidem a Patribus superest in omnibus libris: legatos autem probant omnes scripti, et editi usque ad Sigoninum. Utramque Freinsh. emendationem recte Gronov. in contextum recepit. Priorem minime dubiam Crevierius vocat. Aliud exemplum, ubi senatores, quid velint, legatos interrogant, obcurrit viii. 21.

Nec meminisse se per atatem] Omnes Gall. et Vossian. relegant τὸ se. Vide ad xxviii. 24. J. F. Gronovius. Quem etiam vide ad xl. 42. § 3. Illud se etiam deest in omnibus meis (solo excepto Ber.) et in Hearnii L. 1. ac N. Adsumtum est pronomen ex vocis præced. syllaba finali. Alia exempla vide ad ii. 15. § 3. vii. 5. § 6. xxxv. 51. § 5. Solet autem idem pronomen sæpe per ellipsin omitti. Vide ad i. 23. § 5. Ceterum non meminisse Vossian. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Mox § seq. *cujus ipse non meminissent* Berol. a m. pr. Gaertn. et edd. ante Aldinam.

CAP. XXIII. § 1 *Emotis deinde curia legatis*] *Remotis* Hav. *Emissis* Lov. 4. et Hearnii D. quod recte rejecit Gebhard. ad xxv. 1. § 10. Verbum est vere Livianum. Supra vi. 38. 'Lictores, qui de medio plebem emoverent, misit.' xxv. 1. 'Quum emovere eam multitudinem e foro conati essent.' xxvi. 34. 'Qui ad Romanos transissent, &c. eis Vulturum emovendos censuerunt.' Et, 'Qui eorum trans Tiberim emoti essent.' xxvii. 3. 'Milites ædificiis emotos in portis murisque sibimet ipsos tecta militariter coegerat edificare.' Plura vide ad xlii. 50. § 6.

M. Livius Cn. Servilium consulem, qui prior esset] Pro prior, alii propior recte legunt: et Servilium Geminum hic innuit, Glarean. C. Servilium, ut dixi. Sigon. Prior etiam Vossian. in contextu, Lov. 1. et Gaertn. Vide ad v. 15. § 4. Sed alterum, quod est in reliquis, recte Glareanus prætulit.

Per consulem autem propiorem intelligit eum, qui Etruriam sortitus est, quam alteri Bruttii obvenerunt. Vide c. 1. Et quidem Servilius Geminus, qui Etruriam habuit, Cui; Servilius Cæpio, qui Bruttios, Cnæi prænomine adpellati fuerunt. Vide ad xxix. 38. § 8.

§ 2 *Quum de re majore, quam ea esset, consultatio*] Quidam pro ea substituerunt *quanta*, quod mihi non probatur. Glarean. Put. Reg. Men. *quam quanta ea esset*. Recte. J. F. Gron. *Quam quanta esset* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Berol. Gaertn. Hav. et edd. antiqq. Pro eo Ascens. 1513. substituit *quam ea esset*: quod adversus Aldum, priorem scripturam revocantem, Glareanus defendit, quum in nullo Msto supersit: *quam quanta ea esset*, ut Gronov. ex optimis emendavit, etiam Flor. et Hearnii L. 1.

Absente consulum altero, ambobusve, eam rem agi] *Altero, ambobus eam rem agi* Flor. Vossian. Lov. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. *altero, a Patribus eam rem agi* Hav. Paulo ante *videri* deest in Lov. 1. Mox § seq. *hostes compulisset*, trajectis vocibus, Flor. et Lov. 5.

§ 4 *Et nemo omnium verius existimare posset*] Pal. 3. *et nemo omnium rerum, &c.* Statim Pall. ties, *quam eum, qui ante portas Carthaginis bellum gereret*. Mox iterum Pal. 3. *nullius itaque alterius consilio*. Gebh. *Nemo omnium rem verius* Lov. 5. *nemo omnium rem veram* Rec. Male. *Verius existimare*, ut 'vere æstimare' cap. præc. Mox *quam eum, qui Florent*. Vossian. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Berol. Gaertn. Rec. Hav. et edd. ante Asc. 1513.

Abnuendumque pacem esse] Put. *abnuendumque*. J. F. Gron.

§ 5 *Jubendosque eos Italia excedere*] Pal. 1. *jubendosque ex Italia secedere*. Pal. 2. *arguebat, videntos Italia secedere*. Pal. 3. *jubendosque Italia excedere*. Gebh. *Jubendosque ex Italia se-*

cedere Vossian. Lovel. 1. 2. Harl. et Hav. *jubendosque eos ex Italia secedere* Gaertn. *jubendosque ex Italia excedere* Lov. 3. 5. *jubendosque Italia excedere* Flor. et Lov. 4. Pronomen itaque eos, vix in uno Berol. inventum, expunxi. *Excedere Italia* illustratur ad x. 2. § 3. Paulo ante Valerii prænomen *M.* deerat in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Gaertn. et Hav.

§ 6 *Si Hannibal et Mago Italia non revocarentur*] Ita primum exhibuit ultima Gruteri *ἔκδοσις*, quod deinde posteriores editores servarunt. Omnes non tantum edd. sed et Mss. mei cum Hearnii Oxoun. et, ut Sallier. monuit, Putean. *ex Italia*: quod restitui.

§ 7 *Ceterum omnia simulaturos Carthaginienses, duces eos exercitusque expectantes*] Pnt. Reg. Men. Voss. carent *τῶ* *Caterum*. J. F. Gron. Eadem voce carent etiam, solo Ber. excepto, omnes mei, et Oxoun. Hearnii. Ceterum Gronov. pr. ed. nont. insuper monuit, omnes Gall. legere *spectantis*, vel *spectantes*, idque idem esse suspicatus est, ac 'respicere' apud Senec. in Herc. Fur. 818. 'Tunc et meas respexit Alcides manus.' Id tamen rectius postea omisit. Quicumque enim codd. ita exhibent, (mei omnes servant *expectantes*.) errore scribarum vitiiati videntur. Passim enim *spectare*, pro *expectare*, perperam dederunt. Vide ad 1. 9. § 7. c. 52. § 3. VII. 24. § 6. (ubi perperam Gebhard. *spectare* idem notare monuit, atque *expectare*) l. XXVIII. c. 27. § 9. et alibi. Adde Freinsh. ad Curtii VIII. 8. § 16. et Munker. ad Hyg. Poët. Astron. 1. 6. p. 350. Eisdem libarios etiam male *expectare*, pro *spectare*, dedisse, vidimus ad VI. 33. § 1.

§ 8 *Ac prope sine responso, dimissi*] Pnt. *responso*. J. F. Gronov. Ita et Flor. Vide ad v. 13. § 5.

CAP. XXIV. § 1 *Quin pacatæ Italiæ penes se gloria esset*] Pal. 2. *quin pu-*

cis Italiæ penes se gloria esset. At Pal. 1. valde vitiose, *quin pace Italiæ penes se gloriasset*. Gebh. *Quin pace Italiæ penes se gloria esset* Lov. 1. et Hav. *quin pace Italiæ penes se gloriasset* Flor. et Lov. 5. Recte autem in initio cap. Jac. Gron. revocavit veterum edd. lectionem *Cn. Servilius consul*, pro quo ultima Grut. ed. receperat *C. Servilius consul*. Intelligitur enim Servilius Cæpio, qui Bruttios provinciam adversus Hannibalem sortitus erat. Is autem *Cnæi* prænomen habuit. Vide ad cap. præc. § 1. Paulo post *inde et in Africam* Flor.

§ 3 *Deinde, quum prætor, spreturum eum literas suas, diceret*] *Dein* Flor. et Hav. Vide ad III. 3. § 6. Hinc *quum prætor spretum eum literas suas diceret* Flor. *quum eum prætor spretum literas suas diceret* Lov. 4. An forte legendum *spretus literas suas*? Suspicio enim prætoris, consulem literas suas spreturum, vix satis gravis creando dictatori cassa videtur. Mox *qui jure majoris imperii* Lov. 3.

§ 4 *Circumeundis in Italia urbibus*] Pall. 1. 2. et vet. ed. *circ. Italiæ urbibus*. Pal. 3. *in Italian.* Gebh. Omnes Gall. optimus Pal. Andreas et Aldina *circumeundis Italiæ urbibus*. J. F. Gron. Ita cum Hearnii L. 1. et N. et edd. antiqq. ante Froben. a. 1535. etiam Flor. omnesque codd. mei, nisi quod quidam *circumeundum Italiæ urbibus* vitiose præferant. Mox *notandisque, pro noscendisque*, Lov. 3. et Harl. Vide ad XXXVI. 22. § 4.

§ 5 *Cum comæatu et viginti rostratarum præsidio, et ab hoste, et ab tempestatibus mari tuto*] Pal. 1. *cum comæatu XX. rostr. præsidio*. Pal. 3. *cum comæatu et XX. rostr. præsidio, et ab hoste et ab maritimis temp. tuto, in Afr. transmiserunt*. Gebh. *Cum comæatu, viginti rostr.* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Haverk. et editiones ante Froben. a. 1535. Potest etiam particula copulans

omitti. Deinde XXI. *rostr. præsidio* Hearnii D. Tum *præsidio actæ et ab temp.* Hearnii N. *præsidio et abhactæ*, vel *abactæ*, et *ab temp.* Flor. Voss. a m. pr. Lov. 2. Harl. et Hav. *præsidio actæ et ab hoste et ab temp.* Ber. Gaertn. et edd. eadem. Paulo ante vox *centum* male deest in Lov. 1.

§ 6 Cn. Octavio ducentis onerariis, triginta longis navibus ex Sicilia trajecit] Aliquantum perplexa sunt, quæ de Cn. Octavio prodit Livius. A. U. 10XLVIII. eum prætorem provinciam Sardiniam habuisse scribit XXVIII. 38. Duobus annis sequentibus 10XLIX. et 10L. ei prorogato imperio oram Sardiniae tuendam datam esse, ex lib. XXI. capp. 11. 13. 26. et xxx. 2. intelligitur: quo loco eum perperam a Livio 'prætorem prioris anni,' id est a. 10XLIX. vocari, monuit Perizon. Anim. Hist. c. 8. nam erat 'proprætor' prorogato imperio, et recte 'proprætor' dicitur XXI. 36. Nec possunt erroris accusari librarii, ut qui xxx. 2. prætori scripserint pro *proprætori*. Nam, hoc ab ipso Livio profectum esse, indicio est vox *item* in his, 'Cn. Octavio prætori item' (ut M. Pomponio scilicet, qui a. 10XLIX. prætor Siciliam provinciam habuerat) 'prioris anni.' Deinde hoc quoque intricatum est, quod hic, in rebus a. 10L. scribit, Cn. Octavium 'ex Sicilia' in Africam trajecisse. Nam hoc anno Siciliae præerat P. Villius, classi in Sicilia M. Pomponius, prioris anni prætor, Cn. Octavius autem classi ad tuendam oram Sardiniae, hoc lib. capp. 1. et 2. quomodo ergo nunc eundem Cn. Octavium classe 'ex Sicilia' in Africam trajecisse dicit? An eum ex Sardinia primum in Siciliam, ac deinde ex ea in Africam profectum credemus? Hoc parum probabile, ac potius cogitandum puto, an error sit in voce *Sicilia*. Sed Cn. Octavium deinde a. 10LI. et sequenti cum Scipione in Africa fuisse, constat ex capp. 36. 41. et 41. Duk.

Cn. Octavio cum CCC. onerariis Lov. 2. Deinde XX. longis navibus Gaertn. et Hearnii D.

§ 7 In conspectum ferme Africae prospere cursu vectum] Pal. 3. In conspectu ferme Afr. prosp. cursu erectum. Gebh. In conspectu ferme Afr. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et edd. ante Aklina. In conspectum pene Afr. Harl. Vide ad XXXVII. 20. § 3. Tum prospero cursu erectum Lov. 4. et 5. prospero cursu rectus Lov. 2.

Deinde versus in Africam turbavit] Ita pro *dein*, quod cum Ber. et Hearnii D. habent omnes priores typis descripti, edidit J. F. Gronov. in quo codd. duces secutus videtur. Certe ejus loco *inde* est in Lov. 1. *dici inde* in Lov. 2. et Harl. *die inde* in Flor. et Hav. Præterea in *Africam* inscite editio Clerici.

§ 8 Ingenti remigum labore enixus] Pal. 2. habet *emensus*. Legendum vero *enixus*. Gebh. *Enixus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. Vide ad II. 50. § 9.

Apollinis promontorium tenuit] Ἀπόλλωνος ἄκραν Appianus. *Sigon*.

§ 9 Ad Ægimurum insulam (ea sinum ab alto claudit)] Ptolemæus Ægimurum e regione sacri Apollinis ponit, verum a Carthagine longius multo, quam hæc Livii habeat descriptio: quam similem prope judico Virgilii descriptioni Æn. I. 159. etiamsi Servius commentator neget, nullum in Africa ejusmodi portum esse. Strabo lib. ultimo p. 834. calidarum aquarum etiam meminit, ubi de Tunete, et Corsuræ insulæ in medio ostio sinus Carthaginensis. Et Plinius v. 7. contra Carthaginis sinum insulas duas ponit. Sed in nominibus erratum existimo. *Glar*. Pal. 3. *eam sinum ab alto claudit*. Gebh. Put. Voss. alii *insula*. Muta distinctionem, ad *Ægimurum* (*insula cu sinum ab alto claudit*. J. F. Gron. *Insulam* tantum in Lov. 3. et Ber. inveni. Alii omnes cum Hearnii N. habuerunt *insula*.

§ 11 *Postremo permixto pene, &c.*] Omnes Gall. et Voss. expungi jubent τὸ *postremo*. J. F. Gron. Non adparuit etiam in ullo meo vel Hearnii cod.

Ut classe quinquaginta navium Hasdrubal Ægimurum trajiceret] Pall. 1. 2. *classen*. Sic c. 27. 'Ut quinquaginta navium classem, omnes quinqueremes, in Africam trajiceret.' Gebh. *Classem* etiam Flor. et Hav. Liv. XXII. 37. 'Ut prætor, cui provincia Sicilia evenisset, classem in Africam trajiceret.' Et ita 'classis trajecta' passiva forma XXVII. 6. Mox § seq. *ab culidis aquis* Ber. et edd. ante Froben. qui a. 1535. vocem a Mss. reliquis exsulantem primus expunxit. Mox *puppibus* non adparet in Lov. 2. Denique *abstracta* legit Ber. a m. sec.

CAP. XXV. § 1 *Nondum reverterant ab Roma legati*] Alio ordine Pall. 2. et 3. *Nondum ab Roma legati reverterant*. Gebh. *Nondum ab Roma reverterant legati* Flor. Mox *nec sciebatur* Lov. 4. *neque sciebunt* Ber. et Gaertn. Tum *de bello aut de pace* Lov. 4. 5. et Ber.

§ 2 *Spem pacis et fidem induciarum violatam esse*] Pal. 1. *et spes pacis et fides ind. violata esset*. Pall. 2. ac 3. *et spem pacis et fidem induciarum violatam esse*. Gebh. Omnes Gall. duo Pall. *et spem pacis et fidem induciarum violatam esse*. J. F. Gron. Duobus prioribus vocabulis *spem pacis* omisis, reliqua præferunt *et fides induciarum violata esset* Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. *et fidem ind. inriolatam esse* Lov. 4. Reliqui mei cum Hearnii Mss. *et spem pacis et fidem ind. violatum esse*. Vide ad II. 44. § 3.

L. Babium, M. Servilium, L. Fubium] Vet. lib. *M. Babium, L. Sergium, L. Fabium*. Polybius xv. 1. corrupte Λεύκιον Σερόδιον, Λεύκιον Σείτιον, Λεύκιον Φάβιον. *Sigon*. Pall. 1. 2. et vet. ed. *L. Babium, M. Servilium, et L. Fubium*. Pal. 3. *M. Babium, L.*

Sergium, et L. Fabium. Gebh. In Fabio adnotandum videtur prænomen *Lucii*, quod neque valde usitatum fuit in gente Fabia, neque in ea apud Livium ante hoc tempus, ni fallor, occurrit. *Duk. L. Babium* servant omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. et id præterea velle videtur Polyb. a Sigonio laudatus, qui, quamvis corrupte, attamen Λεύκιον Σείτιον vocavit: pro quo Λεύκιον Σέντιον scribendum, et Livium alios, quam Polyb. auctores secutum esse, existimat Jac. Gronov. ad Polyb. p. 442. Quum tamen Livius, si legatorum nomina excipias, presse in hac historia Polyb. secutus sit, verius esse videtur, ex Livio apud hunc Λεύκιον Βαίβιον legendum esse. Et ita sensisse videtur Casanb. qui in versione Latina reddidit *L. Babium*. Præterea *M. Servilium* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Cn. *Servilium* Lov. 3. et Harl. *M. Fulvium* Hearnii N. Casanb. quidem, quem Polyb. Λεύκιον Σερόδιον vocat, in versione Latina *L. Servilium* appellat: verum hic cum Gronov. in historico Græco Λεύκιον Σέργιον, in Latino *L. Sergium* cum Sigonio legere malo.

§ 3 *Nec reditum tutiorem cernerent futurum*] Ita Jac. Gronov. edidit, concinentibus plerisque scriptis meis, et edd. ante Froben. 1535. Ea autem prima dedit *futurum cernerent*. Paulo ante *multitudinis incursu* Lov. 2. Vide ad x. 5. § 11. *Multitudinis cursu* Voss. Harl. et Gaertn. Vide ad ix. 24. § 12. Adde ad xxviii. 14. § 5. Similiter 'conditio' et 'ditio' commutantur xxxiv. 31. § 10. 'scriptæ' et 'conscriptæ': vide ad xxxiv. 36. § 1.

§ 4 *Quum ad Bagradum flumen pervenissent*] Strabo lib. ult. pag. 832. 'Propter Uticam,' inquit, 'Bagrada amnis labitur.' Plin. v. 4. 'Et in altero sinn Utica, civium Romanorum, Catonis morte nobilis, flumen Bagrada, locus castra Cornelia, colo-

nia Carthago, magnæ in vestigiis Carthaginis.' Quæ verba Plinii hanc legatorum navigationem multum juvant. Quanquam, quale hoc promontorium sit, non definitio, fortassis ignobile. Apollinis tamen promontorium ponit Ptolemæus prope castra Cornelia, aliud ab Apollinis sacro. Hæc lectori iudicanda sunt, quemadmodum de quinquere mi legatorum, de qua antea, cum mitterentur, nihil dixit: hic, cum redeunt, meminit. *Glar.* Polybii codex habet xv. 2. τὸν Μάκραν ποταμόν. Quod autem Polybius ad Macram flumen, Appian. in Punic. p. 19. ad promontorium Apollinis evenisse scribit. Idem Polyb. i. 75. huius fluminis meminit. *Sigon.* Doctissimus interpres Polybii *Bagradam* alio nomine *Macram* dictum putasse videtur. Nam quod est in Polyb. xv. 2. ἐὰν παραλλάξωσι τὸν Μάκραν ποταμόν, vertit, postquam *Macra* sive *Bagrada* fluminis ostium superaverint. Sed de hoc neque ad Polyb. neque alibi quidquam adnotatum inveni. *Duk.* *Bagardam* Voss. Lov. 1. 3. et Harl. *Bargadam* Lov. 2. *Bargandam* Hearnii N. *Bragadam* Lov. 4. Ber. et Hearnii L. 1. *Bragudam* Hav. *Bragidam* Gaertn. Vide Nic. Heinsium ad Silii vi. 141. et Duker. ad Flori ii. 2. § 20. *Bagradam* et Polybii Μάκρα, sive Μάκραν, eundem fluvium esse, existimavit etiam Ortel. in *Thes. Geogr.* voce 'Bagrada.' Sed latius id docuit Bochart. *Geogr. Sacr.* part. ii. lib. 1. c. 24. p. 485. qui apud Polyb. i. 75. Βάκαρος pro Μάκαρος, xv. 2. Βάκραν pro Μάκραν, et apud Suid. voce Τενάγα, Βακάρα, pro Βουκάρα, legendum existimavit. Præterea *fluvium* Lov. 1. et Flor. a m. pr. *Data* *trieres* *duæ* a m. sec. Voce 'hexeris' usus est Livius xxix. 9. ubi vide: 'moneris' xxxviii. 38. Ad earum exemplum potuit etiam Livius formare vocem *trieris*. Et doc-

tior etiam hæc lectio videtur, quam ut a librario profecta esse existimari possit. Utrum tamen ea Livius usus sit, aliorum esto iudicium.

§ 5 *Ex ea tres quadriremes*] Quas Polyb. xv. 2. τρεῖς vocat τριήρεις, Livius vertit *tres quadriremes*. *Sigon.*

§ 6 *Quinquerecem Romanam superantem promontorium*] Quia quærit Glareanus de promontorio hoc, et de quinquere mi, propterea intelligendum est, Apollinis promontorium, auctore App. in Punic. p. 19. fuisse, quod Polybius item non expresso nomine commemoravit xv. 2. sic: ἀποπλεῖν ἐν τῷ ὄρω τοὺς πρεσβευτάς. ['Et Glareanus huius promontorii meminit ad § 4. sed nihil asseverat.'] Ne autem de quinquere mi diutius ipse laboret, qua reversos legatos esse Livius ait, cum, qua ratione venerint, non dixerit, is sciat, verba hæc omissa esse Polybii: καὶ παραλαβόντες τῇ Ῥωμαϊκῇ πεντήρει. *Sigon.* In verbis his Polybii laudandis aut Sigonius, aut operæ typographorum aberrarunt. Recte enim editur παραβαλόντες. Et ita jam verba illa Livius non omisit, sed reddidit *quinquerecem Romanam adgressæ*. Mox *superlabentem*, pro *subterlabentem*, Flor. Lov. 1. 2. et Hav. Deinde *armati* deest in Voss. Lov. 3. 4. 5. et Harl.

§ 7 *Quibus deficientibus, quum jam nulla*] *Pnt. quis deficientibus.* Etiam Men. et Voss. *quid deficientibus*, alludentes ad veterem scripturam. *J. F. Gron.* *Quid deficientibus* Lov. 1. et Harl. atque ita quidem Voss. habet in contextu; pro varia tamen lectione etiam adscriptum est *quibus*. Videri posset, *quis*, pro *quibus*, in *Pnt.* scriptum esse eodem errore, ac notatum est ad xxi. 60. § 7. optimi tamen codicis auctoritati nihil derogatum volo, præsertim quum *quis*, pro *quibus*, etiam prosaicis scriptoribus in usu fuerit. Vide ad xxi. 62. § 2. et xxiv. 16. § 13. Id autem potius *quis*, quam *quæis*, scribi, docui ad pri-

orem locum. Præterea τὸ *quum* deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. qui iidem codd. § seq. legunt *concitata enim remis, vel concitata enim remis*. Quum autem easdem lectiones etiam in Pat. et Victor. invenisset Crevier. insuper poterat, pro *potuisset*, emendandum, totumque locum ita legendum censuit: *quis def., jam nulla alia res eam, quam prop. terræ, &c. tueri poterat: conc. enim remis, &c. in terram quum inmisissent*. Neque id displicet, nisi quod, pro *potuisset*, malium potuit.

§ 8 *Quanto maximo impetu poterant] Quanta maxima vi poterant* Lov. 2. Ber. Gaertn. et edd. antiqq. eodem plures adludunt. *Quanta maxime vi poterant* est in Hav. *quanto maxime vi poterant* in Lov. 4. et Voss. a m. pr. *maxima* a m. sec. concinente Lov. 5. Sed recte Froben. a. 1535. substituit *quanto maximo impetu poterant*. Originem erroris indicat scriptura Flor. in quo a m. pr. legitur *quinto maximo impoterant*: quod manus altera hoc modo interpolavit, ut dederit *quanto maxima vi poterant*. Similitudo itaque duarum ultimarum syllabarum vocis *impetu* et duarum primarum sequentis *poterant* loco corrumpendo occasionem dederunt. Deinde *quum misissent* Lov. 2. Sed prima syllaba posterioris vocis elisa est a litera ultima vocis præced. Vide ad v. 27. § 6. *Quum emisissent* Lov. 5. Vide ad Livii Præfat. § 11.

§ 9 *Alio super aliud scelere] Alio super alio* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Notissima Livii locutio est 'alius super alium.' Exempla vide l. III. capp. 34. 68. VII. 23. XXIV. 39. XXX. 5. XLII. 25. XLIV. 44. aliisque locis.

§ 10 *Sed etiam jus gentium in legatis suis violatum esset]* Nemo Gall. agnoscit suis. J. F. Gron. Eandem vocem non agnoscunt Lov. 2. 3. 4. 5.

Hav. et Hearnii L. 1. *in legatis si violatum* legunt Harl. Gaertn. et Voss. a m. pr. qui suis, pro si, exhibet a m. sec. *in legatis violatum* a m. sec. Præterea *sed jus etiam* edidit Jac. Gronov. consentientibus Mss. meis, et edd. Rom. 1472. ac Parm. Paulo ante non *induciarum fides modo* Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. omnes usque ad Frob. qui anno 1535. dedit modo *fides*, reliquis scriptis probantibus. Paulo post *dimissis legatis* Flor.

§ 11 *Hannibale jam terræ adpropinquante]* Pal. 1. *Hannibali jam terra app.* Gebhard. Omnes Gall. et Voss. *Hannibali jam terræ adpropinquanti*: ut regatur a verbo *dixisset*. J. F. Gron. *Hannibali jam terra adpropinquante* Lov. 2. et Gaertn. *Hannibali jam terræ adpropinquanti* Flor. Lov. 4. et quidam alii, cum Hearnii Oxonn. Et ita quidem Voss. in margine legit; at in contextu *Hannibali jam terram adpropinquanti*, quod etiam vidi in Lov. 1.

Jussus e nautis unus adscendere in malum, ut specularetur] Pal. 1. *jussus e nautico descendere in malum unus*. Pal. 3. *jussus e nautis unus escendere in malum*. Deinde Pal. 2. *isque specularetur*. Gebhardus. Put. et Pal. *escendere*. Sed idem optimus codex *enuticus escendere*. Optimus Pal. *jussus e nautico descendere*. Forte fuit *jussus e nauticis escendere in malum*. Sic XXVIII. 7. 'Philippus supervenit, tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit.' XXIX. 25. 'Nauticos C. Lælius, qui classis præfectus erat, in navibus, ante descendere coactos, continuit.' XLI. 3. 'Nautici tabernacula detendunt.' Illud *unus* adjecit par manus illi, qui superius c. 15. fecerat *fido ex servis uno accito*: ubi scribendum esse docuimus *fidum e servis vocat*. Noli dubitare, quin vera lectio sit, *Hannibali jam terræ adpropinquanti jussus e nauticis escen-*

derc in malum, ut spec., quam ten. reg., quum dixisset. Tacit. Annal. 11. 60. 'Jussusque e senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari referebat.' Livius l. XLIV. 23. 'Pantanchum misit ex fidissimis amicis ad ea perficienda.' Talia sunt v. 32. 'M. Cædicius de plebe nunciavit tribunis.' VI. 31. 'Possessionemque honoris, usurpati modo e plebe per paucos annos, recuperasse Patres in perpetuum viderentur:' id est, ab hominibus e plebe. *J. F. Gron. Descendere* Voss. Lov. 1. Harl. Gaertn. a m. pr. et Hearnii L. 1. ac N. *escendere* Flor. quod se etiam in duobus Pall. invenisse, Gebhardus monnit ad XXIX. 11. § 5. Vide ad 11. 28. § 6. Deinde *jussus e nautico sinu* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *jussus ex nautico sinus* Hearnii L. 1. *jussus est nautico sinu* Hearnii N. ex quibus Voss. Lov. 1. et Harl. pro *ut specularetur*, legunt *unus*, Hav. *unus specularetur*. At *jussus enuticos inus* Flor. a m. pr. *in Utico sinu* a m. sec. Ex his omnibus, *e nauticis*, pro *e nautis*, legendum esse, certum videtur. Infra XXXIX. 26. 'Reddere rationem, quos portus mercatores ac nautici petant.' Verum, quum Crevier. adfirmet, vocem *unus*, quam in Put. defuisse Gronov. innuit, in eo cod. integram exstare, nisi quod prima litera obelo transfixa, et supra scriptum sit *z*, eodem Crevierio præennte edidi *jussus e nauticis unus escendere*. Hunc locum Livii ob oculos habuisse videtur Oros. IV. 19. 'Cui ad Africanum litus propinquanti jussus quidam e nauticis ascendere in arborem navis, atque inde speculari, quam regionem teneret, sepulcrum dirutum se prospexisse respondit. Abominatus dictum Hannibal, deflexo cursu, ad Lepitim oppidum copias exposuit:' ubi quidam dicit, quod Livius *unus*.

§ 12 *Abominatus*] Vet. ed. *locum abominatus*. Gebh. Ita legunt Ber. et edd. ante Froben. qui *τὸ locum* anno

1535. omisit.

Ad Leptim adpulit classem] Et parvam Leptim, et alteram, quæ Neapolis quoque dicitur, Ptolemæus tradidit. Plinius item v. 4. Ego hic de parva potius intelligo, quæ propior Adrumetum erat, quo paulo post venisse Hannibal dicitur, ac ad eam post adversam illam pugnam redisse. *Clar. Classem applicuit* Rec. Vide ad XXIX. 31. § 11.

CAP. XXVI. § 1 *M. Servilius Geminus*] Put. Men. cognomen hic relegant. Quod fortasse juvare poterit conjecturam Pighii, quam vide apud eum ad a. 13LI. *J. F. Gron.* Deest etiam a Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. a m. sec. Hav. et Hearnii L. 1. et N. Verum duplici cognomine PVLEX GEMINVS in Fast. Capitolinis vocatur. De Serviliorum plebeiorum cognomine *Geminus* contra Sigonium, qui patricios solos ita dictos putabat, vide ad XXIX. 38. § 3.

T. Claudius Nero] Vet. lib. et Capit. tab. *Ti. Claudius*. Sigon. *Ti. Claudius* etiam Flor. Voss. Hav. multique alii. Vide ad XXIX. 11. § 11. Mox sunt rejicit Harl.

§ 2 *Missosque in Macedonium legatos ad res repetendas*] Pal. 2. et vet. ed. *profectosque*. Pal. 1. vero, *profectoque in Mac. legato ad res petendas non admissus*. Gebh. Omnes Gall. optimus Pal. *profectoque in Mac. legato*. Pet. Voss. cum uno Pal. vet. edd. *profectosque in Mac. legatos*. Nemp hoc significant illi. *J. F. Gron.* *Profectoque in Mac. legato* Hearnii N. *profectosque in Mac. legatos* Flor. et plerique meorum. Vulgatum demum vidi in Frob. 1535. quod in solo exstat Rec. Deinde *ad res petendas* Voss. et Lov. 1. 2. 4. 5. Sed prima syllaba intercepta est a voce præcedenti. 'Repetere' in hac re sollemne verbum esse, dictum est ad x. 45. § 7.

§ 3 *Simul nunciassent, quatuor millia militum*] Pal. 2. *simul renunciassent*. Gebh. *Simulque nunciassent* Ber. a

m. sec. Deinde *XL. militum* Flor. et Voss. *M. militum* Gaertn. *CX. militum* Harl. Hav. et Hearnii N. *C. X. millia militum* Hearnii L. 1.

Cum *Sopatro duce trajecta in Africam duci*] Voss. cum *Sop. trajecta in Afr. duce*. Sed Put. cum *Sop. duce trajecta in Afr. dici*. J. F. Gron. Cum *Sopatrocle trajecta in Afr. duce* Voss. Lov. 1. cum *Sopatrocle trajecta in Afr. duci* Lov. 3. Harl. et Hav. cum *Sophocle trajecta in Afr. duci* Hearnii L. 1. cum *Patroclo trajecto in Afr. duci* Hearnii N. Verum infra *Sopater* vocatur c. 42. Probo etiam cum Gronovio lectionem Put. *dici*. Solent ea verba passim confundi. Vide ad xxxviii. 43. § 1.

§ 4 *Missi C. Terentius Varro, Cn. Manlius*] Vet. lib. *C. Mamilius*. Sigon. Pal. 1. *C. Mamilius*, ut et Sigonius e suo prodit: quo alludit Pal. 2. *C. Manilius*. Gebh. Priscarum edd. lectionem *Cn. Manlius* in solo reperi Ber. Sed *T. Manlius* legit Hearnii L. 1. *C. Manilius* Lov. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *C. Mamilius* Flor. Voss. Lov. 1. 3. et 4. Videtur autem esse *C. Mamilius* ille, qui prætor memoratur l. xxvii. c. 35. 'Manliorum,' 'Maniliorum' et 'Mamiliorum' nomina sæpe confundi, dictum est ad iii. 18. § 2.

§ 5 *Clivus Publicius ad solum exustus est*] Ita Gronov. edidit, eamque lectionem firmari auctoritate Put. et Reg. monuit ad xxvii. 37. § 15. Non aliter ex meis Flor. Vide ad d. l. Livii. *Mox est exsulat* a Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav.

Et annonæ vilitate fuit] Put. *aquarum magnitudinem si annonæ vilitas fuit*. Sic et Men. Voss. optimus Pal. nisi quod hi *sed et*. Distingue et scribe: *Annus insignis incendio ingenti, quo clivus Publicius* (sic enim Put. Reg. non *publicus*) *ad solum exustus est, et aquarum magnitudine: sed annonæ vilitas fuit*. Ratio elegantissima variandi orationem. J. F. Gron. Vul-

gatum, quod in L. 1. et D. invenit Hearnius, primum adparuit in Frob. 1535. Priores habuerunt *sed et annonæ vilitate fuit*, quomodo legit Lov. 4. Ber. et Harl. cum Hearnii N. *sed etiam annonæ vilitate fuit* Lov. 2. *sed ut annonæ vilitate fuit* Gaertn. *sed annonæ vilitate fuit* Lov. 1. 5. *si annonæ vilitate fuit* Flor. a m. pr. *sine annonæ vilitate fuit* a m. sec. Sed non displicet Gronovii conjectura.

§ 6 *M. Valerius Falco*] Capit. tab. Falto. Sigon. Pal. 1. *Falso*. Pal. 3. *Falcio*. Gebh. *Falso* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *Flacco* Lov. 3. *Volso* Lov. 5. *Fylo* Harl. Vide Sigon. ad xxix. 11. § 3.

Quaternis æris vicatim populo descripserunt] Quaternis æris in modios intelligendum: ut xxxi. sub finem, ubi consules creantur, (c. 50.) 'Binis æris,' inquit, 'in modios populo diviserunt.' Eadem locutio est eodem libro, non ita longe ab initio, ubi consules quoque creantur, c. 4. Quamquam si modius tertia pars est amphoræ, ut Budæus ex Ciceronis Frumentaria ostendere conatur, videtur magna vilitatem, non tamen donationem. *Glar*.

§ 7 *Augurem duos et quadraginta annos fuisse*] Vitium in annorum numero colligimus ex Valer. Max. viii. 13. ubi Q. Fabium Maximum 'duobus et sexaginta annis' auguratus sacerdotium sustinuisse scribit, quod robusta jam ætate adeptus erat; ut facile sæculi modum ejus anni explevisse videantur. Nec discrepat Plinius lib. vii. de spatiis vitæ longissimis scribens c. 48. Q. Fabium Maximum huic *LXIII. annis* augurem fuisse. Sed ibidem, ni fallor, punctus numero adjunctus pro anno uno in libris perperam accessit librario- rum incuria: quorum et facilis est lapsus, ut notas numerorum transponant, ut hoc item loco apud Livium *XLII. pro LXII.* temere scripsisse putem. *Pighius* in *Annal.* ad a. 101.

p. 223. Conjecturam Pighii ultima Gruteri ed. recte recepit. Ita enim omnes mei, nisi quod *duo et sexaginta annos* sit in Lov. 5. *duos et sexaginta annos* præfert etiam Put. ut ex Sallier. didici. Et Hearnius etiam, ex solo D. *duos et XL.* producens, reliquos suos alteram lectionem firmare tacitus fatetur. Et ita edd. Rom. 1472. ac Parm. Librarios interdum hos numeros confudisse, videbimus ad xxxvi. 40. § 12.

§ 8 *Tanto cognomine, vel si novum ab eo inciperet*] Vide Perizon. in Animadv. Hist. c. 1. p. 37. Duk.

Superavit paternos honores, avilos æquavit] Credo Livium ita existimasse, parentem hujus Fabii fuisse Fabium Gurgitem, qui consul factus est ad finem lib. x. Avum autem Fabium Rullianum, qui magister equitum fuit cum Papirio Cursore, ut ad finem l. viii. c. 29. quanquam illic Livius eum 'Rutilianum,' ut Valer. Max. 11. 7. 8. appellat, hic 'Rullum,' ut Plutarch. etiam in Fabio p. 174. Porro idem Rullus 'Maximi' cognomen primus meruit, ad eadem libri ix. referente Livio. Plutarch. autem ibid. hunc Fabium, de quo in hac decade, 'Verrucosum' nominat: atque ita quoque Plinius l. xxxiv. c. 7. Addit Plutarchus, hunc quartum fuisse Fabium cognomine Maximi. Si igitur Rutilianus sive Rullus prius, Gurges secundus, de tertio dubitatur. At ego puto Q. Fabium Maximum Pictorem, consulem a. cccc.lxxxiv. quanquam nihil assevero. Quod si Gurges Verrucosi pater fuit, ut videtur sentire Livius, in senectute enim genuit. Nam a Gurgitis priore consulatu usque ad Verrucosi mortem prope nonaginta intercedunt anni. Quanquam Valer. Max. viii. 14. ad seculi modum hujus Fabii ætatem ducit, lxxii. annos auguratus sacerdotio ejus tribuens, ut propemodum addnear, in Livio loco hoc inversum XLII. pro LXII. ut in præfatione

Delph. et Var. Clas.

quoque decadis iv. accidit. *Glar.*

Aeus insignis Rullus] Vide ad viii. 29. § 9. Vox *Rullus* deest in Hav. ejus loco *Tullus* legit Lov. 4. *Villus* Gaertn. *nullus* Lov. 2. et 5.

§ 9 *Utrum ingenio cunctator fuerit, an quia ita bello proprie*] *Cunctator* Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. antiqq. *cunctantior* Voss. Sed recte Frob. 1535. *cunctator* substituit. Vox *proprie* non adparet in Lov. 5. ut nec paullo ante *habitus* in Lov. 1. et Harl. nec *fuit* in Flor.

§ 10 Q. *Fabius Maximus filius*] Diversus ab eo, qui consul memoratur xxiv. 43. Is enim ante patrem obiit, teste Cic. de Senect. c. 4. 'Nihil est admirabilius, quam quomodo ille mortem Marci filii tulit, clari viri, et consularis:' ubi vel prænomen *M.* cum Langio delendum, vel mutandum in *Q.* vel memoriam Ciceronem destituisse censendum est, quum ab omnibus aliis *Quinti* prænomine adpellatur. Quo anno vero obierit, disquirat Duker. ad xxviii. 9. § 1. Qui autem nunc patri in auguratu succedit, septimo anno post mortuus narratur xxxiii. 42. Ambo igitur Fabii filii *Quinti* prænomen habuerunt; quod interdum accidisse, vidimus ad iv. 36. § 5. Ceterum *ejus filius* Voss. et Lov. 1. ac 5. *filius ejus* Harl. Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antiqq. Hic jam me destituit Florent. qui, in fine mutilus, in præcedentibus verbis *Augur in locum ejus inau desinit.*

§ 11 *M. Sestio Sabino et C. Tremellio Flacco*] Vet. lib. *M. Sextio Sabino*. Sigonius. *Sestio* etiam omnes mei. Unus Hearnii L. 1. *Sestio* servat. Solent hæc nomina passim in Mss. commutari. Vide ad Epit. Liv. l. cxxiii. Deinde *et C. Remilio* Hearnii L. 1. *et Cn. Tremellio* non tantum Put. ut me docuit Crevierius, verum etiam Voss. Lov. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. omnes usque ad

Livius.

30 B

Gruter. cuius ultima *ἐκδοσις* perperam et C. Tremellius substituit; quod miror non deprehendisse viros doctos, qui postea Livium ediderunt, quum mox cap. seq. recte Cn. Tremellius vocetur. Videtur autem is esse, qui post quæsturam unus fuit legatorum in Asiam missorum, ut inde Deum matrem accesserent **XXIX.** 11. ubi etiam vulgo Caii prænomen ei dabatur. Solent autem prænomina 'Caius' et 'Cnæus' in Mss. commutari, ac prins, ut notius, sæpius invitis scriptoribus a librariis obtrundi. Vide ad **VII.** 3. § 3. Gruterus hic secutus videtur Pighium, qui Tremellio huic 'Caii' prænomen dedit in ædilitate in Annal. ad an. **IDL.** p. 224. et in prætura anno seq. p. 229. Verum ita etiam id mox cap. sequuntare debuisset. Vide etiam ad **XLV.** 15. § 9. Mox Cornelius Livius Hearnii **L.** 1. Vide ad **v.** 52. § 3. Cum Livius Harl. Cn. Livius Lov. 3. Deinde M. Valerius Colla, vel Cocta, Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav.

§ 12 Cn. Servilius consul] C. Servilius vet. lib. ut dixi. Sigon. Annotabo scripturam Mss. codicum, ut ex iis vera possit elici lectio. Eorum Pal. 1. Comitiam ejus anni utrum C. Servitum habuerit: an, quia eum in Etr. ten. quæst. ex sede comparationibus princ. habentem, dict. ab eo dictus P. Sulp. incertum, ut si diversos auctores faciunt. Pal. 2. Comitiam ejus anni utrum C. Servitum habuerit: an quia eum in Etr. tenuerint quæstiones ex sociis de factionibus princ. habitæ, an dictator ab eo dictus P. Sulpitius sit. Gebh. Consulem, qui Etruriam sortitus est, 'Caii' prænomen habuisse, vidimus ad c. 23. § 1. Vocem consul delent Lov. 3. et Hav.

An, quia eum res in Etruria tenuerint, quæstiones ex sociis de, &c. incertum diversi] Vet. lib. tenuerit. Neminem futurum esse arbitror, qui non in interpretanda voce illa sociis laborret: et merito: est enim mendosis-

sima. Ego autem pro certo habeo, ex S. C. id est ex senatusconsulto, esse restituendum. Me in hanc sententiam ducit similis erroris, cuius **XXVII.** 25. § 3. memini, observatio: aliis sociis præfectum notantibus, pro aliis S. C. præfectum notantibus. Compendiosa enim scriptura hujus vocis S. C. dici non potest, quæ portenta sæpe pepererit. De sensu autem hujus lectionis, nemo est, qui dubitare possit. Sigon. Vocis res in antiquissimo codice unica tantum litera s exstat. Ergo nec cæteri Gall. nec Pall. eam habent. Omnes vero, ut et editi ante Sigonium, tenuerint. Sed egregie idem ex SC. Denique Putean. Reg. incertum ut sit diversi. Men. incertum si duo auctores. Pet. et Voss. incertum ut diversi. Andreas sic incertum diversi. Puto legendum, an, quia eum in Etr. tenuerint quæstiones ex senatusconsulto de conjurationibus principum habentæ, dictator ab eo dictus P. Sulpicius, incertum ut sit, diversi auctores faciunt. Vix tamen est, ut non inculcatæ hæc duæ voces videantur. J. F. Gron. Sic **XXII.** 13. 'Casilinum pro Casino dux ut acciperet, fecit.' Plantus Amphitr. 1. 1. 141. 'Propterea quod me mens herus fecit ut vigilarem.' J. F. Gronov. Vocem res expellunt Lov. 1. 2. 3. Harl. Voss. Hav. et Hearnii **L.** 1. Tum omnes nostri tenuerint, nisi quod tenuerunt sit in Lov. 1. et Hav. retinuerint in Lov. 4. Deinde quæstiones ex sociis de seditionibus Lov. 5. quæstiones ex sociis de conjurationibus Berol. quæstiones ex sociis de conjurationibus Gaertn. que omnes ex se de comparationibus Harl. quæstiones ex sede comparationibus Lov. 2. quæstiones ex sede comparationibus Lov. 1. 4. et Voss. a m. pr. qui seditionibus præfert in margine. Optime Sigon. quæstiones ex senatusconsulto de conjurationibus, quod etiam in Lov. 3. fuisse videtur. Certe ex eo nihil in excerptis notatur. Proxime verum *q̄ones ex senatuscon.*

de *compationibus* Voss. Librarii in codd. scriptum invenerant vel *ex sc. de*, vel *ex SOC de*. prius autem mutarunt in *ex sede*, posterius in *ex sociis de*. Vide ad xxii. 10. § 1. Deinde *incertum diversi* Hearnii L. 1. *incertum ut diversi* Lov. 1. et Harl. *sic incertum diversi* Gaertn. *sit incertum diversi* Lov. 2. 3. 4. 5. et Ber. a m. pr. *incertum id diversi* a m. sec. *incertum ut sit, diversi* optimis concinens Hav. quod Gronov. quidem primo suspectum habuit, postea tamen probasse videtur, productis similis loentionis ex Livio et Plauto exemplis, quæ demum adparnerunt in ed. Jac. Gronovii. Huc faciunt loca quædam, laudata a Cortio ad Sall. Jug. c. 14. § 11. Ceterum a parte eorum, qui comitia hujus anni a dictatore habita esse crediderunt, stant etiam Fasti Capit.

— CAP. XXVII. § 1 *M. Servilius, T. Claudius*] Vet. lib. *M. Servilius et Ti. Claudius*. Sigon. Pal. 1. *M. Servilius et Ti. Claudius*. Gebh. Copulam non tantum agnoscent edd. ante Froben. 1535. verum etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et, ut ex Sallier. didici, optimus Put. id itaque restituere non dubitavi. Vide ad ii. 17. § 1. Deinde posteriori consuli prænomen *C.* tribuunt Lov. 3. et Harl. cum Hearnii N. *Ti.* Voss. Lov. 1. 2. Hav. et Put.

§ 2 *M. Metello maxime adnitate*] Ita demum edidit Gronov. a. 1665. quum et ipse antea, omnesque alii ediderint *Q. Metello*. Duo circa hæc tempora Metelli memorantur, alter '*M. Metellus*,' qui prætor creatur xxviii. 10. alter '*Q. Metellus*,' quem consulem factum narrat Liv. xxviii. 10. dictatorem dictum xxix. 11. Jam vero priorem intelligendum non puto, quia non tantæ auctoritatis in senatu fuisse videtur, ut, si non omnes senatores, certe plerosque in sententiam suam pertraxerit, ipsis etiam ambobus consulibus adversantibus. Id

vero ut de *Q. Metello* adfirmare audeam, efficit amplitudo honorum, quos in republica gessit: præterea quoniam enim Scipioni favisse ex illis quæ narrantur c. 23. colligi possit. Puto igitur *M. Metello* ex operarum errore, quem Clericus emendare neglexit, in contextum Gronovii inrepsisse, et recte Hearnie, eam lectionem codd. et edd. adversari videntem, priorem scripturam revocasse. Certe *Q. Metello* non tantum invenni in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. verum, monente Sallierio, similiter etiam præfert omnium optimus Put. Idem, quod mihi, etiam Dukero visum est.

Neque data, neque negata est Africa. Consules] Pall. 1. et 2. *neque negata, neque data est Africa*. Pal. 3. *neque dicta est. Africa consulibus*. Gebh.

§ 3 *Populum rogarent, quem vellet in Africa bellum gerere*] Ita Frob. 1535. edidit. In prioribus vulgabatur *quem vellet*, quod firmant Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Id autem ferri posse, constat ex illis quæ notavi ad x. 13. § 11. Deinde *in Africam* Voss. Lov. 1. 2. Ber. Gaertn. et Hav. quod dictum esse potest ad exemplum eorum, de quibus egi ad Epit. Liv. l. xx1. Non tamen verum præstare audeo.

§ 5 *Parique imperio cum Scipione imperator esset*] Vox *imperator* Crevierio omnino otiosa, ac proinde aleganda videtur. In codd. nihil est auxiliii. Omnes enim in vulgatam lectionem conspirant, nisi quod *imperium* sit in Harl. An forte *cum Scipione imperatore esset*?

§ 6 *Si consulem remorari ad urbem senatui placuisset*] Pal. 1. *sicut manere ad urbem senatui placuisset*. Pal. 2. et vet. ed. *si consules* (Pal. 3. *consulem*) *manere ad urbem senatui placuisset*. Gebh. Put. Reg. Men. Pal. opt. *sicut manere*. Pet. et Pal. alter *si consulem manere*. Et hoc significant illi. Andreas et Aldina *si consules manere*.

J. F. Gronov. *Vulgatum si consulem remorari debetur* ed. Frob. 1535. et ex meis non nisi unum, qui suffragatur, nactus est Rec. contra *sicut manere* legunt Lov. 1. 2. et Harl. cum Hearnii L. 1. *si consulem manere* omnes reliqui; a quo non differunt edd. illa priores, nisi quod *consules* legant. Vide ad x. 10. § 2.

§ 7 *Ut duas legiones provinciamque traderet ei P. Quintilius Varus*] Pall. 1. et 2. et (Pal. 1. ac) *duas legiones provinciamque traderet P. Quintilio Varro*. Gebh. *Ac duas legiones provinciamque tradere P. Quintilio Varo*, vel *Varro*, Voss. Lov. 1. 2. et Harl. neque dissentit Hav. nisi quod *traderet* legat: *ac duas etiam* Lov. 5. et Gaertn. Paullo ante *Prætores deinde M. Sextius* Lov. 5.

Proconsul priore anno præfuerat] *Proconsul prioris anni* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Frob. 1535. Verum hæc lectio, quam tanto consensu perperam codd. probant, nata videtur ex eo quod sequitur, 'prætere prioris anni.'

§ 8 *Cn. Tremellius Siciliam*] *C. Remilius* Hearnii L. 1. *C. Tremellius* Lov. 5. et Gaertn. Reliqui, licet eorum quidam *Tremelius*, *Remelius*, *Aremelius*, *Remilius*, *Remellius* legant, tamen constanter prænomen *Cn.* defendunt. Vide ad cap. præc. § 11.

Cum viginti navibus longis, militibus mille] Omnes Gall. abjiciunt τὸ cum. J. F. Gron. Soli meorum Ber. et Gaertn. vocolam *cum* retinent. Reliqui cum Hearnii L. 1. et N. eam expellunt. Vide ad xxxiv. 26. § 11. Deinde *et militibus mille* Lov. 4. *militibus* C. Lov. 2. *reliquis militibus CX.* Lov. 1. *militibus CX.* Voss. Harl. et Hearnii L. 1. ac N.

§ 9 *Tutaretur: inde M. Pomponius*] *Tæt inde* reciso, Pall. tres *tutaretur: M. Pomp. XX. navibus vel. mille et quing. mil. R. deportaret.* Pal. 3. *deportavit.* Gebh. Illud *inde* non adparet

etiam in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. et Harl. Contra Pomponii prænomen *M.* exsulat a Lov. 1. Verum, quum forte per compendium *iñ*, pro *inde*, scriptum esset, altera vox alteram obductum similitudinem elisit. Mox *CX. milites* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hearnii L. 1. et N. *MCX. milites* Lov. 4. Notas *IO*, quibus numerus scriptus erat, non adsecuti videntur librarii, et hinc varie et hic et § præc. errasse. Tum *Cn. Aurelio* Lov. 3. et Hearnii N. *M. Valerio* Hearnii L. 1. Vide cap. præc. ad § 11.

§ 11 *Ut placatis Diis omnia inciperent agerentque*] Pal. 2. *ut ab plac. Diis omnia inc.* Gebh. *Ut bene placatis Diis* Lov. 2. *ut ad placatis Diis* Voss. et Lov. 1. *ut ab placatis Diis* Harl. *ut a placatis Diis* Lovel. 3. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *ut a placandis Diis* edd. ante Frob. 1535. Mox *Claudio Marcello, T. Quintio consulibus* Lov. 3. *M. Claudio Marcello et T. Quintio consulibus* Ber. *M. Claudio Marcello, Quintio consulibus* Lov. 2. Harl. et Hearnii N. *M. Claudio Marcello, Quintio Crispino consulibus* Hav. *M. Claudio Marcello, Quintio Fabio consulibus* Voss. in margine, et Lov. 1. *M. Claudio, Q. Marcello consulibus* Hearnii L. 1.

Si per quinquennium illud respublica] *Pnt. et Reg.* non agnoscunt pronomen. *J. F. Gron. P. r.* id est *populus Romanus*, pro *respublica*, perperam Lov. 1. 2. et Harl. Vide ad ix. 26. § 8.

Et eos consules priusquam ad bellum] *Habent omnes repetitum, ut eos ludos consules, pr. ad bellum prof., facerent.* Quod homines non bellos sustulisse credo. *J. F. Gron. Solus* Ber. vocem non agnoscit. Reliqui mei cum Hearnii Oxonn. et Branc. Latini eam servant.

§ 12 *Ludi in circo per quadriiduum facti: hostiæque*] *Qui*, pro *Ludi*, Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. a. 1472. et Parm. Tum *hostiæ æque* Lov. 1. 3. et Harl.

hostiæ, copula omissa, Gaertn.

CAP. XXVIII. § 1 *Constare apud animos poterat, utrum gaudio dignius esset*] Pall. 1. 2. et vet. ed. *utrum gaudio dignum esset*. Gebh. Omnes Gall. duo Pall. Andreas et Aldina, *constare apud animum poterat, utrum gaudio dignum esset*. Illud mutarunt, opinor, quia de pluribus agitur; hoc quia sequitur 'magis metuendum.' Utrumque mendose et sine causa. *J. F. Gron.* Editioni Frob. a. 1535. hæc lectio debetur. Non tantum priores edd. verum etiam quoscumque consulti codd. cum Hearnii L. 1. et N. *apud animum, et dignum esset*. 'Animus' de pluribus dici, docuit Gronov. ad VII. 30. § 22. In sequentibus autem 'magis metuendum' est potius metuendum. Vide ad IX. 22. § 7.

In African trajecisset] Omnes Gall. et Voss. *transisset*. *J. F. Gron.* Pristina lectio superest in Lov. 3. Harl. et Ber. utramque *transisset vel trajecisset* præfert Gaertn. Reliqui mei cum Hearnii L. 1. *transisset*. Eadem voces inter se etiam commutabantur XXI. 20. § 11. *Transmisisset* habet Rec.

§ 3 *Qui statarios semilixas ducere exercitus solitus*] Tria hic lectori consideranda puto: quem 'statarium semilixam' vocet; cuius casus sit 'exercitus'; denique quid hoc, quod paulo post sequitur, 'ducere exercitum æqualem stipendiis suis.' Ego de omnibus vehementer dubito. *Glarean.* Vet. lib. *qui statarius semilixa ducere exercitum solitus sit*. Ego *qui statarium semilixam ducere exercitum*. Nam 'statarium' et 'semilixa' militibus magis congruunt, quam imperatori et regi. Itaque ubi de Annibale loquitur, hæc opponit, 'ducere exercitum æqualem stipendiis suis,' id est, qui tot stipendia confecerit, quot imperator, quem puerum militem factum esse dixit. Hæc quærenti *Glareano*. *Sigon.* Ne gloriatur *Sigonius*; quærenti *Glareano* aut nihil hic, aut male

respondit. Veram lectionem e fidelissimis codd. erutam nobis hic habes: *cui Statorius semilixa ducere exercitus solitus sit*. Deque illa *Observ.* IV. 7. egimus. Ad aliquam tamen ejus lucem respice XXIV. 48. *J. F. Gron.* Capitalis hæc *Gronovii* emendatio est, quam ex quibus *Mstorum* lectionibus eruerit, latius in *Observ.* docuit; qui locus videndus est. Ab illa meorum codd. alii longius, alii minus discedunt. *Qui statarius semilixas exercitus ducere* habet Ber. *qui statarius semilixa ducere* ex. Lov. 3. *cui stardcio similix lixa ducere* ex. Gaertn. *cui Statorius enim miles adducere* ex. Harl. *cui Statorius miles ducere* ex. Hav. *cui Statorius ei miles adducere* ex. Lov. 2. *cui Statorius ejus milix adducere* ex. Voss. sed *miles a m. sec. adsentiente* Lov. 1. *cui stator ejus se milixa ducere* ex. Lov. 5. Sed plane, ut *Gronovius* emendavit, *cui Statorius semilixa ducere* ex. Lov. 4. De *Statorio* vide *Ondend.* ad *Front.* I. 1. § 3.

Aut tumultuariis exercitiis, ex agrestium semiermi turba subito conlectis] Pal. 1. *aut tumultuariis exercitiis bis ex agrestium enervi turba conlectus*. Gebh. Ita etiam Lov. 1. et Harl. neque aliter Voss. nisi quod servet *inermi*, et in margine legat *concretus*. *Aut tumultuario exercitu bis ex agrestium enervi turba subito conlecto* Lov. 2. et Hav. *enervi* etiam Lov. 3. 4. et Ber. a m. sec. *inermi* Lov. 5. 'Conlectus' et 'conlectus' passim commutari, videbimus ad XXXVI. 12. § 4.

§ 4 *Alito atque educato inter arma*] Pal. 2. *adulto*. Pal. 3. *alto*. Gebhard. *Alto* Rec. et Hearnii D. *Tum educto* ed. Bas. a. 1555. Sed aliæ cum codd. scriptis vindicant *educato*.

§ 5 *Ducere exercitum æqualem stipendiis suis*] Omnino duceret: nam 'perfusum,' quod sequitur, non ad *Hannibalem*, sed ad 'exercitum' pertinet. *J. F. Gron.* Donjatius contra codd. auctoritatem nihil mutandum censet: *ducere* enim pendere ex eo,

quod præcessit, 'Fabium haud frustra canere solitum.' Verum in memorabili illa Fabii oratione xxviii. 40. et seqq. quo respicitur, nihil huius rei memoratur. Gronovii conjecturam Clericus in contextum recepit, non monito tamen, ut se facturum promiserat, lectore. Eandem probavit etiam Crevierius: prudenter tamen in contextum non admisit. Mihi etiam vera videtur.

Duratum omnium rerum patientia, quas vix fides fiat homines passos] Pal. 1. *quam fides fiat.* Cæterum ferme ita loquitur Livius c. 18. 'Induratus præter spem resistendo hostium timor.' Justinus vi. 4. 'Agesilaus, restituito prælio, non difficulter recenti et multis expeditionibus indurato milite hostibus victoriam eripuit.' vii. 2. 'Armis veluti quotidiano exercitio indurati, gloria bellicæ landis finitimos terrebant.' xii. 4. 'Itaque a parvula ætate periculis laboribusque indurati invictus exercitus fuere.' Gebh. *Qua fides fiat* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *quam fides fiat* Lov. 3. *Vox homines non adparet in Lov. 1.*

Non militum modo, sed etiam] Parum interest, sed omnes Gall. *exuvias non militum tantum, sed etiam.* J. F. Gron. Ita et Voss. Harl. ac Lov. 4.

§ 6 *Qui prætores, qui consules]* Put. Reg. Men. dno Pall. Voss. editi ante Gryphium *qui prætores, qui imperatores, qui consules.* Vulgo duæ mediæ voces absunt: nos eas ab interprete non esse judicavimus, quod præter consules prætoresque alio imperii nomine duces Romanos ab Annibale cæsos aliquos ex historia meminimus. J. F. Gron. Voces *qui imperatores* teneant etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Primus eas omisit Frob. 1535. tum Bas. 1539. Vascos. et ita demum Gryph. Mox *vullaribusque* deest in Lov. 1. 2. 3. *vullaribus* in Voss. Harl. et Hav. Hinc *pervagos castra capta, urbes Rom.* Harl.

§ 7 *Præ se ferre posset Hannibal]* Put. Men. Voss. *præferre.* J. F. Gron. Vulgatum est in Ber. Gaertn. et Rec. Reliqui probant lectionem Gronovii, concinente etiam Hearnii N. Eaque vera est. Solent ita turbare librarii inter 'præferre' et 'præ se ferre.' Vide ad xxvii. 34. § 5.

§ 8 *Quum adsuessent per aliquot annos]* *Asuescerent* Lov. 1. *assuescerent* Voss. Hav. et Gaertn. *assuescerent* Voss. *assuescerent* Lov. 3. *assuescerent* Harl. Verum indocti librarii Livio familiares inviderunt contractiones. Vide ad iv. 45. § 4. *Mox aliis atque aliis in Italia partibus* Lov. 2. *Deinde bellandi* Lov. 4. et Rec. Vide ad Epit. Liv. lib. xxxvii.

§ 9 *Eo curæ intentioris erant]* Sic nemo scriptorum: sed *eo curas intentiores, sine τῶν erant.* Suspicor Livium dedisse, *Iis quoque, quibus ingens erat in Sc. fiducia, victoriæ spes, quo magis in prop. eam inum. animis, et curas intenderat.* J. F. Gronov. *Eo intentioris curæ erant* in nullo e scriptis esse, etiam Crevier. testatur. Si tamen excerptis meis fidem habere possum, ita superfluit in Lov. 4. Ber. Gaertn. Hafn. et Rec. Totum locum hoc modo concipit Lov. 5. *Eis quoque, quibus erat in Sc. fiducia et victoriæ spes, quo magis in prop. eam imminent animis, eo curæ intentiores erant.* Quomodo fere scribi posse Donjat. conjecit, quum *eo curæ intentiores erant* etiam in Reg. invenisset; postea tamen vulgato standum judicavit, quoniam in eodem cod. initium ita concipiebatur, *Licet enim ii quoque,* a Lov. illo parum abeunt L. 1. apud Hearnium, et Hav. nisi quod præcipue *eo curas intentiores,* omisso *τῶν erant,* legant, in quibusdam etiam aliis apicibus differentes.

§ 11 *Pulsos se Hispania, pulsos Italia]* Tres priores voces negligentia librarii decrant in Hearnii D. Ei autem erranti offendiculo fuit repetitio *τοῦ pulsos.* Vide ad ix. 11. § 11.

Se Hispania pulsos ac Italia perperam etiam Hav. Mox fatalem ducem, omissa media voce, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Harl.

CAP. XXIX. § 1 *Jam Adrumentum pervenerat Hannibal*] Vet. lib. *Adrumentum*. Recte. Appianus enim Ἀδρύμητον. Polybius et Stephanus Ἀδρύμητα edunt. *Sigen*. Prisca ed. et Pal. 2. *Adrumentum*. Pal. 1. *Jam Hasdrumentum venerat Hannibal*. Pal. 3. *Jam ad Rumentum pervenerat*. Gebh. Omnes Gall. Voss. optimus Pal. *Jam Adrumctum venerat Annibal*. J. F. Gron. *Hasdrimentum* Gaertn. *Hasdrumentum* Harl. *Hasdumctum* Lov. 4. *Hasdrumctum* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Vide Bosium ad Nepot. Hannib. c. 7. § 3. In lapidibus et nummis adspirationem addi, docet Cellar. Geogr. Ant. iv. 4. pag. 88. Vide etiam Corte ad Sallust. Jug. c. 19. § 1. Si tamen etymologiam sequimur, quam proponit Bochart. Geogr. Sacrae part. II. lib. I. c. 24. p. 478. adspiratio rejicienda videtur. Præterea *venerat omnes mei, excepto solo Ber. qui editis adhæret. Mox nunciis omnia circa Karthaginem obtineri armis afferentibus, pro afferentium, Hearnii L. 1. et Branc. Latini, cum Hav. et Ber. a m. sec. Tò omnia deest in Harl. eo transposito circa Karthaginem obtineri omnia armis legit Lov. 2.*

§ 2 *Zama quinque dierum iter ab Karthagine abest*] Plutarch. in Hannibale hanc extremam pugnam ad Zamam fuisse scribit, Nadagaræ autem non meminit. Oportet autem aliam fuisse urbem Zamam, quam quæ a Strabone lib. ult. p. 829. describitur, et de Bello Civ. v. 91. ab Oppio sive Hirtio, et a Sallust. Jug. c. 57. Plutarchus nihil de distantia tanta dicit. Certum est, hic mendum esse. Adrumentum enim vix distat itinere quinque dierum ab Carthagine: cum hæc Zama, ut ex omnibus locis apparet, propinquior multo sit, videlicet ad quam, ut Carthagini succur-

reret, ab Adrumento magnis itineribus contendit Hannibal. *Glar*. Sic Polyb. xv. 5. Μετὰ δὲ τινὰς ἡμέρας ἀναζεύξας ἐκ τῶν παρὰ τὸν Ἀδρύμητα τόπων προῆλθε καὶ κατεστρατοπέδευσε περὶ Ζάμαν. Αὕτη δ' ἐστὶ πόλις ἀπέχουσα Καρχηδόνος ὡς πρὸς τὰς δύοσεὶ ὁδὸν ἡμέρων πέντε. *Sigon*. Vide Cellar. Geogr. Ant. iv. 5. p. 115.

Traditos eos tribunis militum] Vet. lib. *tribuno militum*: nihil præstantius: sic enim Polyb. xv. 5. συστήσας αὐτοῖς χιλίαρχον, ἐπέταξε πάντα καθαρῶς ὑποδείξαι τὰ κατὰ τὴν παρεμβολήν. *Sigon*. *Tribuno militum* itidem Hearnii D. Omnes mei vulgatum tuentur. *Mox perque castra* Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. a m. sec. Harl. et Hav.

§ 3 *Percunctatusque, satim' commode*] Put. Reg. Men. Voss. Pal. unus *satim per commodum omnia explorassent*. Et hæc gemmula nobis auctoribus redita Livio est. Lib. x. c. 25. 'Donec vel ipse, si per commodum reipublicæ posset, Romam venisset.' xxxi. 57. 'Primo quoque tempore, quantum per commodum reipublicæ fieri posset, Romam veniret.' xxxi. 11. 'Ipse, si per commodum reipublicæ posset, ad comprimendum Gallieum tumultum proficisceretur.' xxxvii. 50. 'Mandatum eidem, si per commodum reipublicæ facere posset, ut ad comitia Romam rediret.' Sed, quod proprie ad hunc locum, xlii. 18. 'Ubi consul, cui provincia Macedonia obvenisset, classem appellere tuto, et copias per commodum exponere posset: ubi male Sigonius *percommode*. Cæsar apud Cicer. ad Att. xiv. 1. 'Cum M. Cicero sedeat, nec suo commodo me convenire posse.' Et sequenti, 'Cum tam diu sedens meum commodum expectet.' J. F. Gronov. *Percunctantesque* Lov. 2. *percunctatosque* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. omnesque edd. ante Froben. an. 1535. Deinde *satim* Lov. 5. *statim* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Sed vide ad 1.

39. § 3. Deinde *per commodum* Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. et N. *per commodum* est 'commode,' 'commodo suo.' Ita 'per otium' IV. 58. 'Ne domi pro otium suffragii libere ferendi consilia agitet:' ubi alia vide. XLIV. 38. 'Hostes per summum otium instruxerant aciem:' 'per tumultum' pro tumultuose XLIV. 45. 'per luxum' pro luxuriose. Vide Cort. ad Sall. Jug. c. 2. Mox *persequerentur* Lovel. 2. 3. Harl. Ber. et Gaertn. frequentissimo errore. Vide ad Epit. Liv. l. XCIX. Supra XXVII. 19. 'Jussisque prosequi, quoad vellet, equitibus dimisit.'

§ 4 *Venisse eo ipso forte die, adferebant*] *Adserabant* Lov. 2. Quod cur probari nequeat, dictum est ad XXIV. 1. § 6. Mox *audit* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. pro quo legendum putavi *audiit*. Ita enim passim errasse librarios, ut verba præsentia et præterita perfecta hac ratione contracte enunciatâ confunderent, videbimus ad XXXVI. 20. § 3. Et quidem *audiit* hic plane etiam exhibet Lov. 5.

Maxime hostis fiducia, quæ non de nihilo profecto concepta est, percussus] Pal. 1. *maxime si hostis fiducia, quæ non de populo profecto concepta percussus est.* Gebh. Immo *esset*. Est enim cogitatio Annibalis, non adfirmatio Livii. J. F. Gronov. *Maxime si hostis fiducia* Voss. Lov. 1. et Haverk. qua scriptura quid indicarent librarii, non intellexi, donec in Lov. 2. scriptum offenderem *maxime scilicet hostis fiducia*, unde credidi, τὸ si natum esse ex voce *scilicet*, duabus literis sc. conscripta: ipsum autem *scilicet* referendum est inter glossas scribarum. Hinc *quæ non de illo profecto* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *quæ non de plo profecto* Harl. Deinde *percussus* Voss. Lov. 1. 4. 5. et Harl. Vide ad XXXIV. 15. § 2. Ceterum *esset*, ut Gronov. conjecit, rectum videtur. Contra a scriptis plerisque verbum abesse, co-

que sententiam carere posse, Donjatius testatur: vellem codices, in quibus verbum deerat, nomine indicasset, ut de eorum auctoritate constaret. Certe in omnibus meis superest, neque aliquid Hearnii de suis notavit: et quidem verbum est necessarium. Si qui autem codd. omiserint, id inde factum forsitan sit, quod librarii τὸ est locum habere non posse sentirent: quæ etiam causa extitisse videtur, cur in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav. sequenti postponitur. Solent autem *ē* et *ēt*, sive *est* et *esset*, in Mss. confundi. Vide ad XXII. 36. § 4.

§ 5 *Adventu suo turbarerat pactas inducias*] *Omnes Gall. et Pall. Voss. turbaverat et pactas inducias, et spem fæderum.* J. F. Gron. Similiter non tantum Hearnii N. sed et omnes mei, excepto uno Ber. qui τὸ et priori loco omittit. Vide ad II. 44. § 3. Paullo ante Jac. Gronov. quum olim ederet *caussa ejus belli*, mediam vocem *ejus* omisit: quem fidem codd. suorum secutum credo, quia in nullo etiam meo, nisi in uno iterum Ber. superest.

Æquiores impetrari posse ratus] *Placeret magis æquiores impetrari, &c.* Ursin. Pall. 1. 2. et vet. ed. *æquiores impetrari posse*: quod probo, ut non tam ad pacem referatur, quam generatim accipiatur. Supra c. 4. 'Tandem relatum responsum quibusdam, quia nimis cupere Romanus pacem videbatur, iniquis per occasionem adjectis.' Gebh. Iidem omnes, uno solo Pal. excepto, nec non editi ante Gryphium *æquiores impetrari posse ratus*. J. F. Gron. *Æquiores* ante Gryphium ediderunt primus Frob. 1535. hinc Basil. 1539. et Vascos. Verum omnes etiam mei, (præter unum Hafn.) omnesque Oxonn. Hearnii *æquiores* servant, quomodo etiam Latinus legendum conjecit.

§ 7 *In acie sunt cæsi, mille et septingenti capti*] *Lege sint.* J. F. Gron.

Decem CCC. capti Lov. 2. *X. et CCC. capti* Voss. et Lov. 1. *X. et septingenti capti* Harl. et Hearnii L. 1. ac N. *decem et septingenti capti* Hav. Numerus millenarius hac nota ∞ scriptus fuit; quam non adsecuti librarii per *decem*, vel per ejus notam *X.* reddiderunt. Vide ad xxxiiii. 14. § 5. *MCC. capti* Lov. 5. Hic vero nota *IO.* ut incognita, a librariis omisa est. Vide ad xxxvii. 40. § 11.

§ 8 *Ex composito duces*] Vet. lib. *ambo ex composito duces.* Sigon. Sola est ed. Bas. 1554. quæ vocem *ambo* omisit. Ea autem vox non tantum in reliquis edd. sed et in omnibus Mss. constanter superest.

Ut coire ex propinquo possent] Pal. 1. *ut coiri ex propinquo posset.* Gebh. *Coiri* etiam Vossian. Ber. 1. 2. et Harl.

§ 9 *Haud procul Nadagra urbe*] Vet. lib. *Nargara.* Polyb. xv. 5. *πρὸς τὴν πόλιν Μάργαρον.* Hanc urbem Ptolemæus vocat *Ναργαράν.* Sigon. Pal. 1. *Naraggata.* Pal. 2. *Harcara.* Pal. 3. *Narcara.* Forte *Nargara.* Gebh. *Naruggara* legitur in vetustissimo libro cœnobii Carthusiani Aulæ Dei in agro Cæsaraug. teste Surita ad Itinerar. Antonini p. 41. nuperæ ed. Polyb. hoc loco *πὸ λιν Μάργαρον* vocat l. xv. c. 5. Ptolemæus *Ναργαράν.* *H. Vales.* Put. Men. Buslid. *Naraggara,* ut et Ptolemæo Antoninoque hanc urbem vocari submonuit Rubenius. Polybio *Μάργαρον*: nisi corruptum vocabulum est. *J. F. Gron. Vargara urbe* Lov. 4. *Nadaggara urbe* Harl. *Margata urbe* Hearnii L. 1. *Margagara* ejusdem N. nisi utroque loco operæ aberrarint, ac legendum sit *Nargata* et *Naraggara,* quod de utroque verisimile est, nisi ipsum Hearnium errasse velimus. *Nataggaram urbem* Lov. 3. et Harl. *Narragana urbe* Lov. 2. *Naraggara urbe* Lov. 1. et 5. *Naraggaram urbem* Hav. *Naragara urbe* Voss. quod in contextum recepi.

§ 10 *Commodumque alioqui, nisi quod longinquæ aquationis erat*] *Alioquin* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Ascens. 1513. *commodumque colloquio* Lov. 2. Deinde *longinquus aquationis erat* Voss. et Lov. 1. *longinquum aquationi erat* Lov. 2. *longinḡ aduquationis erat* Gaertn. *longinquæ aquationes erant* Lov. 3. 4. 5.

CAP. XXX. § 1 *Submotis pari spatio armatis*] Pal. 1. *Summotis par in spatium armatis.* Gebh. Eadem lectio apud me superest in Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav.

§ 3 *Si hoc ita fato datum erat*] *Hujus orationis magna pars est* apud Polyb. xv. 6. Incipit autem apud eum Annibal ab ea sententia Livii: ‘Optimum fuerat, eam patribus nostris mentem datam ab Diis esse.’ *Sigon.*

Qui primus bellum intuli populo Romano] In extrema oratione dicit ‘bellum a me cœptum est.’ Non credo, Annibalem apud Scipionem voluisse fateri, se causam belli quæsivisse, auctoremque illius fuisse, et, Romanis in fœdere manentibus, eo rupto injusta arma intulisse: etsi Scipionem ita, ut qui in hunc sensum illa acceperit, respondentem inducit Livius c. 31. ‘Vos lacessisse et tu ipse fateris, et Dei testes sunt.’ Non facile enim solent, ne illi quidem, qui sibi divini humanique juris bello aliis inferendo violati conscii sunt, id fateri; et Carthaginienses sibi, nec fortassis omnino temere, persuadebant, se utriusque belli cum Romanis justissimas causas habuisse. Vide xxi. 44. An ergo Annibal dicit, se Romanos nondum paratos bello prævenisse, iisque deliberantibus et cunctantibus priorem arma intulisse? Ita quidem accipi possunt illa *bellum a me cœptum est*; sed quia valde dubito, an hic vox *primus* eam interpretationem patiatur, cogitabam fortassis scriptum fuisse *primus bellum in*

Italia intuli populo Romano: ut paullo post 'Nec in Italia solum vobis bellum, nobis in Africa esset:' 'In Italia' non ita difficulter ab adfinitate ultimæ literæ vocis *bellum* et plerumque sequentis *intulit* intercidere potuit: *primus* autem intelligi potest *primus* exterorum. Nam Pyrrhus non tam belli Romanis inferendi, quam Tarentinos adversus eos defendendi causa in Italiam venisse videri volebat. Nec tamen meo periculo ita legi volo; sed, quum tot ubique vatibus occurram, mihi quoque interdum hariolari licere puto. *Duk.*

Quique toties prope in manibus victoriam habui] Abest a Pal. 3. τὸ *prope*. Pal. 2. *qui totiens victoriam prope in manibus habui*. Gebh. *Victorian prope in manibus* Lov. 2.

Lator te mihi potissimum datum] Sic *primus Gryphius*: priores cum scriptis, *lator te mihi sorte potissimum datum*. Sic vi. 21. 'Volscos velut sorte quadam prope in æternum exercendo Romano militi datos.' Et rursus proprie c. 22. 'Adjutor ex tribunis sorte L. Furinus datus.' xxxvi. 35. 'Ego tamen sorte quadam nutriendæ Græciæ datus.' J. F. Gron. Vocem *sorte* ante Gryphium jam omiserunt Frob. 1535. Basil 1539. et Vascos. quam præter priores edd. et Hearnii Oxonn. etiam servant omnes mei, nisi quod *forte* sit in Lov. 4. Vide ad xxxviii. 40. § 13.

§ 4 *Cui de tot Romanis ducibus*] Omnes Gall. Voss. et veteres illæ, *cui tot de Romanis ducibus*. J. F. Gron. Hic etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii, cum primis edd. *cui tot de Romanis*; quod *primus* iterum Frob. 1535. mutavit. Paulo ante *non in ultimis laudibus fuerit hoc* Harl. quod ex glossa natum puto: 'ultimæ laudum,' ut 'ultimæ terrarum,' de quo vidimus ad xxviii. 39. § 14. vel 'ultima laudum,' ut 'tarda nomen,' de quo vide ad vii. 21. § 8.

Non in ultimis laudum fuerit Lov. 4. *non in ultimis laudum fuerit hoc* Voss. Lov. 1. 3. 5. et Haverk. *non in ultimis laudum fuerat his* Gaertn. *non in ultimis laudum tuarum fuerit hoc* Ber.

Huic bello, vestris prius, quam nostris, cladibus insigni] Idem et scripti et editi cum duobus Pall. *huic bello vestris plus, quam nostris, cladibus insigni*. Sed hic *plus* librariorum errorem esse puto. J. F. Gron. *Vestris plus, quam nostris* Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. Harl. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Frob. 1535. *vestris magis, quam nostris* Lov. 5. Uni huic cod. credere vix audeo. Quare, quum tot codd. in *plus* conspirent, idque Gronov. recte damnarit, suspicio mihi nata est, æque *prius, magis, ac plus* librariis deberi, et Livium scripsisse *huic bello, vestris, quam nostris, cladibus insigni*. Non enim agitur, Romani, an Karthaginienses, priores hoc bello damna passi sunt, sed utrorum cladibus bellum magis infame fuerit. Livium autem τὰ *magis* omittere solitum fuisse, videbimus ad xxxiv. 49. § 10.

§ 5 *Hoc quoque ludibrium fortuna, an casus, ediderit*] Manifeste hic desideratur verbum: ut 'incertum est,' vel 'dubito,' vel quid simile. *Clar.* Nihil huic sententiæ deest, contra quam putat Glareanus. Dictum est autem, ut illud 'Tibi non in ultimis laudum hoc fuerit.' *Sigon.* Pal. 2. *casus dederit*. At Pal. 1. *Hoc quoque lud. casus dederit, an fortuna*: vet. ed. *Hoc quoque lud. fortuna ac casus ediderit*. Gebh. Put. *Hoc quoque lud. casus ediderit fortuna, ut cum patre*. Regius, *casus ediderit et fortuna*. Pet. Men. Pal. Buslid. Voss. *casus dederit, an fortuna*. Editum ab Andrea ad Frobenium usque video *fortuna, an casus, ediderit*. In tot varietatibus tutissimum est sequi codicem antiquissimum, in cuius scriptura nihil est incommodi, modo τὸ *casus* accipias gignendi casu.

Sensus, hunc quoque Indicerit casum quasi jocata fortuna ediderit. Planus ad Ciceronem Famil. x. 8. 'Cum in enim casum fortuna me demisisset.' Cicero Tuscul. iv. 'Quemcumque casum fortuna invenerit.' Ad Atticum viii. l. 'Quemcumque fors tulerit casum.' Cæsar Gall. l. vi. c. 34. 'Quantum in bello fortuna possit, et quantos afferat casus.' Sallust. Jugurth. c. 56. 'Siccenses hortatur, uti cohortes ab tergo circumveniant: fortunam illis præclari facinoris casum flare.' Justin. xxvii. 3. 'Casum tam indignæ fortunæ miserantes.' Lib. ult. c. 4. 'Per omnes casus fortuna quadam servatus.' Petronius cap. 87. 'Cum similis nos casus in eandem fortunam retulisset.' Florus l. ii. c. 8. 'Quodam casu, quasi industria, sic adgubernante fortuna.' Fatentur minus placere viri docti, et accessisse aliquid aliunde suspicantur. Ego vero, scripsisse *Florum quadam casum quasi industria sic adgubernante fortuna.* Ut intelligas, quadam quasi industria fortunæ (ut 'industria fatorum' alibi eidem) sic regente et adgubernante casum. Epitome l. xviii. 'Quærente deinde fortuna, ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur.' Glareanus quum legeret ut in edd. antiquis esse diximus, manifeste putabat desiderari 'incertum est,' vel 'dubito.' Ei scrupulo nec recte occurrit Sigonius: neque enim is erat de formula, 'Hoc ediderit,' sed de hac locutione 'fortuna an casus:.' quæ tamen sic quoque concepta satis est Latina. *J. F. Gron. Hoc quoque lud. fortuna an casus dedit, ut cum Ber. a m. pr. ut qui cum a m. sec. Hoc quoque lud. fortune rei casus ediderit, ut cum Gaertn. Hoc quoque lud. fortune casus ediderit, ut cum Rec. Hoc quoque lud. casus ediderit, ut cum Hearnii D. Hoc quoque lud. casus dedit an fortuna, ut cum Lov. quinque, Harl. et Hearnii L. 1. ac N. Hoc quoque lud. casus dedit*

an fortuna, ut qui cum Hav. et Brancal. Latini. Doujatius existimabat, receptam lectionem lud. fortune casus ediderit optimam videri posse: potius tamen integerrimi cod. lectionem enim Gronovio probo. Exemplum enim, quæ laudavit, probant, potius casum adscribi fortunæ, quam fortunam casui. Vide etiam Burm. ad Suet. Tib. cap. 19. Mox consule exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. patre tuo conceperim legit Lov. 5.

Cum eodem, &c. signa contulerim] Non male animadvertit Buchner. de Commut. Rat. Dicend. 1. 4. Annibalem offensionis et odii vitandi causa non dicere quem vicerim. Duk.

§ 7 *Sicilia ac Sardinia satis digna pretia sunt]* Ita Jac. Gronov. edidit, sine dubio fide codd. suorum, siquidem ita non tantum Hearnii Oxonn. sed et omnes nostri, excepto solo Ber. qui, ut olim edebatur, *Sicilia atque Sardinia præfert.*

Tot tamque egregiis amissis ducibus] Omnes scripti *tot tam egregiis amissis ducibus*, absque conjunctione, ut libro præcedenti c. 21. *J. F. Gron.* Ita legunt etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Vide ad lib. xxv. cap. 37. § 13.

§ 8 *Nobis in Africa est]* Scripti *eset.* Ergo muta distinctionem: *Ita aliena app., ut de nostris din., nec in It. solum vobis bellum, nobis in Afr. eset.* *J. F. Gron.* Soli meorum Lov. 3. et Ber. *est.* Reliqui cum Hearnii Oxonn. *eset.* Vide ad xxii. 36. § 4. Antea distinguebatur *dimicaremus: nec in Italia, &c.*

Fremitum castrorum Romanorum exaudivimus] Omnes *exaudimus.* *J. F. Gron.* Plures meorum, non tamen omnes, *exaudimus.* Alterum enim superest in Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. et Gaertn. Hearnii etiam ex uno tantum L. 1. laudat *exaudimus*, quod tamen cum Gronov. probo. Ant. Perizon. ad marginem Livii coniecit, paullo ante legendum *videretis*, pro

vidistis, hic autem exaudiremus, pro exaudimus: pendere enim orationem a præcedenti *Ita aliena appetivimus, ut, &c.* Id si placet, potius ibi *videtis*, hic *exaudiamus* legam.

§ 9 *Agitur: agimusque ii, quorum et maxime interest*] Pall. 1. et 2. *agimus enim, quorum maxime interest.* Iidem paullo ante codd. *vos autem omnia optaretis.* Gebh. Omnes, ommissa copulativa, *agimus ii.* J. F. Gron. *Agimusque soli ex meis Gaertn. et Ber. a m. pr.* Reliqui omnes copulam expellunt. Verum insuper *agimus enim, quorum* Lov. 1. 2. Harl. et Hav. Error ex eo natus est, quod olim pro *ii* scriptum fuerit *ei*, ut etiamnum exstat in Voss. et librarii exaratum crediderint *ei*, id est *enim.* Vide ad xxxvi. 12. § 8. *Agimus duo quorum* Lov. 5. Vide ad xxxvi. 43. § 11. Deinde *quorum maxime interest pacem esse, qui quodcumque,* bis copulativa ommissa, Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Paullo ante *vos autem ante omnia* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. a. 1535. Vide ad xxi. 40. § 11.

§ 10 *Quod ad me attinet, jam ætas senem*] Put. Reg. Men. Voss. *Quod ad me attinebat.* J. F. Gron. *Adtinebat* etiam Lov. 1. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. Tum *vocula jam* non exstat in Voss. Lov. 1. 4. Harl. Hafn. et Hav. Insuper *ætate senem* Hafn.

Jam secundæ, jam adversæ ita erudierunt] Pall. 1. 2. *ita fraudaverunt.* Forte leg. *ita formaverunt.* Pal. 3. *jam secundæ res ita erudierunt.* Gebhard. *Fraudaverunt* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. a m. sec. Hafn. et Hav. *erudiverunt* Lov. 5.

§ 11 *Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna numquam decepit*] Pal. 1. *repugnet, quem f. n. decipit.* Pal. 2. *metuo ne temere in incerta casuum te impellat, quem fort. nunq. decepit.* Gebhard. *Repugnet* etiam Voss. Lov. 1. 2. et Harl.

§ 12 *Quod ego fui ad Trasimenum,*

ad Cannas, id tu hodie es] Pall. 1. et 3. *ad Tras. et ad Cannas.* Gebh. *Ad Tras. et ad Cannas* etiam Lov. 5. Male. Vide ad xxxviii. 18. § 12. Ultima *vocula es* non adparet in Voss. Cant. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav. Elegans autem est *quod et id, pro qui et is, vel qualis et talis.* Vide Burn. ad Ovid. Her. xviii. 153. et ad Phædr. v. 10. 9. ut et, quem ibi laudat, Heinsium ad Ov. Her. xii. 31.

§ 13 *Patris et patruī persecutus mortem, et calamitate vestræ domus decus, &c. cepisti*] Legendum *ex cal. vestræ domus*, ut restat in Pall. 2. 3. nec non vet. ed. Pal. vero *pr. secururus*, aut tale aliquid; nam exstat tantum *surus: fortunam patris et patruī ibi pers. mortem ad calamitatem vestræ domus decus insigne virtutis pietatisque eximiam cepisti.* Gebh. Vitium recentissimarum: nam superiores, et codex Pet. et duo Pall. *ex calamitate. Reg. at calamitatem. Men. et calamitatem. Put. ad calamitate.* Scribe *Patris et patruī persecutus mortem ab calamitate vestræ domus decus insigne virtutis pietatisque eximiam cepisti.* J. F. Gron. *Sed patris et patruī tui persecutus mortem* Hav. et Brauc. Latinii. Sed frustra. *Voculam sed* sæpius connectendo sensui librarios addidisse, vidimus ad vi. 32. § 8. *Patris et patruī ibi persecutus mortem* Lov. 1. 2. et Voss. *ibi* etiam addidit Harl. Deinde *et calamitate* primum adparuit in ed. Francof. a. 1588. *ex calamitate* Lov. 3. 4. 5. Ber. et Harl. *ad calamitatem* Lov. 1. 2. et Harl. *a calamitate* Hav. *ab calamitate*, nisi fallant excerpta, Voss.

Amissas Hispanias recuperasti] Put. *reciperasti.* J. F. Gron. Ita et in Voss. ac Lov. 2. fuisse videtur. Vide ad vii. 18. § 1. Præterea *amissam Hispaniam* Lov. 1. 2. Harl. et Hearnii N. Non sequor. Supra xxviii. 18. 'Non, quomodo Hispaniæ amissæ sint, quærendum magis Karthaginienis esse: ' ubi vide Gronov. l. xxxi. c. 28. ' Prætoribus in Hispanias octona mil-

lia peditum socium ac Latini nominis data:’ ubi etiam male plures codd. in Hispania.

§ 14 *Consul creatus, quum*] In his verbis incomparabilis ille Puteanorum codex finitur, magno nostro et Livii damno. Jam ad reliqua spissius, et non ita bonis tibicinibus fulti secedemus. *J. F. Gron.*

Binis eadem hora captis simul incensisque castris] Voss. *captis sum̄ olim incensisque*, et ad marginem *summa vi*. *J. F. Gron.* Simul deest in Hav. Ejus loco *summa* præfert Lov. 1. *summa vi* Lov. 5. Paulo ante ad *tutandum Italianam* Ber. Vide ad XL. 49. § 1. *Ad tutendam Italianam* Lov. 3. Vide ad v. 32. § 4. et XXVIII. 20. § 1. Mox *jam* non adparet in Lov. 5. Deinde *harentem in possessionem Italiae*, pro *in possessione*, Voss. Lov. 1. et Harl. Vide ad II. 14. § 4.

§ 15 *Potest victoriam malle, quam pacem, animus*] Pall. 1. 2. *Post vict., inquam, malle*. Gebh. Voss. duo Pall. Men. *Potest vict., inquam, malle*. Latet aliquid. Forte *victoriam ambiguum*. *J. F. Gron.* *Post vict. in quam malle* Harl. *Post vict. in qua male* Lov. 1. *Post vict. in qua malit* Lov. 2. *Propter vict., inquam, malle* Gaertn. *Postea vict., inquires, mallet* Ber. a. m. sec. *Potius vict., inquam, malle* Hav. *Potest vict., inquam, malle* Lov. 4. et edd. antiqq. usque ad Frob. 1535. quæ prima omisit. Jac. Periz. ad marginem Livii conjecit *τὸ inquam* ex sequenti *quam* natum, et hinc recte sublatum esse. Contra Nic. Heinš. ad Vell. Pat. 1. 17. 5. tantquam genuinum tuetur, ac docet, historicos aliosque scriptores orationi longius extensæ aut repetitæ sive iisdem, sive aliis, sed similibus, verbis *τὸ inquam* interjicere, ut, quod dicitur, serio dictum adpareat: hæc autem referenda esse ad illud, quod parvo intervallo præcesserat: ‘Tuam et adolescentiam et perpetuam felicitatem, ferociora utraque, quam quietis opus

est consiliis, metuo.’ Eandem itaque lectionem reduxi.

Novi vobis spiritus magis magnos, quam utiles] Pall. 1. ac 2. abjudicant *τὸ vobis*. At Pal. 3. *animus nobis spe magnus magis, quam utilis*. Gebhard. Voss. tres Pall. Pet. Men. nesciunt *τὸ vobis*. Et satis intelligitur, ut in illo Silli XI. 170. ‘Novi Diis animos similes et pectora magnis Numquam angusta malis.’ *J. F. Gron.* Soli meorum Ber. et Gaertn. illud *vobis* servant. Inter reliquos, quamvis in aliis mutantes, id tamen convenit, *vobis* a mala manu esse. Omnino igitur hoc prætextu inivitis libris servari nequit, ut clarior sit oratio. Eandem enim ob causam pleræque scribarum glossæ similiter probandæ erunt. Mox in sequentibus *τὸ et* non adparet in Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Deinde § seq. *Dei*, pro *Dii*, Lov. 5. et Hav. Vide ad XXXIV. 5. § 10.

§ 17 *Ac jam prope scandentem mænia Romana videras*] Pal. 1. *positis signu inferentem ad mænia Rom. hic cernas*. Pal. 2. *positis signa inferentem ac prope scandentem mænia Romana videras, hic cernas*. Gebh. Sic III. 67. ‘Æsquillas quidem ab hoste prope captas, et scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submovit.’ At hic *Romæ* Gruteri, opinor, est ex ed. ultima: reliquum primus apud me Gryphius. Andreas et omnes ad Saverter. et Froben. *vestram positis signa inferentem ad mænia Romana videras*. Neque aliter Pet. Reg. Men. Pal. Voss. nisi quod omnes damnant *τὸ videras*. Pal. alius *positis signa inferentem ac prope scandentem mænia Romana videras*. Ex tali aliquo videtur formatum, quod vulgatur. Sed tota illa lacinia suspecta est, tamquam assuta ab aliquo, cui non placebat ‘signa ferri ad mænia.’ Retineo omnem membranarum scripturam. Nec opus *τῶ videras*, quippe quod sufficit intelligi ex sequentibus ‘hic cernis.’ *J. F. Gron.* Quod vulgo editur, *positis, ac*

jam prope scandentem mœnia Romana videras, primum occurrit non apud Gryphium, sed ante eum apud Froben. 1535. Bas. 1539. et Vascos. Verum id in nullo apud me cod. exstat. *positis, ac signa inferentem ad mœnia Romana videras*, ut præferunt edd. vett. est in solo Ber. *positis, signa inferentem ac prope scandentem mœnia Romana* obferunt Lov. 2. 3. Hearnii N. et Victor. apud Crevier. *positis, signa inferentem ac prope scandentem mœnia Romana videras* Lov. 4. *positis, signa inferentem ad mœnia Romana videras* Gaertn. *positis, signa inferentem ad mœnia Romana* Lov. 1. 5. Harl. et Hav. *signa inferentem, pro ac prope scandentem*, etiam in Cant. legi, ex excerptis ejus didici: *scandentem prope mœnia Romana* Livio non indignum esse consentio: ne tamen a manu ejus profectum credam, efficiunt codd. quorum plerique *signa inferentem ad mœnia Romana* probant, quidam cum altera lectione conjungunt. Jam autem, etiam hanc locutionem Livianam esse, negari nequit. ‘Inferre signa’ innumeris locis apud Livium occurrit. Vide l. III. capp. 60. et 70. l. IV. capp. 18. 33. 47. IX. 32. x. 29. XXXIII. 36. et aliis locis. ‘Inferre signa trepidantibus’ III. 18. ‘Inferre signa in aliquem’ VI. 29. XXII. 29. XXVI. 6. Sed plane, ut hoc loco, VI. 28. ‘Raptim agmine acto, pervastatis protinus agris, ad portam Collinam signa intulere.’ An pondus huic lectioni addere potest, quod hoc cap. præcessit, ‘In portis vestris prope ac mœnibus signa armaque hostium vidistis?’ Verum etiam vocem *videras*, quæ in tribus tantum levioris auctoritatis codd. superest, Gronov. adsensus, eam ex sequenti repeti posse, inducendam existimo. Eandem abesse posse, judicavit quoque Dukerus ad Flori II. 7. § 8. Codicum itaque scripturam revocavi.

Hic cernas, duobus fortissimis viris, scatribus clarissimis imperatoribus] Tres

fratres amiserat Hannibal, Hasdrubalem, Magonem, Hannonemque. Quod autem hic duos duntaxat numeret, cum oratorie sua augere incommoda vellet, in causa fuisse puto, vel quod Hanno inter duces numerari non debuerit, vel quod Livius hic alios authores sit secutus, de quibus quidem ipse superius quoque admonuit, post equitatum Carthaginiensium occisum, non ita longe a fine prioris libri c. 35. *Glarean.* Per Hannonem Hannibalis fratrem Glareanus intellexisse videtur Hannonem Hamilcaris filium, a Livio memoratum XXI. 34. Eum autem ideo forte inter duces non numeravit, quia exercitum duxisse non legitur, sed tantum in locum alterius Hannonis, cujus mors refertur ibid. c. 29. equitum præfectus fuit, ut Livio priori loco narrat. Verum, si hæc ratio non satisfacit, vide an ideo tantum duorum fratrum bello amissorum meminerit, quod tertium Magonem obiisse nondum audivisset. Is enim eodem tempore, quo frater Hannibal, evocatus ex Italia, dum classe in Africam trajicit, ex vulnere in itinere mortuus est, ac naves vi tempestatis in alto disjectæ sunt. Vide xxx. 19. Ceterum *cernas* omnes mei cum priscis edd. cujus loco Froben. 1531. *cernis* dedit, quod nunc obtinet.

§ 18 *Tibi ampla ac speciosa danti est pax]* *Jam apta ac speciosa* Cant. Voss. Lov. 2. et Hav. *tibi apta ac speciosa* Lov. 1. *jam acta ac speciosa* Harl. Mox § seq. *in Deorum potestate est, pro manu*, Hearnii D. quod ex glossa natum puto. Verbum *est* non adparet in Harl.

§ 21 *Utrinque ferrum, corpora humana erunt]* Eliminat Pal. 1. τὸ *ferrum*. Pal. 2. vero geminat τὸ *utrinque*. Gebh. *Utrinque humana erunt*, reliquis onmissis, Lov. 2. *Utrinque corpora humana erunt* Cant. Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Hav. *Utrinque ferrum et corpora humana erunt* Lov. 3.

§ 21 *Si prælio vincas, gloria adjece-*

ris] Vulgata lectio hæret quoque in vet. ed. Sed Pal. 1. *si prælio vincens gloriæ adjeceris, quantum si quid adversi evenierit.* Pall. 2. ac 3. *si prælio vincis, gloriæ adjeceris, quantum si quid adversi eveniet.* Gebliard. Quasi ante oculos habuisset illud Ciceronis de Provinc. Consular. c. 14. 'Si denique timeret casum aliquem, qui illi tantum addere jam non potest, quantum auferre.' J. F. Gron. *Si prælio vincens* Lov. 5. Harl. et Hav. *si prælio vincens* Lov. 1. *si prælio vincis* Lov. 4. *si prælio vinceres* Voss. *si prælio viceris* Lov. 2. Deinde *ademeris* non adparet in Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Hinc *adversus adveniat* Hav. Mox *perperam fortuna vertere*, pro *ertere*, Pal. 3. Vide Gebliard. ad c. 32. § 4.

§ 23 M. *Attilius quondam in hac eadem terra fuisse fertur, qui sic victor pacem petentibus abnuvit*] Alii legunt *si victor pacem petentibus dedisset*. Sane Polyb. 1. 31. vehementer Attilii in hostes victos duritiam increpat, meritoque ipsius accidisse ait postea insignem illam calamitatem. *Glar.* Et sic *fuisset, si victor pacem petentibus dedisset patribus nostris* primus mecum Gryphius. Andreas et priores, *fuisse fertur, quasi victor pacem petentibus patribus nostris abnuvit: sed non statuendo.* Voss. Pal. Men. *fuisse fertur, qui si victor pacem petentibus abnuvit non statuendo.* Quibus etiam detrahendum aliquid, nempe *fuisse fertur*: tantum abest, ut addendum quidquam existimem, ut fuerit, *Inter pauca felicitatis virtutisque exemplum M. Attilius quondam in hac eadem terra, quasi victor, pacem petentibus abnuvit: non statuendo.* J. F. Gronovius. Lectio, quæ nunc vulgatur, primum inveni in Froben. 1535. hinc Basil. 1539. tum Vascos. et ita demum ap. Gryph. Ea in nullo apud me cod. superest, nisi forte in Cant. et Lov. 3. ex quibus nihil in excerptis notari video. Se etiam illam in Reg. inve-

nisse, Crevier. monuit. *Fuisse fertur, qui si victor pacem petentibus abnuvit dedisset, non statuendo* Lov. 4. *fuisse fertur, qui si victor pacem petentibus abnuvit patribus nostris, non statuendo* Ber. Neque aliter Gaertn. nisi quod *fuisse ferunt, et patribus nostris abnuvit alio ordine legat: fuisse fertur, quasi victor pacem petentibus patribus nostris abnuvit, sed non statuendo*, ut Gronov. in primis edd. esse monuit, Hearnii N. *fuisse fertur, qui si victor pacem petentibus abnuvit, non statuendo* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. Similiter Harl. nisi quod vocem *fertur* omittat. M. *Attilium quondam in hac eadem terra fuisse ferunt, qui si victor pacem petentibus non abnuvit, non statuendo* Lov. 5. *fuisse fertur, qui si victor etiam in Brancal. se vidisse Latinus testatur.* Crevier. vulgatum servat, in eo solo inde discedens, quod particulam *sed*, quam Reg. non agnoscit, et Livius sæpe gaudet supprimere, rejiciendam censeat. Forte integriores codd. aliunde investigati veriolem lectionem doceant. Credere enim nequeo, vulgatum genuinum esse. Quid enim? an M. Attilius felicitatis virtutisque exemplum tantum *in hac eadem terra*, et non ubique, *fuisset*? Quanto melius *fuisset, si transpositis vocibus dedisset, quondam fuisset, si in hac eadem terra victor?*

Non statuendo tandem felicitati modum] Vox *tandem* in Mss. non apparet. Jac. Gron. Præterquam in Cantabr. quem Jac. Gronov. consuluit, vox *tandem* etiam deest in Lov. 4. et Reg. apud Crevier. Ejus loco *tñ*, id est *tantum*, præferunt Lov. 1. 2. 3. Solent hæ voces commutari. Vide ad III. 46. § 1. IX. 12. § 6. et alibi. *Tamen* Voss. Lov. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Vide ad XXI. 2. § 11. Quam lectionem ex tribus suis probat Crevier.

§ 24 *Qui nobismet ipsis multam inrogemus*] Lege *nobismet ipsi*, ut est in Regio. Sumpsit hunc sensum ab Herodoto in Calliopa de Mantinensibus

cap. 76. *Μαθόντες δὲ ὅτι ὑστερον ἤκουσι τῆς συμβολῆς, συμφορὴν ἐποιοῦντο μεγάλην, ἄξιοί τε ἔφασαν εἶναι σφέας ζημιῶσαι.* J. F. Gron. *Nobismet ipsi etiam Victorin. apud Crevier. Vide ad II. 19. § 5.*

§ 25 *Non recusamus, quin omnia, propter quæ bellum initum est, vestra sint.] Pal. 2. Qui non recusamus, quin omnia, a vobis parata post bellum initum, vestra sint. Pal. 3. quin omnia, propter quæ ad bellum initum sit, vestra sint. Gebh. Qui non recusamus Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Froben. a. 1535. Deinde ad bellum initum est Rec.*

§ 28 *Non nihil etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat.] Nonnumquam etiam ob hoc Branc. Latini: non nisi etiam ob hec Lov. 2. non nihil etiam ab hoc Harl. et Gaertn. Tum erat in legatione Lov. 5. qui etiam paullo ante uti audio præfert.*

§ 29 *Propter quam petii.] Vet. lib. peto. Sigon. Pal. 3. exhibet propter quam peto. Gebh. Peto etiam Lovel. 4. et Rec. Mox § seq. bellum a me inceptum est Ber. bellum a me conceptum est Gaertn. bellum a me ceptum, omisso τῶ est, Hav. Deinde quoad id ipsi non videre Dei Lov. 1. Voss. et Harl. quoad id ipsi invidere Dei Lov. 4. et 5. quoad ipsi non invidere Dei Ber. et Lov. 3.*

CAP. XXXI. § 1 *Adversus hæc imperator Romanus in hanc fere sententiam respondit.] Ultima vox non est in Ms. Cantabr. teste Wassio ad Sallust. Catil. cap. 35. Non contemnendum esset, si etiam quatuor præcedentes absent, ut in iis quæ ibi ab ipso et Cortio adnotantur, 'ad hoc,' 'ad hæc,' 'ad ea.' Sed Livius, quum dicit 'in hanc sententiam,' 'in hunc modum,' solet addere verbum 'loqui,' vel 'respondere.' Vide III. 66. VI. 40. VII. 30. XXXVIII. 47. Duk. Ad hæc imperator edd. principes, pro quo Frob. 1535. dedit *Adversus hæc.* Recte. VIII. 2.*

'Adversus hæc responsum anceps datum.' xxxv. 50. 'Nec absurde adversus utrosque respondisse visus est.' Pari modo 'respondere contra contumeliam' dixit Cic. de Arusp. Resp. c. 8. 'respondere contra figuras' Quinctil. Instit. lib. IV. p. 794. Deinde respondit in omnibus meis constanter legitur.

Adventus tui spe.] Pal. 1. Non me fallebat, Annibal, habere adventus tui spem Carthag. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. a m. sec. et Hav. habere adventus tui spem, eaque spe præsentem, &c. Hafn.

§ 2 *De conditionibus superioribus pacis omnia subtrahas.] De cond. prioribus pacis Brancal. et Vatic. apud Latinium: de cond. superioris pacis Rec. et Hav. Vide ad I. XXI. c. 60. § 7. Deinde subtrahis Ber. a m. sec. Gaertn. et edd. ante Aldum. Mox § seq. ut tibi curæ est Voss. Lov. 4. et Hav. Ita variant codd. VII. 13. § 8. Similiter eodem lib. c. 35. § 10. opportuna est eruptioni, ut est, pro sicut est, Lov. 2. Hinc sentire perperam omittitur in Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hav. Tandem ne, si quæ tum pepigerunt Voss. et Lov. 5. ne, si quæ tunc pepigerunt Lov. 3. 4. Harl. Ber. a m. sec. et Hav. ne, si qua tum pepigerunt Lov. 2. ne, si quantum pepigerunt Lov. 1.*

§ 4 *Suganti excidium nobis pia ac justa induerunt arma.] Sic et IX. 1. C. Pontius Samnitium dux, 'Justum est bellum,' inquit, 'Samnites, quibus necessarium: et pia arma, quibus nulla, nisi in armis, relinquitur spes.' Sicque dicebant et justum piumque bellum, indictum nempe legitime ob justas causas ex formula, quam habemus apud Livium I. 32. Modius. His plura exempla locutionis 'justum piumque bellum' ex Livio aliisque Modius subjecerat, quæ omittenda duxi, quod commode videri possint apud Briss. de Forn. IV. 344. Excidium hic iterum, invitis omnibus libris, Clericus edidit. Vide ad V. 15.*

§ 9. Miror id etiam adoptasse Crevierium. Paulo ante *ut prosit vobis fraus, petitis* Lov. 3. et Harl. *etiam ut prosit vobis fraus, petitis* Lov. 4. 5. et Hav. *si, ut etiam prosit vobis fraus, petitis* Gaertn. *ut etiam prosit vobis fraus, petistis* Rec. Deinde *facinus bellum* Lov. 1. 2. 3. et Hav. Denique *et tum Mamertinorum* Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. 1535.

§ 5 *Dei testes sunt: qui et illius belli exitum secundum jus fasque dederunt*] Pall. 1. et 2. *ut qui et illius belli exitum sec. justum meritum dederunt.* Gebh. Gronov. in pr. ed. nott. ad h. loc. monet, Reg. Men. Pet. et Pall. duos legere, *testes sunt, ut qui et illius: quod inveni etiam* in Harl. et Gaertn. Jac. Gronovius similiter in Cant. ut monuit ad XLV. 18. § 8. ejusque locutionis alia exempla notavit. Vide eundem ad XXXIX. 31. § 5. J. F. Gron. ad XXV. 23. § 3. et quæ notabo ad XLV. 18. § 8. Vossianus exhibet *testes, ut qui et illius.* Omisso τῶν ut est XXXIX. 36. ‘Dii quoque ipsi comprobaverint, qui nobis victoriam dederunt.’ Deinde *secundum justum meritum dederunt* etiam Voss. Lovel. 2. 3. Harl. et Hav.

§ 6 *Subjecta esse mille casibus scio*] τὸ esse exsulat a Voss. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. Deinde *mille periculis* Lov. 5. quod ex interpretis ingenio ortum reor: *casus fortunæ* Gronov. illustravit cap. præc. § 5.

§ 8 *Manu conserta restituentem ac tergiversantem in Africam traduxerim*] Vet. lib. *attraxerim.* Sigon. Pal. 1. *manu consertum* (Pal. 3. edita) *restituentem ac terg.* in *Africam attraxerim.* Et ita vet. ed. Pal. vero 2. *manu consertum hæsitantem ac terg.* in *Africam astraxerim.* Gebh. Gall. tres Pall. Voss. Buslid. editique ante Moguntinum, *consertum.* Ut videatur respicere illud antiqui fori ‘ex jure manu consertum:’ *attraxerim* autem, quod e suo profert Sigonius, non modo om-

Delph. et Var. Clas.

nium scriptorum est, sed et olim editorum ab Andrea usque ad Froben. Gryphius primus inter meos *traduxerim.* J. F. Gronov. *Manu consertum* Lov. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Similiter etiam in omnibus suis Crevier. invenit, et nihilominus vulgatam lectionem sibi potiorum esse testatur: *manu consertum est Lov. 2. manu consertum sit Lov. 1. Tum resitantem Lov. 1. et Voss. a m. pr. resistentem a m. sec.* quod etiam exstat in Harl. et Hav. *residentem* Lov. 2. et 4. *hæsitantem* Lov. 3. 5. et Hearnii L. 1. Sed *restituentem* præfero. Vide ad x. 19. § 5. Deinde *in Africam adtraxerim* omnes etiam mei, præter Lov. 4. et Rec. *traduxerim* legentes; quæ lectio, antequam eam Gryphius reciperet, jam adparuit in Froben. 1535. Bas. 1539. et Vascos. edd.

§ 9 *Ad ea, in quæ tum pax convenire videbatur, quæ sunt, nosti, mulctæ*] Gall. et Voss. τὸν in tollunt. Putes dictum, ut Terentii in Andria v. 1. 18. ‘Ubi ea causa, quam ob rem hæc faciunt, erit adempta, desinent.’ Quale Virgilio *Æn.* VII. 409. ‘ad muros, quam dicitur urbem.’ Quale Nostri II. 20. ‘suæ cohorti, quam delectam manum:’ ubi vide notas. Deinde, *quæ sunt, nosti*, nusquam. Scripti autem *videbantur, quæ si multas: aut, quasi multas: aut, quæ si multa.* Lege, *Proinde, si quid ad ea, quæ tum pax conventura videbatur, quasi mulcta navium cum comæatu per ind. exp. leg. viol., adjicitur, est, quod ref. ad cons.* J. F. Gron. *Ad ea, quæ tum pax* Lov. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Doujatius, qui τὸν in in nno Reginorum adscriptum invenit, sine ea sententiam stare non posse censebat, quidquid etiam Gronov. contenderet: *Ad eam, quæ tum* Ber. quasi ultima litera τῶν *eam* degenerasset in præpositionem in. Et ita *ad eam, quæ tum pax* dictum foret pro *ad eam pacem, quæ tum: quod, si*

Livius.

in pluribus vel integrioribus codd. reperissem, non displiceret. Alia exempla vide ad XL. 20. § 3. Deinde *quæ si multas*, pro *quæ sint, nosti, muletæ*, legunt Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *quæ si multa* Hav. *quæ sunt multa* Lov. 3. 5. Ber. et Gaertn. *quæ sint multa* Lov. 4. Donjatus legendum conjicit *quasi muletæ navium*, conjungens *si quid quasi muletæ*. Verum ea lectio in nullo cod. obcurrit, ad quorum scripturam propior accedit Gronov. conjectura *quasi muletæ navium*, quam etiam planam, nec fortasse spernendam, haud male Crevier. judicavit.

[*Est, quod referam ad consilium*] Ita legendum docuit Gron. ad XLIV. 2. § 5. eamque lectionem etiam in contextum recepit. Non aliter etiam Mss. et plerique typis descripti usque ad Modium, qui Francofurti a. 1588. edidit *ad concilium*. Verum indicantur duces ac primi ordines, quos summus dux in re gravioris momenti consultabat, qui non ejus *concilium*, sed *consilium* vocantur, ut Gronov. d. l. monnit.

§ 10 *Frustra verba pacata renunciant*] Et neque hoc *pacata* sane intelligo. *Glar.* Si ita legas, nullum sensum, aut certe non commodum, elicias. In vet. lib. aliquot est *frustra verbis pacata renunciant*. Hinc ego ita *frustra verbis tentatum rem nunciant*: id est, de pace verbis frustra agitationem referunt. Annibal enim colloquium petierat Scipionis, quasi fretus eloquentia sua rem peracturus. Hanc lectionem tanto magis probo, quod subjungit *ἀντίθερον* ‘armis decernendum esse.’ *Sigon.* Pall. 1. 3. *frustra verba pacata renunciant*. Pal. 2. *frustra verba peracta renunciant*. Gebh. Reg. *verba pacata renunciant*. Pet. *verba peccata renunciant*. Men. et Voss. *verba precata renunciant*. Pal. *verba peracta renunciant*. Duo alii cum olim editis ut *Regius*. Scribe *frustra verba jactata renunciant*, armis decer-

nendum esse. Vulgata *Sigonii* est. Vide ad XXXVIII. 25. *J. F. Gronov.* *Verba pacata renunciant* Gaertn. Rec. et Hearnii D. *verba renunciant*, ommissa media voce, Hearnii L. 1. *verba temptata renunciant* Hav. et Ber. a m. sec. primigeniæ lectionis vestigiis tanta cura deletis, ut, quid olim scriptum fuerit, videri nequeat. *Verba precata renunciant* Cant. Lov. quinque, Harl. Hearnii N. et vetus cod. apud Pierium ad Maron. *Æn.* VII. 237. qui lectionem illam probare videtur, decens, in colloquiis de pace ‘precarer verba’ dici. Contra *Donjatus* lectionem Pal. 2. *verba peracta renunciant* aliquatenus tolerabilem existimat. At mihi præsertim conjectura Gronov. placebat. Supra 1. 46. ‘Jactari voces a juvene Tarquinio audierat, se injussu populi regnare.’ c. 50. ‘Multa ibi tota die in concilio variis jactata sermonibus erant.’ VIII. 29. ‘Quæ res sicut eo anno sermonibus magis passim hominum jactata, quam in publico nullo concilio est.’ IX. 45. ‘Ob hæc vulgo in conciliis jactata populus Romanus bellum fieri Æquis jussit.’ XXII. 23. ‘Argentumque pro eis debitum, sæpe jactata in senatu re, quoniam non consuluisset Patres, tardius rogaretur.’ *Mox Dei dedissent* Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXIV. 5. § 10.

CAP. XXXII. § 2 *Roma, an Karthago, jura gentibus daret*] Gall. et Voss. *darent*. *J. F. Gronov.* *Darent* etiam Lov. 2. 4. et forte Cant. ex quo nihil notatur, cum Hearnii Oxonn. Quod si placet, *Roma et Karthago*, pro Romanis et Karthaginensibus, tamquam collectiva verbum plurale adsciscunt. Vide ad XXVIII. 19. § 2. Alterum tamen *daret* superest in Voss. a m. sec. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. quod *Crevierus* præfererat, et in contextum revocavit.

[*Quibus adversæ pugna fortuna fuisset*] *Jac. Perizon.* ad marginem *Livii*

conjecit legendum *adversa pugnae fortuna*: quomodo etiam Dnkerns emendabat ad xxv. 40. § 13. ubi eam locutionem aliis exemplis illustravit.

§ 3 *Nam neque Romanis effugium ullum patebat*] Si Mss. quidquam in voce *patebat*, et postea *videbatur* varient, suspicarer hæc, usque ad verba ‘Ad hoc discrimen,’ cum præcedenti oratione obliqua conjungenda, et, quum primum *patere* scriptum, ex eo deinde *patebat* factum fuisset, etiam *videbatur* adjectum esse. Causa suspicionis est, quod Polyb. lib. xv. capp. 10. 11. et Appian. in Punic. p. 23. inter alias adhortationes imperatorum, has quoque referunt, et quod duces iis in adhortando milite sæpe uti leguntur. Vide Liv. l. xxi. capp. 41. 43. 44. Thucyd. vii. 64. Curt. iv. 14. § 7. et alios ibi apud Freinshem. *Duk*.

Et Karthagini, supremo auxilio effuso] *Et Karthaginensibus, supremo auxilio fuso* Branc. Latini, quasi nempe id requireret præcedens ‘Romanis.’ At simili modo Livius variare ubique solet. Vide ad xxxv. 40. § 6. *Ignota auxilio effuso*, mediis omnibus omissis, Voss. Lov. l. 5. et Harl. *ignota terra auxilio effuso* Hav. Reliqui constanter *Karthagini*. Mox iterum Clericus *excidium* contra omnes codd. edidit, quod etiam Crevierius recepit. Vide ad cap. præc. § 4.

§ 4 *Multa ante parta decora aut cumulaturi eo die, aut eversuri*] *Perperam* Pal. 3. *aut effusuri*. Sic paulo ante c. 30. ‘Simul parta ac sperata decora unius horæ fortuna evertere potest:’ ubi et idem *perperam vortere* continet. *Gebh*.

§ 5 *Quum oculis magis, quam ratione, pensarent vires*] *Quam cum ratione* Lov. 2. Rogat autem Crevierius, an igitur, si ratione pensarent vires, non jam ipsis partim læta, partim tristia obcurrerent? Mallet igitur *quum oculis, quam ratione pensarent*. Paulo ante *spes, metus miscbant* Lovel. 2.

Gaertn. et Voss. a m. pr. *spes metusque miscbant* Voss. a m. sec. Lov. 1. et Harl. In sequentibus vero *subjicbant* Lov. 3. 4. et Rec.

§ 6 *In terra Italia res gestas*] Pal. 2. *intra Italiam*. *Gebh*. *Inter Italiam* Harl. *intra Italiam* Voss. Lov. 2. 3. 4. et Hav. sollempni scribarum lapsu. Vide ad xxv. 7. § 4. *In terra Italia* quædam ex vet. edd.

Sua cuique decora, ubi ad insignem alicujus pugnae memoria militem venerat] Silius xvii. 293. ‘Dux vetns armorum, scitusque accendere corda Laudibus,’ &c. *Modius*. Ipse se milites notabili aliqua pugna insignes nosse testatur xxi. 43. ‘Nemo vestrum est, cui non idem ego virtutis spectator ac testis notata temporibus locisque referre sua possim decora.’ *Dukerus*. *Ad insignem alicujus pugnae memoriam militem venerat* Lov. 4. *ad insignem alicujus pugnae memoriam venerat* Hav. *ad insignem alicujus pugnae memoriam milites venerant* Harl. *milites venerant* etiam Lovel. 3.

§ 8 *Liberum fingenti, qua velit flecti, ominatur, quibus quondam, &c.*] Dubium et hoc, ad Hannibalemne referat, an ad Scipionem: suspicor corruptum. *Glar*. Loci hujus obscuritas, quæ magna est, sola verborum interpolatione non levatur solum, sed etiam tollitur. Quomodo autem sit interpretandus, intelligetur, si sensus antea sit patefactus. Scipio, inquit, suis militibus referebat Hispanias victas, et recentia in Africa prælia, et confessionem hostium pacem petentium, ad hoc colloquium Hannibalis in secreto habitum: ac quoniam liberum est fingenti quocunque velit, oratione deduci, ominatur finem hujus belli adesse, quod quibus auspiciis priore bello patres eorum pugnaverint ad Ægates insulas, ea illis hoc tempore in aciem exeuntibus portenderint. Ex quo intelligi potest, verba illa, *liberum fingenti, qua velit, flecti*,

ti; item hæc, *quibus quondam auspiciis*, usque ad 'portendisse Deos,' duplici parentesi esse includenda. Continent enim causam, et cur ominaretur, et cur victoriam ominaretur. Glareanus adeo a vero sensu abhorruit, ut, vox illa *fingenti* ad Scipionem, an ad Annibalem referretur, dubitarit. [Glareanus nihil de tota oratione, quam, ad quid referatur *fingenti*, se dubitare dicit, ut solet.] *Sigon. Lib. xxvi. c. 28.* 'Id crimen adferri, quod, quia testem habere non potuisset, liberius *fingenti* sit.' *Flectit* sensum quidem non omnino incommodum habet, sed non recedendum est a lectione, quam omnium Mss. et edd. esse testatur Hearnius. *Sigonii* duplicem parentesin hic non animadverto. Est tamen aliquid obscuritatis in his, *quibus quondam auspiciis, &c. ea illis, &c. portendisse Deos.* Nam non potest hic suppleri 'auspicia.' *Dii* enim non 'portendunt auspicia,' sed 'portendunt' futura 'auspiciis.' *lib. xxvi. c. 41.* 'Dii auguriis auspiciisque, ac per nocturnos etiam visus omnia læta ac prospera portendunt.' Videtur sermo ellipticus esse, et ita supplendus: ea illis portendisse Deos, quæ quondam portendissent iis auspiciis, quibus patres eorum, &c. *Duk. Qua vult Voss. Lov. 3. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quæ vult Lovel. 1. 4. Harl. et Rec. quo vult Hearnii L. 1. et Branc. Latini.* Deinde Gronovii ediderunt *flectit*, quod Hearnius contra fidem Mss. et aliorum codd. esse fatetur. Id quod de suis Mss. et codd. aliis, id esse edd. dixit, verum esse potest: non tamen ad Mss. et codd. quibus Gronovii usi sunt, extendi potest. Majori enim fide ubique in Livio versati sunt, quam ut, invitis Mss. et edd. non monito lectore, conjecturam suam in contextum reciperent. Certe, si excerptis meis fidem habere possum, *flectit* est in *Cant. Lov. 1. 3. 4. 5. Rec. Ber. et Branc. Latini;* cu-

jus excerptis tamen Hearnius usus est. Ex editis autem eandem lectionem exhibent *Rom. 1472. ac Parm. flectitur* est in *Gaertn. flectito* in *Voss.* Præterea unus etiam *Lov. 2.* neutri lectioni adsensus, hoc monstrum exhibet *vultu dum corde minatur.* Patet igitur ex his, plures meorum codd. *flectit*, quam *flecti*, præferre. Quum autem utrumque commodum sensum recipiat, a lectione Gronoviana recedendi causam non video.

§ 10 *Reditum domum in patriam, ad parentes, liberos, conjuges, Penatesque Deos]* *Pall. 2. ac 3. ad Penates, liberos, conjugesque.* *Gebh.* Ita solus ex meis *Lov. 5.*

§ 11 *Adeo celsus hæc corpore, vultuque ita læto]* Ignorant particulam *Adeo* scripti. *J. F. Gron. Cic. Oratore c. 18.* 'Status erectus et celsus.' Vide *Barthium Advers. XLVIII. 3. Livius VII. 16.* 'Signum poscunt ingenti clamore, celsique et spe haud dubia feroces in prælium vadunt.' Sed hoc etiam de animo dici potest. *Cic. Tusc. v. 14.* 'Qui autem esse poterit celsus et erectus, et ea, quæ homini accidere possunt, omnia parva ducens.' *Duk. Voculam Adeo* in nullo meorum codd. inveni, nisi in *Ber. et Rec.* Superest tamen in *Lov. 5.* verum is vicissim vocem præcedentem *Deos* omittit. Unde conjicio librarios ex voce *Deos* fecisse *Adeo*; illos vero, qui utramque vocem exhibent, duplicem nobis lectionem junxisse. De voce 'celsus' vide ad *Silii XVII. 126.*

CAP. XXXIII. § 1 *Non confertas autem cohortes ante sua quemque signa instruebat, sed, &c.]* *Reg. Men. Voss. quamque*, ut referatur ad *cohortes.* *J. F. Gron. Quamque* etiam habet *Lipsius*, hunc locum laudans de *Mil. Rom. IV. 1.* ubi, itemque *Dial. II. et III.* etiam alia leguntur ad dispositionem aciei *Scipionis* pertinentia. Adde *Schelium ad Hygin. p. 1053. Duk. Quemque* ex uno tantum *Lov. 3. lau-*

dant codicum meorum excerpta : *quæque* est in Lov. 1. 2. Harl. et Gaertn. *quamque* in reliquis meis, et Hearnii N. Ceterum Salmas. de Re Milit. Rom. c. 2. p. 1301. carpit Livium, quod ‘cohortes’ hinc distinxerit a ‘manipulis,’ quum apud Polyb. xv. 9. unde Livius sua hausit, *σπειραι*, sive *cohortes*, eadem sint atque *σηματα*, sive *manipuli*. Ad hunc autem errorem committendum inductum fuisse, quod ordinationem aciei, quæ suo tempore recepta erat, confuderit cum Polybiana; quam adsecutus non est, quia vel oblitus fuit, vel ignoravit qualis illa fuerit. Livii autem ætate aciem instructam fuisse per confertas cohortes, quæ quingentis militibus constabant, sine ullis intervallis. Contra Scipionis seculo per cohortes quidem aciem instructam fuisse, sed cohortes illas a manipulis non diversas fuisse, nec plures continuisse, quam centenos et vicenos milites; ipsosque manipulos, sive ordines, aliquantum inter se distantes conlocatos fuisse. Hanc accusationem aliquo modo repetiit Keuchen. ad Front. Str. II. 3. 16. Verum defensionem Livii pluribus suscepit Tennul. qui ad d. loc. Frontini late videndus est.

Quo elephantum hostium accepti] *Acti* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. a m. sec. Hafn. et Hav. Quod defendere videtur locus infra hoc cap. ‘Paucæ tamen bestiarum intrepidæ in hostem actæ:’ et Front. loc. laud. ‘Manipulis inter se distantibus spatium dedit, per quod elephantum ab hostibus acti facile transmitti possent.’ Contra vulgatum tuetur locus cap. seq. ‘Non tamen ita percussos iratosque in aciem accepere.’

§ 2 *Quæstoris extra sortem*] Hæc gesta sunt a. 1011. Anno priore quæstor Scipionis fuerat M. Porcius Cato. Præfectus classis et, quod ex hoc loco liquet, legatus C. Lælius, l. xxix. c. 25. Catonem probabile est exacto anno quæsturæ Romam redi-

isse, et Scipioni petenti a senatu datum, ut Lælium sibi amicissimum extra sortem quæstorem haberet, quum Cato nequaquam pro necessitudine sortis cum eo vixisset, ut scribit Cornel. Nep. in Caton. c. 1. Nam quemadmodum præsidēs provinciarum, sic etiam quæstores non semper provincias sortitos, sed interdum lege aut senatusconsulto extra ordinem eas accepisse, docent Sigon. de Ant. Jure Provinc. II. 3. et Manut. ad Cic. ad Fam. II. 19. Quamquam autem nihil in Livio est, unde colligi possit, Lælium, postquam cum Scipione in Africam venit, quæsturæ petendæ causa Romam profectum, tamen vel hoc factum oportuit, vel dicendum est, eum absentem quæstorem factum, ut hoc bello sæpe alios absentes magistratus creatos legimus. *Duk.*

§ 3 *Ea tunc levis armatura erat*] Vide Lipsium de Milit. Rom. III. 4. *Duk.*

Aut post rectos refugerent ordines] *Post in rectos* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. *post irrectos* Lov. 3. *post irrectos* Hav. et Brancal. Latini: *aut ad postremos refugerent ordines* Hafn. *Mox discursu applicante signis* Voss. Lov. 1. Harl. et Brancal. Latini: *discursu explicante signis* Lov. 2.

§ 4 *Ad terrorem primum elephantos, &c. instruxit*] *Primos* Cantabrigiensis, etsi solus, quod scio, veram tamen Livii manum prodens, laud dubie. Sic xxv. 27. nunc edidimus ex Mss. et monente patris manu, ‘ubi prima tranquillitas maris in altum evexisset:’ vulgo *primum*. Sic xxxi. 45. ‘Ubi prima tranquillitas data est.’ xxiv. 47. ‘Eos primos Pæni hosti opposuerunt.’ *Jac. Gron.* Eandem lectionem Crevier. in Reg. invenit. Infra xxxiv. 14. ‘Equites primos ab utroque cornu in pugnam educit:’ ubi plura vide.

§ 6 *Modico inde intervallo*] Edit. principes, cum cod. Ber. mediam vocem ignorant. Aldus postea dedit *deinde*, consentientibus Voss. Lov. 1.

2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. Ejus loco tandem Gronov. inde substituit.

Discedentem ex Italia secuti] instruxit] Decedentem Voss. Lovel. 2. 3. 5. Rec. Ber. a m. sec. (tota vox deerat a m. pr.) et Hav. quod etiam Crevierius in duobus Mss. invenit. Tot igitur testibus fidem habens id probavi. Vide ad Epit. Liv. l. xxx. Præterea, *instruxit* vel hoc loco, vel § 4. recidendum, judicat Crevierius, quod semel subficiat. In codd. nihil opis est. Vide ad § 9. Mox § seq. *Equitatum et ipsum*, pro *etiam*, Voss. Lov. 4. 5. et Gaertn. Vide ad xxii. 47. § 9. *Equitatum et ipse* Lov. 1. 2. Harl. et Hav. et *ipse*, nimirum quemadmodum Scipionem fecisse modo indicatum erat.

§ 8 *Non lingua, non mores, non lex] Cantabrig. Voss. Gud. non mos.* De aliis scriptis non habeo affirmare. Hic tamen numerus mutari temere non debuit. xxviii. 12. 'Quibus non lex, non mos, non lingua communis.' Cicero Offic. iii. 17. 'Neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri.' Jac. Gron. *Non mos* Lov. quinque, Harl. Rec. Hearnii L. 1. ac N. et quatuor codd. Crevierii, qui recte hanc lectionem probavit, ac recepit. Polyb. xi. 17. *Οἷς οὐ νόμος, οὐκ ἔθος, οὐ λόγος, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἦν κοινὸν ἐκ φύσεως πρὸς ἀλλήλους.* Silius xvi. 19. 'tot dissona lingua Agmina, barbarico tot discordantia ritu Corda virum mansere gradu.'

§ 9 *Galli proprio atque insito in Romanos odii] Sic et apud Justinum xi. 9.* Magnus Alexander 'circumvectus suos, singulas gentes diversa oratione alloquitur:' nam 'Illyrios,' inquit, 'et Thracas opum ac divitiarum ostentatione, Græcos veterum bellorum memoria internecivique cum Persis odii accendebat. Macedones autem nunc Europæ victæ admonet, nunc Asiæ expetitæ, nec inventos illis toto orbe pares viros gloriatur.' Modius.

Deductis ex asperrimis montibus, in spem victoriæ ostentantur] Deductis ex asperis montibus ostenduntur, reliquis ommissis, Hav. *ostenduntur* antem probari posset, quia non modo præcessit, sed et mox sequitur 'ostentatur.' Solent autem librarii has voces confundere. Vide ad xxviii. 3. § 11. At unum hunc testem audire periculosius arbitror: præsertim quum Livius paucis interjectis eadem verba repetere solitus fuerit. Vide ad i. 3. § 9. Et ita ferri potest τὸ *instruxit*; de quo vide ad § 6.

§ 11 *Liberi cum parentibus, conjuges pavidæ, aut excidium] Conjugesque pavidæ, aut Cant. conjuges pavidæ, et aut* Lov. 5. Præterea iterum *excidium* Clericus contra libros scriptos. Vide ad v. 15. § 9. Similiter etiam Crevierius edidit. Mox *in metu aut in spe medium* Lov. 3. et 4. *in metu* etiam Voss. et Harl. Hinc *ostendantur* idem Harl. *ostentantur* Voss. et Lov. 5. quod referri potest ad omnia præcedentia 'mœnia patriæ, Dii Penates,' &c. Sed reliqui vulgatum tulerunt.

§ 12 *Quum maxime hæc imperator apud Karthaginenses, duces suarum] Locus leniter literis, et distinctione prorsus enervatus.* In Pet. Reg. Men. Voss. est *inter immixtos alienigenis.* Lib. xxvi. c. 37. 'Carthaginenses Romanique pariter variis casibus immixti.' xxvii. 18. 'Turba calorum immixta armatis.' Reliqua adjuti a Freinshemio ad Curtii iii. 10. § 4. sic constitimus: *Quum maxime hæc imp. apud Carth., duces suarum gentium inter pop., plerique per interpr. inter imm. al., agerent.* Intellige duces suarum gentium, Mauros Maurorum, Hispanos Hispanorum, Gallos Gallorum, Macedonas Macedonum: quæ cohortes, manipuli, legiones quum non sinceræ omnino essent, sed permixtæ varia nationum colluvie, nonnulli duces ex his, quæ apud suos vernaculo sermone pronunciabant,

per interpretes cæteris indicabant. J. F. Gron. *Inter immixtos*, vel *interim mixtos*, Cant. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Hav. Pleraque pars reliquorum cum editis *intermixtos*, vel *inter mixtos*. Deinde *pleraque*, ut ante Gronov. edebatur, omnes mei; eamque scripturam defendit Crevierius. Milii Gronov. vel Freinsh. conjectura *plerique* non displicet. Cur enim duces *per interpretes*, nisi quia eorum sermonem immixti alienigenæ non intelligebant? ergo non ‘pleraque,’ sed ‘omnia’ per interpretes. Id autem non ‘omnibus’ ducibus, sed ‘plerisque’ tantum facere necesse erat, sub quorum ductu nempe immixti alienigenæ erant. Denique *ageret* etiam omnes mei. Sed hic cum Crevier. *agerent* a Freinsh. et Gron. restitutum probo. Non tamen per omnia Freinshemio adsentitur Gronovius. Nam et legendum putavit *duces variarum gentium*, et *inter mistos alienigenas*: quorum etiam neutrum necessarium est, præsertim invitis Mss.

Tubæ cornuaque ab Romanis eccine-runt] Polyb. xv. 12. Ἄμα τῷ πανταχόθεν σάλπιγγας καὶ τὰς βυκάνας ἀναβοῆσαι. Et Appianus Ponic. p. 23. Ἀννίβας μὲν σάλπιγγων κατάρξας, Σκίπιων δὲ ἀντηχεῖν κελεύσας. Sigon.

§ 13 *Ut elephantī in suos*, &c. *verterent*] Aut ex vet. lib. *verterentur* est legendum, aut *verterent* pro *verterentur* accipiendum. Sic enim Polybius ibid. τινὰ μὲν διαταραχθέντα τῶν θηρίων, ὄρμησε παλίσυστα κατὰ τῶν βεβοθηκότων ἐν Καρχηδονίοις Νομάδων. Sigon. ‘*Vertere*’ sæpe a Livio passivè usurpārī, vidimus ad II. 62. § 2. Hic tamen *verterentur* cum Sigon. codice legendum puto. Eadem enim lectio superest non tantum in Branc. Latini, sed et in omnibus meis; nisi quod *verteretur* sit in Lov. 4. *converteret* in Ber. *verteret* demum adparnit in Froben. a. 1535. priores typis descripti legunt *converterentur*.

§ 14 *Pauca tamen bestiarum intrepidæ in hostem actæ*] *Intrepide* ed. Mog. quod tantopere Aldo placuit, ut, quum in contextu *intrepidæ* edidisset, postea in erratis *intrepide* emendari jussisset. Verrum sensus Livii non est, elephantos *intrepide* actos fuisse; ita enim *intrepide* referendum foret ad milites Pœnos, qui eas agebant; sed potius elephantos *intrepidus*, et pugnæ incipientium clamore non perterritos fuisse. Recte igitur Savet. a. 1529. præeam scripturam *intrepidæ* revocavit, eamque recentiores retinuerunt.

§ 15 *In ancipites ad ictum utrimque conjiciebant hastas*] In prima hoc invenio Parisina Saveterii 1529. Omnes priores ab Andrea ad Juntam 1522. *in eas ancipites*, ut et nonnulli scripti: quasi referri velint ‘ad bestias.’ Vossianus, Reginus, et alii ignorant. Cæterum vir nobilissimus et eruditissimus hic *ancipites hastas* dici censet, non quod in summo et imo cuspidem haberent, ut hastæ equestres, sed quod propter levitatem etiam retrorsum, dextrorsum, sinistrorsum, nullo negotio possent conjici, quum pila aliaque graviora tela non sine nisu et conversione totius corporis recte contorqueri possent. Ego, si putarem sic locutum Livium, neutram interpretationem admitterem, sed explicarem, ‘ab utroque missas latere.’ Ut paullo ante: ‘Viam, qua irruerent in ancipitia tela, belluis darent.’ xxxvii. II. ‘Armatis duobus agminibus ad promontoria, quæ cornibus objectis ab alto portum faciunt, ducit, inde facile telis ancipitibus hostem summoturus.’ Sed dixit ‘ancipites ad ictum’ elephantos, id est, ab ambobus lateribus infestatos, auxios, et quo se verterent nescios. Virgilius in Æn. v. 654. ‘At matres, primo ancipites, oculisque malignis Ambiguæ.’ ‘Anceps’ utrimque sese eodem modo habens, hinc et illinc capitatum, in utramque partem idem,

sive ob naturam rei, sive ob ingenium loci, sive ob effectum. Sic ‘anceps Janus’ Ovidio Met. xiv. 334. ‘ancipitia munimenta’ Nostro v. 1. in quibus hæsit Glareanus: ‘anceps prælinm’ eodem libro capp. 8. 13. 41. et sexto c. 33. ‘Quum anceps hostis et a fronte et a tergo urgeret.’ ‘Ancipiti malo’ permotum dicit Sallustius Ciceronem Catil. c. 29. quod et in urbe et extra portas erat. ‘Anceps odium’ transfugarum Livius xxvii. 17. tam apud illos quibus accedunt, quam apud illos quos deserunt. ‘Ancipitem pestem,’ hinc incendium, hinc hostem xxxv. 27. Sic ‘ancipites arces’ Claudiano vindicavimus, quæ tantum metus et periculi, quantum præsidii præstant. Ut Noster de elephantis [immo curribus falcatis] xxxvii. 41. ‘Quam anceps esset auxilii genus.’ Et ‘ancipitem fungum’ in Satira legimus, quem verendum est, ne noceat: atque adeo ‘cibus anceps’ Plinii xxi. 23. Sic nunc hic Livius. ‘Velites,’ qui compleverant intervalla inter manipulos, actis eodem elephantis locum dantes, et ‘resilientes ad manipulos, utrimque:’ ab dextra scilicet lævave, ‘jaciebant hastas:’ quo, quæso? ‘in ancipites ad ictum,’ utrimque expositos et patentes ad telorum ictum elephantos. J. F. Gronov. Hæc recte disputantur adversus eruditissimum Schellium ad Polyb. c. 14. Duk. In eas ancipites Ber. Gaertn. et Hearnii N. cum edd. antiqq. pro quo non Saveter. sed jam ante enim Aldus in erratis, Colon. 1525. et Cervic. in ancipites dederunt: quomodo ex meis legunt Lov. quinque, Harl. et Hearnii L. 1. et D. Gronovius in eos ancipites edidit; et ita etiam locum laudavit xxvi. 46. ubi ‘ancipites utrimque ictus’ illustravit. Unde tamen hanc lectionem hauserit, monere neglexit. Tò eos Crevier. quia in suis non invenit, delevit: cujus judicium probo.

§ 16 *Addit percussis terrorem*] *Ad didit* Voss. Lov. 2. 4. Ber. et Hav. Vide ad ii. 24. § 6. An vero hoc petitum ex § 13. ubi contra *Addit* Lov. 4. Panllo ante in suos, dextrum cornu ipsorum Karthaginiensium Rec.

CAP. xxxiv. § 1 *Utrimque equite nudata erat Punica acies*] *Nudata utrimque equite erat Punica acies.* Gebh. *Utrimque nudata equite erat* Hav. *Utrimque nudaque erat* Lov. 4. *Utrimque nudata erat equite* Lov. 4.

Ad hoc, dictu parva, sed magni eadem in re gerenda momenti res] Pal. 1. *sed magna eadem in regenda momenta.* Et ita ferme Pal. 2. nisi quod in re gerenda. Pal. 3. vero *nec spe, nec viribus, at occiditur parva, sed magna eadem in regenda momenta.* Gebh. Reg. Men. Voss. et a m. pr. Pet. tum tres Pall. τῶν res deficiuntur. Nec dubito, quin sit a sarcinatoribus. Nam τὸ parva refertur numero plurali ad omnia quæ sequuntur, ‘clamor, voces, pugna stabilis, concursatio et velocitas.’ Prorsus eodem modo, ut xxiv. 5. ‘Hunc tam superbium apparatus habitumque convenientes sequebantur contentus omnium hominum, superbæ aures,’ &c. ubi pares correctores τὸ mores, quod nullis est in bonis codd. inseruerunt. Nec siebo tamen, eosdem scriptos libros habere hic *magna momenta*, si cui forte potius id placeat. J. F. Gronov. Unus tantum meorum Gaertn. τὸ res agnoscit; reliqui eam vocem una cum Hearnii L. 1. spernunt, et insuper tum hi, tum ille *magna momenta* præferunt. Vocem res sæpe perperam interpolatam esse, vidimus ad ii. 18. § 2. ubi Gronov. jam hunc locum sibi suspectum esse monnerat. Contra Crevierius, licet vox illa nec in suis Mss. supersit, eandem tamen retinendam putat, quia congruens quidem clamor, ac dissonæ voces res parvæ in pugna dici possunt, non tamen idem pronunciare licet de pugna stabili, concursatione et velocitate

militum. At observandum, illa non tantum 'parva dictu,' sed simul etiam 'magni in re gerenda momenti' vocari. Præterea si vocem *res servas, rã parva dictu, sed magni eadem momenti res* non tantum congruentem clamorem ac dissonas voces, verum etiam pugnam stabilem ac concursationem et velocitatem continebunt, ubi eadem ipsi restabit difficultas, quam movit, si *res expungeretur.*

Congruens clamor a Romanis, &c.] Livium imitatum esse Polyb. xv. 14. monnit Victor. Var. Lect. x. 4.

§ 2 *Concursatio et velocitas illinc major]* Pal. 2. *illis major.* Pal. 3. *illic major.* Igitur primo impetu. Gebh. *Illic major* etiam Lov. 3. 4. et Harl. Vide ad XL. 11. § 3. *Illius major* Gaertn.

§ 3 *Ala deinde et umbonibus pulsantes]* Parum refert: tamen Regius *umbone.* Men. Voss. Pal. *umboni.* Martial. Epigr. III. 16. 'In turbam incidetis; cunctos umbone repellet.' J. F. Gron. *Umbone* Hav. *umboni* Lov. 1. 2. et Hearnii N. Supra IX. 41. 'Umbonibus incussaque ala sternuntur hostes:' unde parum interesse, *umbone*, an *umbonibus* legatur, recte monuit Crevier. Paulo ante *movere loco hostium aciem Romana* Lov. 2. 4. et Voss. a m. pr. *movit a m. sec. moverit loco hostium aciem Romana* Lov. 1. loco exsulat a Cant. Mox § seq. *quod ipsis, pro quod ipsum,* Hav. et Branc. Latini.

§ 5 *Apud hostes, auxiliares cedentes secunda acies, Afri et Karthaginienses, adeo non sustinebant]* At apud hostes Lov. 3. Sed vocula illa nata videtur ex ultimis literis vocis præced. Vide ad XXII. 2. § 3. Tum *secunda acies (Afri et Karthaginienses erant) adeo non sustinebant* Hav. *acies* autem cum verbo plurali poni, vidimus ad XXVII. 12. § 15. At reliqui vulgatum teneant. Mox *resistentes pertinaciter primo cædendo* Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harl. et Hav. *resistentes pertinaciter*

primis cedentibus Hafn. Ber. a m. sec. et Branc. Latini.

§ 6 *Et, in suos reversi]* Pal. 1. *reversi.* Gebh. Pariter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. sed indocto librarii errore. Cap. præc. 'Tantusque clamor ortus, ut elephantum in suos vertentur.'

§ 8 *Sed, densatis ordinibus, in cornua vacuumque circa campum extra prælium eiecere]* Pall. 1. et 2. *sed datis ordinibus.* Pal. 3. *sed densatis ord. et in cornua vacuumque circa campum extra in prælium eiecere.* Pall. 1. et 2. *eiecere.* Gebh. *Sed datis ordinibus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. *sed coactis ordinibus* Hav. Liv. XXXIII. 8. 'Simul et densari ordines jussit.'

Ne pavidos fuga vulneribusque milites in certam et integram] Pal. 1. *ne pavidos fuga vuln. milites in cæteram int. aciem miscerent.* Pal. 2. *eicere pavidos fuga et vulneribus milites in certam et int. aciem miscerent.* Gebh. Voss. *pavido, &c. milite in cæteram.* Men. quoque et Pall. *in cæteram.* Egregie Reg. *ne pavidos fuga vulneribusque milite sinceram et int. aciem miscerent.* J. F. Gron. *Certam in int. aciem* Lov. 3. *in cæteram int. aciem* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Hafn. et Hav. *in int. aciem* Harl. Lectionem, quam Gronov. ex Reg. probavit, veram pnto.

§ 9 *Tanta strages hominum armorumque locum, &c. compleverat]* Pal. 1. *tanta strage hom. armorumque locum, in quo stet. paullo ante aux., compleverant.* Illud armorum vitiosum est, cætera alioqui scriptura tolerabilis, quæ in prisca ed. etiam locum habet. Mox eadem ed. et Pall. 1. ac 2. *per confertissimos hostes.* Gebh. Pal. 1. per omnia concinit Lov. 2. *strage et compleverant* etiam legunt Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edil. ante Frob. 1535. *Compleverant* etiam Voss. et Lov. 4. Liv. IX. 41. 'Jam strage hominum armorumque insignium campi repleti.' XXX. 6. 'Ambusti homines jumenta que fœda

primum fuga, dein strage obruerant itinera portarum.' Paulo post *per confertissimos hostes* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. eædem.

§ 10 *Itaque, qui primi erant, hastati, per cumulos corporum armorumque et labem sanguinis*] Melius vulgata lectione Pal. 1. nec non vetus ed. *Itaque, qui primi fuerant, hast., per cum. corp. armorumque et tubem* (Pal. 1. *tabes*) *sanguinis, qua* (Pal. 1. *quam*, id est, *ὡς δύναντον*) *quisque poterat, sequentes hostem.* Quid enim hic agit vulgatum *armorum*? Dixit enim paullo ante Livius, 'Strages hominum armorumque.' Dein non capio *labem sanguinis*. Pal. 2. scripturam quoque annotabo: *Itaque primi, qui erant hast., per cum. corp. armorumque et tabes sanguinis, qua q. pot., seq. hostem, et signa et ord. confugerunt.* Pal. 3. parum differt. Gebh. *Qui primi fuerant, hastati* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *qui primi fuerunt, hastati* edd. vett. pro quo Froben. 1535. dedit *erant.* Deinde *corporum armorumque*, pro quo Gronov. etiam in pr. ed. nott. ex Pall. Reg. Men. et edd. Andreaea et Aldina *armorumque* substituit, in edd. Gruteri ex operarum lapsu inrupisse videtur. Omnes enim, non tantum edd. priores, sed et codd. recte *armorumque*. Insuper *labemque* ex eadem Frobenii ed. in recentiores propagatum est, idque retinent Lov. 4. 5. et Hearnii D. Sollemani errore. Vide ad xxxix. 9. § 1. *Tabesque* Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. J. F. Gronovius *tabemque* restituit, quod veteres ante Froben. typis excusi similiter exhibent. *Tabes* sæpe ponitur pro *tabo*. Infra xli. 21. 'Cadavera intacta a canibus et vulturibus *tabes* absumebat.' Vide ad iv. 30. § 9. et Nic. Heins. ad Sillii iii. 312. qui et 'tabem' pro menstruo sanguine sexus muliebris poni docet ad Ovid. Her. ix. 111. Videtur hic 'tabes sangui-

nis' notare lubricitatem ex sanguine profuso ortam: *ὑλισθος* vocatur Polyb. xv. 14. quod tamen Casaub. 'labes sanguinis' reddit, vitiosas Livii edd. secutus. Similiter 'tabes' de nive liquescente, et hinc lubrica, habuimus xxi. 36. § 6. ubi vide. Tandem *quam quisque* Harl. sed præstat *qua*.

Fluctuare cæperant, vagam ante se cernentes aciem] Scripti *fluctuari cæp., vagam ante se cernendo aciem.* Vide Observ. iv. 6. J. F. Gron. *Fluctuari*, solo excepto Ber. omnes mei, cum Hearnii L. 1. et N. Vide ad xxxvi. 10. § 4. Deinde *cernentes* Voss. Lov. 1. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii N. *cernentium* Lov. 2. Reliqui *cernendo*. Paulo ante *principium*, pro *principum*, Voss. a m. pr. et Hav. Vide ad ii. 27. § 12.

§ 11 *Quod Scipio ubi vidit, receptui prope canere hastatis jussit*] Pal. 2. *quod ut Scipio vidit.* Sequitur in Pal. 3. *receptui prope hastatis jussit, et in postremam deductis aciem.* Gebhard. *Prope*, pro *prope*, Voss. Lovel. 1. Harl. et Gaertn. Vide ad xxxix. 31. § 4.

§ 12 *Et magnitudine vel spei vel periculi pares*] *Dispares* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *haud dispares* Voss. in marg.

§ 13 *Sed numero Romanus superior erat, et animo*] Vet. lib. *Sed et numero*, Sigon. Tò et a Sigonio additum respiciunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Vide ad ii. 44. § 3. Posteriorius et exsulat a Cant.

Jam, prima acie pulsa] *Jam, prima acie fusa* Pal. 3. Sic c. 35. Pall. 2. et 3. *fusus per aliquantum spatii*: et statim Pall. 1. ac 2. *Is demum impetus fudit hostes.* Gebh. *Pulsa* hoc loco, et cap. sequentis initio; *pulsos* omnes mei constanter.

CAP. xxxv. § 2 *Is demum impetus percudit hostem*] Apud primum invenio Gryphum. Andreas, *Is demum*

equitum impetus perculit hostem. Et sic omnes deinceps cum ultimis Moguntinis. Aldus, Juntas, Savet. Frobenius, *Is demum impetus impetus fudit hostem.* Idque adferunt scripti. J. F. Gron. Quod Gronov. apud primum invenit Gryphium, primum vulgavit Froben. 1535. et ante Gryphium etiam Bas. 1539. ac Vascos. *Is demum impetus equitum perculit hostem* ex scriptis servant Ber. et Rec. *Is demum impetus fudit hostes* Pall. 1. et 2. teste Gebhardo ad cap. præc. § 13. *Is demum equitum impetus fudit hostem* reliqui meorum Gadd. et Hearnii L. 1. ac N. Paulo ante § præc. *adversam aciem* Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Male. Indicat enim Liv. eos Hannibalis aciem a tergo invasisse. Polyb. xv. 14. effert, ἔν προσπεσόντων τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν κατόπιν qui autem aciem a tergo invadit, in eam ‘aversam,’ non ‘adversam,’ inuenit. Vide ad III. 70. § 4.

Multi circumventi in acie cæsi Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Qui omnes cum Ber. vocem sequentem *multi* non agnoscunt.

§ 3 *Numerus captus est, cum signis militaribus centum triginta tribus, elephantis undecim* Tò est non adparet in Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. Deinde *militaribus CXXXII.* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *militaribus CXXXVII.* Lov. 5. *militaribus XXXII.* Lov. 3. Deinde *elephantis undecim* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. *elephantis ad undecim* Lov. 5.

§ 4 *Victores ad decem millia ceciderunt*] Suspicio legendum *ad duo millia.* Hanc enim edit summam Polyb. xv. 14. Ἔπεσον δὲ τῶν μὲν Ῥωμαίων ὑπὲρ τοῦς χιλίους πεντακόσιους. Idem autem prope est *supra mille quingentos et ad duo millia.* Ita etiam Appian. Sigon. Pal. 1. *Victores* (superscriptum *Victores*) *ad X. ceciderunt.* Vet. ed.

ad X. millia. Pal. 3. *Victores ad mille et C. ceciderunt.* Gebh. *Ad decem, vel ad X. vel ad X. cecidere* omnes mei. Appian. auctore in Pun. p. 27. Ἀπέθανον Ῥωμαίων δισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι.

Omnia et prælio, et ante aciem, priusquam excederet pugna, expertus] Libb. omnes et *in prælio.* Nam sequitur et *ante aciem.* Gebh. Si hic tria tempora designantur, *ante aciem* non potest aliud esse, quam priusquam concurrerent acies, quum singulari arte aciem instruxit, et omnia ut prudens et rei militaris peritus dux fecit atque ordinavit. Sed ita repetita *copula et priusquam excederet pugna, vel mutato situ verborum ante aciem, et in prælio, et priusquam excederet pugna* scribendum foret. Duk. *Omnia et prælio* error est edd. Gruteri, quem Gronovius emendavit. Omnes priores *omnia et in prælio*: neque aliter scripti, nisi quod *omnia etiam prælio* legat Gaertn. Ceterum Polyb. id exprimit xv. 15. Πάντα τὰ δυνατὰ ποιήσας κατὰ τὸν κίνδυνον, ὅσα τὸν ἀγαθὸν ἔδει στρατηγὸν, καὶ πολλῶν ἤδη πραγμάτων πείραν εἰληφότα. Duorum tantum temporum meminit Oros. IV. 19. ‘Hannibal omnia et ante prælium et in prælio expertus, cum paucis, hoc est vix quatuor, equitibus inter tumultum elapsus, Adrumetum confugit.’ Quæ verba ex his Livii expressa esse, nemo non videt. An igitur, ordine verborum mutato, legendum? *omnia et ante aciem, et in prælio, priusquam excederet pugna, expertus.*

§ 5 *Omniunq[ue] peritorum militiæ, illam laudem adeptus*] *Peritorum militum omnem, vel et omnem, illam laudem adeptus* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *omnem illam laudem* etiam Cant. Mox § seq. *in fronte, neglecta media voce,* Lovel. 1. Deinde *prohiberent* Lov. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§ 7 *Homines mixti conclutione omnium gentium*] Pall. tres, et vet. ed. *homines mixti ex conclutione omnium gentium.*

Gebh. Lectio hæc demum adparuit in Frob. 1535. antea edebatur *ex colluvione*, quod firmant Lov. 5. Rec. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et apud Gronov. in pr. ed. nott. omnes Gall. et Pall. quo adludunt Voss. Lov. 1. 4. et Harl. *et colluvione* legentes: utraque lectione juncta *et ex colluvione* exhibet Lov. 3. Priscam igitur scripturam redxii. Livius enim ita loqui solet. Supra xxii. 43. 'Novaque consilia in dies apud milites mixtos ex conluvione omnium gentium oriebantur.' xxvi. 40. 'Quatuor millia hominum erant, mixti ex omni conluvione.' xxviii. 12. 'Bellum gereret exercitu non suo civili, sed mixto ex conluvione omnium gentium.'

§ 8 *Primum ardorem hostium*] Vet. lib. *primum ardorem atque impetum hostium*. Sigon. Ita non tantum omnes scripti, quos consulni, sed etiam vet. edd. Voces autem *atque inpetum* primus omiserat Frob. 1535. hinc Bas. 1539. tum Vascos. et tandem Gryph. quem mutationis auctorem Gron. ad verba seqq. credebat.

Excipientes fatigarent; ac, si nihil aliud, vulneribus suis ferrum hostile hebetarent] Pall. 1. et 2. *vulneribus suis ferrum hostium hebetarent*. Amplius Pal. 1. *hostium exc. alii missilibus, alii vuln. suis*. Gebh. Et sic [*si nihil aliud, vuln.*] primus mihi Gryphius. Dedit autem etiam *simul primum ardorem hostium excipientes fatigarent, &c.* Sigonius addidit *e scripto atque impetum*. Sed jam olim Andreas et omnes ad postremum Frobenium, *simul primum ardorem atque impetum hostium exc. fatigarent, ac, si nihil aliud, alii missilibus, alii vuln. suis ferrum hostium hebetarent*. A quo hoc uno differunt membranacei, quod ignorant *fatigarent, ac si nihil aliud*. Et exterantur sane, quum nihil sit incommodi prisca in scriptura. Dicit enim Livius auxiliares primos oppositos Romanis, ut alii primum ardo-

rem impetumque hostium, missilibus excipientes, tardarent atque hebetarent, alii vulneribus suis ferrum eorundem obtunderent. Vides idem verbum commode ad utrumque genus referri. Justin. vi. 8. 'Rei quoque publicæ vires hebetatæ sunt.' Josephus lib. xiiii. Καὶ ὁ σίδηρος αὐτοῖς ἡμβλύνθη κτείνουσι, καὶ αἱ χεῖρες παρείθισαν. J. F. Gron. Editionibus antiquissimis, quarum scripturam memoravit Gronov. per omnia adsentitur Ber. *excipientes fatigarent alii missilibus, alii vulneribus* Lov. 1. 4. et Gaertn. *excipientes alii missilibus, alii vulneribus* Voss. Lov. 2. 3. 5. Hafn. Harl. Hav. et Hearnii Oxonn. Ita, si nihil aliud obstaret, cum Gronov. legi posse haud diffiteor: ut verbum 'hebetare' duplici sensu accipiendum sit; metaphorico, si jungatur prioribus 'ardorem atque impetum hostium;' proprio, si proximis 'ferrum hostile.' Vide Duker. ad Flori i. 9. § 1. Verum vulgatum contra codd. defendit locus Polyb. quem Livius vertit, xv. 16. Τοὺς δὲ μισθοφόρους προέταξε, καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἔθηκε μετὰ τοῦτους, ἕνεκα τοῦ προεκλύσαι μὲν τῷ κόπῳ τὰ σώματα τῶν πολεμίων, ἀχρεῖῶσαι δὲ τὰς ἀκμὰς τῶν ὕπλων διὰ τὸ πλῆθος τῶν φονευμένων. Ex quo eodem loco, et auctoritate Msti Regii probæ notæ, qui vulgatum servat, nihil mutandum esse vidit Crevier. Similiter nihil ex Cant. notari in excerptis video: quare et eum pro vulgato stetisse verisimile est. Liviana etiam est locutio 'si nihil aliud, ferrum hebetarent.' Ita ii. 43. 'Nec illos periculum cogere potuit, gradum adcelerare, aut, si nihil aliud, instare instructis.' xxii. 29. 'Si nihil aliud, gratorum nobis certe animorum gloriam dies hæc dedit.' xlv. 37. 'Non triumphum impedire debuit, quem, si nihil aliud, senatus justum esse judicaverat.' Præterea *ferrum hostium* Cant. Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante

Frob. 1535.

§ 9 *Incertos socii an hostes essent*] Verba hæc ita capi possent, ipsos Italicos incertos fuisse, utrum sibi expediret esse sociis an hostibus Karthaginensium. Potius tamen est ut credamus, ipsum Hannibalem incertum fuisse, quo loco habendi forent, pro sociisne an pro hostibus. Eo sensu 'incertus' xxvii. 37. 'Is quoque incertus, mas an femina esset, natus erat.' xxxi. 12. 'In Sabinis incertus infans natus, masculus an femina esset.' 'Incertus' igitur hic non est, qui ipse est incertus, qui dubitat, verum de quo alii sunt incerti, de quo dubitatur. Passive itaque 'incertus' emendandum, de quo vide quæ notavi ad Silii ii. 98. Si cui tamen hæc explicatio minus placet, videat an cum viro docto *incertum* legere malit: quam locutionem exposui ad viii. 17. § 10. Quibus addi potest Freinshem. in Indic. Flor. voce 'Dubium.' Omnes tamen codd. constanter *incertos* legunt. Paulo ante τὸ ἐσσετ non agnoscunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav. a quibus iisdem, ut et a Cant. exsulant voces *intervallo quoque dixerunt*.

§ 10 *Quum Adrumetum refugisset*] Comparet in Pal. 2. *perfugisset*: in Pal. 3. *fugisset*. Gebh. *Profugisset* Lov. 1. *perfugisset* Voss. Lov. 2. 3. Ber. et Gaertn. cum edd. ante Frob. a. 1535. Ut supra hoc cap. 'Hannibal, cum paucis equitibus inter tumultum elapsus, Adrumetum perfugit.' Unde forte hic ita datum. Mox *aditusque Karthaginem*, ommissa media voce, Lov. 3. *aditusque in Karthaginem* Harl. Vide ad x. 20. § 6.

§ 11 *Nec spem salutis alibi, quam in pace impetranda, esse*] Pal. 3. *quam in pace perpetrata esse*. Pal. 2. *quam in pace impetrata esse*. Pal. 1. *quam in pace esse impetranda*. Gebh. *In pace impetrata esse* Lov. 3. *in pace esse impetrandum* Harl. *in pace esse impetranda* Lov. 1. 2. 5. et Hav. *in pace impe-*

tranda, omisso τὸ ἐσσε, Cant. Omnia hæc verba desunt in Hearnii L. 1. Paulo ante *non praelio modo se esse, sed bello victum*, inserta voce, Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

CAP. XXXVI. § 2 *P. Lentulum*] Mendose ita vocari pro *Cn.* putat Pighius ad a. 101. p. 224. et a. 1011. p. 231. *J. F. Gron.* Prævit ei Sigonius ad xxix. 38. et xxx. 1. Nimirum quia 'Cn. Cornelius Lentulus' a. 1011. ædilis curulis fuit xxix. 11. et a. 1011. consul, consequens esse putarunt, eum, qui a. 101. prætor Sardiniam provinciam habuit xxix. 38. et xxx. 1. non *P.* sed *Cn. Lentulum* fuisse. Sed neque postea, qui ædiles curules fuerant, post biennium prætores fiebant; et ea ætate, qua nondum latæ erant leges Annales, non modo ex ædilitate curuli, verum etiam ex quæstura gradum ad consulatum fieri potuisse, notum est. Præterea ex ipso Livio satis probabiliter colligi potest, *Lentulum* illum, qui a. 101. prætor fuit, a. 1011. consulem non fuisse. *Lentulum*, quem a. 101. prætorem Sardiniam provinciam habuisse dixi, eandem a. 101. pro prætore obtinuisse, non obscure significat Livius xxx. 27. Nam quum ibi exposuisset, quæ quibus consulibus et prætoribus illius anni provinciæ evenissent, addit, 'ceteris ita, uti quisque obtinebant provincias exercitusque, prorogata imperia:?' nomine 'ceterorum' enim etiam 'Lentulum,' cui anno priore Sardinia provincia fuerat, contineri, ex eo apertum est, quod xxx. 41. in verbis a. 1011. scribit, 'legio una M. Fabio (prætori) in Sardiniam, quam P. Lentulus (Cn. Lentulus rursus ex conjectura Pighius in a. 1011. Sigonius intactum præterit) pro prætore habuisset, decernitur.' Non potest ergo Lentulus ille, qui a. 101. prætor, et anno sequente pro prætore Sardinie præfuit, a. 1011. consul fuisse; nisi fingamus, ei ante tempus de provincia

decedendi, et consulatus petendi causa Romam veniendi potestatem factam, vel absentem consulem creatum fuisse. Sed quum nihil omnino sit, quo hæc conjectura firmari possit, non satis justa causa est, prænomen illis omnibus locis, quibus eum *P. Lentulum* vocant libri Livii, mutandi. *Duk. Cn. Lentulus* etiam Perizon. ad marginem Livii scribendum monuit. Verum, quum codd. et hic, et xxix. 38. § 4. ac xxx. 1. § 9. vel vulgatum servant, vel certe Sigonio et Pighio non faveant, tanti ponderis Dukeri argumenta putavi, ut non tantum hoc loco nihil mutarim, sed et præscam lectionem illis locis restituere.

Centum onerariis, omni genere commeatu ad Uticam accessisse] Pall. 2. ac 3. *Uticam accessisse*. Gebh. *Uticam accessisse*, omissa præpositione ad, etiam Lov. 4. Hinc *onerariis navibus* Ber. et Gaertn. cum edd. Froh. a. 1535. prioribus. Sed insiticia hac voce nihil opus esse, patet ex illis quæ dicta sunt ad xxv. 27. § 12. Deinde *cum omni genere commeatu* Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. principes. Primus Froben. a. 1535. præpositionem omisit, quam loco, unde injuste pulsa est, restitui. Supra hoc lib. c. 24. 'Centum onerariæ naves cum commeatu in Africam transmiserunt.' xxxv. 43. 'Ducentæ onerariæ cum omnis generis commeatu bellicoque alio adparatu sequebantur.'

§ 3 *Admovendum igitur undique terrorem*] *Utique terrorem* Lov. 1. Vide ad xl. 19. § 7.

Misso Lælio Romam cum victoriæ nuncio] Non ita multo post cap. 38. ait, L. Veturium Philonem, et M. Martinum Rallam, et L. Scipionem cum legatis Carthaginiensibus Romam missos; Veturium item postea c. 40. in concionem prodire a senatu jussum, gaudium illud ingens populo

impertisse. Opinor itaque rursus Livium memoria lapsum. *Clar.* Appianus in Punic. p. 26. Καὶ τοὺς ἐπιφανεῖς τῶν αἰχμαλώτων ἔπεμπε, καὶ Λαίλιον ἐξαγγέλλοντα περὶ νίκης ἐπὶ νεῶν. Glareanus Livium hoc loco sui oblitum putat, quod Lælium Romam miserit victoriam nunciaturum, cum paulo post tres legati mittantur. *Sigon.* Delendum omnino est illud cum. Quis enim credet, id venisse a Livio, quem videas scribere xxvi. 51. 'Scipio Lælium, data quinquereme, captivisque in navem impositis, nuncium victoriæ Romam mittit.' xxviii. 17. 'L. Scipio cum multis nobilibus captivis nuncios receptæ Hispaniæ Romam est missus.' ix. 36. 'Legati cum duobus tribunis, lætati serius se, quam ut impedire bellum possent, venisse, nuncios victoriæ Romam revertuntur.' xxxvi. 20. 'Eo gravis vulneribus Alexander Acarnan nuncius adversæ pugnæ quam perfugisset.' xliv. 32. 'Anicius, bello perfecto, nuncium victoriæ Perpernam Romam misit;' et c. 45. 'Consul nunciis victoriæ Q. Fabio filio, L. Lentulo, et Q. Metello cum literis Romam missis,' &c. Denique vi. 22. 'Literæ Romam ad senatum cum victoriæ nunciis aciores in Prænestinum hostem missæ.' *Jac. Gron.*

Cn. Octavium terrestri itinere] Prænomen non est in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. *C. Octavium* peperam legit Lov. 4. Mox τὸ *veterem* exsulat a Lov. 5. Tandem *portum Carthaginiis petiit*, pro *petit*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froh. a. 1535. Vide ad xxxvii. 45. § 2.

§ 6 *Ut Tunetem venirent*] Scripti et hic, et mox *Tunetam*. Suspicio *Tuneta*, ut alibi quoque. *J. F. Gron. Tunetam*, vel *Tinetam*, plerique meorum hic et mox. *Tinetum* Lov. 1. *Uticam* Lov. 2. sed tantum hoc loco. *Tuneta*, ut Gronov. conjecit, utrobique Ber. Supra c. 9. 'Occupat re-

lictum fuga custodum Tuneta.' c. 16. 'Ipse ad Tuneta rursus castra refert.' Vide Cellar. Geogr. Antiq. IV. 4. p. 99.

Ipsæ ad contemplandum situm Karthaginis] Alii *ab contemplato situ* emendarunt: et sensus utcumque constat. Cæterum nulla apposita causa, quod Scipionem Uticam redire, revocato etiam Octavio, facit, rursusque redire Tuneta, suspicionem ingerit, hunc locum defectum esse. *Glur.* Pall. tres, et antiq. ed. *ad contemplandum Carthaginis situm.* Gebhard. Mss. *ad contemplandum situm.* Forte *ab contemplando situ Karthaginis.* Sic enim malle interdum veteres, quam *contemplando situm*, sæpè diximus. *J. F. Gron.* *Ad contemplandum situm Karthaginis* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. pr. pro quo Frob. a. 1531. *ab contemplato situ Karthaginis* substituit: *ad complendum Karthaginis situm* Cant. *ipse contemplatus situm* Lov. 3. et 4. Si quis Gronovii conjecturam malit, de genere locutionis plura videre potest ad 1. 53. § 3.

Non tam noscendi in præsentia, quam terrendi hostis causa] *Pet. Reg. Men.* *quam deprimendi hostis causa.* Lib. III. c. 65. 'Equari velle simulando ita se quisque extollat, ut deprimat alium.' XXXVII. 53. 'Alios nimium deprimatis ex sociis vestris, alios præter modum extollatis.' Seneca de Vita Beat. c. 22. 'Cum in hac unum genus virtutis sit, non inclinari, nec deprimi.' Florns IV. 4. 'Ad deprimendum juveum palam arma moliri.' *J. F. Gron.* *Deprimendi hostis causa* omnes mei præter Ber. Gaertn. et Rec. qui *terrendi*, ac Lov. 3. et 4. qui *deterrendi* præferunt. *Deprimendi* etiam Hearnii L. 1.

§ 8 *Pars exercitus cum omni equitatu missa turmalibus primis in agmine adgressa Numidas*] *Vet. lib. turmalibus primum agmen aggressa, Numidas.* Sigon. Pal. 1. et antiq. ed. *Saturna-*

libus primis agmen aggressa. Pal. 2. *missa turmalibus primis agmen aggressu Numidarum.* Pal. 3. *missa Saturnalibus primis in agmine aggressa.* Gebh. Antea legebatur *primis*, leviori corruptione, quam lectionem servat unus ex Pal. et sic ab Ascensio sive Bechario edd. ad Sigonium, qui addidit vulnere vulnus, scribendo *primum*. Nam *Pet. Reg. Men.* duo Pall. *Barberin.* optimi *Florent. Voss. Pars exercitus cum omni equitatu Saturnalibus primis agmen aggressa, Numidas levi certamine fudit.* *Andreas, Tarvis.* duæ *Venetæ* voce auctiores *equitatu missu Saturnalibus primis agmen.* Sed hæc aliunde, non ab Livio est. *Saturnalibus primis* nihil aliud est, quam designatio temporis et diei, quo ea pugna pugnata. Sic auctor de Bello Hispan. c. 31. 'Ita ipsis Liberalibus fusi fugatique non superfuissent, nisi in eum locum confugissent, ex quo erant egressi.' Cicero ad Att. v. 20. 'Saturnalibus mane se mihi Pindenissæ dederunt.' *Plutarchus Pompeio* p. 637. *Χειμῶνος δὲ τὴν στρατείαν ἐν τῇ χώρᾳ καταλαβόντος, καὶ τῆς Κρουκῆς ἑορτῆς τοῖς Ῥωμαίοις καθηκούσης.* Saturnalia mense Decembri erant plusculorum dierum: ex his primus dicebatur 'prima Saturnalia,' vel 'Kalendæ Saturnales,' ut ex Livio et Statio *Silv.* I. 6. observamus; alter 'secunda Saturnalia;' hunc sequens 'tertia Saturnalia.' Cic. ad Att. XIII. ep. ultima, 'Cum secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi venisset.' *Læpis vetus apud Gruter.* CXXIV. I. IN. SATURNALIA. SECUNDA. MAG. ANNVVM. INSTITVERVNT. Iterum Cicero *ibid.* 'Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad horam septimam.' ad Att. v. 20. 'Mancipia veniant Saturnalibus tertiis.' Sic quia quinque quatuor plures erant dies, Noster XLIV. 20. 'Legati ex Macedonia Quinquatribus ultimis venerunt.' In lapide veteri errat *Gutherius*; qui, cum simplicem et veram sententiam in

promptu haberet, ad aliam divertit, et 'secunda Saturnalia' nobis facit eadem, quæ Matronalia, incidentia in Kalendas Martias, de Jure Pontif. III. 14. hoc est, in lapidem impingere, quam enim interpretari, mavult. Abutitur in eam rem verbis Martialis Epigr. v. 85. 'Scis certe, puto, vestra jam venire Saturnalia, Martias Kalendas.' Atqui certum est, Matronalia non nisi per *κατάχρησιν* vocari 'Saturnalia matronarum,' quod, sicut Saturnalibus munera viris, ita matronis mittebantur Kalendis Martiis, sive Matronalibus. Quod si omnino alia Saturnalia Kalendis Martiis fuissent, 'prima' utique hæc, aut potius 'priora,' si Latine loqui volumus, non 'secunda,' dicenda fuissent. Ut 'Vinalia priora,' 'Vinalia altera' in veteri Kalendario notantur. Cæterum circa id tempus post tot annos finitum iri bellum Punicum secundum, ejus rei omen datum paullo post principium narratur XXII. 1. 'Postremo Decembri jam mense ad ædem Saturni Romæ immolatum est, lectisterniumque imperatum, (lectum senatores straverunt,) et convivium publicum, ac per urbem Saturnalia diem ac noctem clamata.' J. F. Gron. *Equitatu missa turmalibus primis agmen aggressa Numidarum* Lov. 3. quomodo etiam ante Ascens. editum est Venet. a. 1495. et 1506. Neque aliter est in Hafn. et Hav. nisi quod vocem *missa* ignorent. Deinde *in agmine* dedit Froben. 1535. *equitatu missa Saturnalibus primis agmen aggressa Numidarum* Gaertn. et Rec. a quibus in eo tantum differt Ber. quod *aggressa agmen* alio ordine præferat. *Equitatu satervallibus primis agmen aggressa Numidarum* Lov. 5. *equitatu Saturnalibus primis agmen aggressa Numidarum* reliqui mei, nisi quod *Numidarum agmen aggressa* sit in Lov. 4. *agmen aggressa Numidas* in Lov. 2. *equitatu missa Saturnalibus primis* Hearnii D. *equitatu Saturnalibus pri-*

mis ejusdem L. 1.

Exitu quoque fugæ intercluso] Ed. Francof. 1578. errore operarum legit *interclusi*, quod reliqui editores servarunt. Gronovius itaque pr. ed. nott. ex omnibus Gall. et Pall. ut et edd. Andreanis atque Aldina *intercluso* revocavit. Mox *parte omni circumdatis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. Postea Froben. 1535. *a parte omni* dedit. Utrumque scriptoribus ac Livio nostro in usu esse, videbimus ad XL. 22. § 8. Vellem itaque hic scriptis adhærere. Præterea ultima Grut. ed. *quingenta millia*, pro XV. *millia*, quod Gron. in pr. ed. nott. ex scriptis et edd. antiqq. revocavit.

Mille et ducenti viri capti sunt, et equi Numidici mille et quingenti] *Et mille ducenti viri* Lov. 3. *et CC. viri* Voss. Lov. 2. 4. Harl. Hav. et Hearnii N. Dein *equi Numidici MD.* Lov. 4. *equi Numidici X.* vel *decem*, Voss. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii N. Voces illæ desunt in Lov. 5.

Signa militaria septuaginta duo] *Scripti duo et LXX.* vel *duo et septuaginta.* J. F. Gron. *Signa*, vel *signa militaria duo et LXX.* vel *duo et septuaginta*, non tantum omnes mei, et Hearnii L. 1. N. ac D. verum etiam omnes typis excusi usque ad ed. Paris. 1573. quæ LXXII. dedit: ejus loco demum ultima Gruteri *septuaginta duo*. Priscam igitur lectionem revocavi. Similiter peccatur cap. seq. § 9.

§ 9 *Multo miserabilis, quam ante, quo magis cogebat fortuna*] Prima vox male deest in Lov. 1. Vide ad 1. 48. § 3. Deinde *quoniam magis* Lov. 5. et Hav. quia magis Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Froben. 1535. Mox *ab recentis memoria perfidiæ* Ber. *ob recentem memoriam perfidiæ* Lov. 3. 4. Vide ad xxvi. 1. § 3.

§ 10 *In consilio quamquam justa ira*]

Ita Gronov. legendum monuit ad XLIV. 2. § 5. quomodo non tantum præferunt edd. Frob. 1535. ac proximæ, sed et omnes scripti præter Gaertn. et Hav. qui *In concilio* dederrunt, quod Bas. 1554. et ex eo tempore reliqui editores usque ad Gronov. perperam admiserunt. *Auditi sunt in concilio. Quamquam* alia interpunctione Lov. 3. et 5. *auditi sunt in concilio. Cum quamquam* Hav. Voces *In concilio* desunt in Lov. 2. et edd. memorata Frobenii antiquioribus.

Obsidio tam munitæ et validæ urbis] Cantabr. Voss. Gnd. *tam munitæ et tam validæ.* Jac. Gronov. Lectio, quæ vulgo exstat, primum adparuit in Frob. anni 1535. ed. Cujus loco edd. principes legunt *tam invictæ et tam validæ*, consentientibus Ber. et Gaertn. Aldus deinde dedit *tam munitæ et tam validæ*; quod quum firment Lov. 5. Hav. et omnes Crev. codd. in contextum recepi. Id etiam voluit librarius Harl. qui tamen aberrans *tam munitæ et jam validæ* scripsit. Mox reputaretur Lov. 3. et 4. Vide ad XXXVIII. 40. § 1.

§ 11 *Venturi ad paratam alterius labore ac periculo*] *Futuri ac venturi* Ber. Gaertn. et edd. ante Froben. 1535. Hinc *ad partam* Lov. 2. 3. Ber. a m. sec. et Hav. Vide ad v. 6. § 1. Deinde *labore et periculis* Lov. 5.

CAP. XXXVII. § 3 *Perfugas, fugitivosque, et captivos omnes, et naves rostratas*] Pall. 1. 2. Vet. ed. *et captivos omnes redderent Romanis.* Gebh. Pet. Reg. Men. duo Pall. cum antiquis editis, *et captivos omnibus redderent Romanis, et naves rostratas, præter decem triremes, traderent.* Non est otiosum, sed verum ex Polyb. xv. 18. Τοὺς αἰχμαλώτους καὶ δραπετάς ἐκ παντὸς ἀποδοῦναι τοῦ χρόνου τὰ μακρὰ πλοῖα παραδοῦναι πάντα, πλὴν δέκα τριηρῶν. Lib. XXXIII. c. 30. 'Captivos transfugasque reddere Philippum Romanis, et naves omnes tectas tradere.'

Delph. et Var. Clas.

XXXVIII. 38. 'Servos seu fugitivos, seu bello captos, seu qui liber captus aut transfuga erit, reddito Romanis sociisque. Elefantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito et naves longas.' *J. F. Gron.* Hic etiam Frob. ed. an. 1535. prima omisit voces *redderent Romanis*, quæ supersunt non tantum in prioribus impressis, sed et in omnibus scriptis meis, et Hearnii L. 1. et N. solo ejus D. dissentiente.

Naves rostratas, præter decem triremes, traderent] Polyb. xv. 18. τὰ μακρὰ πλοῖα παραδοῦναι πάντα, πλὴν δέκα τριηρῶν. Vertit hoc loco Livius naves longas 'rostratas,' ut paullo post ait c. 43. 'Naves longas, elefantos, perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt.' *Sigon.* Navium longarum sive μακρῶν nomine interdum triremes intelligi, interdum quinqueremes, interdum vero ita omnes in genere bellicas naves adpellari, docet Scheff. de Milit. Nav. II. 2. p. 64. 65. et 96. Τὸ decem expellunt Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Hav. et edd. antiqq. quod Froben. 1535. recte recepit, ut ex laudato Polybii loco patet.

§ 4 *Bellum neve in Africa, neve extra Africam, injussu populi Romani gererent*] Polyb. xv. 18. Πόλεμον μηδὲν τῶν ἔξω τῆς Λιβύης ἐπιφέρειν καθόλου, μηδὲ τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ χωρὶς τῆς Ῥωμαίων γνώμης. Non rectehæc verba Polybii Livium Latine reddidisse, recte observat Barbeyrac. in Supplem. Corpor. Diplom. tom. I. part. I. p. 344. Polybii enim sensum esse, Karthaginiensibus non permitti, ut alieni extra Africam bellum inferant; sed, alieni in Africa, ita permitti, si consentiret populus Romanus: Livium vero hoc discrimen inter habitantem in Africa vel extracam neglexisse.

§ 5 *Donec ab Roma legati redissent*] Pall. 1. et 2. *donec legati ab Roma venissent.* Gebh. *Ab Romanis*

Livius.

30 D

legati redissent Lov. 3. et Hav. *ab Romanis legati venissent* Voss. Lov. 2. Harl. et Gaertn. *donec ab Roma legati venissent* Lov. 1. 4. 5. Ber. et edd. ante Frob. 1535. quæ *redissent* prima dedit, pro quo Heinsius apud Elzevir. *rediissent*. Alterum itaque reduxi. Vide ad VIII. 26. § 6. Polyb. id exprimit xv. 18. μέχρι δὲ ἐκ Ῥώμης ἀντιφωνήθη τι κατὰ τὰς συνθήκας. Mox vox *quinquaginta* exsulabat a Voss. Lovel. 1. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N.

§ 6 *Obsides centum arbitratu Scipionis darent*] Lib. xxxii. non ita longe ab initio (c. 2.) satis apparet, hunc locum numero imminutum, aut alterum corruptum. Nam eo in loco centum redduntur; reliqui autem, qui adhuc retinebantur, ab Norba Signinum Ferentinumque transierunt, ut legati Carthaginensium a senatu Romano impetraverant. *Glar. Mallem centum quinquaginta*, ut ait Appianus Punic. p. 31. Δώσετε ἡμῖν αὐτίκα ὕμνηρα πενήκοντα καὶ ἑκατὸν παῖδας, οὓς ἂν αὐτὸς ἐπιλέξωμαι. Cur malim, hæc causa est, quia xxxii. 2. ita scribit: ‘Petentibus Carthaginensibus, ut, si jam videretur senatui, obsides sibi redderentur, centum redditi obsides: de ceteris, si in fide permanerent, spes facta.’ Quibus verbis satis ostenditur, plures, quam centum, esse traditos. Quamquam hoc loco Polyb. xv. 18. centum tantum et ipse edit: Ὅμηρους δοῦναι πέντε χάριν ἑκατὸν, οὓς ἂν προγράψαι τῶν νέων ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, μὴ νεωτέρους τεσσαράρων καὶ δέκα ἐτῶν, μηδὲ πρεσβυτέρους τριάκοντα. *Signon.* Non aliter Pall. omnes, quam *centum*. At *Signonius centum et quinquaginta*. Gebh. In numero etiam nihil mutant mei. An igitur Liv. hic Polybium secutus est, alios vero scriptores xxxii. 2? Centum quinquaginta obsides Appiani huc pertinere nequeant. De his enim addit, *Γενομένων τῶν σπονδῶν, ἀπολήψεσθε τὰ ὕμνηρα*. Præterea quum

centum obsides redditi essent xxxii. 2. adhuc alii centum redduntur xl. 31. Eo autem tempore adhuc quosdam in potestate Romanorum superfuisset inde verisimile fieri potest, quod Livius *centum*, non vero *omnes* vel *reliquos* obsides redditos esse dicat.

§ 7 *Has condiciones legati quum domum ferre jussi*] Vet. lih. *referre*. *Signon.* Pall. duo *referre*. Vet. ed. *referri*. Gebh. *Referri* Voss. Lov. 1. 3. Harl. Ber. et Gaertn. *referre* Lov. 2. 4. 5. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. quas vidi, ante Frob. a. 1535. quam lectionem ex concinentibus suis Crevier. admisit in contextum. Mox *ad dissuadendum pacem* Lov. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. eadem: quam lectionem Gronovius in prima ed. nott. se etiam in Reg. Men. et Pet. invenisse monuit. Denique vocem *eadem* expellunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et eadem iterum edd.

§ 8 *Adreptum Gisgonem manu sua ex superiore loco detraxit*] *Abreptum Gisgonem* Lov. 4. Vide ad xxxii. 48. § 4. *Ex superiori loco* Harl. *superiori loco*, ommissa etiam præpositione, Lov. 5.

§ 9 *Post trigesimum sextum annum redii*] Put. (nam ejus hæc quoque pagina exstat) Pet. Reg. Men. Voss. *post sextum et tricesimum*. J. F. Gron. In Paris. demum ed. 1573. vidi *post XXXVI. annum*: in ultima deinde Gruteri *post trigesimum sextum annum*. Omnes antiquæ edd. *post sextum et tricesimum annum*: quod quum itidem supersit in omnibus membranarum meis, et in Hearnii N. et D. ei in contextu locum dandum judicavi. Vide ad cap. præc. § 8. Mox *prope videor scire*, pro *probe*, Rec. Vide ad xxxvii. 49. § 2.

§ 11 *Neque inquisitio erat facilis. Quum adversantes paci arguerentur*] Videtur dixisse *arguerentur* pro *vincerentur*, aut *compescerentur*. Videndum tamen aut locus habeat, nam mihi qui-

dem suspectus est. *Glarean.* Pal. 1. *nec inquisitio erit facilis aduersantibus paci: placuit.* Neque aliter Pal. 2. stantibus tamen a vulgata Pal. 3. et vet. ed. *Gebh.* Glareanus censet dici *arguerentur* pro *vincerentur*, vel *compescerentur*: videndum tamen ut locus habeat; sibi quidem suspectum esse. Vir doctissimus participium poni pro infinitivo interpretatur: *aduersantes*, hoc est, 'adversari.' Sed recte Glareano suspectus fuit locus: nam omnes scripti Gall. Pall. præter unum, Barberin. Vossianus, optimi Florentini deficiuntur conjunctione *quum*: habent autem *aduersantibus paci qui arguerentur*. Quam scripturam, mutata distinctione, veram esse apparet. *Id omn. max. diff. erat*, inquit Livius, *quod ex navib. per ind. capt. nih. pr. ipsas comp. naves: neque inq. erut facilis, aduersantibus paci, qui arguerentur. Placuit naves reddi, et homines utique inquiri.* Hoc morabatur inducias, quod conditionibus adjeceerat Scipio, 'naves per priores inducias captæ, quæque fuissent in navibus, restituerentur.' Nam eorum omnium nihil comparebat, præter vacnas naves: res varios possessores acceperant, arte tenentes complectentesque prædam. Neque audebant quæstionem instituere ob potentiam eorum et pertinaciam: nam, ut eam eluderent raptores, tendendo contra pacem et incitando populum, totam rempublicam in majus discrimen daturus apparebat: hoc metu sublato, facilius in cætera consensuros. Ergo hujus quoque mali medicinam invenerunt, statuto, ut redderentur ipsæ naves captique homines, res ex ærario præstarentur. Men. codex habebat *paci*: quod posset alicui placere, ut intelligeretur 'inquisitionem.' Sed 'adversor *paci*' non videtur esse stili Liviani. Lib. XLV. c. 28. 'Bonaque eorum, qui interfecti essent, et exsulum, possidere, qui arguebant.' *J. F. Gron. Quum*

aduersantes paci arguerentur Lov. 3. 4. 5. et Rec. *Quum aduersantes paci*, omissa ultima voce, Ber. *aduersantibus paci. Placuit* Vossian. Lov. 1. 2. Gaertn. et Hav. *aduersantibus paci, qui arguerentur. Placuit* Hearnii L. 1. et N.

§ 12 *Atque ita pecunia luere*] *Scripti pecuniam.* Sed potius lege, *cætera, quæ ab., æst. Sc. permitti, ac publica pecunia luere* Carth. J. F. Gron. Crevier. testatur, se *pecunia* in solo invenisse Thuan. *pecuniam* in reliquis. Contra *pecuniam* soli ex meis præferunt Voss. Lov. 2. 3. Harl. alii omnes *pecunia*.

CAP. XXXVIII. § 2 *Viginti quinque millia pondo argenti præsentia*] *Quindecim millia* Rec. et Hav. *Tum in præsentia* Lov. 2. et Hav.

§ 4 *L. Veturius Philo, et M. Marcius Rulla, et L. Scipio*] Prioris legati prænomen est *M.* in Lov. 5. secundi cognomen *Rala* est in Lov. 4. *Rulla* in Lov. 5. *Raleti* in Voss. et Lov. 1. *Talletii* in Lov. 2. totum omittitur in Havek. Tertii prænomen exsulat a Lov. 1. 5. et Harl.

§ 5 *Post eos dies commeatus ex Sicilia*] Ita demum exhibet Gruteri postrema ed. Sed legendum, ut antea vulgabatur, *Per eos dies*. Ita enim omnes scripti mei, et Hearnii L. 1. ac N. Supra III. 29. 'Per eos dies consul Nautius ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat.' VI. 17. 'Per eosdem dies Latinis et HERNICIS tristitia responsa reddita.' XXIV. 38. 'Præsidia Romana ab Siculis circumventa et obpressa sint per hos dies.' XXVI. 11. 'Per eos dies agrum venisse cognitum est.' XLII. 55. 'Per eosdem dies Thessaliam cum exercitu petens.' XLV. 1. 'Per eos dies C. Marcius Figulus prætor Brundisium venit.' Ita 'per illa tempora' pro illis temporibus VI. 1. Et hoc forte sensu ferri potest 'per meridiem profecti' XLII. 61. ubi alia vide.

Ut pro vectura frumentum mercator nautis relinqueret] Voss. *pro veturamentum*. Cantabrig. *pro vectura ventium*. Fortasse *pro vectura mercem*. Quam mercem nihil nisi frumentum fuisse per se patet, quod ex iis insulis solus commeatus iste veniebat. Prorsus ut xxii. 25. Varrone filio patrem usum ait 'institore mercis,' quæ satis intelligitur ex eo quod patrem lanium fuisse præmiserit. Jac. Gron. *Pro veturamentum* Harl. *pro veturamentum* Lov. 1. *pro vectura merita* Lov. 4. Deinde *nautis mercator relinqueret* Lov. 1. 2. 4. 5. et Hav. *mercatores nautis relinquerent* Lov. 3. et Hearnii N. *nautis mercatores relinquerent* Harl. Gaertn. Ber. et edd. ante Frob. 1535. Paulo ante *fecerunt*, *pro effecerunt*, Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. et Gaertn. cum iisdem edd.

§ 7 *Ab Ti. Claudio consule*] Pighius ad an. 1011. p. 228. e vet. lib. legit *pro Ti. Claudio*: nam non apud illum, sed apud senatum fuisse culpam tarditatis, qui, quod Scipionis potius, quam consulis, arbitrium esse, quibus legibus pax daretur, censuerat, eum noluerit classem expedire, et in provinciam ire. Hoc nullam habet rationem. Claudius ipse omnia ideo segniter fecerat, quod se in nullam partem gloriæ finiti se consule belli venturum videbat, quum Patres æquum esse censuissent, Scipionis potius, quam consulis, arbitrio pacem dari. Duk. *Ab*, non *pro*, est in omnibus scriptis, et edd. quas consului. Perperam itaque Gruterus conjecturam Pighii in ultimam ed. recepit, quam recte iterum Jac. Gron. expunxit. *Vox consule* deerat in Hearnii L. 1. Mox τὸ potius in Pal. 2. deesse, quod in omnibus meis comparet, Gebhardus monet ad xxiiii. 9. § 8. Paulo ante § præc. Servillii prænomen M. abest ab Hearnii D. in ejus L. 1. et meo Lov. 5. vocatur C. *Servilius*.

§ 8 *Sub ipsam famam rebellionis*]

Sub ipsa fama rebellionis Ber. et edd. ante Aldum: *sub ipsa rebellionis fama* Lov. 3. Vide ad ii. 55. § 1. *Sub ipsam rebellionis* Voss. a m. pr. *sub ipsam rebellionem* a m. sec. cum Lov. 1. et 2. Paulo ante *Prodigia ergo: nunciata* Lovel. 3. Harl. Ber. Gaertn. et edd. antiqq. cujus loco Frob. 1535. *Prodigia quoque nunciata* vulgavit.

Cumis solis orbis minui visus, et pluit lapideo imbri] Pal. 3. et *plutum lapideo imbre*. Gebh. *Cumis et solis tres orbis adparuerunt, et pluit* Branc. Latini. Voces *minui visus* desunt in Voss. Lovel. 1. Harl. et Hav. *minimi visus* legit Lov. 5. *nimum visus* Gaertn. Orbem solis minui visum etiam inter prodigia refert Liv. xxii. 1. Deinde *impluit* Hav.

§ 9 *In Palatio lapidibus pluit*] *Pluuit* Gaertn. et multæ edd. antiqq. Vide ad i. 31. § 1. *Pluerit* Harl. et Voss. Mox *more patriæ* edd. ante Aldum. Deinde *majoribus hostiis* Lov. 2. et Hav.

§ 10 *Extra portam Collinam ad ædem Erycinæ Veneris*] Ædem Veneris Erycinæ Fabius dictator vocit ex inspectis libris Sibyllinis. Vide xxii. 9. § 10. Idem deinde dumvir creatus eandem dedicavit xxiii. 31. Illa tamen hic intelligi nequit, quum, ut Livius ibidem addit, dedicata sit in Capitolio; quæ autem hoc loco memoratur, fuerit extra portam Collinam. De Capitolina illa Veneris æde vide Rycq. de Capit. c. 41. Præter hanc alia fuit Romæ ædes Veneris Erycinæ extra, vel ad portam Collinam, quam ex Ovid. Fast. iv. 871. Strab. vi. 272. et App. B. Civ. lib. i. pag. 407. inlustrarunt Donat. de Urb. Rom. iii. 15. et Nardin. Rom. Vet. iv. 4. Illa tamen quemadmodum jam hic memorari possit, non concipio. Nam demum postea dedicata est a L. Porcio L. F. Licino dumviro, ut Liv. narrat xl. 34. Inter hunc autem annum ejusque dedicationem intersunt anni xx. et plures. Vel ita-

que Livius erravit, vel per prolepsin ita locum vocavit, ubi postea ædes condita est. Ovidium etiam circa hanc ædem errasse, observat Neapolis ad Fast. iv. 875.

§ 11 *Subita serenitate orta*] Ita Jac. Gronov. edidit: neque aliter cum Hearnii L. 1. legunt omnes mei, nisi quod *serenitate subito orta* sit in Ber. *serenitate subito orta* edd. pr. Mox *ductaque in circum est*, pro *ductaque*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Haverk. et edd. vett. Tum *quom cessisse inde* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Hav. *decessisse* Ber. et edd. pro quo Heinsius in Elzevir. *discessisse*, nescio quo jure, substituit. Plinius Hist. Nat. ix. 57. 'Piscium genera mira produntur: circa Babylonis rigua, decedentibus fluviis, in cavernis aquas habentibus remanere.' Et paulo post, 'Eodemque Lyco amne decedente, ovis relictis, generari pisces.' Priorem itaque lectionem revocavi; quamvis et ex scriptis *cessisse* probari posset. Nam ita etiam Plin. Hist. Nat. l. xxxi. c. 10. 'Hæ, cedente Nilo, madent succo nitri.'

CAP. XXXIX. § 1 *Inter portus Compsanum Loretanumque*] Ego *Cosanum* et *Laurentinum* libenter legerim, ut sit dicere inter Cosam et Tiberim, qui altera parte Laurentem agrum alluit. Nam et Romani portum his locis habuere. Alioquin neque *Compsanum*, neque *Loretum* in Etrusco littore reperio. Quod in ora Etruriæ sit consilium tempestate jactatus, datur ex eo intelligi, quod Populonios periculo defunctum pervenisse ait. *Sabell.* Antonius Sabellicus hunc locum emendans, pro *Compsanum*, *Cossanum* legit, quod placet: pro *Loretanum*, *Laurentinum*, quod displicet. Sed *Loretanum* puto 'portum,' qui posteriore tempore 'Trajanus' dictus est. Meminit ejus Ptolemæus. Laurentis certe ager nimis hinc abest. *Glurean.* Cossani meminit etiam xxii. 11. *Si-*

gonius. Pal. 1. *Claudium proconsulem profectum tandem ab urbe inter portus Cusanum Loretanumque.* Pal. 2. *Cosanum Loretanumque.* Pal. 3. *Cossanum.* Gebh. *Inter portum* Lov. 3. et Ber. Deinde *Casanum* Lov. 4. *Causanum* Hearnii N. *Cusanum* Lovel. 2. et Hav. *Compsanum* Ber. cum antiqq. edd. *Cossanum* Lovel. 1. et Gaertn. *Cossanum* Hearnii D. *Cosanum* Voss. 1. Lov. 3. 5. Harl. et Hearnii L. 1. Præterea *Loritanum* Lov. 3. Gaertn. et Hearnii N. *Locritanum* Voss. a m. sec. et Lov. 1. *Loretanum* Voss. a m. pr. Lov. 4. Ber. Hav. et Hearnii D. *Lorentanum* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Cluverius Ital. Ant. 11. 2. p. 476. legendum censet *Cosanum Scapritanumque.* Doujatius *Cosanum Falerianumque.* Paulo ante *Claudium proconsulem* Voss. Lov. 1. 4. et Hav.

§ 2 *Dum reliquum tempestatis exsæriret*] Pal. 2. *eximeret.* Pal. 3. *cum reliquum tempestatis exsærire.* Gebhard. *Eximeret* Gaertn. et Rec. *dum reliquum desævisset, inde in Silvam insulam et ab Silva in Corsicam* Lovel. 2. *dum reliquum ex se vir et silvam in Corsicum* Lov. 1. Forte *dum reliquum temp. exsæriret, in Itram ins., et ab Itra in Cors., a Cors. in Sard. trajecit.*

Superantem Insanos montes] Qui sint 'Insani montes' Sardinia, non memini me legere apud ullum authorem. In eo autem itinere, quod hic fecit Claudius consul, Ptolemæus 111. 3. Erebantium promontorium et Areti ponit. Locus mihi suspectus. *Glur.* Flor. 11. 6. § 35. 'Sardiniam Græchus adripuit. Nihil illi gentium feritas, Insanorum (nam sic vocantur) inmanitas montium profuere.' Vide Cluverii Sardin. Ant. c. 1. p. 496.

§ 4 *Ne comitorum causa ad urbem revocaretur*] Quidam maluerunt legere *retineretur*: nam in urbe erat, illic manere jussus. Sed *revocaretur* intelligi potest, si abisset, quod animo destinarat. *Glur.*

Dictatore dicto Cn. Servilio Gemino]

C. *Servilio* scribe, absque *Gemino*, ex vet. lib. et dictatura ejus Capitolina. *Sigon.* Post hunc usque ad Sullam dictatores in republica non fuerunt. Vide *Pighium* in Ann. ad hunc an. 101. pag. 228. *Duker.* In mutando dictatoris prænomine plerique codd. favent *Sigonio*. Iidem tamen omnes cognomen *Gemino* tuentur. Vide ad XXXIX. 38. § 3.

§ 5 *Quum præter Idus Martias veteres magistratus abissent, novi subfecti non essent*] Procul dubio pridie *Idus* legendum. Nam *Idus Martiæ* solennes erant ineundis magistratibus, pridie *Idus* abeundis: compendiosa scriptura fefellit librarium *pr. Idus. Sigon.* Pal. 3. *cum prætores Idibus Martiis magistratu abessent.* At Pal. 1. *Iaque cum pr.* (hoc est *pridie*) *Idus Martias veteres magistratus abissent, novi subfecti, ne esset resp. sine curulibus magistratibus. Erat L. Manlius Torquatus.* Gebh. Recte *Sigon.* *pridie Idus.* Sed quid est 'abire magistratu?' Immo *magistratu*, invitis vel omnibus codicibus. 11. 31. 'Ut dictator, priusquam ipsi redirent in urbem, abire magistratu.' v. 9. 'Negare, se ante *Idus Decembres* honore abituros esse.' *Valer. Max.* 1. 1. 'Flaminius abire jussi sunt, coactique etiam.' Nominativi 'magistratus curules' ex proximo membro ad τὰ 'veteres' et 'novos' sensu repetuntur. *J. F. Gronovius.* *Præter* soli servant meorum *Lovel.* 5. et *Ber.* unus etiam *Hearnii* L. 1. Ejus loco *prætor* habet *Gaertn.* *prato* & *Harl. prætores Hafn. post Idus Lov.* 3. *pridie Idus* reliqui cum *Branc. Latini.* Deinde *magistratus abissent Lov.* 2. *magistratus abiissent Lov.* 3. *Haverk.* et *Ber. magistratus adissent Harl. veteres magistratu abissent*, ut *Gronov.* conjecit, *Lov.* 5. Locutio 'abire magistratu' apud *Livium* frequenter obvia est. Exempla sunt lib. 11. capp. 27. et 51. lib. 111. capp. 35. 38. et 64. et 1X. 34. 'abire honore' 1V. 7. 'abire dictatura' VII. 3.

Deinde *novi subfecti, ne esset respublica sine curulibus magistratibus Voss. Lov.* 1. *Hav.* et *Branc. Latini:* *novi subfecti, ne respublica sine curulibus magistratibus esset Ber. ne pro non etiam Lov.* 2. 4. et *Gaertn. nec Harl. Paulo ante comitia inlecta Voss. Lovel.* 1. et *Harl. comitia incepta Lov.* 2.

Sine curulibus magistratibus] Nempe ordinariis. Nam dictatura magistratus extraordinarius erat. *Duk.*

§ 6 *L. Manlius Torquatus pontifex eo anno mortuus*] *T. Manlius Lovel.* 5. *Rec.* et *Hearnii D.* Quamvis autem anceps videatur, de vero prænomine pronunciare, puto tamen ipsum potius *Titum* dictum esse, non tantum quia toto hoc bello Punico nullus memoratur *L. Manlius Torquatus*, et contra inter principes reipublicæ *T. Manlius Torquatus* sæpius obcurrit; verum etiam quia idem *T. Manlius Torquatus* pontificatum maximum petiisse dicitur, duobus consulatibus et censura insignis, xxv. 5. Hoc autem sacerdotium ambiit in locum mortui *L. Cornelii Lentuli*, cui jam antea in pontificatu *M. Cornelium Cethegum Livius* subfectum narravit lib. xxv. cap. 2. Quum autem, moriente pontifice max. ante omnia in locum defuncti pontifex adlegeretur, et ita demum, suppleto quindecim pontificum collegio, ex eorum numero novus pontifex max. in comitiis crearetur, neminem sacerdotium hoc ambire potuisse constat, nisi antea fuisset pontifex. *M. Manlius* igitur fuit pontifex.

In locum ejus subfectus L. Galba] Quidam pro *L. Galba* substituerant *Sulpitius Galba.* At is in locum *Q. Fabii Maximi* venerat, ut ante hoc in libro c. 26. testatus est *Livius.* Alii *C. Sulpitius Galba*, ut a *Ser. Sulpitio* sit alius, emendarunt. *Glar. L. Galba* vulgarunt primi editores, concinente *Ber.* pro eo *Sulpicius Galba* substituit *Aldus*, faventibus *Lov.* 2. 3. *Harl. Gaertn.* et *Hav.* cum

Hearnii L. 1. et N. C. *Sulpicius Galba* tandem legit Frob. 1535. quod servant reliqui mei, nisi quod Voss. legat *Serrius Sulpicius Galissa*, et Lov. 1. omisso quidem prænominem, sed vacuo tamen spatio relicto, *Sulpicius Galissa*. Recte vero vocatur *C. Sulpicius*, et distinguitur a Ser. Sulpicio, qui, ut Glarean. monuit, Fabio Maximo in pontificatu subiectus est. Duo itaque ejusdem non modo gentis, verum etiam familiae, hoc tempore pontifices fuerunt, qui mortui memorantur eodem anno xxxii. 7. Mox ab L. *Lucetio Lucullo* Lov. 5. ab *Laelio Lucullo* Hearnii D. ab L. *Luculo* ejusdem L. 1.

Ludi Romani tertio instaurati] Vet. lib. aliquot *ter toti inst.*: optime. Sic enim loqui solitus est Liv. ut xxviii. 10. 'Ludi Romani ter toti instaurati ab aedilibus curulis.' Item eodem cap. 'Ludi plebeii semel toti instaurati ab aedilibus plebis.' Item hoc lib. c. 26. 'Ludi Romani diem unum, plebeii ter toti instaurati ab aedilibus.' Et lib. xxxi. extremo (cap. 50.) et lib. xxxiii. primo (cap. 25.) 'Totique ter instaurati.' Sigonius. Pal. 1. et ed. vet. *ter toti*. Quod Sigonius multis exemplis probat. Lib. xxxi. c. 4. 'Plebeii ludi ter toti instaurati.' Gebh. Qui post Frobenium Livio manus admoverunt, dederant occasionem Sigonio corrigendi *ter toti*: sed non aliter omnis manus editorum priorum ab Andrea usque, nec secus scripti. J. F. Gron. Ipse est Froben. qui a. 1535. primus *tertio instaurati* edidit, in quo praeventem cod. vitiosum secutus videtur. Eadem enim apud me lectio superest in Rec.

§ 7 *Clam egressisse per indicem comperti*] Pal. 1. *egisse*. Pal. 2. *exegisse*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. Ber. et Hav. Deinde vox *comperti* male abest a Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et primis edd. quam addidit Ascens. ed. 1513.

§ 8 *Aediles plebis vitio creati*] De

hoc dixi ex Gruchio ad x. 47. *Dul.*

Cerealia ludos dictator] Vet. lib. *Cereales ludos*. Non muto tamen vulgatam lectionem; nam in nummis aliquot argenteis, qui apud patrem tuum sunt, ita legi: *C. Memmius C. F. Quirinus. Memmius ad. Cerealia primus fecit*. Sigon. Pall. 1. 3. et antiq. ed. *Cerealia ludos*. Pal. 2. *adiles ludos*. Gebh. Vide quomodo jactentur opera veterum. *Cerealia* praebuerunt Andreas, Tarvis. Veneti, Ascensius. Sed hic ad marginem *Cereales*: quod potius duxerunt Mogunt. Aldus, Juntas, Frobenius. Mox Gryphius et Curio repetiverunt *Cerealia*. Ad quod notat quidem Sigonius in libro suo veteri esse *Cereales*: non tamen praefert, ut postea fecerunt. Ne procedat igitur haec titubatio, monemus *Cerealia* niti et membranarum fide, et ipsius Livii. Lib. xxxiv. c. 54. 'Megalesia, ludos scenicos, C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo aediles curules primi fecerunt.' xxxix. 22. 'Ludi Taurilia per biduum facti religionis causa.' Vide ad l. 9. J. F. Gron. Recte Gronov. *Cerealia ludos* probavit, quam lectionem plerique codd. quos consului, firmant. At *Cerules ludos* Lov. 3. *Cerialos ludos* Hafn. *Cerealcã ludos* Hav. *Cereales ludos* Ber. a m. sec. Rec. et Hearnii L. 1. ac D. *Cereales*, antequam id Ascensius in margine 1513. ostentaret, jam in contextum receperant Venet. ed. 1498. et Mediol. 1505. Ante Gryphium vero *Cerealia* reduxerunt Froben. 1535. Bas. 1539. et Vascos. Mox ex *senatusconsulto* perperam abest a Voss. et Lov. 1.

CAP. XL. § 1 *Romani simul Karthaginensisque quum venissent Romam*] *Carthaginenses*, omissa particula copulante *que*, Cant. Lov. 1. Harl. Gaertn. et Hav. *et Carthaginenses* Lov. 2. Vocem *Romam* neglexit Hav. Mox etiam *quod est* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Gaertn. Ber. et Hav. cum edd. vet. Primus Asc. 1513. *ad adem*

est *Bellonæ habitus* vulgavit. Frob. 1535. ad *ædem Bellonæ habitus est.*

§ 2 *Pugnatum cum Hannibale esse supra cum Karthaginiensibus pugna*] Deest hic vel distinctio, vel conjunctio, vel præpositio, cum *Hannibale, cum Carth.* Vix enim credo, Livium sic locutum, nec ita separare voluisse adjectivum *suprema*. Glarean. Omnes scripti et editi ante Gryphium *suprema cum Carth.* Lege, *pugnatum cum Hannibale esse supra et Carth.* pugna. J. F. Gron. *Suprema cum Karth.* pugna Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Primus vero editorum *postrema Karth. pugna* non Gryphius, sed Froben. 1535. dedit. Præpositionem cum servandam judicat Donjatus. Livium enim indicare voluisse, pugnam cum Hannibale fuisse postremam cum Karthaginiensibus, licet non fuisset postrema cum hostibus in Africa: etenim cum Vermina postea dimicatum esse. Contra Crevier. censet τὸ cum incommodum esse, idque cum cod. Regio omittit. Sensus autem hunc constituit: pugna, quæ supra, postrema fuit Karthaginiensibus, bello jam, non solum prælio victis.

§ 3 *Adjecit, Verminam etiam, Syphacis filium*] Id est, præter id, quod de victis bello Karthaginiensibus Lælius nunciaverat, adjecit, etiam Verminam victum esse. Hoc ut dicerem, Glareanus causam dedit. *Sigonius*. Respicit Sigonius illa, quæ Glareanus notavit ad c. 36. § 3. Utrum tamen sustulerit difficultatem a Glareano motam, videant lectores. Mihi certe nondum satisfecit; *adjecit* enim non ad illa, quæ Lælius, sed quæ ipse de pugna cum Hannibale et fine bello lugubri inposito exposuisset. Quod nondum Patres ex Lælio audivisse, satis innuit ingens lætitia, qua eos expositione Veturii adfectos esse Livius refert.

Syphacis filium, quæ parva bene gestæ rei accessio erat] Vet. lib. *quæ non parva bene gestæ rei accessio fuerat.*

Sigon. Vet. ed. et Pall. 2. 3. eximunt τὸ non ab Sigonio insertum. Pal. 1. *quæ parvæ gestæ rei accessio erat.* Probo ego trinm codd. scripturam. Justinus vii. 3. 'Mitit enim parte copiarum Megabazum ad subigendam Thraciam, cæteraque ejus tractus regna, quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia.' Liv. xxxi. 7. 'Minima accessio semper Epirus regno Macedoniae fuit, et hodie est.' xxxvi. 7. 'Quæ non accessio tantum ad Romanum esse bellum, sed per se ipsæ nuper sustinere potnerint Romanos.' xxxviii. 54. 'Et frater insuper accessio invidiæ mactetur.' Gebh. Sic quidem Sigonius: sed nostri Pet. Reg. Men. tres Pall. carent negativa. Et profecto, si vere æstimare rem volumus, admodum parva et vix dictu digna accessio erat belli Punici sive Annibali Vermina, cum tumultuario Numidarum exercitu cæsus. Neque Livius, neque Romani tam erant jejuni, ut ex hac musca facerent elephantum. J. F. Gron. Particulam negativam agnoscunt Ber. a m. sec. Hav. et Branc. Latini. Alii Mss. quos consulni, et Hearnii Oxonn. eam rectius ignorant. De voce 'accessio' hoc sensu vide Gron. ad xlv. 7. § 2. et Nic. Heins. ad Vell. Pat. ii. 26. in fin. ubi etiam hoc loco legendum censet *Syphacis filium, qui parva, pro quæ.* Sed et recte vulgatum omnes codd. tuerentur, ut videbimus ad xxxi. 30. § 5. Mecum sentiens Dukerus emendationem illam non necessariam judicabat. *Accessio fuerat* legit Hav.

In concionem inde prodire jussus, gaudiumque id populo impertire] *In concionem prodire* Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. *Tum impertire* Gaertn. *impertiri* Lov. 1. et Harl. Vide ad xxxviii. 36. § 8.

§ 4 *Tum patefacta gratulatione omnia in urbe templa*] Pal. 1. et antiq. ed. *Tum patuere, facta gratulatione, omnia in urbe templa.* Gebh. Scripti

et quidquid editorum habeo ante Gryphium, tum *patuere facta gratulatione omnia in urbe templa*. Cicero Famil. xi. 18. 'Tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia Deorum templa fecimus.' Livius xxv. 35. 'Inter exercitus ducesque victoria recenti lætos gratulatio ingens facta.' XLIV. 22. 'Majorem mihi, sortito Macedoniam provinciam, gratulationem factam.' Nisi malis *faciendæ gratulationi*, ex Ciceronis loco, qui huic maxime pertinet. J. F. Gronov. *Patefacta gratulatione* meorum Lov. 3. et Gaertn. Hearnii autem L. 1. et D. soli servant: alii omnes *patuere facta gratulatione*. Primus editorum, qui *patefacta gratulatione* recepit, non Gryphius fuit, sed Froben. qui ita edidit a. 1535. post eum Basil. a. 1539. hinc Vascos. et postea demum Gryph. Si nullus esset cod. qui, ut Gronov. conjecit, *patuere faciendæ gratulationi* exhiberet, lectionem illam probare non dubitarem. Quin etiam, quamvis in vitis libris, admodum placet. Id enim nunc iterum factum existimo, quod, nuncio de Hasdrubale victo et capto Syphace Romam adlato, Romæ factum esse Liv. narravit hoc lib. c. 17. 'Prætor extemplo edixit, uti ædificiæ ædes sacras omnes tota urbe aperirent, circumeundi, salutandique Deos, agendique grates per totum diem populo potestas fieret.' Mox *decretæ in triduum* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Froben. 1535.

§ 5 *Prætores M. Junius Pænus, cui sors urbana evenit*] Vide num hic locus integer. Solet enim Livius primum prætores creatos referre, deinde provinciarum sortem. Et genus dicendi variatum per casus mihi primum dubitationis scrupulum iniecit. Notatus præterea asterisco quibusdam in eodd. inveniebatur. *Clar. Pennus* ex Capit. tab. *Sigon.* Vide ad XXIX. 11. § 13. Scrupulo Glareani obcur-

re conatur Gronov. ad § seq. Paulo ante Cornelii consulis prænomen est *M.* pro *Cn.* in Lov. 1. Harl. Gaertn. et Hearnii N. Vide ad VII. 12. § 1. *C.* in Hearnii L. 1. Vide ad VII. 3. § 3. Alterius consulis cognomen *Pætus* non adparet in Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav.

M. Valerius Falco] Pal. 1. *Flato*. *Lege Falto*. Expresse enim Pal. 1. c. 41. *M. Valerio Faltoni*. Et sic XXXI. 8. legendum. *Gebh. Flato* Voss. et Lov. 1. *Flacus* Hav. *Flaccus* Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Gaertn. cum Hearnii N. et edd. antiqq. pro quo Morgunt. dedit *Lævinus*, Aldus *Fulco*, Colon. *Flacco*, in margine *Lævinus*. Aldinam lectionem plerique editores servarunt; donec ejus loco Gronov. recte substitueret *Falto*, quod tamen antea etiam Sigonius receperat. Vide ad XXIX. 11. § 3. Mox *Britho*, pro *Buteo*, Hearnii L. 1. Cognomen autem *Tubero* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Hav. et Hearnii N. ac L. 1.

§ 6 *De provinciis consulum nihil ante placebat agi*] Pall. 1. 2. et vet. ed. *Tum vero de prov. cons. nihil ante placebat agi*. *Gebh.* His verbis pleraque manu, omnia typis descripta ante Gryphium exemplaria præponunt *Tum vero*. Possis suspicari exstitisse *ἐκ τοῦ Tubero*. Sed et aliquid confragosum habet præcedens periodus. Itaque asterisco insignivit Aldus, et non integram esse pronunciat Glareanus. Vide an fuerit Livio, *Creati consules Cn. Corn. Lent., P. Æl. Pat.; prætores M. Jun. Penn. urbanam, M. Val. Fal. Br., M. Fab. Buteo Sard., P. Æl. Tub. Sic. sortiti, fuere*. J. F. Gron. *Quom vero de provinciis* Gaertn. *Tum Nero de provinciis* Hav. *Tum vero de provinciis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. et Hearnii L. 1. et N. cum edd. vett. Duas autem priores voces ante Gryphium jam abjecerunt Froben. 1535. Bas. 1539. et Vascos.

§ 7 *Finiti tanti belli se consule gloriam petens*] Sane finitum fuit bellum

illo consule, ut et P. Ælio Pæto collega ejus, quamvis Africam non attigerit. Sed non satis erat ambitioni hominis. Volebat ultimam manum imponere bello, ac penitus debellatis hostibus pacem dare. *Lego finiti tanti belli a se consule.* Infra XXXII. 32. 'Quum cuperet Quintius per se confectum videre bellum.' *Jac. Periz.* Paulo ante *facilem victoriam fore*, addita ultima voce, Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Froben. a. 1535. priores. Sequenti vero § *Africa provincia decreta esset* legunt Lov. 5. et Gaertn. *provincia Africa decreta esset* Rec.

§ 9 *Q. Minucius Thermus et M. Acilius Glabrio*] Hic post fit consul, et in consulatu Capitolino *M. Acilius* vocatur. Sigon. Pall. 1. et 2. *Eritius* habent pro *Thermus*. Gebh. *Erimus*, pro *Thermus*, Voss. (qui *Quintius* in margine præfert) et Lov. 1. 4. *Erimus* Lov. 2. *Herinus* Hav. *Ermus* Hearnii L. 1. *Crinus* ejusdem N. *Cerinus* Harl. Præterea tantum non omnes Mss. *M.* vel *Marcus*. At *Manius* prænomen in gente *Acilia* usitatum est, idque cum altero *M.* vel *Marcus* sæpe commutatur. Vide ad XXVII. 25. § 2.

§ 10 *P. Scipioni id imperium decrevisse*] Vet. lib. *decesse*. Sigon. Comparat in Pal. 1. *P. Scipioni id imperium decesse*. Gebh. Non aliter Voss. et Lov. 2. ac 4. Sigonius quidem vet. lib. lectionem in contextum recepit; nemo tamen vera momentem audiit usque ad Gronov. qui non modo eam adoptavit, verum insuper observavit in pr. ed. nott. ita præferre Reg. et Men. Livium vero illam in hoc verbo contractionem amasse, vidimus ad II. 27. § 8. Perperam igitur Clericus, qui se Livium adcuratissime ad mentem Gronovii edidisse gloriatus est, lectionem recte ab eo damnatam, sine ulla causa, inscio lectore, revocavit. Paulo ante, *Quod auctoritate Patrum latum ad populum esset* Lov. 3. et Harl.

§ 12 *Patres igitur jurati (ita conve-*

nerat) censuerunt] Pal. 3. *ita enim convenerat*. Pal. 1. *Patres igitur, qui convenerant, censuerant*. Gebh. Non acquiescunt his scripti. Reg. et Cantabr. *juravit enim convenerat*. Voss. *patres g̃ convenē*. Gnd. *jurati ita enim qui convenerant*. Forte *Patres igitur jurati (id enim convenerat) cens.* Jac. Gron. *Patres jurati itaque, H. igitur convenerat, cens.* Gaertn. *Patres igitur, qui convenerant, cens.* Hav. et Hearnii L. 1. *Patres igitur convenerunt, cens.* Lov. 2. Harl. et Hearnii N. *Patres igitur jurati convenerunt cens.* Lov. 1. *Patres igitur jurati (ita enim convenerant) cens.* Hearnii D. *Patres igitur jurati (ita enim convenerat) cens.* Lov. 3. 4. 5. Quod non displicet.

§ 13 *Cui classis obvenisset*] *Obveniret* Lov. 5. *evenisset* Ber. Mox in fine cap. 'Cui Italia provincia evenisset' ubi contra *obvenisset* Lov. 4. et Hav. Verum, utroque modo Livium locutum esse, vidimus ad I. VII. c. 16. § 3. Quare et hic, et mox vulgatum, pro quo stant plerique codd. servandum puto.

§ 14 *Et quem, si deportandus exercitus victor ex Africa esset, deportare*] *Eumque si dep. &c. deportare* Voss. in margine: *et per quem, &c. deportare* Lov. 4. et Hav. *et per quem, &c. deportari* Lov. 2. *et per quem, &c. deportaretur* Ber. a m. sec. Paulo ante *Si conditionis pacis convenirent* Lov. 4. *Si conditionis convenissent pacis* Lov. 5.

§ 16 *A Sextio prætore acciperet*] Vet. lib. a *M. Sextilio prætore*. Sigon. Pall. 2. 3. *oggerunt a M. Sextilio prætore*. Gebh. Prænomen, a Sigonio inmissum, non exstat in Voss. Lov. quinque, Harl. Berol. Gaertn. et Hav. Deinde *Sextilio* Lov. 4. et Rec.

CAP. XLI. § 1 *Prætori M. Valerio Faltoni*] Plerique scripti *Prætoribus*. Lege *Prætorum*. Pertinet enim ad omnes, et est, quasi scripsisset 'Inter prætores.' *J. F. Gron.* De simili genitivi partitivi usu vide ad IX. 27. § 8. *Prætoribus* autem etiam Voss. Lov

1. 2. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii N. Quo minus tamen Gronovii conjecturam probare possim, illud obstat, quod mox subjungatur 'P. Ælius prætor;' ubi ultima vox abundabit, si hic *pratorum* legimus. Illud itaque *pratoribus* potius ex compendio scribendi ortum puto. Vide ad xxiv. 23. § 1. Ceterum *Flacco* Lov. 3. et Ber. *Falco* Harl. *Falconi* Lov. 2. 4. 5. et Hav. ut ante Sigonium edebatur. Vide ad cap. præc. § 5. ubi, se *Faltoni* in Pal. 1. invenisse, Gebh. monuit.

§ 2 *Legio una M. Fabio*] Prænomen omittunt Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. L. 1. et edd. ante Frob. a. 1535. Mox *proprator* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. vett. Sigonius edidit *pro pratore*. Quod reliqui iterum neglexerunt usque ad Gronov. qui a. 1665. una voce *propratore* vulgavit.

§ 3 *M. Servilio prioris anni consuli, cum suis duabus item legionibus, in Etruria prorogatum imperium est*] Vet. lib. in *Etruriam*. Sigon. Pal. 1. *M. Servilius prioris anni consul cum suis item legionibus in Etruriam profectus est*. Gebh. Scribe in *Etruria*, ut jam superius alibi correctum. Et ita Reg. Men. Voss. Andreaeque et Aldina edd. Sed et quidam codd. *prorogatum in annum imperium*. J. F. Gron. In *Etruria*, in qua voce desinit Cantabrigiænsis, omnes mei. Vide Gronov. ad xl. 36. § 13. et Duker. ad xxvi. 18. § 9. At insuper *M. Servilius prioris anni consul, &c. in Etruria profectus est* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. Neque dissentiant Hearnii L. 1. et N. nisi quod legant in *Etruriam*. Tò item deest in Lov. 3.

§ 4 *Ut ii consules cum tribunis agerent*] Vet. lib. *ut hi consules*. Sigon. Pal. 2. *ut de his consules cum tribunis agerent, cui juberent in Hispania imperium esse*. Gebh. *Ut consules legendum esse*, monuit Pighius ad a. 1511.

p. 239. Duk. *Esse: ut ii consules* desunt in Voss. Eadem voces cum præcedenti *Acidinum* similiter exsulant a Lov. 1. Harl. et Hav. *ut hii consules* Gaertn. Rec. et Victor. apud Crevier. *ut hi consules* Lov. 2. 3. et Hearnii L. 1. et D. cum ed. Rom. principe, pro quo mox datum *ut ii*, quod plerique reliqui servant; nisi quod *ut consules* sit in Lov. 5. quomodo præfert prima ed. Gronovii, qui a. 1665. Pighii conjecturam *uti consules* admisit. Eam autem Crevier. recte probavit. Similis scripturæ varietas est xxxi. 5. § 3. Paullo ante *aliquot*, vel *aliquod L. Cornelium* Voss. Lov. 1. et Harl. *aliquot annos L. Cornelium* Lov. 5. et Hav. *aliquot annos jam L. Cornelium* Lov. 4. *aliquot annos jam ibi L. Cornelium* Lov. 2. 3. et Gaertn.

§ 5 *L. Cornelius et L. Manlius in Italiam deportarent*] Vide ad xxxi. 50. § 6. Paullo ante *et quindecim cohortes*, omissa præpositione, Lov. 3. 5. Gaertn. et Hearnii D.

§ 7 *Quinquaginta longas naves haberet*] *Quadraginta*, vel *XL*. Lov. 1. 2. 3. Hav. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Vide paullo post ad § 9. Mox sicut *præfuisset*, scil. ipse Scipio. Aut, si intelligendum est 'præfuisset' sc. Octavius, accipiendum est non huic, sed propriæ classi. Deinde *Octavio propratori* Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. pro quo Sigonius *pro pratore*, Gronov. a. 1665. *propratore* vulgavit.

§ 8 *Quibus proconsuli usus non esset*] Ita primus edidit Aldus in erratis. Priores præferunt *quibus consuli usus non esset*, consentiente Ber. *quibus consulibus usus non esset* Lov. 1. 2. 4. Gaertn. Rec. et Hav. Omnino legendum puto *consuli*. Nempe Cornelius consul ex classe Cn. Octavii, quæ in Africa erat, et ex classe Villii, quæ Siciliæ oram tuebatur, deligeret quinquaginta, vel quadraginta naves. Harum Villii classis viginti

fuit navium c. 27. Classis autem Cn. Cornelii quadraginta navium fuisse videtur. Certe tot navium numerus ei decernitur ad tuendam oram Sardiniae biennio ante xxx. 2. anno autem proximo eundem obtinuisse verisimile est, quod c. 27. 'ceteris ita, uti quisque obtinebant provincias exercitusque, prorogata imperia' dicat. Reliquas itaque decem, vel viginti naves, quibus consuli Cornelio usus non erat, Octavius Romam reduceret. Hanc igitur lectionem recepi. Ejus loco *quarum proconsuli usus non esset* velle videtur Pighius in Ann. ad a. 1071. p. 236. Verum non videtur attendisse ad vim locutionis 'usus est mihi ea re,' quam lexica satis illustrarunt. Eodem modo 'usus' et 'opus' construi, atque inde conligendum, eandem quoque utriusque fuisse significationem, docet Jac. Perizon. ad Sanctii Min. iv. 15. § 8. Idem quasi per nebulam vidit etiam Vossius Gramm. vii. 8. sibi tamen credere ausus non est.

§ 9 *Centum navibus longis*] Quinquaginta tamen naves Cornelio consuli, totidemque Scipioni, ac decem M. Fabio decretæ efficiunt centum et decem naves. Hinc Crevier. vel legendum censet *centum et decem navibus*, vel Livium minorem numerum neglexisse. Vide tamen an non rectius probarim codicum illorum lectionem, qui § 7. Scipioni pro *quinquaginta* tantum dant *quadraginta* naves. Tot autem navium classem Scipionem prioribus annis habuisse, dictum est ad hujus lib. c. 2. § 7. Ita conveniet numerus navium.

CAP. XLII. § 2 *Quæ questî erant missi ad regem a Roma legati*] Pal. 2. *ad regem e Roma*. Pal. 3. *ad regem ab Roma*. Gebh. *Ad regem ab Roma* Lov. 1. 3. et Ber. *ab Roma ad regem* Lov. 4. *ad regem a Romanis* Lov. 2. Mox *ultra accusantium* Lov. 3. Vide ad xxx. 16. § 1.

§ 4 *Pugnasse: partim postulantium*]

Pall. 2. ac 3. *pugnantium: postulasse*, extruso τῶ *partim*. Gebh. Eadem vox exsulat a Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. quam deum Frob. 1531. addidit.

§ 6 *Ne inpune in agros eorum transcenderent*] *Ne inpune agros* Ber. et prisca edd. Primus Aldus in erratis *in agros* reposuit, quod servant alii omnes scripti. Vide ad iv. 53. § 2. Mox τὸ *nuper* deest in Lov. 3.

§ 7 *Ipsi ante responsum tulerunt*] Haud dubie corruptum: nec juvant libri. Fortasse *quum perplexæ responderent ipsi*, *anceps responsum tulerunt*. J. F. Gron. Doujatius vulgatum hac ratione tueri conatur, quasi perplexa illorum responsa pro responsis vere habenda non essent; sed Romanos ad priorem Macedonum legatorum orationem certo et perspicuo respondisse, idque proprie dicendum responsum. Verum his glandibus ipse vescatur. Non tamen Gronovii conjectura placet, quia mox *triste responsum* vocatur. Vide igitur an cum Periz. ad marginem Livii legendum sit *aere responsum tulerunt*.

§ 9 *Arma contra populum Romanum ferentes capti sunt*] Fortassis *sint*, ut in oratione obliqua. Duk. Similiter Crevier. scribendum conjicit. *Sunt capti* Ber. et edd. antiquæ. Aldus *capti sunt*, probantibus ceteris scriptis. Deinde *contra populum Romanum arma ferentes* Lov. 4. Præterea § præc. *lucessiverit* Lov. 2. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Jac. Gronov. qui substituit *lucessierit*, probantibus Lov. 4. aliisque scriptis.

§ 12 *Hædum populares cognomine adpellabant*] Recte *Hædum*. Nam Appianus etiam Ἐριφὸν appellatum scribit. *Signon*.

Adversusque factioni Barcinæ] Pal. 2. *factionis*. Pal. 3. *adversusque factionibus Barchinis*. Gebh. *Adversus factioni* Lov. 2. Mox § seq. voces *a republica* omittuntur in Lov. 4.

§ 14 *Nunc monendo etiam Patres con-*

scriptos] Pall. 2. et 3. continent *nunc etiam monendo Patres*, excepto τῶ *conscriptos*. Gebhard. *Etiam monendo* Lov. 2. *Tum proconsules, pro Patres conscriptos*, Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. qui error ex non intellecto compendio *Præs cons.* natus videtur: *consules* habent Hav. *Paulo ante imprudenter, pro impudenter*, Lov. 1. et Hav. *sollemni scribarum lapsu, qui passim pudens ac prudens commutarunt*. Exempla vide apud Gebh. ad Cic. ad Fam. vii. 5. Græv. ad Cic. Agrar. iii. 2. et viros doctos ad Cæs. Civ. ii. 31. Deinde *difficilis veniu* Lov. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. et edd. vett. Frobenius demum anno 1535. *difficilior* substituit.

Ut rebus secundis modeste ac moderate uterentur] Pal. 3. *modeste ac temperanter*. Gebh.

§ 15 *Raro simul hominibus bonam fortunam bonamque mentem dari*] *Raro simul bonam fort. bonamque mentem hominibus dari* Lov. 2. Livium hæc ex Demosthene imitatum esse, observat Victor. Var. Lect. xxv. 3.

§ 16 *Et, Hercule, mirandum fuisse, si aliter facerent*] Quidam hic distinguunt, ut nova sententia incipiat ab *Ex insolentia:* sed durum est. Consulenda itaque exemplaria vetusta. *Glar.* Non video cur durius putandum sit, post hæc verba distinguere, et a sequentibus novam periodum incipere, ut Frob. a. 1535. fecit, quam voces ex *insolentia* huic periodo jungi, et post eas demum interpungi, ut ante Frobenium factum est. Frobenii distinctionem probat Victor. Var. Lect. xxv. 3. Præterea *faceret* est in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Ber. a m. sec. quasi nimirum id exigeret vox, unde pendet, 'populum Romanum.' Sed, τὸ 'populus,' tamquam collectivum, sæpe cum verbo plurali construi, vidimus ad x. 13. § 11. Vel etiam ita mutarunt, quod ex eodem 'populum Romanum' pendens 'meminerit' præcedat: quæ etiam caus-

sa censenda est, cur contra Gaertn. et alii ibi legant *meminerint*. Verum sæpe Livius eidem collectivo singulari in primo periodi membro verbum singulare, in altero autem plurale junxit. Supra viii. 28. 'Ingens vis hominum, &c. ad curiam concurrerit, et, &c. laceratum juvenis tergum ostentabant.' xxvi. 12. 'Nobilitas rempublicam deseruerat, neque in senatum cogi poterant.' l. xxxiv. c. 8. 'Major frequentia mulierum sese in publicum effudit, unoque agmine omnes tribunorum januas obsederunt.' Vide ad iv. 16. § 8. xxxvi. 39. § 9. Burmann. ad Virg. Æn. ii. 32. ac Dukerum ad v. 35. § 1. Serv. ad Virg. Æn. ii. 64. 'Cum supra *juventus* ruit dixerit, subjungit *certant*, quod figuratum est: quia *juventus* enunciatione singulare est, intellectu plurale.'

§ 17 *Ex insolentia, quibus nova bona fortuna sit, impotentes lætitiæ, &c.*] Livium hic imitatum esse locum Thucyd. ex iv. 17. docet Victor. Var. Lect. xxv. 3.

§ 18 *Ex quantis opibus quo recidissent Karthaginensium res*] Pal. 2. *quo retroissent*. Claudianus: 'Hei mihi quo Latii vires Romæque potestas Decidit, in qualem paullatim fluximus umbram?' Videtur et ibi legendum *Recidit*. Gebh. *Quo recessissent* Harl. *quo recessissent* Lov. 2. *quo retroisset Karthoginensis res* Hav. *quo retroissent* Gaertn. *quo recidisset* Lov. 5. Supra iv. 2. 'Ne id Jupiter optimus maximus sirit, regie majestatis imperium eo recidere.' Utrum vero *recidisset*, an *recidissent*, legatur, parum interest. Supra xxi. 2. 'Conciliandisque per amicitiam principum novis gentibus rem Karthaginensem auxit.' i. 9. 'Mirantur, tam brevi rem Romanam crevisse.' vi. 9. 'Credo, rem Antiatem diuturniorem manere, Diis cordi fuisse.' Vide ad ii. 9. § 5. Contra 'res Asiæ evertere' Virg. Æn. iii. 1. ubi 'res Asiæ' pro imperio aut universo

statu Asiæ sumi, Servius notat. *Ex quantis opibus est 'ex quantis viribus.'* Vide ad II. 21. § 5. Paulo post *modo prope orbem terrarum* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *prope modo orbem terrarum* Lovel. 2. Deinde *obtinerunt* Lov. 1. et Harl. sed videntur dare voluisse *obtinerint*, ut est in Voss. et Lov. 2. 4. 5.

§ 19 *Si non in ea quoque, quo nihil ulterius sit, sævire populus Romanus velit*] *In ea mænia quoque* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl. *in ea quoque mænia* Ber. Gaertn. et edd. antiq. donec Frob. a. 1535. vocem *mænia* ommitteret. Deinde *nihil ultra sit* Harl. *nihil ultra*, omissa voce sequenti, Lov. 5. Tò *sit* deest etiam in Lov. 2. 3. et Hav. Excidit quidem etiam *vocula quo* ex Voss. Lov. quinque, Gaert. et Hav. verum excidit ob similitudinem præcedentis *qq*; sive *quoque*. *Tum vellet* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Harl.

§ 21 *Quum eos, per quos ante ictum esset, fefellissent*] *Quum per eos* Lov. 4. Male. 'Fallere' enim 'Deos' dicuntur, qui pejerant. Horat. Od. II. 8. 9. 'Expedit matris cineres opertos Fallere, et toto taciturna noctis Signa cum cælo, gelidaque Divos Morte carentes.' Vide N. Heins. ad Nason. Her. II. 37. Deinde *per quos jam ante* Lov. 2. *per quos aliud ante* Lovel. 5. Mox *quoniam tum infesti sunt* Voss. Lov. 4. 5. et Harl. Alibi etiam *librarios qm*, sive *quoniam*, et *qui* ob ductuum similitudinem commutasse, docuit Jac. Gronov. ad Cic. ad Fam. I. 1.

CAP. XLIII. § 1 *Inclinatis omnium ad pacem animis, Cn. Lentulus consul*] Pal. 1. *tum Lentulus consul*. Gebhard. *Cum Lentulus consul* Harl. *tum Lentulus*, neglecta voce sequenti, Lov. 5. Tò *consul* etiam deest in Lov. 4. Præterea *Inclinantibus omnium ad pacem animis* Lov. 5. Sed vulgatum malo. III. 2. 'Nihilò inclinatioibus ad pacem animis.' Similiter 'inclinati ad

credendum animi' I. 51. 'inclinati ad Romanam societatem omnium animi' XXI. 22. 'inclinati omnium animi ad Romanos' XXXI. 32. Et ita forma activa 'inclinare animos ad pacem' XXII. 58.

§ 2 *Tum Man. Attilius*] Sic ultima editio. Aliæ *M. Attilius*. Haud dubie est hic idem, qui memoratur c. 40. præcedenti. Itaque edidi *Man. Acilius*. Jac. Gron. Immo ante ultimam edebatur *M. Attilius*. Quemadmodum autem recte Jac. Gronov. emendavit, etiam ante Sigonius vulgarat. Eandem lectionem Pighium quoque probasse, innunt ejus Annales ad a. 1011. p. 237. Perperam tamen omnes codd. *M. Attilius*, vel *Attilius*, vel *Actilius*.

Quemque ex Africa exercitus deportare] *Exercitum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. et ed. Frob. a. 1531. Mox etiam § seq. *exercitum deportare* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. ante Frob. a. 1535. omnibus. Supra c. 40. 'Populum roarent, utrum consulem, an P. Scipionem, juberent pacem dare: et quem, si deportandus exercitus victor ex Africa esset, deportare.' Ceterum omnia hæc verba desunt in Hearnii L. 1.

§ 3 *De pace ut rogatæ omnes tribus erant, jusserunt*] Vet. lib. *uti rogassent*. Ego *uti rogas*, ut ante docui. *Signon*. Pal. 1. et vet. ed. *De pace uti rogassent, omnes tribus jusserunt*. Pal. 2. *Cum de pace uti rogassent o. tr. j. pacem duri*. Inde Sigonius legit *uti rogas*: ut et XXXI. 8. 'uti rogas, bellum jusserunt:' et XXXVIII. 54. 'Omnes tribus, uti rogas, jusserunt.' Gebh. *Uti rogas, omnes tribus jusserunt* Voss. et Lov. 4. quomodo hoc loco legendum etiam monuit Sigonius ad VI. 38. § 5. *Uti rogatum, omnes tribus jusserunt* Lov. 2. *De pace uti rogatæ omnes tribus erant, jusserunt* primum apparuit in Frob. a. 1535. quod in nullo cod. inveni. *De pace uti rogassent*,

omnes tribus jusserunt habuerunt edd. principes, consentientibus reliquis scriptis. Et eam lectionem ex scriptis, et edd. antiq. probavit Gronov. ad xxxi. 8. § 1.

§ 4 *Ex decem legatorum sententia*] Pal. 1. *ex viginti legatorum sententia*. Sicut statim ante *In hac rogatione*. Utrumque perperam. Gebhard. *Ex XX. legatorum sententia* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl. Male. Infra xxxiiii. 24. 'Decem legati more majorum, quorum ex consilio T. Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, decreti.' xxxvii. 55. 'Responsum, decem legatos more majorum senatum missurum ad res Asiæ,' &c. xlv. 37. 'Legatos deinde, quorum de sententia imperatores L. Paullus, L. Anicius componerent res, decreverunt: decem in Macedonia, quinque in Illyricum.' Vide etiam Corrad. ad Cic. ad Att. xiii. 4. *In hac rogatione* etiam paullo ante Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl.

§ 5 *Petieruntque, ut sibi in urbem introire, et colloqui cum civibus*] Pall. 2. et 3. et *petierunt*. Gebh. *Petierunt, ut* Voss. Lov. 1. 2. et Harl. et *petierunt, ut* Lovel. 5. Gaertn. et Haverk. Deinde *ut sibi urbem introire* Ber. Videtur præpositio, per compendium ṽ scripta, a vocis præcedentis litera finali intercepta esse: quomodo idem cod. mox verbis seqq. legit *capti publica custodia*, pro ṽ, sive *in publica*. Vide ad xxxv. 8. § 9. Verbum autem *introire* utramque admittit constructionem; et quidem Cic. præpositionem ei jungere, Sueton. eam omittere solitum esse, docuit Burm. ad Suet. Cæs. c. 18. *Tum et loqui cum civibus* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. et Harl. Paulo ante vox *Patribus* deest in Hav. Sed ea transposita *egere Patribus Karthaginienses* legit Lov. 2. *Karthaginienses egere Patribus* Ber. Gaertn. et edd. Frobeniana anni 1535. priores.

§ 7 *Quibus conventis, quum rursus peterent*] Pal. 1. *Quibus conjectis*. Pal.

2. *Quibus concessis*. Gebhard. *Quibus conjectis* Voss. Lovel. 1. 4. et Harl. Deinde *redimendi ex iis* Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. eadem.

§ 8 *Ad P. Cornelium Scipionem*] Ultimam vocem expungunt Voss. Lov. 1. et Harl. quemadmodum etiam paullo ante τὸ *Romani* Lov. 4. et mox pronomen *eos* Lov. 1.


§ 9 *Quum, &c. ad fœdus ferendum ire juberentur*] *Ad fœdus firmandum* Lovel. 3. *ad fœdus faciendum* Berol. Gaertn. et edd. antiq. pro eo Aldus *ferendum* substituit, reliquis consentientibus. 'Facere fœdus' aliquoties apud Livium obvium esse, vidimus ad i. 13. § 4. Verum et 'ferre fœdus' similiter usurpavit. Vide ad ii. 33. § 4. ubi et *firmare τὸν ferire* hoc sensu glossesema esse dictum est.


Utī prator Romanus his imperaret] Gebh. ad viii. 6. § 14. notat, se in Pall. 1. et 2. invenisse *ut utī prator Romanus*. Et ita legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. at aberrationem scribarum esse puto, qui hoc modo duplicem lectionem, quam in exemplaribus suis invenerunt, jungere voluerunt: nam, ut Gebhardus ibidem addit, tales particulæ in prolixiore sententiæ tractu iterantur, non tamen ita continue jungi solent. Paulo ante *prius lapides silices, priusque verbenas* Voss. et Lov. 1. *primos lapides silices, primasque verbenas* Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hav. Sæpe τὰ *prius* et *primus* a librariis commutantur. Vide Gifan. ad Lucret. iv. 260. Salm. ad Solin. p. 61. Bentl. ad Hor. Art. Poët. 60. et Bouhier. ad Cic. Tusc. i. 23. p. 269. Adde Burm. ad Nason. Met. ix. 20. et de vi hujus vocis 'privus' Gifan. Conlect. in Lucr. voce 'Privus.' Mox *pratorem sanguiniam poscerent* Lov. 3. *pratorem sanguinea poscerent* Harl. *pratorem saguina poscerent* Gaertn. Mediam vocem omisit Lov. 5. De 'sagminibus' vide ad i. 24. § 4.

§ 10 *Ita dimissi ab Roma Karthaginienses*] Vet. lib. *Ita dimissi Roma*. Sigon. *Ita dimissi ab Romanis* Ber. et edd. principes : *ab Roma* substituit Froben. a. 1531. consentientibus reliquis meis. Nullus enim Sigonio favet.

§ 11 *Naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt*] *Perfugam* et *fugitivum* appellari apud jurisconsultos quandoque observamus, quod fecit Saturninus in l. 16. D. de Pœnis. *Revera* tamen inter se distingui '*perfugam*' a '*fugitivo*', præcipue ex hoc loco clarissime patet. '*Perfugam*' autem dici ad hostes confugientem, omnibus receptum est. Cic. in Anton. [immo in Oratore cap. 66.] 'Cur de perfugis nostris copias comparat contra nos?' et in Offic. III. 22. '*Perfuga* a Pyrrho venit in castra Fabritii.' Sed '*fugitivi*' significatio non una. Sicuti enim '*fuga*' quandoque pro exilio a jurisperitis accipitur, ut in l. 4. § 4. D. de Re Milit. l. 5. D. de Interd. et Releg. ita et '*fugitivum*,' qui a '*fuga*' derivatur, pro exule dici posse, existimandum, vel etiam pro alicujus criminis reo. Nam aliquando '*fugitivi*' seu '*fugientes*' in jure ad Græcorum exemplum, qui eos *φεύγοντας* vocant, dicuntur rei. l. 13. C. de Jud. l. fin. C. de Bon. Mat. Eandem significationem vocis '*fugitivi*' observamus in sacra scriptura : ut Num. xxxv. '*Sex erunt oppida in fugitivorum auxilia separata, ut fugiant ad ea, qui fuderint sanguinem.*' Ita et Sapientia cap. ult. '*Hos tanquam fugitivos persequerantur,*' &c. Ex quibus quis forte suspicari posset, per '*fugitivos*' hoc in loco a Livio significari posse exules et criminosos Romanos, qui ad Carthaginienses confugerant. At certe res aliter se habet. Nam, per '*fugitivos*' intelligendum servos, qui a patronis Romanis confugerant ad Carthaginienses, non dubitandum ; appella-

tione enim '*fugitivi*' servos venire, qui fugam fecerunt, passim apud juristas et alios scriptores observamus. Cic. in Anton. XI. 7. '*Dolabella habet legionem, habet fugitivos.*' Et in Verr. IV. 50. '*Neque tam fugitivi illi a dominis, quam hi a jure et legibus.*' Et item III. 26. '*Athenio princeps fugitivorum.*' Et in Epistol. ad Fam. v. 9. § 5. '*Dicitur mihi servus tuus fugitivus Vandaci esse.*' *Fugitivus*, inquit Ofilius, est, qui extra domini domum fugæ causa, quo se a domino celaret, mansit. Et Cassius scribit, *Fugitivum* esse, qui certo proposito dominum relinquit. Hinc '*fugam vendere*' dicebantur, qui servos fugitivos vendebant, quod SC. vetitum erat, ne servi ad fugam invitarentur : l. 2. D. ad L. Falcid. l. 6. C. eod. l. 35. § 3. D. de Contrah. Emt. Et '*fugitivarii*' appellati, qui servos fugitivos mercede reducebant : l. 18. D. Præscript. Verb. vel qui dominis indicabant, ubi servi fugitivi celarentur : l. 13. D. eod. et apud Florum III. 19. '*fugitivarii*' appellati, qui servos fugitivos persequerantur. Sic Varro de Re Rust. III. 14. scripsit, '*Fugitivarius*' dicitur, qui fugitivum conquirat et sectatur. *Fugitivus* servos, bellum in Sicilia agitantem, vicit C. Marius. Et M. Crassus de fugitivis servis et Spartaco eorum duce laurea coronatus incessit, ex Plinio xv. 29. Ex his satis patere puto, '*fugitivos*' Livium dicere servos illos, qui a patronis fugam fecerant ad Carthaginienses, tanquam in loco tuto se recipientes. Sciendum autem, quod inter *perfugas* minus peccant '*emansores*' dicti, scilicet qui, diu vagati extra castra, tandem revertuntur : l. 3. § 2. D. de Re Milit. qui et '*remansores*' nonnunquam dicti, l. 5. § 6. D. eod. Inter *fugitivos* vero, qui minus deliquerant, dicti '*errones*,' servi, inquam, vagabundi : sic enim interpretatur Ulp. tit. de Serv. Fugit. Ita Arrianus








UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 863 3

University Of California, Los Angeles



L 007 625 855 7

SOUTHERN BRANCH
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LIBRARY
LOS ANGELES, CALIF.

